DEMOSTHENES

[opera]

EX RECENSIONE

GULIELMI DINDORFII.

VOLUMEN V.

ANNOTATIONES INTERPRETUM

AD I.—XIX.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

M.DCCC.XLIX.

PRAEFATIO.

IN Demosthenis orationibus interpretandis etsi grammaticos Alexandrinos nonnihil operae posuisse scimus, multum tamen abest ut aut in hunc aut in novem ceteros, quos in canonem receperant, oratores Atticos tantas exquisitioris doctrinae copias contulisse videantur quantis poetarum epicorum scenicorumque opera illustrarunt. Nihil enim commemoratum reperimus praeter Callimachi *πίνακας ῥητορικοὺς*, ab Dionysio Halicarnasensi excerptos, in quibus de temporibus orationum diligentius quam de auctoribus quaesitum fuisse videtur, Didymique Alexandrini *ὑπομνήματα* in Demosthenem, Aeschinem, Dinarchum, Hyperidem, Isaeum, Lycurgum, passim laudata ab Harpocratione, quem alia plura tacite ex iis petivisse conjicere licet, quod alios quoque lexicorum rhetoricorum conditores, quorum hodie vel epitomae vel fragmenta supersunt per grammaticorum libros dispersa, fecisse probabile est. Post Didymum qui nominantur aevi Augustei posteriorumque temporum interpretes non pauci, de quibus in nova scholiorum editione aptior locus erit dicendi, plerique omnes in rhetorica interpretatione multo magis videntur elaborasse quam in grammatica et historica. Eorum nonnullis usus est qui amplam

scholiorum collectionem quarto circiter, ut creditur, aerae nostrae seculo composuit, nunc Ulpiani nomen gerentem, ab grammaticis autem inferiorum temporum haud dubie multis modis interpolatam et auctam, in qua ipsa quoque rhetorica expositio ita praevalet ut hujus potissimum caussa omnis haec opera suscepta esse videatur, quae autem ad historiae et antiquitatum explicationem pertinent, ea maxima ex parte non aliunde sunt accepta, sed ex ipsis oratoris verbis conjectando composita: in quo scholiorum illorum auctor ea saepe edidit levitatis imperitiaeque documenta ut quo majores antiquitatis studia progressus fecerint, tanto majorem in modum fides ejus, quae olim viris doctis multorum exstiterat caussa errorum, labefactata sit. Ejusdem fere generis, etsi minus copiosae, sunt quae in marginibus multorum codicum leguntur scholiastarum annotationes partim cum Ulpianeis consentientes: quales sunt quas ex codicibus Monacensibus duobus primus in lucem protraxit Reiskius, nos multo et emendatiores et locupletiores ex nostris dabimus codicibus. Ceterum ut Ulpiani scholia non ultra orationem Timocrateam procedunt, ita haec quoque scholiorum excerpta ad illas tantum orationes uberiora sunt, rarescunt vero in ceteris.

Praeter hos interpretes plurimum in Demosthene studii posuerunt qui artis rhetoricae praecepta oratorum exemplis illustrata tradiderunt, Hermogenes Tarsensis ejusque antiquiores scholiastae, a quibus inferiorum temporum magistri pendent. Illorum locos praecipuos ab Reiskio in annotationibus memoratos nolui aliis aut ipsorum aut recentiorum scriptorum, quos Walzii opera in unum corpus conjunctos habemus, excerptis augere, quoniam haec omnia paullo majore cum fructu eo quo ab rhetoribus tradita sunt ordine et nexu quam per annotationes dispersa legi arbitror, quatenus legi merentur. Neque enim negari potest plurima in iis esse quae qui non legerit non minus bene Demosthenem intellecturus sit quam qui le-

gerit, quaeque exilem prodant umbraticorum doctorum diligentiam: quae nescio an nulla alia in parte hujus doctrinae magis appareat quam in iis quae de figuris orationis tradita sunt, in quibus rhetores illi modum ita excesserunt ut vix quidquam ab oratoribus sine figura dictum esse crederent nec raro ad commenta delaberentur quae proxime abessent ab ridiculo.

Apparet ex his quam exigua sint quae ad nostra tempora pervenerunt Graecorum ad Demosthenis orationes interpretandas subsidia. Perierunt quae ad historiam aetatis Philippicae, in qua primariae versantur orationes Demosthenis, illustrandam plurimum conferre potuissent principum historicorum opera, quorum excerpta tantum habemus in Diodori et Justini historiarum compendiis ac Theopompi, Philochori aliorumque fragmentis, quae ne ad tempora quidem rerum gestarum accurate definienda ubique sufficiunt, nedum ad pernoscendas interiores multarum rerum caussas, quas ab oratoribus, partium quam veritatis saepe studiosioribus, exaggerando minuendo diffingendo non raro obscuratas magis quam illustratas esse constat; perierunt, ex quibus plenior hauriri potuisset legum Atticarum et juris quum publici tum privati aliorumque institutorum cognitio, optimorum auctorum scripta, quorum jacturam aliqua tantum ex parte reparare licet ex grammaticorum excerptis ipsisque oratorum scriptis, in quibus plurima significantur magis quam plene distincteque exponuntur. Cujusmodi quaestionum difficultas multum augetur insigni illa falsariorum quorumdam fraude, jam ante Harpocrationis, Plutarchi et Aristidis aetatem facta, qui leges, psephismata aliaque acta, quorum lemmata solum in antiquissimis Demosthenis exemplaribus reperta erant, quoniam istiusmodi scripta in comitiis judicumque consessibus non ab oratoribus ipsis, sed ab scribis recitata fuerant, in pluribus orationibus ita suppleverunt ut partim ex oratoris verbis utcunque componerent, adhibitis, ubi fieri poterat, legum

psephismatumque collectionibus et aliis hujusmodi subsidiis, partim suopte ingenio de nihilo fingerent: quo factum est ut genuina et commentitia, vera et falsa, mirabilibus modis permiscerentur. In quibus discernendis nostra demum aetate majores fieri progressus potuerunt, postquam historiae antiquitatumque Graecarum cognitio multorum studiis amplificata veterumque monumentorum, quorum in dies crevit copia ex quo Graecia barbarorum jugum excussit, investigatione magnopere esset adjuta.

Pervenimus jam eo ut de recentioribus dicendum sit interpretibus, qui inde ab renatis literarum studiis usque ad novissima tempora operam in hoc scriptore collocarunt. Quod dum ita facimus ut primarios tantum hoc loco memoremus interpretes, nihil aliorum laudibus detractum volumus, qui unam alteramque quaestionem tractandam sibi sumpserunt, quorum saepe utilissimam operam fuisse ex annotationibus nostris plus uno in loco intelligetur.

Ac primi quidem editores inde ab Aldo Manutio (a. 1504.) usque ad Gulielmum Morelium et Dionysium Lambinum (a. 1570.) plerumque sola verba Graeca ex pessimis expressa codicibus exhibuerunt: interpretationi quod inservire posset nihil addiderunt praeter tenuia quaedam annotationum, partim ex Budaei Commentariis linguae Graecae collectarum, tanquam rudimenta Ulpianique scholia, donec Hieronymus Wolfius ampliorem huic scriptori operam dicaret. Is enim non solum primus interpretationem Latinam confecit Ulpianique commentarios eandem in linguam transtulit—miro id quidem consilio, sed tamen pro ea quae tum erat horum studiorum conditione non tam absono quam Reiskio visum est in Wolfium invehenti Praefat. vol. 1. p. 40.—verum etiam copiosioris commentarii fundamenta jecit annotationibus in calce editionis Basileensis a. 1572. propositis: in quibus etsi plurima sunt quae hodie oblivioni tradi oportet,

alia tamen quorum utilitati nihil detraxit temporis longinquitas in medium attulit, locis non paucis recte explicatis, quorum de sensu interpretationis Latinae faciendae caussa quaerendum ei fuerat. Nam in hoc potissimum genere versantur annotationes Wolfii, qui raro tantum ea attigit ad quae interiore historiae antiquitatumque cognitione opus esset. Haec editio quum magnam famam adepta esset, aliquoties est repetita et per duo prope secula fere sola usurpata. Nam superiore demum seculo, postquam Joannes Lucchesinius, Patricius Lucensis, qui tredecim orationes (I.—VI. VIII. XI.—XVI.) verbosis adjunctis annotationibus historicis Romae edidit a. 1712. et Ricardus Mounteneius, quattuor primarum orationum editor (Cantabrig. 1731.[a]), fines intra quos Wolfii interpretatio substiterat nonnihil promovissent, novam orationum omnium editionem parare coepit Joannes Taylorus, Cancellarius tum temporis Lincolniensis. Hujus editionis, quam oratio Midiana cum Lycurgi Leocratea antecesserat separatim edita Cantabrigiae a. 1743., secundum tantum tertiumque volumen (orat. XX.—XXVI. LVII. —LIX.) prodierunt ibidem typis Academicis splendide impressa a. 1748. et 1757. Graece et Latine cum annotationibus editoris, qui praecipuum in explicanda historia et jure Attico studium posuit, et, licet falsa et inutilia non pauca quum ipse tum ex schedis Marklandi et Jurini attulerit, quorum instaurari memoriam nemo hodie cupiet, tamen ut ad Lysiam et Aeschinem, ita ad Demosthenem quoque interpretandum multa contulit quorum hodie quoque non contemnendus usus sit, genere tamen scribendi usus est tam ineleganti et saepe vitioso ut annotationes ejus non raro in aliam formam redigendae ab nobis fuerint.

[a] Editio saepe postmodum repetita praeter scholia Ulpiani et interpretationem Latinam annotationes continet quum editoris ipsius tum aliorum selectas, inter quas Tourrelli quoque sunt, Gallici aliquot orationum interpretis (a. 1701.).

Interruptum Taylori morte laborem denuo aggressus est Jo. Jac. Reiskius, qui oratores Atticos, excepto Isocrate, Lipsiae edidit a. 1770—1775. duodecim voluminibus, quorum sex data sunt Demostheni. Is priorum editorum annotationes in unum corpus redegit, scholia Graeca ex duobus codicibus, de quibus supra dicebamus, descripta addidit, indices Graecos et Latinos confecit, nova paravit librorum manuscriptorum partim meliorum quam quibus priores editores usi erant subsidia, denique ipse ad Demosthenem et emendandum et interpretandum multa et praeclara contulit, quae nunc, abolitis quarum hodie usus nullus est annotationibus, magis quam adhuc ingenium et doctrinam viri eximii ostendent.

Proximus tempore Reiskio fuit Athanasius Augerus, qui annotationes Latine scriptas interpretationi Gallicae Parisiis a. 1777. quattuor voluminibus editae adjunxit et tredecim annis post novam Demosthenis editionem cum interpretatione Latina instituit, cujus volumen primum, duodecim orationes complexum, Parisiis prodiit a. 1790: de qua editione lectores ipsi judicium facient, si Augerum codice uno omnium praestantissimo, quem nunc litera S. significare solemus, qui cum aliis Parisinis praesto ei fuit, ita usum esse dixero ut ne unam quidem ejus paginam accuratius examinasse videatur. Interea eodem fere tempore (a. 1789.) Fr. A. Wolfius oratione Leptinea Prolegomenis annotationibusque instructa primum perfectioris editionis exemplum proposuerat. Nam non solum in Prolegomenis de argumento orationis deque rationibus liturgiarum apud Athenienses, in quibus haec oratio potissimum versatur, docte et eleganter exposuit, sed etiam in commentario rerum verborumque explicationi diligenter consuluit, etsi inter haec, ut rei natura fert, multa reperiuntur quae hodie vel falsa esse appareat vel supervacanea vel verbosius quam nunc opus est exposita. Quamobrem Prolegomena, quorum auctoritate viri docti et olim saepissime usi sunt et hodie utuntur,

integra repeti jussi nullis usquam factis mutationibus, in annotationibus vero Wolfii alia in brevius contrahenda, alia eaque non pauca resecanda fuerunt, praesertim quae de priorum editionum deteriorumve codicum lectionibus aut decessorum suorum erroribus disputaverat.

Post Wolfium Demosthenica studia per longam annorum seriem nulla quae memoratu digna sint incrementa ceperunt, donec Imm. Bekkerus conquisitis optimis quibusque codicibus novam oratorum Atticorum editionem pararet, quae Oxonii prodiit e typographeo Academico a. 1822. et 1823. et duabus aliis fundamento fuit, alteri J. G. Baiteri et H. Sauppii, qui oratorum Atticorum corpus Turici ediderunt a. 1838—1845., alteri Jo. Th. Voemelii, qui Demosthenem Parisiis edidit duobus voluminibus a. 1843. et 1845. Circa eadem tempora Aug. Boeckhius, M. H. E. Meierus et G. F. Schoemannus antiquitates Atticas eximiis quae in omnium manibus versantur operibus illustrare coeperant, ex quibus ad oratorum quoque scripta intelligenda plurimum utilitatis redundavit. Ita factum est ut mox multorum studia in oratores Atticos, inprimis Demosthenem, quum in Germania tum apud exteros converterentur. Quorum primus fuit G. H. Schaeferus, qui quod ceperat instaurandi apparatus Reiskiani consilium ita est exsecutus in editione Londinensi, quae quinque voluminibus prodiit a. 1824—1827., ut plurima ipse contribueret, in quibus doctum subactique judicii virum facile agnoscas, quem vellemus par judicii acumen ostendisse in apparatu Reiskiano nostrorum temporum usibus accommodando. Quod quum ita fieri oporteret ut quaecunque nostrorum temporum luce non satis digna essent abolerentur, quae autem post Reiskium ab aliis essent in medium allata severo habito delectu adjungerentur, neutrum illi placuit. Nam apparatum Reiskianum ne verbo quidem omisso repetivit, quod eodem fere tempore Gul. Steph. Dobsonus fecit, qui Aeschinis et Demosthenis opera cum omnibus priorum

editorum annotationibus Londini edidit a. 1828. decem voluminibus; quae autem post Reiskium ab aliis scripta addidit Schaeferus, in his quoque, praesertim in prioribus voluminibus, multa sunt quae ne memorari quidem, nedum refutari operae pretium erat. Praeterea, qui mos ejus erat, non raro exspatiatus est ad res a proposito alienas, inter quas illa quoque sunt quae de amicitiis vel inimicitiis quas cum studiorum suorum sociis exerceret non raro admiscuit, aut quae contra impolitum et ignobile quorundam philologorum genus scribendi, frequens illud olim in Germania potissimum et Batavia vitium, serio disputavit, ludimagistri instar puerorum petulantiam castigantis et iis interdum verbis usus, quibus in idem ipse vitium incurreret quod in aliis exagitandum sibi sumpserat. Qualia omnia vix opus moneri ab nobis ita esse exclusa ut nullum usquam vestigium aut in Schaeferi aut in aliorum annotationibus relinqueremus.

Restat ut de praecipuis singularum orationum editoribus recentioribus dicatur, quorum laboribus harum orationum interpretatio magnos fecit progressus, praesertim Philippicarum, de quibus bene meruerunt H. Sauppius, qui Olynthiacas tres Philippicamque primam Gothae edidit a. 1845., Voemelius, qui easdem orationes et tres alias (de pace, Philippicam secundam et de Halonneso) Prolegomenis et commentariis illustravit (Francof. ad Moenum a. 1829—1833.), Fr. Frankius, qui novem primas orationes cum annotationibus suis edidit Lipsiae a. 1842. Easdem novem orationes additis quinque aliis (de symmoriis, pro Megalopolitis, de Rhodiorum libertate, ad epistolam Philippi, de corona) Philippique quae fertur epistola (XII.) in linguam Germanicam transtulit Fr. Jacobsius, additis historici potissimum generis annotationibus, cujus libri editio secunda Lipsiae prodiit a. 1833.

Orationem de symmoriis edidit H. Amersfoordtius Lugduni Bat. a. 1821., praemissis etiam Prolegomenis, ab Schaefero repetitis, quibus ego multo perfectiorem Par-

reidtii de eodem argumento scriptionem substitui Magdeburgi editam a. 1836.

Orationi de corona utilissimam operam impendit Ludolphus Dissenus in editione Gottingensi a. 1837., etsi in Demosthene idem ei accidit quod saepe acciderat in Pindaro, ut, quum subtilissimae studeret interpretationi, interdum ad argutias aberraret ab veterum Graecorum sentiendi dicendique simplicitate alienissimas. In linguam Anglicam orationem hanc transtulit vir inter principes Britannorum oratores habitus, Henricus Broughamus[b], acerbam expertus docti adversarii censuram, Ephemeridibus Londinensibus, *The Times*, insertam et separatim quoque excusam[c].

Commentarios historicos et chronologicos in orationem de corona, quibus aliarum quoque orationum loci multi illustrantur, scripsit Franc. Winiewski, Monasterii editos a. 1829., recte ille, ut arbitror, judicans hujusmodi quaestiones peculiaribus tractari scriptis praestare servato rerum temporumque ordine quam sublato eo per annotationes frustatim explicari. In eodem historicae expositionis genere et chronologia aetatis Demosthenicae versati sunt in Britannia H. F. Clintonus in eximio Fastorum Hellenicorum opere et C. Thirlwallus, nobilissimus Historiae Graecae scriptor, qui res Philippicas quinto sextoque operis sui volumine enarravit, in Germania Ant. Westermannus in Quaestionum Demosthenicarum Particulis tribus aliisque scriptis, C. G. Boehneckius in Quaestionibus de ora-

[b] *The oration of Demosthenes upon the crown, translated into English with notes and the Greek text, by Henry Lord Brougham.* London, 1840. Idem in censura interpretationis Gallicae Demosthenis ab Augero factae, ab J. Planchio recognitae, (*Edinburgh Review*, 1821., vol. 36.) de arte oratoris multa scripsit lectu jucunda: sed orationem Philippicam quartam, jam veteribus quibusdam suspectam, frustra mihi videtur defendisse argumentis quae quis facile vertat in contrarium.

[c] *A Review of Lord Brougham's translation of the oration of Demosthenes on the crown, reprinted from* "The Times" *newspaper*, London, 1840.

toribus Atticis (*Forschungen auf dem Gebiete der Attischen Redner und der Geschichte ihrer Zeit*), quorum volumen primum Berolini prodiit a. 1843, F. Brueckneus in Historia Philippi Gottingae edita a. 1837. aliique non pauci, quorum mentio in Annotationibus ab nobis facta est.

Orationis de falsa legatione una laudabilis est editio Ricardi Shilleto Cantabrigiae facta a. 1844. Prolegomena in hanc orationem scripsit Fr. Frankius Misenae edita a. 1846. Dan. Siegenbeekii et Franc. de Greve commentationes leguntur in Annalibus Academiae Lugduno-Batavae a. 1823. et 1824.

Orationis Midianae notissima est G. L. Spaldingii editio (Berol. a. 1794.), a Ph. Buttmanno multis accessionibus locupletata a. 1823, repetita a. 1833. Inchoatae ab M. H. E. Meiero editionis (Halis Sax. a. 1831.) pars altera, quae commentarios editoris continebit, exspectatur. Commentationem de rationibus temporum in oratione Midiana scripsit Boeckhius insertam Actis Academia Borussicae a. 1818. De eodem argumento et de caussa quae in hac oratione agitur doctae exstant C. F. Hermanni et Ant. Westermanni disputationes.

Orationem adversus Androtionem Prolegomenis annotationibusque illustratam edidit C. H. Funkhaenelius Lipsiae a. 1832., Aristocrateam E. G. Weberus Jenae a. 1845. cum commentariis omnium qui unquam in Demosthenem scripti sunt uberrimis.

Orationes contra Aphobum, Onetorem, Zenothemin, Apaturium, Phormionem et Lacritum brevibus quidem, sed utilissimis additis annotationibus Cantabrigiae a. 1843. edidit C. T. Penrose. Harum orationum quinque primas duobus annis ante ibidem ediderat C. R. Kennedy in linguam Anglicam translatas, adjectis in fine viginti annotationibus, quibus instituta nonnulla juris Attici, praeeuntibus qui has res in Germania tractarunt viris doctis, explanavit.

Reliquis post illas orationibus nemo dum peculiarem singulis operam impendit, etsi hac sola ratione Demosthenis interpretatio paullatim ad eam adduci poterit perfectionem ad quam non pervenietur nisi conjuncta multorum opera multorumque annorum labore.

Supplementa Annotationum ultimo accedent volumini propediem prodituro, quod scholia Graeca continebit ex codicibus aucta et emendata.

Scribebam Lipsiae mense Augusto a. 1848.

EXCERPTA

EX

JO. JAC. REISKII PRAEFATIONE [a].

Reisk.

Demosthenem edere ex oratoris et rei dignitate quam sit arduum, p. i
tametsi non ignorarem, neque me fugeret ingenii mei mediocritas, quae a spe tantae laudis procul abest, satius tamen duxi conari, quam plane desperare. Propositam metam etiamsi non contingas, satis tamen ad laudem merendam arbitror esse, si navitate haec consequaris, ut nobile aliquod et praeclarum facinus ausus, a secunda fortuna non plane desertus esse, ad contentionem tibi nihil fecisse reliquum, processisse, qua potuisses, et fundamentum haud spernendum operis, cui manum ultimam posteriores imponant, posuisse videaris. Jacta itaque esto alea. Prodit, quod felix faustumque sit, ii
Demosthenes nostra qualicunque opera, non perpolitus ille quidem, quod vel sperare sit arrogans et vecors, ita tamen emaculatus, id quod aienti mihi haud vereor ne res ipsa contradicat, ut superiores omnes editiones haec nostra lectionum praestantia fideque sit superatura.

A tot tantisque viris collaudatus est certatim Demosthenes, et hodie de laudibus ejus oratoriis ita constat, ut putidus sit et sibilis explodendus, si qui soli facem accendat. Tot praeterea sunt et tam gravia atque spissa agenda et meditanda et enucleanda, tam edituro hunc oratorem, quam ad eum praefaturo, ut vix finem operis inve-

a [Quum de priorum editorum opera summatim tantum exposuerim in praefatione mea, haec ex Reiskii praefatione excerpta addere placuit, ex quibus codicum quoque, quibus illi usi sunt, notitia peti poterit: quorum hodie post excussos tot melioris notae libros exiguus quidem usus est, sed quorum tamen mentio passim facta est in Commentariis nostris. In universum autem ex Reiskii praefatione cognosci poterit quanta post molimina, eaque magna ex parte inania, ad eam qua hodie gaudemus textus Demosthenici conditionem perventum sit, ne ipsam quidem omnibus numeris absolutam. G. DINDORF.]

niat, et paene totam aetatem in eo uno consumendam habeat. Ego vero, ut mens mihi laeva fuit, quod vehementer dolet, ad gustandum et imbibendum Demosthenem, et multo etiam serius ad edendum adjeci animum, quam ut exasciatum quid promittere, aut praefationis saltim copiosae, plenae et vere pragmaticae spem facere liceat. Juvat capita quaedam hic attingere eorum, quae praefationem paranti non leviter perstringenda, sed penitus excutienda et in plena luce collocanda sint. Debet ille e. c. de ratione veterum Demosthenem in scholis suis interpretandi et in scriptis imitandi exponere; quae imitatio est multiplex. Non enim solummodo illi imitantur, qui locos oratoris quosdam aut verbotenus recitant et scriptis suis intexunt, aut allusione quadam adumbrant; cujusmodi locos indagare, indicare et cum exemplo primigenio comparare munus inprimis nobile editoris est; quod nobis ne tentare quidem licuit; sed et illi imitantur, qui, ut Aristides fecit, orationes scribunt aemulas Demosthenicis, sive in idem consentientes argumentum, sive in partem contrariam. Debet porro de illis agere atque judicare, qui vitam Demosthenis litteris mandarunt; de Ulpiano et aliis vetustioribus in Demosthenem commentatoribus; de rationibus, quibus diversis vete-
III res usi sunt, orationes Demosthenis distribuendi; de lexicis item rhetoricis, et quae sunt alia hujusmodi plura, quibus omnibus vix homo sufficiat pertinacis et infatigabilis assiduitatis, qui totum litteraturae Graecae ambitum pervagatus, non memoria, id quod negatum est, sed adversariis conclusum habeat, ubi diligenter annotaverit singulos quosque locos veterisque novaeque litteraturae quomodocunque ad Demosthenem facientes, qui bibliothecarum sinus, ad quas paucis aditus patet, Italiae inprimis, ubi multa egregia et parum cognita, minusque etiam, quam pro merito, aestimata jacere atque situ perire necesse est, excusserit. Nobis autem, ab istis omnibus praesidiis seu fortunae seu memoriae atque industriae desertis, ut qui sero Demosthenis edendi consilium ceperimus, paene imparati, praetermittenda, aut certe vix leviter perstringenda sunt haec omnia, et posteris, si qui erunt, de quo desperandum non est, editoribus relinquenda; juveni fortunato, aetate et amicitiis florenti, cui datum sit exteros adire, qui gratia vel auro sibi obserata bibliothecarum scrinia reserare possit, cui vires sint integrae, ingens et excelsus animus, invicta laborum patientia, acres oculi, multo etiam acrius judicium, et diligentia vigil, quicquid legat, ad Demosthenem unum referendi et in commentariis condendi. Nos vero jam senium paene ingressi coepimus cum Demosthene hospitium contrahere; unde tempore post natus est ejus edendi conatus, qui si non omnino nihil expedisse videbitur, ut de re sic satis commode inter tot incommoda circumstantia gesta laetabimur. Ut brevis sim, agam quod potero, cum neque quod velim et

assecter, neque quod assectandum et praestandum video, consequar. Missis igitur aliis omnibus id unum hac agam praefatione, ut fontes emendandi Demosthenis, et quomodo iis sim usus, demonstrem. Primum itaque de libris Demosthenicis typorum beneficio vulgatis (editiones vulgo usurpant) disputabo, tum de codicibus calamo exaratis, quibus editores quique suis in editionibus adornandis usi sunt, denique quid a me novi decoris ad hanc nostram editionem collatum sit, exponam.

§. 2.

De editione Demosthenis Aldina.

Aldus nempe Manutius, pater quasi quidam et nutritor Graecae litteraturae, in aliis, quos multos e situ et tenebris bibliothecarum in lucem publicam protraxit, auctoribus Graecis praestantissimis, Demosthene quoque nos beavit primus, e typographeo suo Venetiis anno 1504. prodito. Volumen est in folio minore modicum, bipertitum. Pars prima procedit ad p. 320. quae pagina exhibet Libanii argumentum ad orationem primam in Aristogitonem. Tum novus orditur paginarum ordo, rursus a p. 1. ad p. 286. pergens. In p. 273. desinunt ipsae Demosthenis reliquiae. A p. 274. autem usque ad p. 286. continua serie leguntur Libaniana argumenta in orationes eas Demostehnicas, quae illam paulo ante dictam primam in Aristogitonem excipiunt, cum hoc titulo: *λιβανίου ὑποθέσεις εἰς τοὺς μετὰ τὸν κατὰ ἀριστογείτονος, δημοσθένους λόγους.* Nam in primo tomo Aldinae singulis quibusque orationibus praemissa sunt argumenta, non Libaniana solummodo, sed etiam ab alio quopiam ignoto Graeculo profecta. Finem operis faciunt variae lectiones ab Aldo, seu Musuro forsitan, aut Carteromacho, e tribus, qui penes eos erant, codicibus vetustis collectae, sed incredibili cum supinitate. Aldus ipse testatur in hac sylva variantium, eam e tribus MStis esse congestam. Nam ad locum, qui in editione nostra p. 371, 20. legitur (in Parisina p. 220, 12. in Aldina p. 155. vol. 1. versu 10.), haec annotata leguntur in illo indice Aldino (nam sic appellito in commentariis meis suo tempore publicandis, Taylorus MSptos Aldi appellare solet): *ἐν ἄλλῳ δὲ ἀντιγράφῳ, τρία γὰρ εἴχομεν, οὕτως.*—Qua socordia confectus sit hic index, ex eo intelligatur, primum, quod in ipso opere Demosthenico saepe positi sint asterisci ad illum indicem ablegantes, quibus tamen nil ipsius indicis respondet; tum, quod in indice repositae sint illae ipsae lectiones, quae jam in texto leguntur, varietate lectionis suppressa et dissimulata. Titulus huic editioni praefixus est hic:

Δημοσθένους λόγοι δύο καὶ ἑξήκοντα.

Λιβανίου σοφιστοῦ ὑποθέσεις εἰς τοὺς αὐτοὺς λόγους.

Βίος δημοσθένους κατ' αὐτὸν λιβάνιον.

Βίος δημοσθένους κατὰ πλούταρχον.

Demosthenis orationes duae et sexaginta.
Libanii sophistae in eas ipsas orationes argumenta.
Vita Demosthenis per Libanium.
Ejusdem vita per Plutarchum.

In calce tituli est signum Aldi, ancorae implicatus delphin. In aversa statim prima pagina orditur praefatio Aldi his verbis: ALDUS PIUS MANUTIUS ROMANUS DANIELI CLARIO PARMENSI S. P. D. unde juvat haec excerpere, unde nonnulla, quamquam obscure, intelligentur ad hujus editionis historiam pertinentia. Nescio enim, quae fuerit istius aetatis mala consuetudo rem, de qua exponere vellent, adumbrandi magis, quam enarrandi. Verba itaque Aldi, quae tradi hoc loco et accipi refert, (nam pleraque praefationis in vita fortunisque Demosthenis exponendis cum versentur, huc nil faciunt) haec sunt: "Abhinc fere triennio desyderanti tibi orationes Demosthenis, brevi me informatas mea cura publicaturum recepi; sed tot id tentanti mihi
VI acciderunt impedimenta, ut persaepe excudi coeptas intermiserim, Carteromacho etiam nostro demirante—cum etiam admodum quam pauca earum orationum exempla excudenda curaverim, idque coactus, quod in nullo ante accidit volumine excuso in thermis nostris. Quorum omnium mihi testis est optimus Angelus Chabrielus, patricius Venetus.—Nescio quomodo liber hic omnium, quos imprimendos vel Latine vel Graece curavimus, exit in publicum ex aedibus nostris.—Rursus si pulcherrimis characteribus et perquam decenti forma habituque, nec non castigatissimus exit in manus hominum.—Has vero Demosthenis orationes Clari doctissime nomini tuo nuncupatas ex Neacademia nostra emittimus ob multas caussas.—Tu quia in inclyta ista urbe alumna virorum nobilium Epidauro, cui nunc Rhacusae est nomen, et Latinas et Graecas literas profiteris, instituisque juventutem istam eloquentiae studiosam arte dicendi.—" Haec visum fuit ex ista Aldi praefatione excerpta hic proponere e tam multis aliis, quae Aldus ibi disputat a proposito nostro prorsus aliena. Quibus nos hodie facile careamus, ea tum temporis non sine fructu dicebantur, neque erant non necessaria. Sed ex illis, quae retuli, cognoscantur haec. Primum, illum Danielem Clarium, cui nuncupatus est Demosthenes Aldinus, fuisse Parmae natum, ludi literarii, qui Ragusae tum esset, magistrum. Huic eidem Danieli Clario Aldus inscripsit a se anno 1501 editum Prudentium, cui addita sunt alia complura opuscula argumenti sanctioris, quae recenset Fabricius B. G. vol. 10. p. 332. Deinde, triennio Demosthenem Aldinum sub praelo haesisse; tum, magni fecisse Aldum magnificeque depraedicasse sui Demosthenis elegantiam et curam in ejus emendatione positam. Chartae utique sunt mundae, typi pro ista aetate belli, editio sic satis emendata. Mendis quidem laborat multo paucioribus, quam pro istius saeculi

tarditate, in primis bonarum litterarum exordiis, in tanta subsidio- vii
rum criticorum penuria, exspectetur. Imo insunt ei multae egregiae
lectiones, quas temere ab insecutis editoribus neglectas necesse fuit a
me rursus ad lucem et usum revocari atque vindicari. Praefuit enim
editioni illi, id quod suspicione non prorsus improbabili e verbis Aldi
colligo, Carteromachus, vir Graece Latineque doctissimus; quem ab
anno 1500. ad 1507. typographeo Aldino rectorem operarum et eden-
dorum operum auctorem inspectoremque, quem hodie correctorem
appellant, praefuisse constat. Cur thermas appellet Aldus suam
officinam typographicam, id vero non intelligo. Nisi si id more sui
saeculi fecit, quo probabile est balneum vel thermas appellatum fuisse
idem, quod nos hodie officinam appellamus, interdum quoque vapora-
rium, quod ejusmodi officinae fornacibus in usum operarum instructae
essent, ne per hyemem ob frigoris saevitiem ab opere feriandum
esset. Subobscurum mihi item hoc est, quod de paucitate exem-
plarium, quae excudi curaverit, admonet. Inducit me tamen iste locus
in suspicionem, quae dubium expediat, cur Aldus eodem anno bis
Demosthenem ediderit; de quo certo constat, quamvis rem ipsam
mireris. Duae utique sunt Aldinae Demosthenis [b] non parum inter
se discrepantes, sed eundem ambae annum praeferentes, eandemque
praefationem, paginis item et versuum numero inter se consentientes.
In lectionibus autem saepe a se multum discedunt; id quod statim
planum faciam exemplis prodendis, quae dubium hac de re nullum
relinquant. Videtur nempe Aldus eo, quod pauca tantummodo De-
mosthenis exemplaria curasset excudi, effecisse, ut cito ea distrahe-
rentur. Requirentibus itaque et flagitantibus exemplaria a se satis
fieri aliter non posse videns Aldus, quam nova instituenda editione,
rursus eodem anno Demosthenem praelo suo submisit, sed diligentius viii
et e melioribus codicibus emaculatum. Prioris editionis exemplum
penes Obsopoeum fuit, et Mounteneyum, et, quod suspicor, etiam
penes Taylorum; mihi nullum licuit usurpare; posterioris vidi ex-
empla duo, unum, quod Weimaria Bartholomaeus V. C. ad me misit,
quo non licuit mihi plus quam octiduo uti; alterum, quod indulgentia
Ordinis Amplissimi Lipsiensis, ex ejus bibliotheca publica, toto bien-
nio penes me habui. Quam plurima hujus rei exempla et argumenta,
unde constet, ab Aldo, eodem anno, duas, inter se discrepantes, sub
eodem titulo, prodiisse Demosthenis ἐκδόσεις, dabunt singulae paene
paginae libri, quo varietatem lectionis Demosthenicae undecunque
conquisitam exhibebo; quem librum, quod in molem grandiorem ex-
cederet, ideo placuit a reliquo corpore nostrarum annotationum segre-

b [De duabus Aldi editionibus falsa nonnulla hic tradidit Reiskius, quae correxit infra §. 28. G. DIND.]

gare, et peculiari volumine, quod operae a nobis Demostheni navatae primum erit, concludere. Ponam tamen hic exempli caussa locum unum alterumve, unde liquido constet, exemplaria Aldinae, quibus usi sunt Obsopoeus et Taylorus, ab eo discrepavisse, quo ego usus sum. v. p. editionis Parisinae (qua ubique in hac praefatione utor, quae necessariis de caussis prius excudenda fuit, quam nostra Graecorum Demosthenicorum editio,) 6, 17. 26, 15 et 29. 34, 30. 36, 29: item 11, 24. 4, 5. 15, 11. 16, 20. 18, 3 et 8. 31, 16 et 31.—Haec cum anno superiori exarassem, (praefationem hanc anni 1768. mense Septembri conscripsi; nunc autem, die 17. mensis Novembris 1769. excudendi factum est initium;) obtulit interim fortuna secunda mihi exemplum Demosthenis Aldini venale, quod aere meo meum feci, prorsus simile illi primae editioni Aldinae, qua usi sunt Obsopoeus, Mounteneyus et Taylorus; ut dubium omne, quo antea agitabar, de gemina Aldi eodem anno facta Demosthenis editione mihi jam ex-
IX emtum, reique veritas, meis oculis testibus, demonstrata et extra controversiam posita sit. Praeclarum est et magni a me fit, quod exemplum Demosthenis Aldini meum teneat eodem volumine conclusum Ulpianum quoque et Harpocrationis Lexicon ab Aldo eodem anno editum. Distinctionis caussa exemplum Obsopoeo usurpatum Aldinam antiquiorem, alterum, cujus adhuc plura supersunt in bibliothecis exempla, illam emendatiorem puta, posteriorem appellabo. Reperi quoque in libro Weimarano subobscura hujus ejusdem rei vestigia. Nam p. 543, 9. ed. Paris. haec reperi in Weimarana Aldina annotata ad p. 57. 36. vol. 2. ed. Aldinae, ubi est in exemplo posteriori *ἑτεροπλοίω*, a manu recentiore: (*ἑτεροπλόῳ.* in pr. ed. *ἐπ. πλείῳ.* se p. voluit *πλοίῳ.*) Sed necesse est, ut illum, quicunque fuit, qui ista annotavit, oculus fefellerit: nam in Aldina mea est *ἑτεροπλίῳ* (per iota). Patet tamen, eum siglis illis *pr. ed.* designare voluisse primam Aldi editionem. Quid autem *p.* solitarium sic positum sibi velit, haud intelligo. Pari modo ad locum, qui in Parisina p. 553, 23. legitur, haec reperi ab eadem recentiore manu annotata, quae non intelligo: (pr. *περὶ* em. ut hic). Non potest fieri, quin nota *pr.* editionem Aldi primam, vocabulo *hic* autem secundam designarit: nam in ea, qua e bibliotheca civitatis Lipsiensis usus sum, et quae eadem est cum Weimarana, legitur illo versu bis *παρὰ*, non *περί*. Et annotator ille Weimaranus codices suos MStos non vocabulis *pr. sec. tert.* sed ciphris 1. 2. 3. designare consuevit. In meo exemplo Aldinae dubium est quid primitus ibi fuerit: nam est quidem ibi utique *περὶ*, sed sic, ut *ε* et *ὶ* atramento inscriptae satis clare videantur, nulla tamen apparente rasura.

Aldo idem jam ante evenerat, ut Theocritum eodem anno eodemque sub elogio geminum, alterum ab altero vehementer dissidentem

ederet, ut in praefatione ad novissimam poetae Syracusani editionem, x hic Lipsiae curatam, demonstravi; neque dubito, quin, si auctorum Latinorum Graecorumque editores diligentius in primas cujusque auctoris editiones inquirant, quod e re literarum est fieri, constet, et ab Aldo, et ab aliis, ejus aequalibus, eandem operam fidemque in operibus suis ad incudem revocandis meliusque item et melius recudendis positam esse.

Ut mater est Aldina texti Demosthenici typis provulgati et propagati, sic eadem mater est critices quoque Demosthenicae, hoc est studii lectiones variantes in libris Demosthenicis occurrentes colligendi et in medio ponendi. Aldus enim primus indicem editioni suae subjecit variantium lectionum, quas in tribus codicibus Dem. reperisset. Tot enim omnino codices sibi praesto fuisse Demosthenem edenti ipse fatetur eo loco, quem supra recitavi. Intelligebat nempe Aldus, ut erat ipse vir doctus, seu Carteromachus, cujus consiliis ille tum in adornandis suis Graecorum Latinorumque auctorum editt. utebatur, magnitudinem fructuum, qui e collatione variarum lectionum ad emendandum et recte intelligendum auctorem quemque enascuntur. Sive inciderat forte fortuna in ejusmodi codicem, cujusmodi est Bavaricus, quo uti mihi licuit; quo in codice saepissime variae lectiones aut supra versum, aut ad marginem, ab ipso librario, qui codicem exaravit, annotatae sunt alias meliores, alias pejores, ut fit, ipso texto. Indicem hunc Aldinum conservavit Herwagiana prima, quae proxima Aldinam consecuta est, nil mutatum. Sed auctiorem dedit Felicianus. (Paulus enim Manutius vix videtur Felicianeo quicquam de suo addidisse). Morellus postmodum copias Parisinas, Wolfius Augustanas addidere, Taylor Britannicas et alius generis; mihi tandem fortuna quaedam secunda fontes quosdam novos aperuit. Sic enata est illa ingens lectionum Demosthenicarum farrago, de qua xi paulo post pluribus agam. Aldina vero ista critices Demosthenicae elementa plane sunt tenuia et informia. Mihi mos est in commentariis meis illum *indicem Aldinum* vel *Aldi* vel *Aldinae*, ut occurrit, appellare. Taylor *Manuscriptos Aldi* appellat.

Notabilis adhuc superest, mihi non praetereundus, error insignis in Aldinam admissus, et illinc in Herwagianam propagatus, a Feliciano primo feliciter sublatus, in Prooemiis, ubi multa misere permixta et conturbata sunt, ut extricari et in ordinem redigi nequeant, foliis a bibliopego transpositis, qua de re pluribus dicetur ad p. 763, 35. [ed. Paris. sive p. 1432, 1. ed. Reisk.]

Desunt Aldinae, et proinde quoque Herwagianae, Demosthenis epistolae, quas primus Wolfius adjungendas reliquo corpori judicavit. Aldus autem satius judicabat eas secerni, qui paucis ante annis easdem epistolas in syntagmate suo Graecarum epistolarum edidisset;

cujus syntagmatis exemplaria tum temporis adhuc sat copiosa suppetebant. Haec de Aldina.

§. 3.

De editione Herwagiana prima.

Excepit eam Herwagiana, prima a me dicenda. Quatuor omnino Herwagiana officina, quae Basileae fuit, edidit, duas Graecas, duas Graecolatinas. Prima itaque earum prodiit Basileae apud Joannem Herwagium mense Septembri anni 1532. hoc titulo: "Δημοσθένους λόγοι δύο καὶ ἑξήκοντα. Habes Lector Demosthenis Graecorum oratorum omnium facile principis orationes duas et sexaginta, et in easdem Ulpiani commentarios quantum extat. Libanii argumenta. tum collectas a studioso quodam ex Des. Erasmi Rot. Guilhelmi Budaei
XII atque aliorum lucubrationibus annotationes. ad haec ipsius, Plutarcho Libanioque auctoribus, vitam, et lectionem denique variam adjectam." Excipit hunc titulum Erasmi Roterodami ad Jo. Georgium Baumgartnerum epistola, qua Demosthenem cum commendatione sua ad illum tum adhuc juvenem mittit. Nil tamen ideo moveor, ut credam ab Erasmo navatam esse Demostheni emendando operam. Leguntur quidem in hac editione, quae ad Aldinam expressa est, nonnulla melius, quam in Aldina. Sed possunt illa a Sim. Grynaeo, aut si quo alio Herwagius tum uteretur mendarum typographicarum correctore, profecta esse. Ab Erasmo tantummodo praefatio postulabatur, commendationis ergo, quo liber esset vendibilior. Praestat haec editio multis rebus Aldinae; chartarum magnitudine, typorumque; tum quod appositos statim ad texti oram Ulpiani commentarios habet, qui ab Aldo seorsim editi fuerant; accessit denique huic editioni primae Herwagianae primum quasi fundamentum commentariorum in Demosthenem e scriptis Erasmi et Budaei aliorumque a Jacobo Rubero collecta farrago, in Wolfiana quoque editione servata. Sed singula haec diligentius videamus. Erasmus in illa epistola nihil a se ad ornandum Demosthenem collatum commemorat. Verba ejus huc pertinentia e longiuscula quidem epistola, a qua homo criticus tamen parum abeat doctior, (sed tum temporis loco praefationum homilias scriptitabant) haec sunt: "Accipe igitur Demosthenem, qui nunc prodit, ceu positis novus exuviis nitidusque juventa—multum debemus Aldo, qui nobis primus oratorum principem dedit; plus debemus Herwagio, qui non parum addidit illi tum dignitatis, tum etiam commoditatis, haud mediocribus impendiis parique vigilantia, ut jam merito possint omnes admirabundi dicere οὗτός ἐστιν ὁ ἐκεῖνος
XIII δημοσθένης." Haec Erasmus. Sed viderit, qui praedicationi suae fidem faciat. Haud infitiabor splendidiorem oculis accidere Herwagianam, quam Aldinam, quarum illa majoribus literis, haec minutioribus est

excusa. Commoditatis item hoc affert haud parum, quod ex adverso dat oratori commentatorem. Est denique saepissime Herwagiana emendatior, quam editio primigenia. Arbitrer tamen nihilominus Aldo deberi plus, quam Herwagio, cujus opera fuisset cessatura, si materiam ille nullam suffecisset. Plerasque mendas Aldinae servavit Herwagiana, novis adeo quibusdam auxit, ex ea in posteriores derivatis; nonnullas tamen sustulit, non ope MSti codicis, qui nullus apud Herwagium fuisse videtur, nullus certe usquam commemoratur, sed solo ingenio, haud constat cujus. Verumtamen suspicione in Simonem Grynaeum feror. Nisi huic suspicioni hoc obstat, quod Grynaeus tum temporis, cum Demosthenes in officina Herwagiana excuderetur, in Anglia peregrinatus sit. Quare satius erit de Jacobo Rubero suspicari, de quo paulo post pluribus dicetur, aut de Joanne Oporino. Non videtur Erasmus in hujus laudis communionem admittendus. Haud abundabat Erasmus otio, neque videtur ei ingenium fuisse Demostheni emendando par. Aliis in literis, theologicis inprimis, regnabat. Ab hoc genere profano erat alienior. In hac editione, prorsus ut in Aldina, ab oratione prima in Aristogitonem novus orditur paginarum ordo; quo fit, ut haec quoque, pariter atque illa, in duo quasi volumina dispescatur, sed ea molis imparis; quorum prius ad p. 532. procedit, alterum ad p. 207. Sed in Herwagiana cur id ita sit institutum, ratio reddi quaedam potest, cur in Aldina, nulla. In Timocratea, quam proximae consequuntur illae duae, quae Aristogitonem insectantur, commentarii finiunt; qui commentarii ut a corpore orationum ipso discernerentur, necesse erat, ut typis majoribus oratio Demosthenica excuderetur, minoribus oratio enarratoris. Hoc xiv
jam conticescente suadebat commodum emtorum, ut, qui typi hactenus essent in enarratorem insumti, iidem nunc oratori ipsi consecrarentur, ne volumen in molem abnormem excurreret, neve sumtus geminarentur. Consultius quoque Herwagius, seu qui pro eo Demosthenem edendum curavit, argumenta Libaniana disposuit; quae argumenta orationum in caussis privatis omnium cum Aldus in unum locum congessisset, et in calce suae editionis quasi abdidisset, melius consulens hic, quisquis fuit, argumenta singula singulis orationibus praefixit. Sed in exemplo meo Herwagianae desidero argumentum orationis in Aristogitonem primae, quod in Aldina tomi primi paginam ultimam implet. Videant, quibus est Herwagianae copia, num in suis exemplis pone p. 532. illud argumentum habeant: meo quidem deest, nescio bibliopegi culpa, an ipsius typographi. Finem denique facit hujus editionis farrago quaedam annotationum e Budaei maxime commentationibus de Asse et in Pandectas consuta, studio cujusdam Ruberi, de quo haec praedicat Joannes Oporinus in admonitione ad lectores, quae ultimam operis paginam implet: "Utinam fatis Jaco-

bum Ruberum, divini ingenii juvenem, et in inquirendis excutiendisque id genus autorum locis mire sedulum, aut vivere diutius, aut meliore, dum vixit, otio frui, visum fuisset, qui si, quod ceperat, perducere ad umbilicum potuisset, alium nos olim Demosthenem et observationes in eum absolutiores—habituros fuisse satis exploratum habeo."—Farraginem illam annotationum, seu compilationem, si mavis, Jo. Oporino tribuit Morhof Polyh. vol. I. p. 962. Farrago haec annotationum etiam in Wolfiana editione servata est. De qua quid statuendum sit, neque ipse inquisivi, neque novi, qui alius statuerit.
xv Obiter perlustranti videntur sic satis utiles lectu et adhuc esse, et tum temporis etiam magis fuisse. De Jacobo illo Rubero nihil mihi constat. Annotationes illae ultra orationem tertiam in Aphobum non procedunt. Quare autem Oporinus hoc defunctus sit quasi perorandi officio, ratio reddi non potest, nisi si statuamus, id quod consentaneum est, Oporinum in officina Herwagiana correctoris partes egisse; a quo etiam facile fiat ut profectae sint illae passim occurrentes meliores lectiones ibi locorum, ubi haec Herwagiana editio ab Aldina discedit. Laudo equidem istorum temporum modestiam, cum ad hujus saeculi jactantiam specto. Turpe tum judicabant viri docti in emendatiunculis quibusdam trivialibus exsultare, quod hodie multi faciunt. Suadet tamen prudentia, suis quaeque auctoribus tribui, ne posteri errent, neque nesciant, unde lectio quaeque profecta sit, num e libris bonae notae, an ex ingenio viri docti, et cujus, quo de auctoritate cujusque lectionis certo pronunciare possint, sciantque, quibuscum sibi negotium sit, et quos aut laudare aut notare debeant. Sed haec obiter. Eidem Oporino tribuo aliam admonitionem, quae item in calce Herwagianae legitur, et haec est: "Hactenus collectis in Demosthenem annotationibus, quantum in praesens licuit, utere et fruere. nam et aliarum, quae in reliquas orationes pertinent, edendarum occasionem nobis fore propediem superis bene fortunantibus speramus, una cum Harpocrationis lexico, et locorum quorundam varia lectione ad vetustissimi exemplaris collationem a D. Petro Danesio Jo. Sphyractis industria nobis et impetrata, et, quanquam id quidem serius, extrema quippe manu jam imposita operi, transmissa."—Quam hic spem facit seu Herwagius, seu Oporinus, de nova, emendatiore et instructiore Demosthenis editione, ea exitu caruit; neque in lucem, quod sciam,
xvi prodiit hic promissa collatio exemplaris Danesiani. Quantum ex obscura Herwagii oratione colligo, res sic habet. Herwagius per Jo. Sphyracten rogaverat Danesium, ut, si quid haberet opis ad emendandum Demosthenem, id conferret. Motus his precibus Danesius codicem nescio quem Demosthenis cum Aldina contulit, eamque collationem ad Herwagium misit. Sed ea sero venit, opere jam absoluto. Falluntur ergo viri docti, qui perhibent, collationem codicum a Da-

nesio excussorum in hac Herwagiana reperiri. Nihil ejus ibi est, neque in vestigium ullum collationis hujus Danesianae incidi, unde aut constaret, aut suspicio saltim nasceretur, qua sorte usa sit illa collatio, quasve in manus pervenerit. Haec de Herwagiana sufficiant. Versatior si essem in historia literaria saeculi XVI., poteram hic multo plura, eaque scita neque injucunda de illo Clario, cui Aldus suum Demosthenem adscripsit, de Carteromacho, de Petro Danesio, de Baumgartnero, Spyracte, Rubero, Oporino afferre. Quo in genere cives mei, Germani, gloriolam affectant exteris ridiculam. Mihi vero ingenium ab ejusmodi sedulitate, non prorsus illa quidem infructuosa, neque plane contemnenda, abhorret.

§. 4.

De editione Feliciani.

Venio nunc ad editionem, quae Demosthenicarum omnium fertur optima et emendatissima, qua quod carendum mihi fuerit, aegre fero[c]. Non dubito quidem, eam in hac urbe esse, in bibliotheca viri celeberrimi, in qua partem ejus memini multis ante annis videre; sed ille a me rogatus negavit sibi ejus copiam esse, quacunque tandem ductus caussa, de quo integrum cuique sit pro suo sensu existimare. Quicquid ejus est, hac editione in curanda mea carendum mihi fuit neces- XVII
sario[c], illa puta, quae Venetiis anno 1543. ex officina Francisci Brucciolí, in forma octava tribus voluminibus cura Jo. Bernardi Feliciani prodiit. Ex hac saepe bonas lectiones Wolf profert, interdum *Felicianeam* vel *Felicianum*, alias *Brucciolensem* vel *Brucciolum* appellans. Praeterquam quod multae texti Demosthenici mendae in hac editione emendatae sunt, et in primis illa abnormis perturbatio in prooemiis rursus ad ordinem revocata, index quoque variantium Aldinus auctus et emendatus est. Haec universe habeo pauca de hac editione quae dicam ex aliorum fide. De editione Feliciani testimonium Wolfii, quod insigne est ad cognoscendam ipsius Wolfii editionem, v. p. 72. col. a. initio annotationum Wolfii (ad prooemia Demosthenica), ut et in epistola priore ad Fuggerum p. 204. unde intelligitur, Wolfium curasse, ut Herwagiana secunda seu minor, in octavo, ad Felicianeam expressa, a se emendata, pro fundamento suae majoris poneretur. Loquitur de editione, quam Herwagianam secundam appello, Basileae anno 1547. in forma octava, tribus voluminibus prodita, quorum non nisi duo prima penes me sunt volumina. v. annotat. Wolfii ad prooemium 22. De Feliciani meritis literariis libenter equidem dissererem, si quid in adversariis annotatum haberem. Neque tamen ideo illau-

[[c] Ejus exemplar quum postmodum accepisset Reiskius, accuratius eam descripsit infra §. 29. G. DIND.]

datus a me discedet vir egregius, quem magni facio. Quae interim ille in literis gesserit, qui cognoscere cupient, eos ad ejusmodi libros ablegabo, qui de vitis excellentium Italorum exposuerunt. Interea dum haec excuduntur, spem mihi per literas facit amicus Argentoratensis de hac editione Feliciani e bibliotheca sua ad me mittenda. Quam ubi adeptus ero, licebit mihi de ea aliquanto diligentius exponere.

xviii §. 5.

De editione Pauli Manutii.

Feliciani editionem insecuta est editio Demosthenis ex officina Pauli Manutii, quam in annotationibus appellare soleo modo *Paulinam*, modo *Paulum*, modo litteris *P. Man.* designo. Titulus illius editionis non est unus universo praefixus operi, sed trium voluminum (tot enim volumina totum opus conficiunt) suus cuique praefixus est proprius, et primo quidem hic: Δημοσθένους λόγων τμῆμα πρῶτον. Demosthenis orationum pars prima, in qua deliberativae orationes sedecim, cum exordiis deliberativis et duae demonstrativae continentur. Secundo hic: Δημοσθένους λόγων τμῆμα δεύτερον. Demosthenis orationum pars secunda, in qua judiciales novem ejus publicae orationes continentur. Tertio hic: Δημοσθένους λόγων τμῆμα τρίτον. Demosthenis orationum pars tertia, qua judiciales tres et triginta privatae ejus continentur orationes. Unicuique horum titulorum subscriptum est: Corrigente Paulo Manutio Aldi filio. Venetiis anno 1554. quae verba dubium est quomodo accipi voluerit Paulus. Qui si voluit solummodo significare, se mendas typographicas e chartis musteis adhuc et a prelo madidis sustulisse, nae partes suas egit admodum indiligenter et imperite. Scatet enim editio Paulina mendis typographicis tot numero et tam turpibus, ut omnes alias longe hoc in genere vincat. Sin autem suggerere Paulus voluit, Demosthenem a se e libris antiquis calamo exaratis meliorem esse factum, id quod videtur omnino de se jactare voluisse, fumos vendidit. Ego equidem, quamquam video bonas in ea multas esse lectiones, Aldinis meliores, nullam tamen omnium suspicor esse, quae non e Felicianea derivata sit. Feliciani editionem a Paulo Manutio exscriptam esse ait Taylor ad vol. 2. p.
xix 370. Nusquam tamen Paulus Felicianum nominat. Qua in re num boni et honesti viri nomen tueri queat Paulus, viderint alii. Nobis incompertae sunt minutae quaeque rationes illarum editionum; constat tamen, Paulum Graecis literis minus, quam Latinis, valuisse. Ordo orationum in hac editione paulum ab Aldina discedit. In primo volumine sunt omnes συμβουλευτικοὶ, quibus adjunguntur prooemia, et duo ἐπιδεικτικοὶ, scil. funebris et amatorius. Haec tria in Aldina, ut et Parisina, ad finem rejecta sunt. In secundo sunt oratt. pro corona, de falsa legatione, Leptinea, Midiana, in Androtionem, in Aristocra-

tem, in Timocratem, in Aristogitonem duae. Reliquae privatae tertium volumen implent. Hanc editionem aiunt e Feliciana expressam esse. Potest fieri, ut verum aiant. Solebant tum temporis typographi Itali in se latrocinia exercere: Juntae se primos edere, aut correctiora, ferre, quae Aldus edidisset, et Aldus contra, quae Juntae. Similis videtur aemulatio, similes excursiones mutuae in fines alienos intercessisse Paulum Manutium et Brucciolum. Deprehendi tamen nonnunquam illas duas editiones, Bernardinam et Paulinam, inter se discrepare, ex. c. p. 286. 2. Potest fieri, ut Paulus locos, in quibus a Bernardo discedit, ex ed. Hier. Wolfii prima (anni 1549.) acceperit, de quo diligentius quaerendum. Indices cuique volumini sui sunt subjecti, qui videntur iidem esse cum illis, quos Felicianus suae addiderat; iisdemque vitiis laborant, quibus Aldinus. Nonnunquam indices lectionem eandem, quae in texto est, reddunt, suppressa varia lectione, quam exspectabas; saepe in texto asteriscus est positus ad indicem ablegans, quem si consulis, delusum te sentis. Ille tacet, tu frustra quaesivisti. Indices Pauli ubi cum Aldino consentiunt, sunt ex Aldino sumti; quapropter pro uno solummodo suffragio habebuntur. Dolendum, veteres hanc critices partem tam supine tractasse, xx
ut, e quo codice una quaeque lectio esset depromta, non indicarent, quamvis constet inter criticos, multum referre, ut, quo e codice lectio quaepiam derivata sit, ne nesciatur. Nam in auctoritate codicis magnum est praejudicium ad auctoritatem ipsius lectionis. Nihil haec habet editio, quod in Aldina non esset, praeterquam praefationem Graecam, qua Paulus hanc editionem *Λουδοουίκῳ Βεκατελλίῳ τῷ Ῥαβέλλου ἐπισκόπῳ, ἀποστολικῷ Ἐνετίῃσι λεγάτῳ*, inscribit[d]. Reddetur haec epistola tota in calce nostri operis una cum aliis dedicationibus et praefationibus. Epistolae hujus hoc propemodum argumentum est: fuisse queritur Paulus, qui segnitiem sibi exprobrarent, quod haeres factus typographiae a patre relictae egregie instructae nil curaret patrem imitari, sed opes tam praeclaras non exercendo sineret disperire. Sibi vero non animum defuisse praeclarum quid enitendi, sed pecunias: quare sibi necessario quiescendum fuisse, donec Ludovicus Beccatellius sibi de pecuniis abunde prospexisset. His adjutum se primum omnium, quae edenda decrevisset, sive dudum ante jam essent, sive nondum edita, Demosthenem edidisse, diligentissime a se emendatum, et cum optimis exemplaribus collatum. Verba ipsa Pauli haec sunt: *τούτους τοιγαροῦν τοὺς λόγους ὡς οἷόντε ἦν ἐπιμελέστατα διορθωσά-*

[d] Papadopulus in Historia Gymnasii Patavini (v. Gelehrten-Lexicon vol. 1. c. 887.) dicit, Ludov. Beccatellium episcopatum Ravelli oblatum a Ranutio Farnesio recusasse. Loci de Beccatellio apud Manutium in epistolis (ed. Henr. Stephani) p. 115. Epistolae clarorum virorum a Paulo Manutio anno 1554. editae p. 65.

μενοι καὶ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν ἀντιγράφων ἀντεξετάσαντές σοι προσφωνοῦ-
μεν. Sic gloriam editi Demosthenis, et si quid postmodum editurus
XXI esset, Beccatellio esse tribuendam.—Constat ex his, Demosthenem
primum esse librum omnium a Paulo Manutio proditorum. Comparasse ait *τὰ δοκιμώτατα ἀντίγραφα*: quae autem illa fuerint, unde petita, manu scripta, an typis excusa, an ab alio quopiam jam usurpata, reticet. Editione Paulina mihi licuit uti benignitate Jo. Friderici Fischeri V. C. Professoris in Universitate Lipsiensi, et Rectoris Scholae Thomanae, optime de bonis literis meriti, qui eam e sua bibliotheca mecum communicavit.

§. 6.

De editione Wolfii prima Graecolatina.

Venio nunc ad editionem primam Graecolatinam: nam superius a me commemoratae Graecae solummodo sunt[e]. Primus totum Demosthenem Latinum fecit Hieronymus Wolf, Augustanus, vir de Demosthene immortaliter meritus[f], qui Demosthenem semel Graecum, bis Graecolatinum, ter Latinum edidit, quarum editionum successiones persequemur.

XXII Latine primum edidit Wolf Demosthenem Basileae anno 1544. ni
fallor, in folio, splendide impressum opus, quod ipse olim habui, deinde rursus praepostero contemtu, cujus me nunc poenitet, vendidi.

Deinde Graecolatinam Basileae anno 1549. apud Oporinum in folio, qua carui; quare de ea verbis Fabricii (Bibl. Gr. vol. 1. p. 926.) mihi referendum est; quinque partibus, quorum tres priores opera Demosthenis secundum distributionem Pauli Manutii seu Feliciani potius, quarta vitas Demosthenis, Wolfii notas, et gnomologiam, Ulpianique commentarios, quinta translationes quarundam Demosthenicarum ante Wolfium per varios Latine redditarum continet. Videntur ex hac editione conjecturae quaedam Wolfianae in marginem Parisinae et in indicem Lambini Parisinae subjectum esse translatae.

Wolfii interpretatio prodiit rursus Venetiis anno 1550. tribus voluminibus, iterum Basileae anno 1554. in 12. ex Wolfii recognitione. Idem anno 1569. Basileae specimen Demosthenis a se iterum

[e] Morhof vol. 1. p. 962. Etsi Carolus Clutinus Parisiensis orationes omnes Demosthenis una cum Libanii argumentis et Ulpiani commentariis ante Wolfium transtulisse a Michaele Neandro perhibeatur praefat. Erotemat. L. G. p. 231., ab eodem tamen has immatura morte praeventus non edidisse dicitur. Wolf itaque primo anno 1545. tomis quinque in 8. apud Jo. Oporinum, et, cum ille doctissimi Wolfii labor calculis eruditorum approbaretur, factum est, ut mox secundum atque item tertium ederetur. Tandem vero e quarta interpretis recognitione prodiit Basileae apud Episcopium anno 1572.

[f] Vitam egregii viri, ab ipso conscriptam, et ex ejus schedis a Jacobo Bruckero V. C. editam in calce hujus operis reddam.

recogniti dedit in 8vo apud Herwagium, continens tantum orationes Olynthiacas tres et vitam Demosthenis et Aeschinis Graece et Latine, cum annotationibus copiosissimis, quae omnia sunt in editione tertia, anno 1572. prodita, de qua paulo post dicetur, verbotenus repetita. Insignis hoc de specimine locus legitur Demosthenis Wolfiani vol. 6. p. 200. a. totus adscribendus, si vacaret.

§. 7.

De editione Parisina.

Successit editio omnium ad id temporis splendidissima et perfectissima Parisiis anno 1570. in folio, quae quod fundus est editionis nostrae, pluribus de ea mihi dicendum est. Soleo illam modo *Parisinam*, modo *Lutetianam*, ut sub stylum venit, appellare. Taylorus eam plerumque *Benenatum* appellat, quod illud exemplum, quo ipse
uteretur, Joannis Benenati typographi nomen in titulo praeferret. XXIII
Coepta fuerat haec editio anno 1558, a Guilielmo Morello, sed morte ejus et bellis civilibus interrupta, diu cum jacuisset, anno 1570. demum prodiit, quod Dionysius Lambinus in praefationibus iterum atque iterum inculcat, cujus verba, quia paulo copiosiora sunt, operae parco adscribendi. Multis magnisque laudibus haec editio priores superat omnes, sed neque rursus vitiis caret; id quod e nostra hac praefatione, sed e libro variantium maxime constabit. Hic historiam ejus contexam. Fatis defuncto Morello, qui fuit typographus regius, homo pauper quidem, teste Lambino, sed doctus et frugi, cum pervenisset opus ad orationem de falsa legatione, jacuit per novem annos et plus, donec Benenatus, matrimonio cum vidua Morelli contracto, totius instrumenti typographici heres et artis successor factus, ad continuandum et peragendum opus animum adjecit. Is Dionysium Lambinum adiit, rogans, ut editionem curaret atque gubernaret, verum ea cum cautione, ne quid ipse suo arbitratu in texto mutaret, sed vulgatae inhaereret. Ita schedas Morellianas Lambinus in ordinem composuit, qui geminam praefixit editioni suae praefationem, alteram nomine suo, qua de opera a se Demostheni a Morello derelicto navata exponit; alteram nomine typographi, Jo. Benenati, in qua paene eadem iterantur, additis nonnullis, quae ad historiam sui typographei pertinent, item de signis, quibus usus esset Morellus ad designandum vel codices manuscriptos, e quibus collegisset lectiones variantes, vel eorum seu defectus seu accessiones, item de numeris, aliis ad textum, aliis ad commentarios pertinentibus. Superest adhuc alia Lambini praefatio dignitate prima, Graeca epistola ad Carolum IX. Franciae regem, qua Lambinus ei hanc editio-
nem dedicat. Illa sic orditur: *Διονύσιος ὁ Λαμβῖνος Μονστρολιεὺς Καρόλῳ* XXIV
τῷ τῆς Φραγκίας βασιλεῖ, τῶν Χριστιανῶν βασιλέων μεγίστῳ τε καὶ Χρι-

στιανικωτάτῳ, εὖ πράττειν. Cujus argumentum, qui volet, ex ipsa cognoscat, nostram ad rem haud facit. Praefationes has excipiunt elogia Demosthenis et de eo testimonia, ex auctoribus Graecisque Latinisque paene omnibus conquisita, minutis typis, per folia viginti. In his sunt vita Demosthenis e Plutarcho et Pseudo-Plutarcho, Libanii epistola ad Montium, Luciani encomium Demosthenis, Dionysii Halicarn. epistola ad Ammaeum, et infinita alia hujusmodi, postremo Ulpiani ad Demosthenem prolegomena. Tum sequitur ipsum corpus orationum cum commentariis Ulpiani ad latus positis, qui commentarii hac in editione quarta fere parte, ut asseverat Lambinus, auctiores sunt, quam Aldus eos ediderat. Morellus enim, quicquid scholiorum in codicibus regiis seu Parisinis invenisset, immiscuerat Ulpianeis ab Aldo editis sine ulla discriminis nota. Quod dolendum. Debebant cujusque codicis scholia seorsim edi, aut saltim, scholia quaeque quibus e codicibus essent sumta, signis aut verbis indicari, non omnia in unum cinnum commisceri, cum bonis futilia. Suum cuique debebat relinqui. Importuna et stulta ea fuit sedulitas editorum ineptias et nugas frigidissimas accumulandi, cujus hunc ferimus fructum, ut saepe miremur eundem auctorem pugnantia inter se tradere. Quod fieri secus non potest, si diversissimorum auctorum fragmenta inter se compinguntur, et sub ejusdem scholiastae nomine venditantur. Sic obtruduntur alicui ea, quae noluit dicere, et de quibus nunquam somniavit. Si quando contingat, ut nos quoque scholia edamus, de quo nondum certo decrevimus, (inviti autem faciemus, cum edemus,) servabimus quidem ordinem editionis Parisinae, nova autem, quae e Bavarico codice, itemque ex Augustano prodemus, ea quaeque seorsim, eo ordine, ut in codice quoque inve-
xxv nimus, prodemus. Scholia haec, ut in aliis editionibus, ita in hac quoque ultra Timocrateam non procedunt. Nam quae ad posteriores orationes adspersa sunt, ea oppido pauca sunt, vix decem omnino, et minimi facienda. Procedit sic opus usque ad p. 789. non eo ordine, quem Wolfius in suam editionem importavit, sed Aldino, quem etiam reliquae editiones praeter Wolfianam omnes servarunt. Prima Wolfiana, qua careo, si epistolas Demosthenis non tenet, de quo viderint, quibus copia primae Wolfianae est, prima dedit eas Parisina: nam in epistolis Demosthenis finit haec editio. Mantissae loco adjectae sunt variae lectiones et notae in orationes Demosthenis et in scholia Ulpiani. Videbimus de his paulo post. Instituit Morellus orationes Demosthenis in paragraphos dividere, quibus numeri sui sunt in margine interiori appositi. In exteriori sunt iidem numeri scholiis additi, quo statim inveniri posset, quo scholium quodque referendum esset; variae lectiones ad textum pertinentes occupant marginem interiorem, exteriorem autem eae, quae ad scholia redeunt.

Pars ea, quam curavit Morellus, multis modis praestat parti posteriori a Lambino curatae. Chartarum ipsa forma novum, sed deteriorem dominum et gubernatorem prodit. Chartae in parte Morelliana sunt firmae et candidae, in parte ea, cui praefuere Lambinus et Benenatus, sunt tenues, flaccidae, bibulae, sordidae. In priori parte non satis mirari possum demonstratam a Morello diligentiam, ad minutias saepe delabentem; obsiti sunt spississima copia variantium margines illius primae partis; codices, unde quaeque lectio esset sumta, indicati. In parte Lambiniana multo rariores varietates lectionis, et quae tandem afferuntur, earum paene ubique reticetur auctoritas; pleraeque harum sunt aut ex Aldina, aut ex Obsopoei codice (de quo post), aut Felicianea, aut e Manutiana, aut ex alio quopiam xxvi
auctore conquisitae; rarissimae sunt, quas suspiceris e codicibus regiis Parisinis esse haustas. Nescio an Lambinus eos nunquam inspexerit, sive quod laborem defugeret, sive quod eorum copia ipsi negaretur, quod credibile non est. Pars Morelliana emendatissima est; vix unum aut alterum sphalma typogr. in ea memini deprehendere. Pars contra Lambiniana mendis scatet et numero plurimis et foedissimis. In Morello intemperantiam diligentiae notes [g], in Lambino incredibilem secordiam et inopiam. Morellus codicum suorum vel quisquilias ipsas corrasas nobis ingessit, Lambinus ne gemmas quidem inde conquisivit, dissimillimus decessori successor. Saltim demonstrasset, unde lectionem quamque sumsisset. Jam vero nescias, quid codici MSto, quid impresso, et cui, quid ipsius Lambini debeatur ingenio, aut Wolfii; nam et ejus conjecturas, auctore tacito, alias in margine Lutetianae, alias in indice retulit. Index hic non meras conjecturas Lambini praebet, quod Taylor opinatus est, (raras quidem illas tenet,) sed plerasque lectiones Aldinae aut aliarum vetustarum editionum, et est supplementum marginis Lutetiani. Conjecturae Lambini rarae ibi sunt, quod dixi, et quae sunt, plerumque in interpunctione recte constituenda et corrigendis sphalmatibus laborant. Rarae sunt ingeniosae, doctae, certae, Demosthene et Demosthenis editore dignae; multae contra triviales, multae inanes et ineptae [h]. Conjecturae aut emendationes si quae sunt in indice Lambini pro- xxvii
ditae, dubium est, sintne Lambini an potius Morelli. Veniam tamen ego equidem facile Lambino dem. Subito inciderat in negotium non provisum, accesserat imparatus, deprecari non potuerat. Parisiis tum non erat, qui melius ipso rem gessisset. Intra annum, quantum ex

[g] Taylor (ad p. 231, 36.) editionem Parisinam *prae caeteris minutiarum prodigam* appellat. (vol. 2. p. 164, 1.) Editio Benenati longe optima, quod ad contextum attinet. Markland ad p. 304, 19.

[h] In margine Parisinae si qua lectio tacito auctore proponitur cum Augustano primo consentiens, videtur ea ex Parisino primo esse accepta, nisi aliunde de auctoritate ejus constet.

ejus praefatione colligo, hanc operam exantlavit. Quae omnia satis eum ad aequos excusent.—Morellus in parte a se curata ubique citat octo codices Demosthenis MStos e bibliotheca regia depromtos, quos his literis designat : *α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ.* Ego in libro variantium *primum, secundum, tertium* et sic porro appello. Quibus numeris hi codices hodie signati sint, indagavit Taylor et his verbis demonstravit in praefatione ad suum Demosthenem : *α.* sive codex Morellianorum primus locum habet hodie in bibliotheca regia 2190. numero. Reliqua una cum judiciis de valore cujusque codicis Parisini, quae Taylor tulit, apud ipsum velim legi.

Citat interdum Taylor lectiones tanquam e Parisinis codicibus haustas, quarum mentio nulla fit in editione Parisina. Ergone locupletior et diligentior penes eum fuit illorum codicum collatio ? Non videtur. Imò potius editionem Parisinam saepe nomine codicum regiorum appellat, quos eum oculis non vidisse constat ex ann. ad p. 277, 28. Saepe citat Taylor codices Parisinos perperam, ubi par erat lectionem marginis Lutetiani solummodo laudari. Non omnes lectiones variantes in margine Lutet. annotatae sunt e codicibus regiis Parisinis, sed eae solummodo, quibus adscriptae sunt literae *α. β. γ.* etc. Reliquae lectiones, quae his notis carent, tametsi possint itidem illinc ductae esse, tamen certo id doceri nequit, et possunt alii fontes earum lectionum demonstrari, e. c. codex Obsopoei, aut editio Aldina, aut quaepiam alia vetustior, aut index alicujus
XXVIII vetustioris editionis, aut auctor aliquis vetustus, ut Hermogenes, Aristides, Dionysius Halicarn., Longinus, alii, aut Wolfii annotationes, etc. Universe non videtur Lambinus codices Parisinos usurpasse, et in exemplo, quod Morellus reliquit moriens, ipse a Benenato accepit sibi traditum, unde operae Parisinae editionem suam expresserunt, Herwagiana prima puta, nonnisi paucas quasdam reperisse e Parisinis primo et quinto solis ad orationes a Leptinea inde posteriores annotatas ; caeterae lectiones illi exemplo a Morello adscriptae unde essent, ignorasse neque discere curasse.

Miretur quis, Fabricium in Bibl. Gr. vol. 1. p. 926. affirmare, editionem Parisinam, de qua nunc sermo nobis est, prodiisse ex officina Michaelis Sonnii, cum Dionysius tamen Lambinus ipse, qui poterat rei gestae testis esse certissimus, eam Benenato tribuat, quo factum, ut a Tayloro aliisque Benenati editio appelletur. Eximam hunc scrupulum. Sunt penes me duo exemplaria Parisinae hujus editionis, inter se rebus omnibus praeter titulum simillima. In alterius titulo conspicitur signum Adriani Turnebi, thyrsus angue implicatus, cum subscriptione : *βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ* Lutetiae 1570. apud Joannem Benenatum. Alterius exemplaris titulo suppositum est scutum quadratum cum basilisco e flammis exsurgente versus digitum

dextrae e nubibus exsertae, cum symbolo circumscripto: *si deus pro nobis quis contra nos.* Subscripta sunt haec verba: *Lutet.* 1570. *apud Michaelem Sonnium sub scuto Basiliensi via Jacobaea.* Fieri potest, ut Michael ille Sonnius partem impendiorum ad istam editionem perficiendam de suo contulerit, eoque jus impetraverit nomen suum in fronte operis proscribendi. Conveniunt haec duo exemplaria inter se quam perfectissime, ut ovum ovo non possit esse similius. Observavi tamen interdum inter ambo discrepantiam quandam lectionis, quae
non potest aliter nata esse, quam si corrector operis, quisquis fuit, xxix
currente adhuc prelo, cerneret aliquod vitium, idque tolleret, parte exemplarium jam excusa, nondum omnibus. Exempla mirificae hujus rei sunt p. 151, 34. ubi in exemplo Benenati est δωρίας, in Sonniano δωρεάς. p. 119, 11. in uno est ἐξαπαθῆσαι, in altero ἐξαπατῆσαι. it. p. 4, 8. 150, 34. 163, 30. 176, 31. 189, 20. 286, 15.

§. 8.

De editione Wolfii secunda Graecolatina.

Eodem fere tempore, quo Parisina prodibat editio, carceres mordebat Herwagiana tertia, quae anno 1572. Basileae prodiit hoc titulo: Demosthenis et Aeschinis principum Graeciae oratorum opera, cum utriusque auctoris vita et Ulpiani commentariis novisque scholiis ex quarta eaque postrema recognitione, Graecolatina, sed codicum impressorum et inter hos Parisiensis nuper editi, duorum manuscriptorum, alterius Pannonii, alterius ex Augustana bibliotheca fidelissima collatione a mendis repurgata, variis lectionibus adaucta, annotationibus illustrata per Hieronymum Wolfium Oetingensem, utriusque linguae in Augustana schola professorem etc. Basileae ex officina Herwagiana per Eusebium Episcopium. 1572. Habemus hoc in titulo breve argumentum ipsius operis. Explicationem tituli dabunt insequentia. Partes operis sigillatim persequamur. Titulum excipit dedicatio ad Henricum Recklingerum et Christophorum Peitingerum Duumviros et ad Consules ac Senatum inclytae Augustanae reipublicae. E qua juvat haec excerpere. Fuggerum appellat patronum hujus operis, in cujus id nomine jam tertium apparuit.—"Prodiit Demosthenes (modo operae typographicae non de integro deformarint ea, quae ego summo labore expolivi. longe a praelo absum et
alias alios codices chartasque typographo misi.) hic igitur, inquam, xxx
quod quidem in me fuit, se spectandum Demosthenes cum non contemnendo comitatu praebet

Jam positis novus exuviis nitidusque juventa.

Sed ad Graecum archetypon redeo—τοῖς φιλέλλησι spero. Scripta haec est dedicatio Idibus Augusti, natali meo. Anno R. S. 1570." eodem igitur, quo Parisina prodiit. Ergo jam tum absoluta praelo

erat haec editio secunda Wolfii Graecolatina seu quarta Wolfiana, ut ipse Wolf eam appellat. Sed supererant, ut suspicor, adhuc supplenda quaedam ex editione Parisina, quae res evulgationem in alterum annum extraxit; qua de re post pluribus. Ipse Wolf aliquoties testatur se anno 1569. has quartae recognitionis annotationes conscripsisse. v. annotat. ad p. 786. ubi ait, eo demum anno secum esse communicatam Aldinam a Theobaldo Theodorico Argentinensi, sed Parisinam, quam Oporino misisset, recuperare non potuisse. Ergone Parisina quoque jam anno 1569. prodiit? Sequuntur dedicationem versiculi Graeci Latinique Wolfii ad rem nil facientes; tum testimonia de Demosthene veterum Graecorum Latinorumque, illa cum Latina Wolfii interpretatione; tum excerpta ex epistola Matthiae Schenkii, Augustanae scholae Anneae magistri primarii ad Hieronymum Wolfium 18. Januarii 1571. scripta, qua ei laborem Demosthenicum exantlatum gratulatur; inde carmen Pauli Melissi Franci super eadem re. Tum series operis Demosthenici in 6 tomos distributi, quorum quatuor priores opera Demosthenis et Aeschinis complectuntur, quintus Ulpiani commentarios cum annotationibus Wolfii ad eosdem, accessiones ad Ulpianum ex editione Parisina, Demosthenis vita e Libanio, Plutarcho, Luciano et Suida, Aeschinis vita e Plutarcho, et alia incerto auctore, Apollonii in Aeschinem enarratio, Aeschinis vita e Suida, Wolfii annotationes in illas vitas, tandem
XXXI farrago annotationum Ruberana, de qua supra diximus, cum de Hervagiana prima diceremus. Sexto denique tomo haec insunt. Primum totum specimen Demosthenis recognit., de quo ante dicebamus, anno 1569. proditum, hic iteratum, ne litera quidem mutata; deinde annotationes Wolfii ad omnes Demosthenis et Aeschinis orationes; post variae lectiones totius operis Demosthenici e quatuor diversis codicibus collectae. Sunt illi quatuor codices editio Aldina, Hervagiana prima, Felicianea et Manutiana. p. 138. Castigationes et variae lectiones in Demosthenem per Vincentium Obsopoeum, de quibus paulo post dicetur p. 145. Variae lectiones ad Demosthenem ex editione Felicianea. p. 157. Wolfii annotationes ad Demosthenem e codice Lutetiano. p. 159. quam appello *farraginem Wolfianam*, qua consignavit omnes lectiones ed. Lutet. a sua discrepantes, cum inspersis suis conjecturis novis seu curis secundis. Diversae lectiones codicis Augustani. p. 179. Scholia codicis Augustani ejusdem. p. 193. Variae lectiones in Vita Demosthenis a Plutarcho scripta. p. 199. Wolfii veteres praefationes et carmina Graeca atque Latina. Hic est conspectus, haec series operis Wolfiani. Videamus nunc de quibusdam horum libellorum seorsim. Primum de dispositione atque distributione oratt. Dem. Wolfiana. Orationes Demosthenis in editione Aldina una continua serie, sine ulla distributione in classes,

leguntur. Primus eas in tres tomos seu classes distribuit Felicianus,
quem imitatus est Paulus Manutius. Prima classis tenet Olynthiacas,
Philippicas, suasorias, prooemia, et duas ostensionales, operis appen-
diculam. Secundus tomus tenet publicis in caussis dictas, quas supra
recensuimus. Tertius reliquas omnes. Wolf autem ab hac distri-
butione duabus in rebus discessit. 1. E duabus contra Aeschinem
orationibus, quae in edd. Bernardi et Pauli pars tomi secundi sunt,
tomum peculiarem, numero secundum, fecit, additis Aeschinis oratio- xxxii
nibus. Quae autem in edd. Bern. et Pauli reliqua secundi tomi im-
plebant orationes, ut Leptinea, Midiana, Androt., Aristocrat., Timo-
crat., Aristogiton., illis Wolf tertium tomum seu classem assignavit,
quo factum, ut, quae in edd. Felic. et P. Manutii esset tertia classis,
ea jam in ed. Wolfiana sit quarta. Sed et ex hac postrema classe,
quae est privatarum caussarum, tres orationes Wolf transtulit in clas-
sem aliis mediam, sibi tertiam, orationes puta in Eubulidem, in Theo-
crinem et in Neaeram, quod eas orationes crederet non privatas sed
publicas caussas agitare. 2. Tomo primo admiscuit, praeter epistolas
Demosthenis et Aeschinis, etiam orationem Dinarchi in Demosthe-
nem. Tomo secundo orationem pro corona, quae in aliis omnibus
editionibus antecedit illam de falsa legatione, huic Wolf postposuit.
Opuscula quinque hoc secundo tomo Wolfiano conclusa istoc ordine
sese consequuntur: 1. Aeschinis or. in Timarchum; 2. Demosthenes
de falsa legatione in Aeschinem; 3. hujus adversus illum super hoc
crimine defensio; 4. rursus ejusdem oratio in Ctesiphontem et coro-
nam; tandem 5. Demosthenis oratio pro Ctesiphonte seu, quod idem
est, pro corona. Tomo quarto subjectus est index in Demosthenem
et Aeschinem. Singuli quique tomi suis praefationibus propriis a
Wolfio sunt instructi. Quinto tomo, qui Ulpianum complectitur,
praefixa praefatio scripta est Cal. Martiis 1550. Clausula interpre-
tationis Latinae p. 243. haec est.—Initio annotationum ad Ulpianum
Wolf ait p. 244. eas a se scriptas esse anno 1566. Sed cum interea
prodisset editio Parisina, in qua Ulpiani scholia multo sunt antiquitus
editis locupletiora, illis, quae reddidisset Wolf in sua editione, ideo
accessiones illas omnes editionis Parisinae seorsim excudi curavit cum
Latina sua interpretatione a p. 262. ad p. 300. Tomus VI. compre-
hendit Wolfii aliorumque ad Demosth. annotationes et sylvam varian- xxxiii
tium lectionum indigestam. Fini annotationum suarum ad orationes
Demosthenis et Aeschinis adversarias adjecit Wolf schedas Scrimgeri,
de quibus exponit p. 102. In fine annotationum ad tomum quartum
p. 137. Graeca clausula testatur, eas absolutas esse anno 1569. *θαργη-
λιῶνος μεσοῦντος* (h. e. Augusto). P. 143. incipiunt Castigationes ac
diversae lectiones in orationes Demosthenis per Vincentium Obso-
poeum, *vetustissimi cujusdam exemplaris subsidio collectae, non tantum*

editioni Aldinae, verum etiam Basileensi, quae postrema est, non sine fructu adhibendae; nam in neutra, quae hic emendantur, recte habent. Hic est titulus opusculi, de quo jam dudum dicere debuissem, nisi satius duxissem historiam editionum Demosthenis non interrumpi. Prodiit hoc opusculum Basileae primum in quarto minimo anno 1533. Triginta paene annis post idem Wolf editioni suae Demosthenis inseruit cum aliqua accessione sua. Obsopoeus enim cum libellum suum Hieronymo Baumgartnero [i], patricio ac senatori Norimbergensi, obtulisset, Wolf renovatae editioni hujus epistolae dedicatoriae aliam suam ad istius Hieronymi Baumgartneri filium, patri cognominem, Consulem Norimbergensem, adjecit. In hoc opusculo Obsopoeus locos non paucos Demosthenis Aldini e codice manuscripto, qui in manus ejus venerat e Pannonia, correxit, aut saltim varias ejus lectiones expromsit. Quare Pannonicum hunc codicem soleo appellare ad exemplum Wolfii; qui codex quo devenerit, haud constat. Non fuit ille quidem optimae notae; habet tamen interdum lectiones non contemnendas.

XXXIV Sed redeo ad opus Wolfianum. Erunt sine dubio qui mirentur, quod, cum inter quatuor codices, e quibus excerptae dicuntur variae lectiones p. 138–142. positae, Felicianeam nominassem, rursus tamen p. 137. occurrant varietates e Felicianea. Caussam rei accipe a brevi Wolfii hac praefatione: "Post immaturum obitum Bolgangi Empacheri Tirolensis—" Clauditur hoc excerptum hac clausula: "Atque haec ex annotationibus meis in Felicianum codicem confectis ante annos 22, 3. Nonas Decembr. 1569." Ergone non sunt hae merae variae lectiones e Felicianea, sed intermistae quoque sunt Wolfii conjecturae? Examinetur. Insequitur duplex accessio ex editione Lutetiana. Prima varietatem lectionis exhibet, quae est in editione Lutetiana ab Wolfiana: procedit haec a p. 159. ad 174. Altera accessio sic est inscripta modo perobscuro et dubio: Variae lectiones et notae in orationes Demosthenis e Lutetiano codice excerptae. Sunt enimvero hae nihil aliud quam ille, quem appellare soleo *indicem Lambini*, de quo supra; qui in calcem editionis Lambinianae rejectus est. Procedunt hae a p. 175. ad 177. A p. 178. iucipiunt variae lectiones codicis Augustani membranacei illius egregii, quem *primum* appellare soleo. Cujus historiam cognoscamus e praefatione Wolfii ad eas, quam totam huc transscriberem, si vacaret. Tum procedunt illae lectiones Augustanae a p. 179–192. Praescriptus iis est hic titulus: *Diversae lectiones ex Augustanae rei publicae bibliothecae codice vetustissimo in-*

[i] Viderint, quibus familiae patriciae Norimbergensium notiores quam mihi sunt, num pater hic sit illius Jo. Georgii Baumgartneri, cui Erasmus Roterodamus editionem Herwagianam primam inscripsit

dustria M. Simonis Fabricii, Marcopibertani, Franci, diligenter observatae. Interspersa sunt lectionibus Augustani judicia de ipsis, interdum et conjecturae, sine auctore: penes me tamen certum est, ea non a Sim. Fabricio, sed ab ipso Wolfio esse profecta. Videtur quoque Wolf delectum fecisse illarum lectionum, non omnes, quas Fabricius ei tradidisset, publicasse. Sed vehementer in illo delectu peccavit; multa etiam aliter prodidit, atque in ipso codice reperi. Sed xxxv
hac de re paulo post pluribus. Pertinet huc etiam alius locus e Wolfii dedicatione totius operis Demosthenici, p. 4. "Nunc ad MStos codices redeo" ait.—Quae Wolfius hic ait de literis illius codicis minutis et exoletis, quas negat vel adhibitis specillis perspicere se potuisse, non possum satis mirari. Nolo equidem frontem ejus accusare. Vir honestus non videtur data opera mentitus esse sciensque fefellisse. Verumtamen, si vera dixit h. l. Wolfius, nae oportet eum paene caecum fuisse. Vellem equidem omnes codices Demosthenicos, quos tractare mihi licuit, tam pulchris, tam perspicuis, tam grandibus literis, tam plane et explicate, sine abbreviaturis, scriptos fuisse, atque hic est Augustanus omnium optimus. Literae, quibus exaratus ille est, quadruplo majores sunt, atque sunt literae Bavarici. Forma et proceritas literarum totusque habitus scriptionis prorsus est similis scripturae, qua exaratus est codex membranaceus, unde Constantini Porphyrogeniti Ceremoniale Byzantinum post Leichium edidi, cujus scripturae specimen ex aere caelato expressum prostat. Similis item est Pentateucho bibliothecae nostrae Paulinae, cujus specimen cl. Fischerus edidit. Superest adhuc ille codex Augustae Vindelicorum. Inspiciat, cuicunque copia inspiciendi erit: videbit, uter nostrum, Wolfius an ego, verum dixerit. Utinam specimen aliquod illius codicis fideliter chartae oleo imbutae inscriptum sumsissem! Sed ipse nesciebam hanc artem ductus literarum ita excipiendi, parcebam oculis, festinabam codicem quam primum ad dominos remittere, quem annum paene penes me habuissem, nolebam eum alienae fidei committere. Quicquid est, grandibus pulcherrimisque et lectu planissimis literis est totus exaratus, nisi quod atramentum plerumque flavescit; quo fit, ut ad lucernam legenti nihil perspicuum appareat. De sensu quisque suo quidem testis est certissimus. Ego, qui parum xxxvi
oculis valeam, et nescio an minus etiam, quam ipse Wolf, de die tamen hunc Augustanum codicem, ducentesimo fere post quartam Wolfianam Demosthenis editionem anno, legi planissime. Scholia autem illius codicis sunt illa quidem ab eadem manu, literis ad formam quidem similibus, sed multo minutissimis, et cum compendiis longe plurimis atque intricatissimis exarata. Sed de his postmodum suo loco, cum de hoc codice Augustano pluribus agam. Diversis hisce lectionibus codicis Augustani subjecta sunt in editione Wolfiana

scholia ejusdem codicis a p. 193. ad 199. cum Latina interpretatione Wolfii, quibus de scholiis item pluribus paulo post exponam. Praefixit iis hanc praefationem Wolfius.—In fine: "Haec scholia in *περὶ στεφάνου* exstant in Lutetiano codice (hoc est editione Parisina). In *παραπρεσβείαν* et *τιμοκράτην* partim ex Ulpiano decerpta esse, partim in scholiis Lutetianis exstare videntur. quare nolim certum laborem capere incerto fructu." Haec Wolfius. Expediebat tamen, opinor, saltim varietates lectionis in his scholiis, quae essent in Augustano, si quae discreparent lectiones a Lutetianis, prodi.

Denique succedunt variae lectiones in vita Demosthenis a Plutarcho descripta; in quibus *F.*, id est *fortasse*, additur, Wolfianae conjecturae sunt, caeterae Lutetianae editioni acceptae referuntur. (hic est titulus a Wolfio praescriptus.) Annotationibus ad Pseudoplutarchi vitam Demosthenis hanc praemisit Wolf annotationem: "Quot loca in hoc opusculo *εὐστόχως* emendaverim, testatur conversio mea, et specimen Demosthenicum anno 1569. editum." Caetera hujus loci supra retuli, cum de hoc specimine agerem.

Hic est apparatus criticus Wolfianus, ingens quidem ille et ad
XXXVII emendandum Demosthenem inprimis utilis, sed, ut nunc est, nulli usui. Stultus sit lector necesse est, qui id faciat, quod editori necessario est faciendum, ut tam diversis in locis sparsas, decies repetitas easdem lectiones indaget, nullis neque paginarum neque versuum notis signatas, in quibus indagandis, tametsi spississimum opus decies revolvat, tamen integras horas perdat. Saepe ego mala multa fui imprecatus ei, cui tam vecors et furiosum consilium in mentem venit, ut hoc modo patientiae lectorum illuderet. Dementiam satis mirari non possum. Insumit laborem non parvum varias illas tot lectiones congerendi, sine dubio, quo lectores iis uterentur; exponit eas, sed sic, ut nemo iis uti queat; quo ipse sese suae tantae operae fructu privavit, unaque emtores. Perinde nunc est, ac si plane nihil variantium edidisset. Digeri haec oportebat, certosque quaeque ad locos paginarum et versuum alligari, ut varietatem lectionis Demosthenicae sub uno conspectu haberes. Delirabat Wolf ita scribens in epistola ad Episcopium variantium sylvae subjecta, p. 201. *Varias lectiones omnium editionum consignatas habes, quarum numeros, si foliis impressionis tuae accommodari nequirent, praetermittendos censeo, lectoremque monendum, ex ipsa serie orationum et locorum, quo quaeque nota pertineat, deprehendi.* Iniqua postulas, mi bone Wolfi. Tam ego fungus non sum, ut unius notulae caussa totas sexcentenorum versuum orationes perlegam. Non ita festinare, non praecipitare opus, sed ordine agere debebas, Episcopio non schedas disjectas, folia Sibyllae, alias ex aliis mittere, quas, quo essent referendae, nemo sciret, quae ipsae sibi contradicerent saepe, sed in mandatis dare, ut Demosthenis textum excu-

dendo absolutum ad te mitteret, quem tu per otium relegeres, et annotationes tuas variasque lectiones ad locum quamque suum referres, et munde nitideque et ordine scriptas chartas omnes ad typographum mitteres. Nisi consilium cepissem edendi Demosthenis, xxxviii
quod me coegit quicquid usquam exstaret copiarum typis excusum indagare, sedulo et cum pulvisculo corradere, et ordine concinno digesta ista omnia proponere, nunquam tanti fecissem utilitatem saepe minimam aut nullam maximo et aerumnabili labore emere. Quem laborem ipsi adeo Episcopius et Th. Zwingerus defugerunt, amici Wolfii, quorum plurimum intererat, et qui debebant et omnium facillime poterant eum expedire pro omnibus, ipsi adeo Francfurtani et Genevenses exhorruerunt, qui Wolfianum Demosthenem recuderunt, (nam in neutra recensione ista miscella farrago in ordinem redacta est, aut paginae versusve notis aut variantibus adscripti,) eum lectorum tuorum, Wolfi, quotquot sunt et erunt, omnium unusquisque viritim maximo cum taedio devorabit? Non cogitabas nempe, sic irrideri genus humanum, sic patientiam nostram fatigari. Importunum est, ut tu malo careas, quod tibi conveniebat, aliis millenis, ad quos nil pertinet, malum dare. Haec est una magna labes editionis Wolfianae, *ἀταξία*. Rudis ea est indigestaque moles, merum chaos, quod intuendem horror et fastidium occupet. Sed est altera non levior. Wolfius textum Demosthenis dedit pro arbitrio suo, non e libris calamo exaratis, non ex antiquis editionibus emendatum, sed e conjecturis suis, idque, quod multo pessimum, lectore non admonito. Ego ipsemet quoque nonnunquam Demosthenis orationem arbitratu meo constituo. Sed ubi ubi facio, admoneo lectores cum in ipso statim texto appositis asteriscis, qui lectores de mea crisi admoneant et ad annotationes nostras receptum habere jubeant, tum in annotationibus caussas et rationes emendationis seu, si mavis, mutationis cujusque a me excogitatae et in textum admissae expono in annotationibus, et tabulam calci operis subjiciam omnium mutationum, quas meo Marte xxxix
meaque sponte et auctoritate in Demosthenem immisi. Offensioni quoque est moles libri intractabilis et ea, quae vel fortissimum quemque bajulum fatiget, per quam fit, ut lector e. c. Olynthiacae primae opus habeat non modo denis locis requirere, quae ad certum locum ab Ulpiano, a Budaeo, ab Obsopoeo, a Wolfio dicta, aut e variantibus modo Aldinis, modo Lutetianis, modo Augustanis annotata sunt, sed etiam millenas paginas iterum iterumque revolvere. Malim ipso Demosthene carere, cujus lectio tam molesto labore mihi constet, qui labor ad insaniam facile quem adigat. Sed praeter abnormem molem offensioni quoque sunt typi in editione Basileensi vol. 6. adhibiti nimis quam exiles et minuti, *cursivi*, quod genus typorum oculis inprimis inimicum et insuave est, et fastiditur magis, quam ullum aliud.

Insignis est defectus hujus editionis Wolfianae, quod indice Graecitatis Demosthenicae caret. Credo equidem, Wolfium, a laborum Demosthenicorum multitudine et perpetuitate victum, non potuisse agendis omnibus sufficere, quae in ejusmodi auctore peragenda editori incumbunt. Verum primum quidem viginti duo anni, quos in Demosthene fingendo et refingendo consumsit, tempus, opinor, sunt satis commodum, quo quamvis magnus labor profligari poterat. Mihi quidem si tot annos uni Demostheni expoliendo largita esset secunda fortuna, quae vix quadriennium dedit, et ne illud quidem integrum, (interea temporis enim etiam Aristidem ad MStos recognovi, et editioni, quam ejus paro, accommodavi, ut alias interpellationes taceam,) o quam mihi videor eum absolutum et numeris omnibus perfectum daturus fuisse! Me vero ingravescens aetas, et decrescentes in dies vires, et impatientia in eodem labore diutiuscule commorandi, et desiderium
XL studiosae juventuti tam gravem auctorem, tam necessarium, cujus editiones sunt quam rarissimae et carissimae, quo tamen carere sine damno maximo potest nemo paulo humanior, quam primum fieri posset, parvo parabilem, et facile gestabilem, et ornamentis non contemnendis instructum, non omnibus quidem, tot tamen illis et tantis, quot et quanta nulla alia superiorum editionum dedisset, in manus dandi, festinare coegerunt, et minus perfectum opus edere, quam nullum, malle, verentem, ne in conatu superstitiosae diligentiae fatum me opprimeret, mecumque lectores fructu meae operae fraudaret. Deinde quis auctor tibi, mi Wolfi, fuit tam stulti consilii, ut Aethiopem lavares? Ulpianum cur Latinum fecisti? Quis jussit? aut, si quis jussit, cur obsequebaris? Debebas sapientior esse, quam ineptus librarius, qui se a stulto more saeculi, ab importunis emtorum flagitationibus duci pateretur. Debebas fortiter resistere; debebas bibliopolarum stultitiae et importunitati responsare duriter, non servire, non cervicem submittere. Poteras melius quid agere. Ulpianum Latinum quis legit? quotus quisque est, Graecum qui legat? nedum ut Latinum. Ulpiani tua Latina interpretatio prorsus illa est, quam nostrates proverbio jactant, quinta currus rota, labor incassum peractus, cujus nemo tibi gratias habet. Pro ista interpretatione bonum Graecum indicem condidisses, addidisses Harpocrationem, aut aliud quod rhetoricum lexicon ineditum, digessisses istam tuam horridam et inconditam sylvam variantium et annotationum, et concinnum in ordinem redegisses; multo sic majorem gratiam a lectoribus inisses, et multo melius eorum commodis providisses. Vitio hoc quoque dari Wolfio jure potest, quod, quum decrevisset editionem non aliquam vetustiorem fideliter reddere, sed Demosthenem ad mentem suam constitutum, a se reformatum dare, praestantissimum tamen codicem
XLI MStum, quem domi paene suae haberet, in urbe quidem sua, in bib-

liotheca Aug. reip., ad quam bibliothecam ipsi aditus pateret, non consuluerit, sed prius excudendum dederit suum Demosthenem, et tum demum, absoluta impressione, curaverit illum codicem ab alio conferri. Nam prius illam collationem esse factam nullo constat indicio, cum anni notae desint utrique epistolae, tam Simonis Fabricii ad Wolfium, quam Wolfianae illi, cui ista Fabriciana inserta est. Possit adeo paulo quis suspicacior venire in illam suspicionem, Wolfium utique usum fuisse codice illo Augustano in conscribendis suis annotationibus, qui multa pro suis conjecturis prodat, quae in illo codice leguntur; quamquam ego equidem virum optimum ea invidia injustissima onerare nolim, ut plagiarius habeatur. Saepe mihi venerunt in mentem conjecturae, quas postmodum in codicibus MStis reperi. (Ut nuper in Aristide, in quem quas octennio ante publicaveram conjecturas meas, earum partem longe maximam a codicibus Augustanis et Bavaricis, emendatissimis et optimis, confirmatam deprehendi cum gaudio et spe bona de mearum in Graecos auctores animadversionum libellis.) Ego vero illas non mihi arrogavi, quae mihi cum codicibus communes erant Demosthenicis, sed lubens, et prout par erat atque aequum, gloriolam omnem, quaecunque est, auctori suo, codici manuscripto, ubi repereram, transscripsi. Supersunt mihi vel sic quoque numero plurimae emendationes, quarum gloria inventionis mihi propria, cum nemine communis, manet. Universe nimia festinatio bono Wolfio obfuit. Turbulente omnia et praecipitate egit. Profert Wolf quoque tanquam inventa sua lectiones, quae jam dudum ante in vetustioribus editionibus legebantur. Scilicet non habebat in chartis ordinatis bene dispositas lectionum varietates: quo factum, ut lectiones, quas in aliqua vetustiore editione legisset, adhaesissent memoriae, locus, ubi legisset, effluxisset; ut XLII sibi videretur suo Marte invenisse, quod memoria suggerebat. Post illam Wolfii ad Eusebium Episcopium epistolam sequuntur ejusdem tres dedicationes priorum editionum ab ipso curatarum; et duae quidem ad magnificum et generosum virum Jo. Jacobum Fuggerum—prima ad Demosthenem Latinum a se factum, scripta anno 1549; altera ad eundem in Demosthenicae conversionis recognitionem scripta anno 1553; tertia scripta anno 1568. ad Henricum fratrem, physicum Norimbergensem, praefixa specimini postremae recognitionis. Juvat ex illis tribus epistolis locos quosdam ad historiam Demosthenis Wolfiani facientes huc transferre—

E prima: Oporinus Wolfio fuit auctor Latine vertendi Dem. Wolf indicem Graecitatis Demosthenicae sibi fecerat.

Sebastiano Castalione usus est correctore suae Latinitatis.

§. 9.

De Francfurtana Demosthenis editione.

Haec de Wolfiana Demosthenis editione postrema, quae ad hoc diei plenissima et perfectissima fuit omnium et vulgatissima. Recusa quidem est bis, Francofurti semel anno 1604. et tum Genevae anno 1607., praestare tamen videtur Basileensis, quae videtur omnium correctissima esse. Genevensis est admodum sordidis chartis expressa; praeterea caret optima dote Wolfianae editionis, Wolfii annotationibus. Francfurtana luculentis quidem chartis typisque est excusa; praeterea, quod in commoditatibus numerat Fabricius, unicuique orationi statim subjecti sunt in illa editione commentarii Ulpianei; tandem etiam accessionem quandam variantium habet, quam in libro
XLIII meo variantium appellare soleo *appendicem Francfurtanam*, de qua quae dicam haec habeo. Sed prius totum habitum hujus ed. Francf. videamus. Universe est eadem cum Basileensi, nisi quod opusculorum nonnullorum sedem mutavit. E. c. epistolas Wolfii ad Fuggerum et ad Henricum fratrem in extrema calce Basileensis locatas revocavit haec Francfurtana ad operis principium. Ulpiani scholia orationi cuique subjecit. Sed debebat idem tenor etiam in commentariis Wolfianis tam ad Demosthenem quam ad Ulpianum teneri, ut et ad orationes adjicerentur annotationes quasque suae, et ad Ulpianea scholia item suae. Vita tum sequitur Demosthenis olympiadibus ac praeturis Atheniensium distincta ex Parallelis Andreae Schotti, accessionibus locupletata. Annotationum series plane inversa est. Reliqua omnia sunt eadem ut in Basileensi, nisi quod in fine additae sunt *lectiones in Demosthenem diversae* (hic est titulus illius opusculi) *tum e codice quodam vetusto Italico, tum ex Aldino, cui illas vir doctissimus manu propria adscripserat.* Dolendum, quod curator hujus editionis, quisquis fuit, tam incertos nos de hac collatione reliquerit: tam obscure, tam infinite de codice quodam Italico loquitur, nil definiens, cujus ille bibliothecae fuerit. Exemplar Aldinum, cui vir quidam doctus variantes dicitur adscripsisse, videtur hodie in bibliotheca Bodleyana Oxonii asservari, et vir ille doctus Petrus Pithoeus esse. Colligo id e conspectu Taylorano, ubi codex, quem Taylor Venetum appellat, sic enarratur. [Codex, ut constare posse arbitror, S. Marci Venetiis. variantes excepit vir industriae et fidei summae Petrus Pithoeus. Ex Aldino exemplari in bibliotheca Bodleyana Oxonii, cui ea alleverat Pithoeus.] Nusquam discernuntur in illa, quam appello, appendice Francfurtana lectiones illorum duum codicum, Italici et Veneti. Saepe eaedem lectiones bis diversis in locis ponuntur. Ipsa
XLIV testatur ad p. 31, 16. partem lectionum e Veneto esse desumtam. Interdum tamen a Pithoeano discrepat, ut p. 36, 13. Multa in illa

appendice praepostere, multa bis, multa sub paginis ementitis posita occurrunt. Videtur mihi haec collectio a Sylburgio facta esse, non ex uno codice, sed e diversis, Aldino, Lambiniano, Augustano, Pithoeano et nescio an ex aliis. Ad orationes in caussis privatis nihil ibi est annotatum. Penes me non magni momenti est haec appendix [k].

§. 15.

De editione Taylori.

Hanc Francfurtanam renovavit Taylor in sua, de qua nunc mihi dicendum est; quae si totum exhiberet Demosthenem, sine controversia principatum teneret omnium editionum et chartarum splendore, et criticis praecipue, quibus instructa est, copiis amplissimis. Sed duo tantum ejus prodiere volumina, alterum anno 1748. ineunte, Cantabrigiae, continens orationes a Wolfio in classem tertiam relatas. Tum prodiit anno 1757. volumen tenens adversarias Demosthenis et Aeschinis. Nil praeterea operis hujus splendidissimi ad hoc diei prodiit. Fert tamen fama, fore, ut propediem reliqui quoque tomi e schedis Taylori haud ita pridem fato suo defuncti prodeant [l]. Praeclare enim, xlv
et magis etiam, quam ut a me pro meritis depraedicari queat, de Demosthene meritus est Taylorus. Insunt tamen huic quoque pulcherrimo corpori sui naevi, in quibus penes me quidem praecipuus et paene unus est, (nam caeterorum facile veniam ei dederim, hujus difficulter,) quod in edenda Graeca Dem. oratione nimis se segnem et securum gesserit. Textum Wolfianum, lima nimis parce adhibita, tradidit operis suis recudendum, quod textum constat infidum et vitiosum esse. Paucis in locis id emendavit, lectiones mendosas, quas ipse in notis damnat, sivit tales, quales repererat, fovit et propagavit: quae macula est homine critico indigna. Ecquae magna laus veterem

[k] Codex Italicus in gratiam Wolfii collatus est. Taylor ad p. 202, 30.

Francfurtenses praeterquam quod de Dem. nil meriti essent, etiam aliquando ejus interpretem quasi dedita opera mutilarunt nobis et conciderunt. Taylor ad p. 290, 19.

Editio Francfurtana saepissime ex typothetae incuria, non auctoritate codicum, a vera lectione recedit, ut id saepe notare et lectorem admonere paene taedeat. Taylor ad p. 210, 31.

Quid sibi volunt ista verba Taylori ad p. 359 antepen.? "Sentit mecum *Italicus* et qui *Italicum* procuravit."

[l] Post haec scripta literis ex Anglia ad me datis Schweighaeuserus, Argentoratensis, A. M. multarum literarum peritus, amicus in paucis meus, certiorem me fecit, ad Antonium Askewium, V. C. medicum apud Londinenses dexterrimum, illas Taylori chartas pervenisse, qui cum antea spem fecisset earum a se edendarum, nunc abjecto illo proposito, quod exsequi multitudo negotiorum non patiatur, recepisse reliquias Tayloranas mihi missurum. Ipse Vir Clarissimus datis ad me nuper literis humanissimis mihi factus est hujus rei auctor; ut nullus dubitem, fore brevi, ut illae schedae mihi reddantur. Quo facto, quicquid reliquiarum Taylori accepero, fideliter id omne in hac editione nostra sum publicaturus.

aliquam editionem, litera non mutata, eandem typothetis recudendam dare? Reliquos tacebo naevos, qui a multis magnisque laudibus obscurantur. Tertio volumini praefatio praemissa toti operi accommodabilis est, eo, ni fallor, ut a bibliopego olim aliquando, cum totum opus in lucem prodisset, primo volumini praeponeretur. Titulus hic est: Δημοσθένους, Αἰσχίνου, Δεινάρχου καὶ Δημάδου τὰ σωζόμενα. *Graece et Latine. Curavit Jo. Taylor LL.D. Collegii D. Joannis Cant. Socius*
XLVI *et Cancellarius Lincolniensis. Cantabrigiae typis academicis.* Volumen tertium, quod primum prodiit, implet extra praefationem paginas 662. Secundum, aetate recentius, paginas 762. Dedicatum est hoc opus nobilissimo illustrissimoque Dno Joanni Comiti Granville, Vicecomiti Carteret—cujus studium Taylor collaudat in ornando suo Demosthene, praesertim quod sibi variantes codicis Vindobonensis impetrasset. Praefatio non multa tenet non communia; parum de historia MStorum aut edd. Demosth. Mihi quidem ista praefatio parum satisfacit, indigna Tayloro, indigna Demosthene, indigna tantis reliquis lautitiis tantaque exspectatione et praedicatione publica videtur. Parum ex illa discas. Insequitur conspectus editionum manuscriptorumque Demosthenis, quibus Taylor in adornanda sua editione usus est.—

Hoc est omne, quod de editt. et MStis Dem. Taylor nos docuit. Videtis, quam jejune, quam indiligenter, quam non pro dignitate atque subtilitate critici. Interspersit annotationibus suis quasdam Marklandi et Jurini, ambas non magni faciendas. Marklandianae pleraeque sunt leves et tantae viri famae haud pares. Jurinus, si maturuisset, (sed a cito fato sublatus est,) poterat aliquando melius quid extundere. Marklandianae non satis maturae sunt, effusae a rusticante et libris destituto. Pleraeque, si bene memini, in oratt. pro corona et de falsa legat. versantur. Multae sunt aperte falsae testanturque, Marklandum in Demosthene fuisse hospitem. Tricatur in commatibus et punctis recte constituendis: quae res laude non caret, magna tamen et praeclara palma profecto non est. Tayloranae notae sunt bonae frugis plenae. Sed apparet, eum meliorem esse juris Attici interpretem, in quo regnat, quam criticum seu emendatorem, quo in genere parum valet et paene contemnendus est. Notae cuique orationi statim subjectae ordiuntur ab enarratione argumento-
XLVII rum singulis quibusque orationibus tractatorum, et ab indagatione temporis, quo oratio quaeque habita est. Sed pleraeque consumuntur in expositione lectionum variantium. Nos vero variantes ab annotationibus nostris separavimus et peculiari libro conclusimus. Miror itaque, qui fiat, ut Taylor interdum nos ad librum variantium ablegct, ut fecit p. 143, 24. 588, 33.

Gratiam utique magnam ei debemus. Multum profecit, bonum et firmum jecit fundamentum, cui post venientes superstruant. Si minus

perfectum quid dedit, ecquis unus omnium hoc in genere perfectum quid enixus est? Viam monstravit. Hoc satis ad magnam stabilemque gloriam. Ego ipse, quamquam multo, quam Taylor, processi longius, optime tamen novi, quam multum operis affecti reliquerim aliis perficiendum. Una hominum aetas tantae rei peragendae haud sufficit. Dictio Taylori Latina haud placet: obscura, affectata, putida est. Sed paucos novi Anglos, qui Latine scribere didicissent. Latinae linguae neglectus illi genti communis est. Et tamen Taylor, si ad alios Anglos spectetur, adhuc bene scribit. Melius si scisset Latine, saepe non vituperasset Wolfium; quem ideo solummodo persaepe vehementer exagitat, quod Latinam Wolfii dictionem (si Wolfii est, neque potius Sebastiani Castalionis, at o quanti viri in judicio Latinitatis!) bonam et propriam ipse non intelligeret. Reprehendit, quae laudanda etiam essent, et gnarus quisque bonae Latinitatis admiratus esset. In antiquitatibus enucleandis est nimium sedulus, ultra modum copiosus, aliena et protrita ingerit non sine jactatione. Non satis trivit grammaticos et rhetoricos veteres Demosthenem quibusque paginis laudantes. Non satis instructus erat copiis lexicorum rhetoricorum. Quae cum in Tayloro noto, bene memini, eadem paene mihi exprobrari posse. Ego vero neque perfectum quid profiteor praestiturum, et festinavi, et a fortunae praesidiis derelictus sum, et alia XLVIII
habeo, quae excusem. Sed pergo. Persaepe sine caussa bonum Wolfium Taylor ridet, vexat, exagitat, objurgat, quod diligentia paedagogica oratoris locos quosdam enuclearit, velut nutrices pueris omnia minima mansa in os ingerunt. Sed ea diligentia utilis et pernecessaria est, et plus prodest, quam supercilium aliorum, qui, dum elegantias nescio quas abstrusas et exquisitas consectantur, vere difficilia praetereunt et dissimulant, in rebus perspicuis de tenebris queruntur, expedita suis argutiis intricant, clara perturbant et obscurant. Tayloro si natandum sine cortice Wolfii fuisset, nae aut cavisset sibi ab hac natatione, aut periculum ejus cum dedecore suo fecisset. Ecquis enim Taylor ad Wolfium? Largiar, Anglum in jure Attico paulo plus vidisse Germano, quod mirum non est post scripta Petiti, Salmasii, Maussaci et maxime Valesii ad Harpocrationem, quae Wolfii aetate nondum nata erant. Largiar hoc quoque, Taylorum instructiorem fuisse copiis librorum Demosthenicorum, et melius iis uti scisse, quam Wolfium, quem aetas tulit nascentis adhuc critices, et in ordinandis illis lectionibus fuisse diligentiorem atque solertiorem. In caeteris tamen omnibus aio Wolfium Tayloro anteferendum. Plus laboris exantlavit in Demosthene interpretando, melius sententiam ejus perspexit et reddidit, melius Latine calluit, pluribus locis medicinam et feliciorem quidem attulit, quam Taylorus, cujus emendationes ex ipso natae pleraeque aut leviculae, aut manifesto falsae sunt, vix tres qua-

tuorve in toto agmine capitales, quarum ei magna sit habenda gratia, quibus inveniendis non aliud quodcunque par fuisset ingenium. Taylor si diligentius editionem Manutii aut Feliciani inspexisset, non reprehendisset toties Wolfium ob novitatem lectionis, quasi Wolf de
XLIX suo lectiones quasdam esset commentus, dudum ante a Manutio proditas.

Tria omnino vidi hujus editionis Tayloranae exempla, quorum unum, quod est penes Tobiam Krebsium, V. C. Rectorem Scholae Provincialis ad Grimmam, Observationibus Flavianis et Decretis Romanorum pro Judaeis nobilitatum, tenebat aliquid, quod in duobus reliquis non animadverti. Scilicet post finem orationis in Leptinem, p. 63. ubi in aliis exemplis Taylori in illam orationem annotationes incipiunt, incipiebant scholia Graeca in illam orationem, pro more editionis Francfurtanae. Paginae hae duae 63. et 64. impletae erant illis scholiis, minutis, non tamen minimis, neque deformibus typis. Tum charta singularis erat adjecta cum iisdem numeris 63 et 64, tenens initium notarum in Leptineam. Videtur Taylor primum voluisse scholia Graeca cuique orationi subjicere, deinde vero ab illo proposito destitisse, et illa scholia universa quinto suae editionis volumini reservasse.

Nefas sit specimen silentio praetermittere, quo Taylor hanc editionem suam annuntiavit. Oratio est Demosthenis in Midiam cum oratione Lycurgi in Leocratem edita Londini anno 1743.

§. 11.

De editionibus singularium orationum Demosthenicarum.

Commemorandum nunc erat judicandumque de singularium orationum Demosthenicarum editoribus, cujusmodi fuerunt Dounaeus, Freindius, Brooke, Mounteneyus, et nuperrime Harlesius. Verum aliis carui, (ut Freindii editione orationis pro corona,) aut nihil illi novi attulerunt, ut idem Freindius, quod intellexi ex inspectione brevi libelli ab eo editi, et vereor, ne idem de Brookio quoque et Mounteneyo sit statuendum; quorum tametsi ad manus essent opuscula,
L parum tamen illis usus sum, quod viderentur bonae frugis parum exhibere. Dounaeus onerasse Demosthenem scholiis, fortasse non prorsus inutilibus, videtur, sed parum ad rem criticam facientibus. Harlesio, V. C. apud Coburgenses professori literarum humaniorum optime merenti, non possum facere, quin hoc loco publice gratias agam et pro elegantissimo munusculo, quo rem universam literariam, sed scholasticam inprimis, beavit edenda cum commentariis Taylori suisque oratione pro corona, et pro honore mihi habito, qui dignatus sit meis ad illam orationem animadversionibus locum dare, eoque

gustu quodam mearum in Demosthenem lucubrationum viros doctos imbuerit.

§. 12.

De Demosthenis versionibus.

Antequam ad codices MStos Dem. transeo, prius de Latinis interpretationibus singularium quarundam orationum Dem. agam: nam de Wolfiana universi Dem. quid attinet dicere, quae est in vulgus nota, et de qua jam supra, cum de Wolfiana editione ageremus, saepe commemorandi locus est datus? Meum denique non est judicare de versione, qua paene nusquam ad hoc diei usus sum, et rarissime attingo Latinas Graecorum auctorum versiones. Universe persuasum mihi habeo bonam esse. Si naevis quibusdam obsidetur, ecquid est rerum humanarum omnium vitiis expers? eccui uni tam longo in opere somnus non obrepat? Horum igitur interpretum quia paene nihil unquam neque vidi, neque usurpavi, necesse habeo quicquid est hujus notitiae ex Andreae Schotti Parallelis supra laudatis repetere, qui cap. VI. de interpretibus Demosth. egit. Ubi postquam de Wolfiana disputasset, sic pergit: "Singulas vero antea orationes exercendi forte styli gratia, ac plerique aliud agentes converterunt; Philippicas quidem quatuor Paulus Manutius, homo disertus, reddidit, LI
Olynthiacas vero plurimi, Jo. Camers, Vitus Amerpachius, additis ab utroque scholiis, Jacobus Grifolus Lucinianensis, qui et Philippicas duas et unam de pace interpositam reddidit. De pace orationem quoque vertit Justinus Goblerus, et Petrus Bracchus Placentinus, qui et eam de Cherrhonesi rebus. De classibus Joannes Lonicerus. Contra Androtionem Bassianus Landus Placentinus. Contra Leptinem de immunitate Petrus Nannius Alcmarianus. Plures in Basileensi editione interpretes, si voles, leges." Haec Schottus. Scil. in editionis primae Wolfianae calce multorum interpretationes singularium oratt. Demosth. leguntur, quae in postrema omissae sunt. Post illa Schotti tempora accessit hoc saeculo Lucchesini interpretatio Philippicarum edita Romae anno 1712. in 4to cum texto Graeco et notis criticis historicisque. Jo. Vincentius Lucchesinus fuit Patricius Lucensis. Videtur periculum facere aut exemplum dare voluisse conferendae ad Dem. Tullianae facundiae, unaque interpretationis Wolfianae castigandae, qui conatus quomodo ipsi cesserit, nunquam quaesivi. Viderint alii. Dorvillius quidem ad Charitonem p. 177. eam improbat.

De francica Tourellii aliorum esto judicium, item de Britannica Lelandi, quibus ambabus carui. Sed ambas laudari video, neque detractum ibo illam ipsis laudem, quamquam me non fugit, quid de laudibus statuendum sit, quas nostri Journalistae, aut venales illi homines, aut de rebus parum cognitis temere judicare soliti, spargunt. De mea germanica, quam factio quaedam hominum improborum et

indoctorum, sodalitium gladiatorium aut piraticum, vexavit et infamavit, non quod a sententia Dem. aberrassem, non quod eam minus perspicue reddidissem, sed 1. quod non ea essem dictione germanica
LII usus, quam ipsi solam probant, qui volunt belluli et omnis elegantiae arbitri esse, 2. quod saepe locorum periphrasten potius quam interpretem egissem, 3. quod in animadversionibus Demosthenem saepe acerbius perstrinxissem, egi caussam meam in praefatione ad volumen tertium hujus interpretationis. Secundum quam praefationem nemo fuit, qui hisceret. Obmutuerunt umbratici illi, e latebris, ut latrones saltibus insidentes, tela in praetereuntes conjicientes, victi vi veritatis, qua argumenta mea praevalent. Nescio an censurae illius iniquae in d. A. D. B.[m] auctor fuerit inimicus tectus, vultu verbisque amicum simulans. Ejusmodi libelli menstrui sunt buccina diaboli, vel Erinnyos, aut Bellonae, ut veteres loquebantur, cujus boatum cum audieris, suspiceris, quis inflarit; unde simultates et contentiones. Melius egomet ipse novi meae interpretationis naevos, quam illi omnes, qui eam carpserunt. Sed meliorem profecto nemo illorum omnium condat, neque condet. Erunt fortasse qui in dictione mea germanica aliquid tentent, ungues ei infigant, scalpant, poliant, voculam unam, quae ipsis asperior et immundior videatur, cum alia, si dis placet, mundiore et exquisitiore mutent, et sic se Demosthenis ferant interpretes, reapse sint plagiarii. Exspirabit in ejusmodi ineptiis et titivillitiis omnis eorum circa Demosthenem germanice reddendum molitio puerilis. Facere tamen non poterunt, quo minus constet inter omnes, et res ipsa clamet, eos, si qui erunt, vitio a semet creatos interpretes Demosthenis vernaculos e mea demum interpretatione didicisse Demosthenem intelligere atque convertere. Ante me nemo de Dem. germanice reddendo cogitavit, post me erunt procul dubio, qui certatim eum reddant. Sed de voculis inter se contendent, rem omnes mihi debebunt. Interim se novos et, si dis placet, meliores ferent interpretes, et a venalibus Ephemeridum scriptoribus, quorum aut
LIII fames, aut invidia, aut gratia, aut studium partium agit et gubernat stylum, laudibus in coelum efferentur. Quos equidem et sibi ipsos placere, et ab aliis commendari facile patiar, meum opus examini intelligentium et ab animi perturbationibus sanorum relinquens, mercedem benefacti a deo et a conscientia ferens mea satis magnam, tametsi homines aut stulti aut imperiti aut exosi me mihique infesti negent.

[[m] Id est *in der Allgemeinen Deutschen Bibliothek* vol. 1. p. 20 seqq. Scriptor censurae fuit C. A. Klotzius, famosa homo malignitate et arrogantia, castigatus quum ab aliis tum ab Lessingio in Epistolis antiquariis. G. DIND.]

§. 13.

De Commentariis in Demosthenem.

Commentatores in Demosthenem recentioris aevi nullos novi prae-
ter eos, quos jam nominavi, Wolfium, Taylorum, qui duo sunt princi-
pes, et istos minoris dignitatis, Lucchesinum, Tourellium, et Lelan-
dum. Nam Schottus, Petitus, Valesius, Salmasius, tametsi locos
Demosthenis multos exposuerunt, tamen professis interpretibus haud
videntur annumerandi. Veterum nulli ad nos pervenerunt in De-
mosth. commentarii praeter illa, quae sub Ulpiani nomine circum-
feruntur, fragmenta, alia in aliis codicibus, plura pauciorave, deteriora
aut meliora. Multi olim scholia in Dem. scripsere. Meminit Diony-
sius Halicarn. Callimachi alicujus vetusti enarratoris Dem. II. 171, 6.
e quo loco paret, jam Dionysii aetate conditum fuisse hunc, quem
hodie habemus, quasi canonem Demosth. orationum. Fabricius Bibl.
Gr. vol. 1. p. 928. hos commemorat his verbis "Coelii Calactini Siculi
rhetoris *σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος, σύγκρισις Δημ. καὶ Αἰσχίνου,*
liber *περὶ Δημοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι καὶ ποῖοι νόθοι,* tum
ὑπομνήματα Zosimi Gazaei, Zenonis Cittiei, non Stoicorum principis,
sed rhetoris, et Sallustii sophistae in Demosthenem, quorum meminit
Suidas, interciderunt." Wolf in praefatione ad Ulpiani commentarios LIV
"Sed cum aliorum complurium editos in Demosthenem commentarios,
qui saepe in hoc opere citantur, cujusmodi sunt Apsinis, Genethlii,
Aesculapii Alexandri, Diocori, Zenonis, Aspasii, et aliorum, e quibus
multa in Ulpianum translata suspicor." In Zenonis ab Ulpiano laudati
aetatem inquirit Chapman diss. de Ulpiano §. 4. collocans eum in tem-
poribus Juliani Aug. De Caecilii commentariis variis in Demosth. et
alios Gr. oratores v. Script. Hist. Phil. Jonsii III. 1. p. 4, 5. quocum con-
ferendus Valckenaer Animadv. ad Ammon. p. 95. qui illum refutat.
Antipater Hierapolitanus (v. Fabr. B. G. 9. p. 275.) *Ὀλυμπιακούς τε
ἡμῖν διῄει καὶ Παναθηναϊκοὺς* (Isocratis et Aristidis) *λόγους.* Philostratus
in ejus vita p. 606. Aspasium rhetorem commemorat Photius in arti-
culo de Demosthene Bibl. n. 265. Videtur esse Byblius, sophista,
aequalis Aristidis. v. Fabr. 9. p. 667. ubi et alii Aspasii. Asclepius
sophista. Fabr. 4. p. 479. conf. vol. 4. p. 5. De Genethlio v. Suid.
apud Fabr. 9. p. 705, 9. Ulpiani varii. Fabr. 9. p. 815. Apsinae
varii. Fabr. 9. p. 859. Hermogenis opus *περὶ μεθόδου δεινότητος* non
absolutum ab ipso, sed auctorem ejus Minuciano atque *Apsini* multum
debere, tradit Matthaeus Camariota in Compendio Rhetorices p. 22.
Plures fuere Apsines rhetores—forte est Apsines Phoenix Gadaren-
sis—v. Fabr. 4. p. 459. 460. Cruda haec et indigesta, ut videtis, ex
adversariis, ut illuc retuleram, repetii, materiam, in qua digerenda
posteri editores elaborent.

§. 14.

De Codicibus manuscriptis Demosthenis, quibus superiores usi sunt editores.

Venio nunc ad codices calamo exaratos, quibus aut alii ad edendum et emendandum Demosthenem, aut ego in hac condenda editione usus sum, aut quorum ad nos pervenit notitia.

LV Quibus e codicibus Aldus suum Demosthenem ediderit, primus editorum omnium, haud constat; unumne secutus exemplum, an e pluribus delegerit lectionem locis quibusque meliorem, quae sibi aut Carteromacho videretur, et quonam illi codices devenerint: supersint adhuc, an perierint. Quodsi unus fuit codex, e quo Demosthenes primitus est ab Aldo editus, non ex optimis, sed neque e pessimis fuit, sed e genere medio. Tribus se codicibus in universum fuisse usum testatur Aldus in indice, loco eo, quem supra attulimus. Non magis scimus, quinam fuerint codices, quibus usus est Felicianus, quot numero, unde sumti, quo delati. Certum hoc est, multas bonas lectiones illinc petitas, multos locos in Aldina laborantes vitio sanatos esse feliciter. Paulo ante Felicianum criticam Demosthenicam exercuit Jo. Obsopoeus, non infeliciter, homo industrius, edendis Polybio et Heliodoro erotico de literis optime meritus, sed ingenio critico non satis instructus; quamquam illo tempore Graeca critica progerminare modo incipiebat. Accedit quod codex Dem. Pannonicus, qui ei in manus venerat, non esset optimae notae. Videtur ille codex in bibliothecam Augustam, quae Vindobonae est, illatus esse. Paulus Manutius num suae editioni codices adhibuerit novos, a Feliciano non usurpatos, dubium est; et paene negem. Wolfius ad suam certe nullos adhibuit codices MStos, quod equidem majorem in modum in eo miror, qui aetatem ea in urbe degeret, ubi copia ipsi esset sex codicum Demosthenicorum, et in his omnium, quotquot hodie cogniti nobis usquam exstant, sine controversia nobilissimi, antiquissimi et emendatissimi. Sedens ad fontem, aut ignoravit eum, aut nil curavit inde haurire. Quae secordia! Postquam jam excusa esset typis editio sua, tum demum in mentem ei venit, esse in urbe, ubi literas ipse
LVI publice profiteretur, membranas Demosthenis vetustas, forte non indignas, quae conferrentur. Commisit negotium alii, homini docto quidem illi neque ignavo, excusatione usus probabili futura, si vera fuisset. Verum copiosius de subsidiis Demosth. dicam paulo post, quibus uti potuisset Wolf, si voluisset. Sed condonemus hanc culpam multitudini laborum, quibus obrutus erat bonus ille vir, sorte usus, aetate sua, communi etiam hodie illis, qui jumenta sunt librariorum, quorum cupiditati operam suam in libris edendis addixerunt, ut eos locupletent, ipsi interim fame pereuntes, aut, si bene rem gerunt, cum

nonnullo rei familiaris emolumento, famae facientes jacturam, cum necesse sit opera, non scribere, sed evomere. Condonemus etiam saeculi istius ruditati, tum nondum adsuetae ad diligentiam criticam. Quam primus adhibuit Demostheni Guil. Morellus, vir egregius, idem tamen Wolfio aequalis, et eadem aetate saxum cum ipso volvens Demosthenicum. Octo codices ille cum Herwagiana prima contulit, et lectiones ex illis a se enotatas in margine suae editionis retulit cum nota cujusque codicis, unde lectio quaeque sumta esset. Codices illos literis alphabeti Graeci designavit, primum litera α, secundum litera β, et sic porro. Horum codicum notitiam e Tayloro repete, si placet. Verum non processit haec Morelli diligentia ultra partem illam, quae ipso adhuc superstite excusa fuit. Supersunt illius diligentiae vestigia quaedam adhuc in oratione de falsa legatione. In insequentibus plane exspiravit. In illa parte Dem. Lutetiani, quam Lambinus curavit, aut nullos ille codices inspexit, aut perraro inspexit, sine indicio quidem reliquit lectiones, si quas illinc excerpsit: multo rariores sunt jam lectiones variantes, quam in parte a Morello curata, et plerumque e fontibus vulgaribus haustae. Sed hac de re jam supra questus sum. Post intervallum centum et septuaginta fere annorum prodiit Taylor, a quo paene perfectam poteramus editionem LVII Dem. sperare. Extulit eum saeculum multo pluribus artis criticae adminiculis instructum, quam fuit saeculum 16. Aderat ei non contemnenda copia seu librorum calamo exaratorum, seu variantium ex iis excerptarum, quarum indicem ejus praefatio exhibet, in calce nostri operis una cum aliorum praefationibus a nobis reddenda. Sed nimia ei cunctatio offecit, nescio quibus a caussis profecta. Interim judicia quaedam ejus de codicibus quibusdam, qui ei praesto erant, hic referamus. Altempsianum scholiis ait contaminatum esse, p. 147, 37. et 40. Baroccianum ait ex Augustano primo exscriptum esse, aut contra hunc ex illo, p. 328, 27. in quo falli virum doctissimum ex eo constat, quod Baroccianus leges et decreta habet, quae desunt Augustano. Augustanum hunc, Vindobonensem et Wolfenbuttelensem fere ubique inter se consentire, vere affirmat, item in oratione Leptinea Augustanum et Harleyanum. Tandem edendi Demosthenis ad me devenit sors. Faxit Deus, ut ea mihique publiceque secunda fuerit! Quod ad opus elaborandum quibus accesserim instructus copiis, meum nunc est dicere; quod faciam hoc copiosius, quo parcius de illis codicibus aliorum, quos usurpare mihi non licuit, necessario disputavi. Sed antequam illuc veniam, prius commemorabo codices Demosthenicos, quos alibi exstare proditum est memoriae.

§. 15.

De codicibus Demosthenis in bibliothecis passim exstantibus.

Non est animus Bibliothecam bibliothecarum Montfauconianam, aut Coislinianam, aut Bandinii Florentinam, aut Catalogum MStorum magnae Britanniae exscribere, et numeros proponere codicum Demosthenicorum, qui dicuntur in bibliothecis Vaticana, Medicea, Ambro-
LVIII siana, Vindobonensi, Leidana, Gallicis, Hispanicis, publicis privatisve reperiri; quos omnes utique expediebat a sedulo editore Demosthenis non perfunctorie perlustrari, sed diligenter percenseri et cum editis comparari. Nullum enim dubium est, magnum ejus rei fructum laturam esse rempublicam literariam. Paucos solummodo commemorabo codices minus forsitan publice notos, quorum notitiam fors fortuna inter legendum cum obtulisset, in adversariis annotavi. Quorum e numero est

Breslaviensis, pars bibliothecae, quae quondam fuit Rhedingeri, nunc in gymnasio, quod Breslaviae est, Elisabetano asservatur. Hujus codicis roganti mihi copia negata est. Notitiam ejus per literas mihi dedit Arletius V. C. Rector illius gymnasii; unde intellexi, codicem illum quondam Andreae Dudithii fuisse et Philippicas cum oratt. pro corona et de falsa legatione cum scholiis multis tenere.

Dorvillius in Annotationibus ad Charitonem p. 687. et 693. codicis sui mentionem facit.

Penes Eliam Obrechtum, professorem quondam Upsaliensem, fuisse codicem Demosthenis, intelligitur e Normanni annotationibus ad Aristidis artem rhetoricam p. 274.

Petrus Pantinus, Decanus S. Gudilae Bruxellensis, habuit antiquum codicem Dem., qui recensetur a Fabricio Bibl. Gr. vol. 12. p. 313., in quo orationum alius est ordo, quam in vulgatis libris nostris. Commemoratur ibi oratio quaedam Demosthenis *de largitione*, quae videri queat inedita. Sed profecto nulla est alia, quam oratio de corona trierarchica. Idem Pantinus habuit alium quoque Demosthenis codicem, sed inchoatum solummodo. v. p. 316. n. 40.

Sambuci codicem laudat Wolf ad p. 145. 5. et in ea, quam nos usurpamus, farragine.

LIX H. Scrimgeri, Scoti, Professoris quondam Juris apud Heidelbergenses, schedas in calce suorum ad orationes Demosthenis et Aeschinis adversarias commentariorum commemorat Wolf. Non fuit codex vetustus penes Scrimgerum, sed schedae, in quas Scrimgerus retulit lectiones variantes e codice Demosthenis nescio quo a se excerptas, cum intermistis ipsius Scrimgeri conjecturis.

§. 16.

De codicibus MStis Demosthenis, quibus ego in hac editione usus sum.

Profligatis itaque his, quae praemittenda videbantur, nunc tandem ad codices MStos devenio, quibus ipse sum usus, aut post alios, aut solus. Non erat animus initio Demosthenem edere, sed solummodo animadversiones ad eum. Post editum quintum volumen Animadversionum ad Graecos auctores cum decrevissem sextum edere, dubitabam, utrum in id animadversionum ad Constantini Porphyrog. Ceremoniale Byzant. reliqua, quae nondum sunt typis vulgata, an animadversiones ad Demosthenem conjicerem. Sed videns, Demosthenica non posse uno parvo volumine comprehendi, otioque carens illa Constantiniana recognoscendi et expoliendi, distuli in aliud tempus editionem hujus sexti voluminis, animumque totum ad Demosthenem ornandum conferre coepi. Quare primum literis ad Oeffelium V. Ill., Consiliarium Serenissimi Electoris Bavariae et bibliothecae Electoralis, quae Monachii dedicata est, praefectum, datis anno 1765. exeunte rogavi, ut Demosthenis codicem Bavaricum ad me mitteret. Acceperam scilicet ab amico meo Cobero, qui nunc literas in gymnasio Budissano docet, cum paulo ante id tempus e peregrinatione Bavarica et Italica domum redisset, servari Monachii codicem Demosthenis egregium, cujus copiam me facile impetraturum ab Oeffelio, viro mirifice humano et ad communicandum copias litera- LX
rias, quibus abundet, facili. Neque fefellit me ista spes. Misit enim ad me Oeffelius, cujus benignitatem et officiositatem oratione satis praedicare non possum, mense Aprili anni 1766. codicem, de quo statim pluribus dicam. Hic codex primus est MStorum Demosthenicorum, quibus usus sum. Hic me coepit docere rationem criticae Demosthenicae exercendae, illius puta, quae circa lectiones varias versatur e libris vetustis seu MStis seu impressis eruendas. Prosper in hac re successus animum mihi addidit plura praesidia hujus generis circumspiciendi. Cum itaque didicissem praestantiam membranarum Demosthenicarum, quae Augustae Vindelicorum servantur, cum praedicatione aliorum, tum usu meo, rogavi virum celeberrimum Jacobum Bruckerum, ut earum copiam mihi faceret. Dedit hoc precibus meis vir humanissimus, sed per errorem nescio quem, cujus tamen secundae fortunae gratiam habeo, factum est, ut pro membranis illis antiquis codex aliquis multo recentior, quem *secundum* appello, ad me mitteretur sub exitum anni 1766. Defunctus labore eum conferendi remisi et denuo rogavi copiam illius antiquioris et praestantioris, quem anno paene toto 1767. mecum habui. Remisso item hoc, simul tres Augusta ad me missi sunt, ii, quos *tertium*, *quartum* et *quintum* appello.

Hae sunt copiae codicum MStorum, quae hanc mihi editionem adornanti ad manus fuere. Sigillatim nunc eorum quemque describam.

§. 17.

De Augustano primo.

Ab Augustano primo, omnium nobilissimo, initium merito facio, qui quod nunc mihi ad manus non sit codices meos recensenti, id vero in primis aegre fero. Quicquid enim de eo dicam, e memoria
LXI repetendum est, quae fluxa et labilis est. Codex est ille, qui in Catalogo Ehingerano p. 763. in Reusnerano p. 78. n. 2. sic recensetur *Demosthenis codex vetus cum commentariis Ulpiani, sed hinc inde mutilus et lectu difficilis.* Eadem paene scripta erant a nescio cujus manu in primo folio illius codicis, cum absurda et ignominiosa hac nota, *qui codicem hunc tractet, pro thesauro carbones inventurum.* Quae quicunque scripsit, quamquam vereor, ne Wolfius ipse scripserit, nae is ipse semet infamavit et stultitiam suam denudavit, de rebus incompertis temere judicans, et ea elevans, quorum praestantiam ipse suo usu non didicisset. Codex est in quarto paene quadratus, spissus, totus membranaceus, et ab eadem manu, si decem folia exceperis a manu recentiore suppleta, exaratus, saeculo, ut mihi videtur, 10. aut 11. literis majoribus, lectu facillimis, perspicuis, planissimis, non multis abbreviaturis. Simillima est scriptura hujus codicis Augustani scripturae codicis illius, cujus ectypon aeri incisum exhibetur p. VI. Catalogi MStorum Bibliothecae Venetae D. Marci, n. 94. item scripturae codicis Nicetae Chirurgicorum Medicei, unde Antonius Cocchius specimen aeri incisum exhibuit in fronte Chirurgicorum Graecorum, prorsus eadem forma et magnitudo literarum, atque in Niceta; item speciminibus ex aere caelato expressis Catalogi MStorum Graecorum Mediceorum a Bandinio editi, Tomi primi tabulae tertiae num. 2. tabulae quartae n. 2. tabulae sextae n. 5. ut alia taceam similia specimina ex aere expressa, quae olim aliquando vidi passim, ut in Evangeliario quadruplici Blanchini. Continet paene totum Demosthenem et nescio an olim tenuerit omnia, antequam mutilaretur. Compactus est a bibliopego Germanico, tectus corio suillo, non in Graecia ipsa, sed saeculo, ut videtur, decimo sexto demum. id quod patet e trajectione foliorum quorundam. Desunt illi p. 92. epistola
LXII Philippi, 621. in Stephanum orationes duae. 638. or. in Evergum et Mnesibulum. 672. or. in Calippum. 726. or. in Neaeram. 745. oratio funebris. 750. libellus amatorius. 758. prooemia, et denique 777. epistolae. deest quoque Aug. primo magna pars orationis in Boeotum super nomine a p. 577, 18. ad p. 579, 26. Ab initio mutilus est. Incipit a κοπτόμενοι p. 14, 7. ad ὀκνεῖτε ἐξιέναι p. 17, 4. tum est lacuna usque ad p. 25, 14. ubi a κατέλιπον duo sunt folia procedentia ad

p. 30, 15. hac paucae sunt reliquiae superstites in parte prima Demosthenicorum operum. Supplevit autem deficientia pleraque manus recentior a p. 5, 8. inde usque ad p. 35, 7. decem foliis. Ab hac nova manu exarata appellare soleo in libro variantium *supplementum Augustani primi.* A p. 35, 7. inde reliqua omnia ad finem usque vetusta manus primigenia exaravit. In extremo fine codicis demum duo reperiuntur folia mirum in modum a vermibus corrosa, fumoque et pulvere sordidata et denigrata, ut vix legi queant a p. 4, 11. *ἡμᾶς πλεῖν* ad p. 6, 5. *τὶς οὕτως.* Orationes in hoc codice sese consequuntur non ordine vulgari, sed hoc: Philippicae omnes, eodem ordine, quo in libris vulgatis. in Androtionem. in Midiam. in Aristocratem. pro corona. de falsa legatione. in Timocratem. in Leptinem. in Aristogitonem. in Cononem. in Calliclem. in Olympiodorum. in Dionysodorum. in Aphobum duae. pro Phano. in Onetorem duae. in Pantaenetum. in Lacritum. in Nausimachum et Xenopithem. in Phormionem. in Zenothemin. pro Phormione. in Apaturium. *οἱ συμβουλευτικοὶ* (a p. 95. ad 130.) pro corona trierarchica, quae oratio bis in hoc codice est scripta, locis inter se procul dissitis, et cum mirifica lectionum discrepantia, ut exempla hujus orationis e codicibus diversarum editionum sumta videantur esse. universe posterius exemplum priori est emendatius. Sunt tamen loci quidam rursus in priore LXIII
emendatiores, quam in posteriori. post illam orat. pro trierarchica corona sequitur or. in Macartatum. in Leocharen. in Boeotum de nomine, tum de dote. in Spudiam. in Timotheum. in Nicostratum. in Phaenippum. in Polyclem. in Eubulidem. in Theocrinem. in Evergum et Mnesibulum. Sed hujus adest solummodo initium. Ordo in digerendis oratt. Dem. spectatus ab hoc librario aut nullus est, aut certe parum diligens. Primo loco posuit Olynthiacas, tum Philippicas, deinde publicas, quarum prima fuit ratione aetatis, et ab antiquis primo loco posita illa in Androtionem; denique privatas, sed privatarum rursus sunt aliquot classes, quas inter se permiscuit librarius Augustani codicis; ingessit enim in medias *τοὺς συμβουλευτικούς.* Veteres, a quorum modo dividendi recessimus, ita solebant orationes Dem. distribuere, quae distributio servata est in Bavarico codice, ut aliae essent *λόγοι Ὀλυνθιακοὶ*, alii *Φιλιππικοὶ*, alii *συμβουλευτικοὶ*, alii *δημόσιοι*, alii *παραγραφαὶ*, alii *ἐπιτροπικοὶ*, alii *ἰδιωτικοί.* Quae sint Olynthiacae, quae Philippicae, cum constet inter omnes, nil attinet dicere. *Οἱ συμβουλευτικοὶ* sunt *περὶ συντάξεως, περὶ συμμοριῶν, ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν, ὑπὲρ Ῥοδίων ἐλευθερίας, περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν.* Orationes in caussis publicis dictae sunt, in Bavarico quidem codice, hae et hoc ordine: *κατὰ Ἀνδροτίωνος, περὶ τοῦ στεφάνου, περὶ τῆς παραπρεσβείας, πρὸς Λεπτίνην, κατὰ Μειδίου, κατὰ Ἀριστοκράτους, κατὰ Τιμοκράτους, κατὰ Ἀριστογείτονος.* Epitropici sunt, seu de gesta sui tutela, oratt.

duae in Aphobum, pro Phano, et duae in Onetorem. Paragraphae seu exceptoriae, quibus defenditur, caussam ad forum omnino aut ad hoc forum non posse vocari, sunt hae: in Zenothemin, in Apaturium, in Phormionem, in Lacritum, pro Phormione, in Pantaenetum, in
LXIV Nausimachum. Idiotici seu de caussis privatis agentes sunt reliquae omnes. Hic est ordo codicis Bavarici, non omnino limatus ille quidem, vetustus tamen. Melius tamen Augustanus, quod in capite privatarum caussarum orationem in Cononem posuit. Solebant enim veteres, ut publicarum primam loco, non praestantia principem, facere Androtioneam, sic privatarum in capite ponere Cononeam, ut omnium ex hac classe nobilissimam. Haec pauca de ordine orationum Dem. atque distributione in libris vetustis obtinente. Nunc redeo ad reliqua exsequendum, quae de codice Augustano dicenda supersunt. Carebat plerumque spiritibus et accentibus. Rara apparebat manus correctrix. Locus unus a nova manu erat suppletus liquore viridi p. 673, 32. Paragraphis distinctae erant orationes. Indicium novae paragraphi erat litera extra versum prominens, etiam in media voce; de quo more vid. Vales. ad Eusebium. Plerumque non male distributae erant hae paragraphi, interdum tamen etiam admodum absurde in media sententia; crebrae alias, alias rarae; breves quaedam, aliae longiusculae, ut saepe nulla ratio appareret hujus in dividendo inconstantiae. Ego tamen, ut de veterum ratione libros Demosthenis distinguendi nobis constaret, servandas atque repraesentandas hac editione mea duxi illas distinctiones. Itaque paragraphorum initia, quae erant in codice Augustano, designat editio nostra † apposita, ut paragraphos Bavarici §, quae sunt illis multo rariores. Ubi uterque codex consentiebat in eadem distinctione, ibi ambo istaec signa sic copulavi § †. Scholiis oppleti erant margines usque ad Timocrateam; nam posterioribus adspersae paucae et a nova manu, scriptura indocta, quae legi non posset. Scholia haec alia in Ulpianeis leguntur, alia in his desiderantur. Edidit ea Wolfius, sed pessima fide. Pro verbis Scholiastae alienissima, a sana ratione
LXV et ab usu linguae abhorrentia, pro lubitu, mira et immani licentia, non monito lectore, ingessit; quod facinus ei non ignosco, tametsi operam Demostheni ab eo navatam magni facio. Vix puto quemquam in ullum auctorem veterem tanta importunitate grassatum esse, ne P. Castellum quidem in Ammianum Marcellinum, quam grassatus est Wolf in haec scholia. Fidem faciet editio nostra, me rem oratione non exaggerare. Nulla ibi orationum argumenta, nisi in Olynthiacis, quorum varietatem enotare festinans oblitus sum. Iota, quod nos subscribimus, ille Augustanus semper habet literae ad latus adscriptum, ut e. c. βουλῆι, ἀγορᾶι, ζημιωθῆι, unde multarum mendarum origo potest explicari. Supplementum illud in Philippicis, quod in libro

variantium supplementum Aug. primi appellare soleo, scriptum erat literis multo minutioribus, creberrimis compendiis, pallidiore atramento, in membranis multo tenuioribus et candidioribus, quam erant reliquae; nam membranae, quae supersunt a vetusta manu conscriptae, sunt crassiores et subflavae a vetustate. Commata nulla sunt, sed ubique puncta, ut in plerisque codd. MStis, quos vidi. Plerumque dat *γίνεσθαι* pro *γίγνεσθαι*, *πάντα* pro *ἅπαντα*, *γινώσκειν* pro *γιγν.*, *αἰεὶ* pro *ἀεί*. Paucissima compendia scripturae, ut $\overset{\Delta}{\omega}$ pro *ὦ ἄνδρες δικασταὶ*, $\overset{\Theta}{\omega}$ pro *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*. Terminationes *ων* et *ους* et *ας* et aliae similes saepe compendiis repraesentatae. Scholia contra scatebant compendiis et erant lectu difficillima; unde nunquam me expedivissem, nisi Simon Fabricius praeisset, cui debeo, quod istos mirificos ductus extricare potuerim. Fabricium hunc, quisquis fuit, quem aliunde nisi per Wolfium non novi, necesse est hominem fuisse doctum, et navum, et fidum, et mirifice laborum patientem. Sed fructu laborum et eum et nos fraudavit Wolfii dementia, qui in schedis Fabricii pro lubitu mu- LXVI
tavit, ingessit, truncavit, ut paene furiosum, inconsultissimum certe, se gesserit, fidemque suam omnem everterit. Apostrophos amat ille codex, ut *ταῦτ'* pro *ταῦτα*, *ἐστ'* pro *ἐστὶ* etc. Leges et testimonia, formulae denique pleraeque desiderantur. Quo fit, ut nequeam Tayloro assentiri affirmanti, Baroccianum et Parisinum primum, in plurimis Aug. pr. consentientes, ex eodem fonte haustos esse. Nam quae formulae desunt Augustano, eae sunt in illis. Lectionum hujus codicis vix tertiam partem dedit Wolf, seu quod Simon Fabricius eas praetervidit, seu quod Wolf a Fabricio enotatas expunxit, leves et editione indignas judicans. Saepe quoque falsas ei imputavit, quisquis fuit, seu Fabricius, seu Wolf, seu operae Episcopianae. Saepe suum de illis judicium interposuit, non Fabricius, sed Wolf. Saepe quoque suas conjecturas immiscuit. Conjecturas lectionis varietati Fabricianae immistas aut omnes aut plerasque a Wolfio profectas esse, documento est locus in orat. in Leocharem p. 613, 5., ubi in lectione Fabriciana et in annotatt. Wolfianis eadem profertur conjectura. Lectiones illas a Wolfio editas cum tractarem, saepe fiebat, ut sedes earum, tametsi totis horis quaerens, reperire non possem. Coepit itaque me desiderium usurpandi hujus codicis, ut saltim scirem, quo lectio quaeque referenda esset. Sed multo uberiorem tuli fructum hujus codicis, ut eo sum potitus. Statim enim mihi constitit, Wolfium seu nescisse eo recte uti, seu nil curasse, et alias secorditer, alias mala fide egisse. Quamquam egomet ipse vereor, ne multa meam attentionem fefellerint in ista festinatione. Collationem enim hujus codicis ineunte Maio anni 1767. coeptam vergente Augusto ejusdem anni absolvi. Neque fieri potest aliter: negatum est homini, ut om-

nia cernat, ut nihil eum fugiat, praesertim alio praelegente, ubi
LXVII multae soni similitudines in diphthongis, in literis ejusdem soni, ut *ο* et *ω*, *δ* et *τ*, aures fallunt; item si audias legentem *ἀναλισκόμενον* e. c., non possis aure internoscere, sintne duo ista vocabula, *ἂν ἁλισκόμενον*, an unum solummodo. Bona tamen fide asseverare possum, me multo et copiosiorem et fideliorem dare codicis Augustani collationem, quam ad hoc diei habuimus Wolfii beneficio. Jam dudum ante mihi constiterat e Constantino meo, quam expediat a diversis easdem membranas iterum iterumque excuti. Eum ante me coeperat edere J. H. Leichius V. C. et vita diuturniore dignus. Sed haud pauca in ea parte Constantini, quam edidit, temeraverat, alia omiserat; quod deprehendi exemplum typis excusum ad membranas ipsas exigens. Ab eo tempore coepi colligere exempla librorum, qui cum essent e membranis primitus editi, si posteriores eos ad easdem membranas, unde essent editi, exegissent. multae aliae et multo meliores lectiones ex iisdem membranis essent prolatae. Adeatur Fabricii B. G. vol. 11. p. 119 fin. et 121 fin. De Prato in appendice secunda ad Sulpicium Severum protulit varias lectiones ad vitam S. Pauli Eremitae e codice MSto Capituli Veronensis a se diligentius inspecto, meliores, quam ex eodem codice Vallarsius antea minus emendate edidisset. Nobile exemplum dat locus Livii L. XLI. cap. 9. a Lambino emendatus, de quo v. vol. 7. Livii Drakenborg. p. 223, 224. Occurrit etiam simile quid Wetstenii prolegomena ad N. T. legenti. Sed locus e memoria excidit, neque nunc inquirere vacat. Quomodo codex hic Augustam pervenit? Haud constat. Conveniunt inter se plerumque Aug. pr. Paris. primus, Vindobon. Wolfenbuttel. Harleyanus, Baroccianus; in multis tamen rursus inter sese discrepant, ut non possint omnes ab uno eodem fonte manasse.

LXVIII §. 18.

De Codicibus Augustanis reliquis.

Venio nunc ad Augustanum, quem secundum[n] appellito, qui signatus erat p. 76. n. 11. Continet hic codex primum Stephanum Byzantinum ex editione Aldi, tum Demosthenis Olynthiacas, Philippicas, suasorias, de corona et de falsa legatione. Codex scriptus est circa idem tempus, quo Aldus Stephanum et Demosthenem edidit, verumtamen non ex Aldi exemplo impresso; multas enim tenet lectiones ab Aldino diversas. Codex est notae neque optimae, neque pessimae. Me certe non poenituit eum contulisse. Scriptus est in Italia a Graeculo quodam. Coepi hujus collationem d. 1. Oct. 1766. absolvi d. 17. Febr. 1767.

[n] [In oratione pro corona hic codex ubique fere consentit cum Parisino S. G. DIND.]

Tertium Augustanum appello eum, qui Catalogi Reusnerani p. 77. n. 2. signatus est, et Olynthiacas et Philippicas paene tenet omnes; nam in orat. adversus Philippi epistolam p. 90, 25. in voce *αὐτὸς* desinebat. Codex non magni faciendus, ab indocto, supino et oblivioso librario exaratus, manu sordida. Scholia quaedam adscripta passim erant in marginibus liquore rubro, sed ita pallido et evanido, ut legi nequirent. Orationibus quibusdam subjecta erant scholia ex Ulpianeis excerpta, atramento scripta, eodem tenore cum reliquo corpore orationum. Parum mihi profuit hic codex, qui nullas lectiones, bonas quidem, suggessit, quas in aliis non reperissem. Sed idem tanto mihi carior fuit, quod prima pars hujus codicis pleraque tenet Aristidis mirifice pleniora et emendatoria, quam sunt exemplaria vulgata hujus auctoris; unde studebo Aristidi quoque meliorem aliquando dare habitum, si vita suppetet et Deus coepta fortunabit. Ambo auctores hi, Aristides atque Demosthenes, in Italia exarati sunt circa tempora nascentis typographiae, sed a librariis diversis. Ille, qui Aristidem LXIX
exaravit, fuit vir doctus, diligens, magnis pulchrisque literis usus, et facilibus lectu, et ad legendum invitantibus, nisi quod atramentum pallidiusculum oculos fatiget. Omnia sine scholiis.

Quartum appello codicem Augustanum illum, qui p. 78. Catalogi Reusnerani n. 8. signatus est, et nil nisi Demosth. or. pro corona et Aristidis Panathenaicam tenet, ejusdem aetatis, atque tertius, scriptus item in Italia, id quod charta prodit, medio aut vergente saeculo XV. Grandibus literis et similibus illis, quibus Aristides, de quo modo dicebam, exaratus est, a diversa tamen manu; neque idem librarius videbatur orationem pro corona exarasse atque Panathenaicam. Etiam hic codex scholiis caret. Oratio pro corona convenit cum Aug. primo. Contuli hunc codicem initio mensis Julii 1768.

Quintum appello Augustanum codicem p. 78. Cat. Reusner. n. 19. signatum, in quarto ordinario, a manu recentissima saeculi XV. exeuntis exaratum, minus pulchris literis, a librario indocto et mirifice supino, sed ex alio optimae notae ductum. Convenit cum Augustano primo paene ad literam, nisi ubi mendis calami conspurcatus est, quibus scatet. Caret item hic scholiis. Tenet orationes quasdam Demosthenis nullo delectu, hoc ordine: 1. Epitaphium Demosth.; 2 Lysiae funebrem; 3. Demosthenis duas in Aristogitonem; 4. or. in Calliclem; 5. orationes duas in Aphobum, primam et secundam; 6. orationes duas in Onetorem. Haec e Demosthene, quorum collationem absolvi die 20 Maii 1768. Quamquam codex hic cum Aug. primo paene in omnibus consentit, ut videri possit ex eo descriptus esse, nequit tamen inde sumtus esse, quia argumenta habet orationibus praefixa, quibus argumentis primus caret. Habet hic codex etiam alia aliorum, quae conferre neque otium, neque animus fuit, haec

LXX scilicet: 1. partem Promethei Aeschylei (usque ad p. 43. Henr. Stephani) cum scholiis interlinearibus et marginalibus; 2. odam tertiam Pyth. Pindari; 3. odam secundam Nem.; 4. initium Olymp. Reliqua Pindari carent scholiis praeter initium Olymp.

Sextus codex Demosthenis Augustanus cujas sit et quid teneat, nondum novi, sed sciam, ubi potitus eo fuero; nunc enim adhuc eum exspecto[o]. Signatus est in Catalogo Reusner. p. 86. sic: Demosthenis Olynthiacae cum multis aliis aliorum.

§. 19.

De Codice Bavarico.

Post codices Augustanos dicendum mihi superest de Bavarico, quem illustris vir Felix Andreas Oeffelius pro sua incredibili humanitate Monachio ad me misit, ejusque usum per tres annos et ultra mihi indulsit. v. Epistolam meam ad Oeffelium in fine voluminis quinti Animadvers. ad Graecos auctores. Codex hic tenet quicquid hodie superest operum Demosthenicorum eo ordine, quem paulo ante exposui. Non est optimus, sed neque de pessimis. lectionem plerumque praefert Aldinam; sed hoc in illo codice est egregium, quod refertus est varietate lectionum super versus et in marginibus scripta, spissius initio, rarius circa finem. Qua in varietate haud raro lectiones reperi nullo alio in codice a me deprehensas, easque non contemnendas. In una praesertim oratione, non succurrit nunc qua, hic codex ab aliis omnibus discedit mirificum in modum, plenior est, testimonia dat integra, quae nostris vulgaribus libris desunt, ut plane ex alio fonte manasse videatur haec oratio, quam vulgares editiones. Quae res mihi perquam mira accidit, ut nequeam intelligere, unde sic evenerit.
LXXI Bavaricus plerumque plena et explicata dat vocabula, sine apostrophis, contra quam Augustanus primus, qui apostrophos amat, ut e. c. pro *τοῦθ' οὕτω* dat *τοῦτο οὕτως*: nam saepe dat *οὕτως* cum *ς* etiam insequente consona. Exaratus est, teste Cobero meo, cui primam hujus codicis notitiam debeo, et qui oculis iisdem suis tam Monachii hunc Demosthenem, quam Eroticos Florentiae vidit, ab eadem manu, quae Xenophontis Ephesii et Charitonis Aphrodisiensis codicem Florentinum exaravit, hoc est saeculo, ut existimatur, XII. aut XIII., literis minutis, sed elegantibus et perspicuis lectuque planis, in charta bombycina, crassa, flava, per binas columnas. Habebat nonnulla egregia et inventu rara vetustatis indicia, ut clausulas in fine orationum, non tamen omnium, sed earum solummodo fere, quae primam et secundam classem ex distributione Wolfiana constituunt, quibus in clausulis indicatur numerus *τῶν στίχων*: constat haec vel istaec oratio tot vel

[o] [Dixit de eo infra §. 30. G. DIND.]

tot στίχοις. Habet in marginibus item numeros capitum ex vetusta distributione, quae capita signata erant literis alphabeti Graeci majoribus Α. Β. Γ. etc. In calce operis etiam has distinctiones veteribus usitatas in majora segmenta seu capita una in tabella repraesentabo ad paginas nostrae editionis, cum absoluta fuerit. Habet item paragraphos, sed diverso modo divisas, atque in Augustano primo, quas paragraphos ego in editione mea signo § indicavi. Habet tandem et scholia duplicis generis, alia vetustiora, alia recentiora. Vetustiora initio perquam copiosa sunt, sed quo magis procedit opus, hoc magis decrescunt. In extremas orationes ad privatas caussas pertinentes paene nulla sunt, et quae sunt, ex Harpocratione sunt decerpta. In Olynthiacas autem, Philippicas, suasorias, de corona et de falsa legatione copiosiora sunt. Multa habent inedita, in ipsa editione Parisina deficientia, quae scholia habet editionum omnium locupletissima. Quae Bavaricus habet edita scholia, ea multo hic leguntur emenda- LXXII tiora, quam vulgo in libris impressis. Scholia recentiora a manu alia, pinguiori et minus eleganti adscripta sunt orationibus duabus, pro corona et de falsa legatione. Horum recentiorum scholiorum pleraque sunt inepta, luce publica indigna, a Moschopulo, ut mihi videtur, profecta. Sed in hac parte, quae istas, quas dixi, duas orationes tenet, codex hic Bavaricus usu est maxime detritus, propemodum laceratus et obscuratus, ut paene dilabatur prae vetustate et manuum sordibus. Tanto mundior est pars posterior, in qua sunt caussae publicae et privatae, ut pars haec paene intacta a manibus tractantium videatur. Sed ingens est in hac parte[p] lacuna per plures paginas procedens. Jacuerat codex in loco humido; quo factum est, ut pars quaedam computruisset. Haec sarta postmodum est a manu recentiore, non inficeta quidem illa, minus tamen, atque vetusta est, eleganti, nescio unde. Post Demosthenem sequuntur Plutarchi vitae parallelae aliquot, ab eadem antiqua manu, illa scita et venusta, sed atramento pallidiusculo, ut aegre legantur. In extremo fine legitur Synesii disp. de insomniis cum commentario Nicephori Gregorae, a manu scripta multo antiquiore, in chartis longe aliis, literis horridioribus, cum nescio quibus ex Aristotele fragmentis.

§. 20.

De codice Meermanniano.

Gerardus Meermannus, Vir et honoribus et meritis de Jurisprudentia nobiliori illustris, e bibliotheca sua codicis Demosthenici copiam mihi fecit, tenentis cum quatuordecim Philippicis etiam duas adversus Aeschinem. Codex est in charta bombycina exaratus, manu,

[p] [Id est inde a p. 1317, 16. ed. Reisk.]

non illa quidem inelegante, sed indocta, superiori saeculo, ut vide-
LXXIII batur, nescio quo e libro, non optimo quidem illo, exscriptus. Quod cum mihi e collatione Olynthiacarum constitisset, obrutus aliis multis negotiis cito remittendum duxi codicem ad dominum. Specimina tamen ejus in libello variantium dabimus. Gratia tamen humanitatis mihi in hoc codice communicando demonstratae nihilo minor penes nos domino codicis manet, ac si omnium codex ille praestantissimus fuisset.

§. 21.

De libro Weimarano.

Interdum affero quaedam e libro Weimarano, de quo mihi paucis dicendum superest. Bartholomaeus, V. C. Bibliothecae ducali, quae Weimarae est, praefectus, vir perquam officiosus et humanus, cum audivisset, me Demosthenis edendi cepisse consilium, ultro ad me mittebat mense Januario anni 1766. exemplum editionis Aldinae ex illa, cui praeest, bibliotheca ducali, cui exemplo Aldino, quod olim penes Marquardum Gudium fuit, sed a C. S. Schurzfleischio, id quod manus ejus testatur, in bibliothecam ducum Weimarensium illatum, adscriptae erant a duobus diversis, altero antiquiore, altero juniore, lectiones variae, in quibus etiam nonnullae sunt vulgatis emendatiores. Has appello *Weimaranum* simpliciter, seu *Weimaranum correctorem* vel *annotatorem*. In fine hujus codicis haec reperi annotata: *J. de Valcob Venetus M. Januario* 1592. *multas in hoc codice varias lectiones annotavit.* Idem, ni fallor, in fronte libri hanc praescripserat admonitionem: *Multas in hujus codicis marginibus lectiones varias sic . . . notatas reperi. Alias addidi ex alterius librarii codice, quas ita signavi* 2. *ut a primis dignoscerentur. Si quam autem in hoc codice lectionem similem alterius codicis lectioni inveni, apposuimus numeros* 1. 2. *Paucae item ex tertio codice ita signatae sunt* 3.
LXXIV Haec illa manus nova; quae mihi omnia sunt obscura et inexplicabilia. Nescio, quis ille fuerit *Valcobius*, nisi est potius Vulcobius. Nescio, qui fuerint ejus codices, quos numeris 1. 2. 3. distinxit. Pleraeque annotationes erant e secundo petitae; quae cum pleraeque convenirent cum editione Pauli Manutii, coepi suspicari, eas e Paulina illuc translatas esse. Sed falsam fuisse hanc suspicionem, ex eo didici, quod nonnullae in illo libro Weimararo leguntur variae lectiones e secundo annotatae, quae non exstant in Paulina.

§. 22.

De libro Lessingiano.

Misit ad me Lessingius V. C. poeta nobilis Germanicus, fabulis multis scenicis, Laocoonte aliisque insignibus ingenii monumentis nobilitatus, Hamburgo Aldinam, cui diversae manus varias lectiones et scholia inedita, quorum pleraque in Bavarico item reperi, adscrip-

sere; quae quorum manus fuerint, haud constat, neque ullo potui deprehendere aut colligere indicio. Similis est ille liber Pithoeano, quo usus est Sylburgius, seu quicunque appendicem Francfurtanam, a me sic dictam, curavit. Desinit illa collatio in versu secundo p. 520. editionis Parisinae. Inde usque ad funebrem orationem nil annotatum ibi reperi.

§ 23.

De rationibus, quas secutus sum in edendo Demosthene, et commentariis in eum conscribendis.

Hac fuere mihi copiae ad manus editionem hanc Dem. adornanti, quibus copiis quomodo sim usus, dicendum mihi nunc est. Primum contuli hos codices manu exaratos et has, quas dixi, typis vulgatas editiones cum editione Parisiensi, et, quae bonae genuinaeque viderentur lectiones, eas recepi, vetustioribus pravis lectionibus abrogatis. Bavaricum codicem et Augustanum secundum solus contuli, reliquos LXXV una cum uxore, Ernestina Christina Muelleria, Kembergensi, quam matronam pudicam et frugi meique et literularum mearum amantem in hoc opere industriam et solertem habui sociam. Studio mei, quo labores plurimos maximosque in hoc opere mihi tolerandos sublevaret, literas Graecas et Latinas me magistro coepit discere, quarum rudis mihi in manum convenerat. Editiones Aldinam et Paulinam ipsa sola contulit, nec non codicem quartum Augustanum. In digerendis mundandisque et impressioni accommodandis chartulis meis confusis operam mihi praestitit indefessam; cujus operae ut ego ipsi maximas habeo agoque publice gratias, ita spero futurum, ut aetas quoque et haec nostra et insecuturae memoriam ejus grata recordatione recolant. Pronuntiationi Graecorum Erasmianae cum eam adsuefecissem, praelegit illa mihi codices MStos relegenti exemplum Morellianum. Ita quoties occurreret varietas, quae non plane spernenda videretur, eam enotavi. Perfecta collatione, coepi lectiones illas omnes digerere et unum in librum variantium conferre, quibus addidi eas, quas Taylori editio suppeditabat, nec non editio Wolfiana et indices Aldi. Manutii, Lambini. In hac opera, incredibile dictu est, quam molesta et taediosa, plus annum consumsi. Ridebunt me imperiti, qui aerumnosum et miserabilem ipse mihi laborem literulas consectandi imposuerim; quos ego vicissim contemno et miseror usum et necessitatem hujus rei nescientes. Fundus hic est optimus et praecipuus emendandorum veterum auctorum. Editores veterum librorum hinc incipere debent. Prima haec debet eorum esse cura, ut MStos codices veteres bonae notae aut, si his careant, vetustissimas saltim editiones primigenias inspiciant e MStis ductas eoque his aequiparandas. Mirum dictu est, LXXVI quam turpibus modis posteriores editores a primariis edd. desciscentes, seu socordia, seu inscitia, seu ambitione, seu importunitate qua-

dam critica, bonos auctores deformaverint et vestigia bonarum lectionum, sine quibus auctores intelligi nequeunt, obscuraverint. Demonstrabit liber noster variantium, quid lectionum Demosthenicarum versetur in libris, quorum copia nobis fuit, et quid vetustas nobis tradiderit; tum quis primus vitium cuique loco intulerit; denique quis primus correxerit, aut quomodo vitium corrigi debeat. Hac demum ratione potest de veritate lectionis Demosthenicae constare. Non minore religione tractari a nobis debent auctores profani, atque Novum Testamentum. Qua de caussa codices N. T. sedulo excutimus, eadem de caussa etiam Demosthenis aliorumque, quotquot sunt, vetustorum auctorum codices inspici earumque lectiones erui et proferri par est: nam sola haec est via veritatem historicam texti cujusque, sive sacrum, sive profanum est, e consensu multorum vetustorum probatae fidei codicum demonstrandi. Sic cognoscimus origines errorum, sic modos emendandi, sic multa occulta vitia investigamus, sic corruptorum nequitias deprehendimus, sic laudem emendati aut vindicati cujusque loci auctori suo tribuimus. Ego equidem cum video strenua doctorum hominum opera aliorum post alios limatum Demosthenem et gradatim meliorem factum, ut nunc possimus eo cum aliqua delectatione multo expeditius, atque majores nostri poterant, uti, veneror eorum manes, qui mei caussa, quem non norant, nondum natum, innumerabiles suscepere labores, quorum neque numerum neque magnitudinem cogitatione consequatur, nisi qui simili in pistrino desudaverit; parique modo spero futurum, ut grata posteritas meminerit aliquando, fuisse Reiskium quendam, hominem laboriosum, qui, quo Demosthenem sibi in manus daret lectu et perceptu
LXXVII planiorem emaculatioremque, nullis vigiliis, nulli operae, nulli pecuniae adeo, pepercerit, multas commoditates spreverit, multas taedii plenissimas molestias ultro susceperit, sannas stultorum contemserit, jacturam rei familiaris bonaeque valetudinis bono publico lubens condonaverit, vires mentis et corporis impenderit ignotorum studiis, commoditati, delectationi. Doctorum hominum ad Demosthenem animadversiones dum excutio, miror alias humani ingenii solertiam et igneam vim, alias coecitatem et infirmitatem. In emendationibus felicibus et paene divinis cerno et mirabundus suspicio vim mentis humanae ex occultis vestigiis veritatem eruentis; rursus errantes in rebus obviis et notissimis sibique prorsus dissimiles cum video, obliviosos, earum ipsarum rerum, quas nossent alibique saepe optime tradidissent, immemores, pueros paene turpissime se dantes, recordor sortis meae, miseratio me subit sortis mihi cum humano omni genere communis, et ut praeclara aliorum inventa lubens et gestiens commemoro, collaudo, depraedico, sic lapsibus eorum facilis ignosco. Quam eandem aequitatem ab aliis quoque mihi et deposco et spe

praecipio, meoque mihi jure despondeo. Contumeliis qui me afficient, probra in me qui conjicient, Adrasteam illi haud effugient, ut neque Toupius effugit. Juvat enim hunc prae caeteris c. c. commemorare, cum quod recens sum a lectione Emendationum, quas in Suidam edidit, tum quod fama viri, his in terris nostris magna, veraeque ejus laudes, quas ultro ipsi defero neque obtrectabo, non sinunt me adversarii tam nobilis pudere. Aliorum enim, minutorum catellorum, ignavorum et imbellium latratus facile ferat Molossus et contemnat. Quamquam aegerrime fero, a juvene (nam juvenem ista scripsisse Toupium tota scriptionis ratio prodit, produnt mores nimis denudati) LXXVIII summos viros, Scaligerum, Casaubonum, Salmasium, Hemsterhusium, Ernestium, intolerabili et poenis civilibus digna linguae protervia proscindi, rem tamen hanc meam non facio. Viderint ipsi, aut eorum vindices, quas maledicentiae poenas ab homine vano et arrogantiae pleno repetant, scurra paene dixerim. Quid enim aliud quam scurrilitatem nominem, quum me ait vestes alienas pro more meo commaculasse? Quo ille ferat animo, si ego illi probrum, quod optimo jure possim facere, si velim, in os regeram? Vix pagina sit totius libri, qua non veterum auctorum vestes pro more suo commaculaverit: id quod, si necesse sit, facili negotio possit demonstrari. Tune mihi scabiem tuam exprobrabis? Homo sum, neque me fugit, προπέτειαν criticam labem esse mihi cognatam et intimis fibris infixam. Sed tu, qui eodem morbo laboras, cur te non respicis? cur lapsus meos exagitas, bene a me traditorum, τῶν κατορθωμάτων, immemor? Peram cur excutis ante pectus positam, posticae oblitus? Sedulitatem agnosco tuam et felicitatem in fontibus glossarum Suidae investigandis. Felicissime rem geris, ubi ex ipsis cubilibus glossarum et aliorum auctorum comparatione emendare licet. Ubi autem ingenio gerenda res est, ibi turpissime ruis. Hominem profecto tui ordinis, clericum enim te esse titulus libri tui indicat, non decebat Thrasonem agere de lupanari adhuc calentem, Veneris vulgivagae mysteria ἐξορχεῖσθαι, summa ingenia de ponte quasi dejicere. Nihil profecto minus convenit viris humaniores literas professis, quam in alios bene de literis mereri satagantes et tantum praestantes, quantum pro re nata possunt, modis inhumanis saevire. Sed haec obiter. Ad rem praesentem redeo. Segregavi, secus quam Taylor fecit, variantes ab animadversionibus. In his, quicquid in texto Parisinae editionis mutavi, sedulo indicavi. LXXIX Simpliciter cum dico *correxi* aut *dedi*, certi velim sint lectores, id ex antiquis libris, sive editis, sive manuscriptis, sumtum esse. Unde sumtum quodque sit, docebit liber variantium. Si quid autem de meo sensu et arbitrio mutavi de vetusta lectione, id sedulo indicavi, addendo *de mea sententia*, aut *de meo sensu*, aut *arbitrio meo*, aut *sponte mea*, aut simile quid. In ipso texto ejusmodi locis de meo arbitrio

mutatis affixi stellulam, quae insistere paulisper et addubitare lectorem, et quaerere jubeat, et exspectare, donec prodierit noster animadversionum Demosthenicarum liber, priusquam judicio suo me confodiat. Haud me fugit, magna me laborare invidia atque infamia ideo, quod auctores veteres conjecturis meis, ut clamant, contaminem. Haud equidem infitiabor, fieri aliquando, ut importunitate quadam mea labis aliquid vetustis auctoribus adspergam. Humanum hoc est. Negari tamen rursus nequit, ringat licet et rumpatur invidia, me multo plures locos gravissime affectos et desperatos in Petronio, in Theocrito, aliisque, si quos edidi, (qui pauci sunt) sanasse feliciter. Non primus ego edo auctores, sed post multos alios, e quorum editionibus vetusta lectio revocari potest, per me licet, ab insecuturis editoribus, si quibus lectio mea displicebit. Ubicunque facinus hoc audeo, toties ipse ego id moneo; non furtim, non clam, non tacite aera mea auro vetusto substituo, ut Stephanus, ut Wolf[q], ut Itali longe plurimi fecerunt, ut Bentleius, ut editorum, qui hodie veteres auctores recu-
LXXX dunt, paene nullus non; quos, si me hoc crimine urgebunt, reos ejusdem contra agam; sed Petronio, sed Theocrito, sed huic ipsi Demostheni tabulam addidi mutationum mea sponte importatarum, e cujus inspectione statim agnoscatur, quid a me sit profectum, quid e libris. Periculi nihil ab hac mea ratione imminet. Saepe rideo mecum et miseror nostrorum hominum stultitiam, qui veram manum Evangelistarum et Apostolorum, veram Tullii, veram Demosthenis, veram Plutarchi, veram Petronii, veram Theocriti se tenere existiment, cum editionem Bezae, Gronovii, Wolfii, Stephani, Burmanni, Heinsii teneant, ignorantes, quam multa sint ab illis secus prodita, atque in vetustis libris legantur, quam multas plagas illi suis auctoribus imposuerint. Securi illi indormiunt lectionibus ejusmodi falsis et commentitiis, pro iis tanquam pro aris et focis dimicant, pro oraculis eas habent coelitus demissis, in iis interpretandis misere se torquent; sanguinem citius, quam eas lectiones, dimiserint; nescientes, illas e cerebro critici alicujus furis aut impostoris natas esse. Inspicerent modo vetustos codices MStos impressosve, viderent suum errorem, viderent, sibi ab aliquo typotheta aberrante, aut aliquo grammaticastro ineptiente aut cerrito, aut ab aliquo callido impostore, falsos numos a se cusos, falsa signa a se facta pro veris antiquis venditante, illudi. Ego vero homo simplex, antiquae fidei, si quid tale patro,

[q] *Disces, quam misere Wolf totam orationem* (in Neaeram) *funestarit* (conjecturis nempe suis in textum immittendis). TAYLOR. ad p. 733, 35. Et nihilominus tamen textum Dem. Wolfianum etiam principibus in literatura Graeca viris purus putus est Demosthenes, qualis ex ipsius auctoris manu prodiit. Hem sapientiae!

sublata voce clamo: *Huc adestote: hoc meum est, hoc olim fuit: spectate nunc, et probate utrum mavultis.* Miseret me hominum nescio ignaviaene dicam an calliditatis, qui ex eo gloriolam captent, si vetustum aliquod exemplum auctoris alicujus typis excusum cum typographis in manus dedissent recudendum, tametsi non recognovissent, tamen nomen suum praescribant, editores se gerant. Mentiris, quisquis es, qui emtoribus sic imponis. Editor tu non es, sed auctor fuisti typographo recudendi, nomen tuum bibliopolae vendidisti, quo [illegible]
vendibilior merx recocta esset. Typothetae majores habeamus editionis ejusmodi, quam tibi, gratias. Editor is demum est, qui, nulla ductus auctoritate quamvis magni nominis, textum ad membranarum et primigeniarum e membranis ductarum editionum fidem veritatemque revocet, et ubi haec adminicula sanandis vitiis haud sufficiant, tum demum ab ingenio aut suo aut alieno, qua pote, opem petat.

§. 24.

De ratione Demosthenis e comparatione cum aliis auctoribus emendandi.

Sed paene oblitus eram fontis, qui unus adhuc superest commemorandus, unde Demosthenes emendari potest. Auctores hi sunt veteres, grammaticique et lexicographi, Demosthenis locos saepissime excitantes. Hi sunt Dionysius Halicarnassensis, Aristides, Athenaeus, Hermogenes, et omnes ejus interpretes veteres, Etymologus et totus grex scholiastarum, criticorum, philologorum veterum. Fontem hunc quamquam adhucdum adire mihi per angustias temporis aliasque curas non licuit, (tametsi haud perfunctorie Dionysium Halicarnassensem et Aristidem cum Demosthene contendi,) et quamquam ingenium mihi a natura contigit ab hoc genere diligentiae abhorrens, quod in lectitando et annotando et conferendo inter se locos similes cernitur, et quamquam fons hic paene inexhaustus est, ut contentionem humerorum quotvis vel fortissimorum tamen vincere videatur, etiamsi diu noctuque sine intermissione illinc hauriant: dabo tamen operam in utroque libro, et variantium lectionum, et animadversionum mearum, ut etiam hunc fontem neque ignorasse, neque devitasse aut insuper habuisse videar, tametsi magnam materiam hujus generis post
venturis intactam relinquam. Demosthenem edere pro dignitate rei, LXXXII
perinde atque Homerum Platonemve, non est unius hominis, non, paene dixerim, unius aetatis. Ἐρανιστὰς (qua similitudine delectatus est Demosthenes) nos esse par est. Symbolam quisque suam conferat, nulla cum invidia, nulla malignitate, nulla virulenta bonae voluntatis insectatione literis noxia, ut quae contentionem ad laudem reprimat, et, velut gelu progerminantes gemmas, adurat. Accipiamus potius, quicquid est, quod quisque dat, aut cum indulgentia, aut, si res patitur, cum laudibus et grati animi testificatione.

§. 25.

De Lexicis rhetoricis.

Hoc de fonte Demosthenicarum seu emendationum seu explanationum quod dicam, habeo parum. Praeter Harpocrationem ejusmodi Lexica penes me nulla sunt. Dignus quidem nova editione est Harpocratio, recepique a me edendum in illo programmate, quo nuper de meo conatu Demosthenem caeterosque rhetoras Graecos edendi significabam; quod programma non modo Belius V. C. Actis Eruditorum Lipsiensibus curavit inseri, sed etiam Harlesius V. C. Orationi Demosthenis pro Corona a se editae subjecit. Sed ab hoc quidem me deduxit consilio auctoritas Ruhnkenii V. C. ostendentis, Harpocrationis exemplarium in tabernis librariis tantam superesse copiam, ut nova ejus editione facile careatur. Cujus in auctoritate eo sum libentius, quod a tractatione grammaticorum, quo in numero cumprimis sunt lexicographi, animus mihi nunquam non refugit. Est quidem penes me Photii quoque Lexicon rhetoricum. Sed ab hoc quoque edendo complura me absterrent; in his vel maxime incredibilis mendarum numerus, quibus obsitum est exemplum, unde exscriptum est meum. Quas mendas et numero et foeditate tam abnormes, ut res fidem superet, sic in medio poni haud videtur e re literarum esse, nisi
LXXXIII si quis velit materiam dare, in qua ingenium felix et navum elaboret, aut de qua grammatici contendant: eluere autem illas mendas neque ingenii neque otii mei est. Alia sunt, quae et malim agere, et felicius acturus videor. Tum haud scio, quo me sit animo laturus ille vir humanissimus, qui copiam sui Photii mihi fecit, si ipso inscio, nescio an invito etiam, Lexicon hoc edam. Adde quod Photius in exponendis glossis comicorum et tragicorum, quam rhetorum, sit diligentior atque copiosior, eoque minus instituto meo accommodatus. Quare provincia haec cum multis aliis futuro, quisquis secundum me erit, Demosthenis editori reservata maneto integra Lexico rhetorico cum ejusque sodales instruendi [r].

LXXXIV §. 27.

Accessiones praefationis.

Facerem hic praefandi finem, nisi intervenissent nonnulla, quae me paene fugerant, de quibus tamen admoneri lectores meos diligentiusque doceri par esse judico. Debebant quidem omnia suis locis ordine enarrata fuisse. Sed praefationem hanc non maturatam diuturna meditatione, neque satis digestam esse, sed subito ex adversariis effusam, tametsi non dicerem ipse, quod saepe facio, ipsa tamen satis proderet.

[r] [Sequitur §. 26. qua de indicibus ab se conficiendis totiusque operis descriptione exponit: quae ut inutilia omisimus. G. D.]

Sic autem scribenti non omnia loco suo succurrunt. Agam itaque hoc praefationis supplemento primum de discrimine, quod utramque Demosthenis editionem Aldinam, vetustiorem et juniorem, intercedit; tum de editione Feliciani; post de codice Augustano sexto, qui nuper demum, mense Martio hujus anni 1770. ad me perlatus est. Addam tabulam, qua divisiones orationum Demosthenicarum exhibebo, quibus veteres utebantur, e codice Bavarico; tum aliam tabulam locorum, quos arbitratu meo ex ingenio meo aliter exhibui, atque leguntur LXXXV in libris vulgaribus; tertiam denique, qua lectiones a Wolfio, Tayloro aliisque excogitatas et a me in textum receptas repraesentabo[s].

§. 28.

De discrimine utriusque Aldinae.

Supra §. 2. affirmavi, judicium praecipitans, re non satis explorata, ambas Aldinas paginarum et versuum numero inter se convenire. In quo me falsum fuisse aliosque imprudentem fefellisse, me docuit postmodum diligentior utriusque inspectio. Dissentiunt enimvero illae duae editiones inter se non in lectionibus modo, sed etiam multis aliis rebus. Taediosum sit exempla ejus rei multa proponere; juvat tamen quaedam observatu faciliora et in oculos statim incurrentia signa edere eorum in gratiam, si qui aut vetustos libros coëmere amant, aut historia nascentis artis typographicae delectantur, aut criticam exercent. Quibus haud injucundam fore spero hanc de Aldina Demosthenis dissertationem. In ipso statim titulo insignis et evidens conspicitur discrepantia. Compendii caussa vetustiorem appellabo A, juniorem B. In A itaque versu primo litera tertia vocabuli λόγοι exarata est sic ʃ (ut Γ minus referat), in B autem γ. Versu secundo legitur in A *αὐτοὺσ*, in B *αὐτȣς*· Sed uterque delphinus inprimis est dissimillimus. Et taediosum sit, neque facile fiat, ut oratione demonstrem illam discrepantiam; oculis potius utrumque subjiciam ligno incisum, ab Hafio, Halense Suevo, solerte artifice, qui etiam exempla typorum Aldinorum statim subjicienda, a me rogatus, ligno incidit. Est itaque del- LXXXVI phinus Aldinae vetustioris hic. .... Junioris autem delphino haec est forma[t]. ....

Typorum quoque ut specimen haberent harum rerum amantes, LXXXVIII delegi ei rei initium Olynthiacae primae, omissa prima littera *α*, quae est in area vacua seorsim posita, quia latiores sunt paginae Ald. (ut

s [Duas has tabulas omisimus, quum verae aut probabiles Wolfii, Taylori et Reiskii correctiones in annotationibus memoratae sint, ceteras oblivioni tradere satius sit. G. DIND.]

t [Sequuntur delphini ligno incisi, quos pariter atque specimina scripturae paullo post ab Reiskio exhibita omisimus, quum editiones istae Aldinae hodie nulli usui sint. G. DIND.]

quae formae sint in Folio, ut vulgo appellant), quam hac nostrae in octavo. Typorum formam, qua potuit, artifex meus imitatus est non ille quidem per omnia felicissime neque fidelissime, ut qui Graeca non calleret, sic tamen satis, ut saltim, id quod volo, discrimen utriusque editionis appareret. Initium itaque Olynthiacae primae in exemplo vetustiore hoc est:

[Sequitur specimen scripturae.]

In recentiore autem est hujusmodi:

[Sequitur specimen scripturae.]

Ne per multa eam, infinita enim sunt, vetustae versus paulo sunt longiores et pagina quaque pauciores: in prima quidem pagina primae Olynthiacae numeravi 41. In nova autem breviores, sed numero plures: numeravi enim in pagina eadem prima versus 43. De reliquis paginis quaerere nil laboravi, quamquam suspicor, per totum librum eodem modo se rem habere. Observavi quoque aliud agens insigne utriusque editionis discrimen in pagina tomi primi extrema, 320., ubi argumentum Libanii ad orationes duas in Aristogitonem legitur: quod argumentum incipit a nomine Πυθάγγελος. Hoc nomen
LXXXIX totum apparet in A, prima littera π seorsim in area vacua posita. Sed in B illud π non conspicitur, plane nuda relicta illa area; tantummodo υθάγγελος legitur. Quia mihi librum variantium Demosthenicarum adornanti editio Aldi vetustior ad manus nondum erat, nondum potui lectiones ejus in illum librum referre. Dabitur tamen opera, ut discrepantes utriusque lectiones diligenter enotatae in materia mea, quam appello, critica exhibeantur, ut caussa deinceps futura nulla sit, cur de Aldinarum super Demosthenico quoque loco dubitetur testimonio.

§. 29.

De editione Feliciani.

Sub exitum anni superioris 1769. hanc editionem ad me misit Strasburgo Vir Illustris Brunckius, Consiliarius Regis Christianissimi (Conseiller de Cour, Receveur des Domaines et Commissaire de Guerre), cujus voluntatem mihi Stoeberus V. C. conciliavit. Raram eoque summi faciendam in viro illius ordinis peritiam Graecarum litterarum studiumque earum incredibile non possum hoc loco sine praedicatione quadam mea, qua ille non indiget, transmittere. Magnum a Brunckio meo decus acceptura sit Anthologia Graeca, cujus ille studio inprimis tenetur, si per alias graviores occupationes illi liceret animum expoliendae huic Graecorum epigrammatum collectioni adjicere. Nondum quidem mihi licuit ne hujus quidem praestantissimae editionis lectiones penitus cognoscere neque in sylvam meam referre. Sed antequam illa sylva typographo excudenda in manus tradatur, curabo, ut hujus quoque lectiones fideliter excerptae

illuc referantur. Universe videor mihi observasse, verum esse, quod
affirmavit Taylorus, quae bonae sint in editione Pauli Manutii lectio-
nes, eas omnes e Feliciana mutuo sumtas esse. Est praeterea haec
Feliciana et chartis mensa splendidioribus, et typis grandioribus xc
atque nitidioribus; id quod vel inde constet, quod Felicianeae volu-
men primum tenet folia 181, secundum 364, tertium 369. Paulinae
autem volumen primum tenet solummodo folia 122, secundum 248,
tertium 243. Quibus e libris Felicianus Demosthenem Aldinum emen-
daverit, et quo delectu, quid quoque loco aut in libris a se repertum,
aut a se suo Marte excogitatum et Demostheni donatum esset, in-
certos de eo nos esse voluit; quae magna neque ferenda est seu
secordia seu levitas et neglectus personaeque et religionis suae, qua
editor quisque vetusti cujuscunque auctoris et ipsi auctori suo et
emtoribus atque lectoribus editionis suae obstrictus est, seu contem-
tus posteritatis et judicii publici, existimationem ipsius editoris lae-
dens, et emtoribus, quotquot ille sibi sperat futuros, molestus, eosque
fraudans fructu laboris, quem in adornanda editione sua exantlavit.
Perlegi aliquoties et dedicationem et praefationem Feliciani, sed in
neutra vel verbum hac de re, quae est homini critico multo gravis-
sima, et in qua summam rei ille collocat, reperi praeter istaec pauca
et vaga, quae dedicationem exordiuntur: "Cum superioribus diebus,
Abbas clarissime, Demosthenis—orationes collectis quibusdam anti-
quis codicibus recognoscendas suscepissem, quo ad studiosorum utili-
tatem castigatiores aliquantulum excuderentur, memini ex te audi-
visse—." Inde orsus evagatur in locos communes, dudum protritos
et ad fastidium declamatos de laudibus eloquentiae ipsiusque Demo-
sthenis: quibus adjungit quaedam de sua cum Francisco Lauretano,
Abbate Divae Mariae Vangaditiae, cui Francisco Demosthenes Feli-
cianeus inscriptus est, et cum istius Francisci fratre, Antonio, neces-
situdine. Quae omnia ad nos nil pertinent. Quae autem ipsius, qui
editor esset, personam decebat nos docere, et quae nostra quam plu- xci
rimum intererat nos ab ipso, qui unus omnium optime nosset et solus
nosse poterat, doceri, ea vero nos celavit: in quo et ipse suis et lecto-
rum pariter commodis offecit. Sed sic ferebant ista tempora, quae
eum tulere.

§. 30.

De codice Augustano sexto.

Miserunt ad me nuper Augustanae reipublicae proceres, qui pub-
licae suae bibliothecae praesunt, codices Graecos calamo exaratos
numero sex, in quibus est volumen spissum, formae quadratae, par-
ticulam exiguam Demosthenis tenens, tres Olynthiacas puta, Philip-
picam primam, epistolam Philippi, et de pace. Nondum vacavit hujus
codicis lectiones examinare. Sed exhibebo has quoque in materia

critica. Miscellaneus est codex a multis collatus, quod diversae manus testantur, exaratus in Italia saeculo XV. exeunte aut XVI. ineunte. Nescio an Pirkhaimeri quondam fuerit, quem suspicor ex illo codice primum Theophrasti Characteres edidisse. Longum sit singula commemorare, quae hoc volumine continentur, opuscula. Brevibus exsequar. Sunt ibi epistolae, quas Aldus edidit, Attici fragmenta pro Platone, quae servavit Eusebius, Georgii Scholarii, Gemisti Plethonis, Andronici Callisti, Bessarionis, Joannis Saguntini, Michaelis Pselli, Libanii, Juliani, Luciani, Synesii, Theophrasti, Aristotelis, Platonis et nescio quorum fragmenta. Tumultuarie eum pervolutans reperi epistolam Juliani, quae in collectione Spanhemii est 58. p. 443., pleniorem exemplis vulgaribus. Sed illam epistolam integram dudum edidit Muratorius, unde repetiit Fabricius Bibl. Gr. vol. 7. pag. 84. Alias quinque ineditas Juliani epistolas ibidem reperi, quas Wyttenbachio meo, futuro Juliani restauratori, reservo.

XCII §. 31.

Indices aliquot.

Addam nunc indices tres: primum divisionum majorum, quas codicis Bavarici margines exhibent, litteris alphabeti Graeci majoribus notatas. Codex ille duplex genus divisionum exhibet: minorum, quas in ipso texto reddidi, ubi signum hoc § conspicitur; tum majorum, quas nunc simul omnes hoc loco repraesentabo. Lacunas hujus latereuli si qui deprehendentes mirabuntur, monendi hi sunt, in ipso codice litteras quasdam desiderari, a librario per imprudentiam omissas, alias a bibliopego chartulis agglutinatis oblitteratas esse. Brevioribus orationibus ejusmodi notae litterales adscriptae erant nullae. Clausulas orationi unicuique, exceptis iis, quae ad caussas privatas pertinent, in isto codice subscriptas indicandi numeri versuum ergo, quot versus olim veteres orationi cuique imputabant, quo de more satis e Diogene Laertio constat, illas clausulas in materia critica exhibebo.

I. Conspicitur itaque in codice Bavarico e regione verborum, quae p. 66. editionis nostrae versu 9. leguntur, signum Α. 72, 4 Β. 80, 3 Α. 83, 12 Β. 94, 17 Α. 96, 22 Β. 103, 3 Δ. 113, 25 Α. 117, 3 Β. 120, 20 Γ. 124, 15 Δ. 127, 27 Ε. 135, 13 Α. 137, 22 Β. 140, 26 Γ. 144, 7 Δ. 147, 16 Ε. 150, 20 Ζ. 155, 17 Α.

In oratione pro corona: 232, 13 Β. 238, 13 Γ. 240, ultima Δ. 245, 5 Ε. 254, 20 Η. 259, 7 Θ. 268, 13 Κ. 271, 22 Λ. 275, 17 Μ. 279, 18 Ν. 285, 19 Ξ. 294, 13 Π. 297, 16 Ρ. 300, 21 Σ. 304, 2 Τ. 307, 7 Υ. 310, 19 Φ. 313, 25 Χ. 317, 2 Ψ. 320, 10 Ω. 323, ult. Α. 327, 5 Β.

In oratione de falsa legatione: 343, ult. Α. 355, 4 Ε. 358, 16 Ζ.

361, 12 H. 364, 7 Θ. 369, 2 I. 371, 5 K. 373, 5 Λ. 376, 2 M. 379, xciii
4 N. 388, 8 Π. 400, 13 Υ. 403, 4 Φ. 406, 21 X. 409, 22 Ψ. 415, pen. A. 419, 17 B. 426, 26 Δ. 433, 2 Z. 436, 2 H. 438, 27 Θ. 444, 6 K. 447, 1 Λ.

In orat. in Leptinem: 460, 11 A. 466, 24 Γ. 469, pen. Δ. 473, 2 E. 479, 12 H. 482, 16 Θ. 485, ult. I. 489, 3 K. 492, 9 Λ. 495, 11 M. 498, 18 N. 505, 5 O. 508, 8 Π.

In orat. in Midiam: 527, pen. Δ. 538, 24 H. 542, 9 Θ. 546, 10 I. 549, 18 K.

In orat. in Androt.: 596, 12 A. 602, 24 Γ. 605, pen. Δ. 609, 6 E. 612, 15 Z. 615, 24 H.

In orat. in Aristocratem: 627, pen. B. 631, 6 Γ. 634, 15 Δ. 647, 18 Θ. 651, 3 I. 654, 9 K. 657, 19 Λ. 660, 24 M. 663, pen. N. 667, 2 Z. 673, pen. Π. 676, 23 P. 680, 3 Σ. 683, 13 T. 686, 11 Υ. 689, 22 Φ.

In orat. in Timocratem: 703, 17 A. 705, 17 B. 711. pen. Γ. 715, 10 Δ. 722, 14 Z. 725, 19 H. 728, 22 Θ. 731, 26 I. 738, 18 Λ. 741, 26 M. 744, 1 N. 746, 18 Z. 752, 8 O. 755, 13 Π. 761, 22 Σ. 764, 25 T.

Ad duas in Aristogitonem nihil harum litterarum dabat margo Bavarici; ad orationem in Aphobum tertiam seu de falso testimonio has duas solas litteras *A*. p. 514, 19. edit. Paris. et *B*. ad p. 515, 33; ad reliquarum insequentium omnium nullam harumce litterarum quicquam vidi.

[Sequuntur duo alii indices, alter locorum quos Reiskius ex conjectura mutavit, alter *nomina praenumeratorum* continens, quos Reiskius tum temporis nactus erat non plures quam triginta quattuor.]

AD LIBANII PROLEGOMENA.

P. 1, 1. ed. Reisk. ΛΙΒΑΝΙΟΥ ῾ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ] Libanii *ὑποθέσεις* in codicibus non, ut in libris editis commodioris usus caussa factum est, singulis quaeque orationibus sunt praefixae, sed uno omnes tenore perscriptae, praemissa, quae nunc in limine operis sejuncta ab illis poni solet, brevi de vita Demosthenis commentatione. Libanius autem est celeber ille sophista Antiochenus, natus a. 314. aerae Christianae, mortuus post a. 386., cujus opera plurima supersunt, inter quae declamationes plures sunt accuratum testantia Demosthenis studium: unde a grammaticis quibusdam (v. Bekk. Anecd. p. 140, 13. 168, 13. 170, 25. 172, 8.) *μικρὸς Δημοσθένης* est appellatus.

κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε] Libanius in Epistola, qua Modesti judicaturi benevolentiae Calliopium commendavit, haec scripsit: *ὅπως ἡμεῖς τε τῷ φίλῳ συγχαίρωμεν καὶ Μόντιος ὑπὸ γῆς ἥδοιτο.* Epist. 221. p. 106. ed. Wolfii, qui annotavit: "Fuit hic Montius Calliopii pater, si fides est scholiastae Berolinensi." Neque vero fuit Proconsul (*ἀνθύπατος*), sed Quaestor, anno 353 Gallo imperante Antiochiae misere trucidatus. Ammian. Marcell. 14, 7, 12, sqq.: "Montius tunc Quaestor, vafer quidem, sed ad lenitatem propensior, consulens in commune rel. levi corpore senex atque morbosus." Antiochiae, quum is tumultus oriretur, Libanius commoratus est, ut ipse narrat vol. I. p. 68. ad quem l. Reiskius in Vita Libanii §. 37. confert Libanii Epist. 394. a. Itaque epistola haec ante annum 353 et, ut videtur, Constantinopoli data est. VOEMEL.

1, 3. *περιδέξιος*] Eadem comparatione de Larensio rhetore usus est Athenaeus, cujus epitomator 1. p. 2. C sic scribit: *καλεῖ δὲ* (Athenaeus) *αὐτὸν καὶ Ἀστεροπαῖόν τινα ἐπ' ἴσης ἀμφοτέρων τῶν φωνῶν* (linguae Graecae et Latinae) *προϊστάμενον.*

1. 9. *ἐβουλήθης*] *ἠβουλήθης* Ald. quod probabilius esse monet Schaeferus, quum *ἠδύνατο* et *ἠδυνήθη* p. 3, 16. 4. 22. aliorum librorum scripturae *ἐδύνατο* et *ἐδυνήθη* praelatum sit.

2, 1. *τοσούτων μνημονεύοντες*] *τοσοῦτον μνημονεύσαντες* Ald.: unde Schaeferus *τοσούτων μνημονεύσαντες*, recte fortasse: quan-

quam etiam praesentis participium locum habet, quum futuri temporis notio verbo insit ἀρξόμεθα.

2, 4. ἦν] μὲν ἦν Aug. sec., fortasse ex proximis Aeschinis verbis.

2, 5. ἀνεπίληπτος] Plutarch. V. Demosth. c. 4. Δημοσθένης ὁ πατὴρ Δημοσθένους ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος, ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαιροποιὸς, ἐργαστήριον ἔχων μέγα καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας. Trierarchum fuisse narrat Lucian. Encom. Demosth. c. 11. TAYLOR.

2, 7. Παιανιεὺς] Duos fuisse Pandionidis tribus pagos Paeaniensium nomine appellatos, alterum τῶν καθύπερθεν, alterum τῶν ὑπένερθεν, ex Harpocratione, Photio, Suida aliisque constat, admonuitque schol. cod. Bav.: διττοὶ δῆμοι τῆς Πανδιονίδος φυλῆς εἰσι, καὶ ὁμοίως ἑκατέρου τοῦ δήμου τὸν δημότην καλεῖσθαί φησι Παιανιέα. Non constat utrius δημότης fuerit Demosthenes.

2, 11. Γύλωνος] In Γλύκων corruptum ap. Tzetz. Hist. 6, 78.

2, 12. προδοσίας] Nymphaei, oppidi Pontici: v. Aeschin. p. 78, 15. et Tzetz. l. c.

2, 14. Κλεοβούλης] Matris hoc nomen, quod non tetigit Aeschines, memorant Plutarch. V. decem orat. c. 8, p. 844 A. Zosimus Ascalon. Vit. Demosth. p. 176. ed. Reisk. (Orat. vol. 4.) Photius Bibl. p. 492, 21. et Libanius iterum in ὑποθέσει orationis c. Aphobum 1. p. 812.

2, 15. Αἰσχίνης] Plutarch. V. Demosth. c. 4. ἃ δ' Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ εἴρηκε περὶ τῆς μητρὸς, — οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν εἴτ' ἀληθῶς εἴρηκεν εἴτε βλασφημῶν καὶ καταψευδόμενος.

2, 18. κομιδῇ νέος] Annos septem natus: v. Demosth. p. 814, 9.

2, 19. ὥς φησιν] V. Plutarch. l. c.

2, 22. Βάτταλον] Aeschines fals. leg. p. 41, 13: ἐν παισὶ μὲν ὢν ἐκλήθη δι' αἰσχρουργίαν τινὰ καὶ κιναιδίαν Βάταλος rel. Idem Demosthenem loquentem simulat c. Timarch. p. 17, 42: "εἰ μὴ καὶ ἐμὲ δεῖ," φησίν, "ὑπακούειν τοῖς ὄχλοις μὴ Δημοσθένην καλούμενον, ἀλλὰ Βάτταλον, ὅτι ταύτην ἐξ ὑποκορίσματος τίτθης τὴν ἐπωνυμίαν ἔχω." Tum addit p. 18, 28: ἐπεὶ καὶ περὶ τῆς Δημοσθένους ἐπωνυμίας, οὐ κακῶς ὑπὸ τῆς φήμης, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς τίτθης Βάτταλος προσαγορεύεται, ἐξ ἀνανδρίας καὶ κιναιδείας ἐνεγκάμενος τοὔνομα rel. Demosthenes ipse hujus convitii auctorem Aeschinem accusavit de Coron. p. 288, 17: βούλει ἐμαυτὸν μὲν, ὃν ἂν σὺ λοιδορούμενος καὶ διασύρων καλέσαις, Βάτταλον εἶναι rel. VOEM. De significatione nominis videnda scholia ad Aeschinem p. 17, 42. nuper ex codicibus aucta. Ad scripturam quod attinet dubitatur utrum simplex an duplex τ praestet, de quo post alios diximus ego in Thesauro Stephani vol. 2. p. 186. et Meinek. Hist. Com. p. 334. seq. Duplex commendatur Hedyli versu apud Athenaeum 4. p. 176 D: καὶ τὸν ἐν ἀκρήτοις Βάτταλον ἡδυπότην, ubi duo apographa βάταλον violato metro. Singularis est opinio Schaeferi utrumque dictum esse conjicientis, Βάταλος ab iis qui Demostheni τὸ μαλακὸν, Βάτταλος ab iis qui τὸ τραυλό-

φωνον exprobraverint. Conf. eundem ad p. 288. 17. Qui primus ei nomen imposuit non dubitandum quin de linguae vitio intelligi voluerit.

2. 28. Καλλίστρατος] Plutarch. V. Demosth. c. 5: *Τῆς δὲ πρὸς τοὺς λόγους ὁρμῆς ἀρχὴν αὐτῷ φασὶ τοιαύτην γενέσθαι. Καλλιστράτου τοῦ ῥήτορος ἀγωνίζεσθαι τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν* rel. Cf. Hermippus ap. Gellium N. A. 3, 13. VOEM. Fuit autem Callistratus clarissimus ille orator Atheniensis, ab Demosthene ipso saepius (ut p. 301, 18, 436, 13. 742, 23.) memoratus, de quo v. Ruhnken. Hist. or. p. 58. (p. 140. ed. Reisk. Orat. vol. 8.) Commentationem de eo scripsit Mollius insertam symbolis literariis Amstelodamensibus a. 1843. fasc. 5. p. 37—52.

3, 1. Ὠρωποῦ] Caussa, quam Callistratus egit, haec est: Oropii se et agrum suum dediderant Atheniensibus (Isocrat. Plataic. p. 300). Aliquanto post Themison Eretriensis et Theodorus collecta exsulum manu Oropum pulso Atheniensium praesidio occuparunt Olymp. 103, 3. a. Chr. $\frac{366}{365}$. Quod oppidum ut recuperarent Athenienses, illico omnes copias eduxerunt; contra Thebani auxilium Themisoni tulere. Itaque Athenienses jure potius quam armis decernendum rati, oppidum Thebanorum fidei commendaverunt, donec res in publico sociorum concilio (? de quo Diodor. 15, 28. (ad Olymp. 100. 4.) et 38. (ad Olymp. 101. 2.) Boeckh. Oecon. vol. i. p. 449 sq.) esset judicata. Callistratus in hac actione publica (*δίκῃ δημοσίᾳ*) pro Oropiis dixit (Suid. s. v. *Δημοσθένης* et s. v. *Ὠρωπία*) sive potius, ut verisimile est, pro Atheniensibus. Cf. Diodor. 15. 38. Sed Thebani id oppidum restituere postea recusarunt (Xenoph. Hell. 7. 4. init. ibiq. Schn.) et Athenienses judicium capitis constituerunt adversum eos, quorum negligentia id oppidum captum fuerat. et Chabrias eo nomine tanquam conscius injuriae a Philostrato accusatus causam dixit. Demosth. Mid. p. 535. Cf. Vales. ad Ammian. Marcell. 30, 4, 5. Mueller Orchomen. p. 411. VOEM. Qui de hac caussa iterum dixit in Bergkii Ephemerid. (*Zeitschr. f. d. Alterthumsw.*) a. 1846. p. 127—130. Adde Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 396. Mollium l. ad p. 2, 28: citato p. 43 seqq. I. C. Drabbium in dissertatione de Oropo (Lugd. Bat. a. 1846.) p. 46. seqq. et p. 63. seqq. Rehdantz. Vit. Chabriae p. 111. et C. F. Hermanni dissert. de anno natali Demosth. Gotting. a. 1846. p. 13, 14.

3, 2. παῖς ὢν] i. e. nondum in epheborum tabulas relatus; annum tunc egit aetatis 18. quo praeterito Cephisodoro archonte Olymp. 103. 3. (a. Chr. $\frac{366}{365}$.) Demosthenes epheborum numero adscriptus et inter cives receptus est. qui suo jure comitiis adessent. Schoemann. de comit. p. 76 sq. (ubi corrigendum XVIII *annorum aetatem* in XIX *annorum aetatem*.) VOEM.

οἰκέτου] Plut. V. Demosth. c. 5: *ἀκούσας οὖν ὁ Δημοσθένης τῶν διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν συντιθεμένων τῇ δίκῃ παρατυχεῖν, ἔπεισε τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγὸν δεόμενος καὶ προθυμούμενος, ὅπως αὐτὸν ἀγάγοι πρὸς τὴν ἀκρόασιν. ὁ δὲ ἔχων πρὸς τοὺς ἀνοίγον-*

τας τὰ δικαστήρια δημοσίους συνήθειαν, εὐπόρησε χώρας, ἐν ᾗ καθήμενος ὁ παῖς ἀδήλως ἀκούσεται τῶν λεγομένων.

3, 3. Annotatio x sic corrigatur "*παραβαλεῖν*] *παραλαβεῖν* O."

αὐτῷ] *αὐτὸν* Aug. sec. et cod. unus Augeri. Aut hoc probandum videbatur Schaefero aut *αὐτῷ* post *συγχωρῆσαι* ponendum, a quo pendet. Neutro opus. *αὐτὸν* qui scripserunt, haud dubie *αὑτὸν* voluerunt, cum *παραβαλεῖν* construendum, quod etiam omisso pronomine reflexivo *accedendi* significationem habet. *παρατυχεῖν τῇ δίκῃ* dixit Plut. l. c.

3, 6. *Ἰσαίῳ*] Isaeum ut primarium nominat magistrum Demosthenis, omissis aliis quorum vel scholis interfuisse vel scriptis studuisse Demosthenem aliunde constat.

3, 7. *κατὰ τῶν ἐπιτρόπων*] In Aphobum, Demophontem et Therippidem tutores. Vid. Liban. Argum. in Aphob. 1, et 3. et in Onetorem, cujus sororem Aphobus Demosthenem fraudandi caussa in matrimonium duxerat. Vid. Liban. Argum. in Onetor. 1. et 2, ubi quae hic dixerat repetiit. Hujus rei argumenta exhibent quinque illae orationes optima. VOEM.

3, 21. *σοφιστεύειν*] I. q. *rhetoricam docere.* Cf. Suidas s. v. *Δημοσθ. μαχαιροποιός.* Zosimi Vita Dem. p. 149. Discipulum ejus celeberrimum Plutarchus (V. Pyrrhi c. 14. sqq.) prodit Cineam Thessalum, qui inter omnes suae aetatis disertos unus tanquam in simulacro Demosthenis eloquentiam et vehementiam auditoribus in memoriam revocabat. VOEM.

3, 22. *ὥσπερ γυμνασίοις*] Plut. V. Demosth. c. 6: *Ἐγγυμνασάμενος κατὰ τὸν Θουκυδίδην* (1, 18.) *ταῖς μελέταις.* VOEM.

3, 25. *ἀτονώτερος*] *ἀτονώτερον* Aug. sec.

4, 8. *καταβοάς*] Vox a Thucydide usurpata, sed a Dionysio Hal. relata inter *γλωσσηματικὰς* et *ἀπηρχαιωμένας* vol. 6, p. 794. Haec glossematica et obsoleta tantopere placuerunt posteriorum Sophistis temporum, ut iis tanquam gemmis orationem suam distinguerent. Ipse Dionysius v. *καταβοή* in opere historico aliquoties usurpavit. SCHAEFER.

4, 12. *Πυθέας*] Homo veterator, popularitatis simulator, qui Demosthenem furti Harpalici reum egit oratione scripta et inprimis in caussa fuit ut is exulatum iret: v. Pseudo-Demosth. Epist. p. 1481. Plut. V. Demosth. c. 16. REISK.

4. 13. *λύχνων ἀπόζειν*] Plut. V. Demosth. c. 8: *Πυθέας ἐπισκώπτων "ἐλλυχνίων" ἔφησεν "ὄζειν αὐτοῦ τὰ ἐνθυμήματα". τοῦτον μὲν οὖν ἠμείψατο πικρῶς ὁ Δημοσθένης. "οὐ ταὐτὰ γὰρ" εἶπεν "ἐμοὶ καὶ σοί, ὦ Πυθέα, ὁ λύχνος σύνοιδε".* Et c. 11: *Πρὸς δὲ τὸν κλέπτην, ὃς ἐπεκαλεῖτο χαλκοῦς, καὶ αὐτὸν εἰς τὰς ἀγρυπνίας αὐτοῦ καὶ νυκτογραφίας πειρώμενόν τι λέγειν, "Οἶδα" εἶπεν "ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων. Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θαυμάζετε τὰς γενομένας κλοπὰς, ὅταν τοὺς μὲν κλέπτας χαλκοῦς, τοὺς δὲ τοίχους πηλίνους ἔχωμεν."*

4, 16. *ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν*] Demosth. p. 73, 3: *Λέγοντας ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρω-*

πος. Lucian. Dem. encom. c. 15: τὸν Δημάδην παῖξαί φασιν εἰς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγοιεν, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. Haec et alia attulit Taylor. Conf. ad p. 355, 26. et Athen. 2. p. 44 F.

4, 24. ὅπως—ἐπὶ] πῶς εἶχε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα ὅτε δημοσθένης ἐπὶ codex Matrit. ap. Iriartium p. 476.

4, 25. ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν ἦλθε Δημοσθένης] Rempublicam administrandam adiit post bellum Phocense exortum. Olymp. 106. 2. (a Chr. [illegible]) Dem. Cor. p. 230. extr. cf. Plut. V. Demosth. c. 12. Eo quidem anno primam orationem scripsit Diodoro judicialem contra Androtionem Callistrato archonte, quum ageret annum aetatis 30. eodemque anno Leptineam. Dionys. H. Ep. ad Amm. c. 4. vol. 6. p. 724. Cf. Wolf. Proleg. ad Lept. p. 61. sq. Sed primam habuit concionalem de Symmoriis proximo anno Diotimo archonte. Dionys. l. cit. Cf. Plut. c. 15. VOEM.

5, 4. Ἀθηναῖοι] οἱ Ἀθηναῖοι Ald.

5, 14. In annot. g. uncus post πρεσβύτατος positus deleatur.

5, 19. ἕτερόν τινα] Argeum (Ἀργεῖον sive Ἀργαῖον), Pausaniae fratrem, ut monet Voemel.

6, 1. ΠΕΡΙ—ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ] εἴδη τῆς ῥητορικῆς cod. Paris. ap. Auger. Totum autem hoc de dicendi generibus excerptum ex rhetore ignoto nihil caussae est cur Libanio adscribatur, quod fecit Voemelius.

6, 2. μέρη τρία] Alii alia dicendi genera pro varia ratione constituerunt, ut primum πολιτικὸν sive civile, in quo genere sunt δημηγορίαι et κατηγορίαι atque ἀπολογίαι sive conciones, accusationes, defensiones; alterum πανηγυρικὸν, tertium ποιητικόν. Laurent. Comm. ad Hermog. Form. 2, 10. post init. At quam divisionem cum plerisque Libanius proposuit, cum forma reipublicae Atheniensis magis convenire videtur, populus enim aut deliberabat aut judicabat aut festos dies celebrabat, unde ortum est genus dicendi ἐπιδεικτικὸν, demonstrativum, praecipue ἐγκωμιαστικὸν s. πανηγυρικὸν, cujus sunt Orationes funebres, Laudationes, Declamationes; deinde συμβουλευτικὸν, deliberativum, in concionibus (et apud Romanos in Senatu); tum δικανικὸν, judiciale, in judiciis. Ernesti Lexic. Technol. Graec. s. h. vv. praecipue s. v. Εἴδη. De locis hoc tironum caussa praemonendum esse videtur, caussas forenses dictas esse a Demosthene in Heliaea (Prolus. 1822 autumn. de Heliaea p. 17. sqq.). δημηγορίας autem in comitiis; quae diversis locis habebantur. antiquitus quidem sola in Pnyce: sed posteaquam saxeum Bacchi theatrum, ad Acropolim situm, quod triginta millia hominum caperet, Aeschyli aetate, circa Olymp. 70. s. (a. Chr. 500.) igitur diu ante Demosthenem aedificatum erat, in illo haud raro comitia habebantur. Praeterea aliis locis plurimis extra ordinem populus congregabatur. V. Schoemann. de comitiis Atheniens. 1. 3. p. 52 sqq. de comitiorum locis. VOEM.

ἄκρος ἀγωνιστὴς] In hoc judicio omnes consentiunt: multorum instar dicit Hermogenes vol. 3. p. 366.: ἄριστός τε γὰρ

πολιτικῶν λόγων ὁ Δημοσθενικὸς, ὅ τε αὖ Δημοσθενικὸς λόγος τῶν πολιτικῶν ἄριστος. VOEM.

6, 4. *οὐκ ἔχομεν*] Dionys. Halic. vol. 6. p. 1094 sq.: *Πανηγυρικοὺς μὲν οὖν λόγους οὐκ ἔχομεν αὐτοῦ* (Demosthenis) *παρασχέσθαι. πάντας γὰρ ἔγωγε τοὺς ἀναφερομένους εἰς αὐτὸν ἀλλοτρίους εἶναι πείθομαι καὶ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἔχοντας τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα οὔτ' ἐν τοῖς νοήμασι, τῆς δὲ συνθέσεως ὅλῳ καὶ τῷ παντὶ λειπομένους, ὧν ἐστιν ὅ τε φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος καὶ τὸ τοῦ σοφιστικοῦ λήρου μεστὸν ἐγκώμιον εἰς Παυσανίαν. τὰς δὲ περὶ τούτων ἀποδείξεις οὐχ οὗτος ὁ καιρὸς λέγειν.* Qui non contradicit sibi vol. 5. p. 259. ubi apud Paeaniensem ait panegyrici generis multa esse exempla; nam quum mixtum genus admiserit (Dionys. l. cit. de Dem. c. 44. init.), in ejus orationibus revera insunt ejusmodi exempla. VOEM. Duas quae nunc inter Demosthenis orationes feruntur declamationes *τοῦ πανηγυρικοῦ εἴδους*, Epitaphium et Eroticum, non esse scriptas ab Demosthene recte monet excerpti nostri auctor verbis proximis.

PROLEGOMENA AD ORATIONES OLYNTHIACAS.

Orationes Olynthiacas tres eodem omnes anno habitas esse ab Dionysio Halicarnassensi traditum est in Epist. 1. ad Ammaeum vol. 6. p. 726. ἐπὶ δὲ Καλλιμάχου (Olymp. 107, 4.[a]) τοῦ τρίτου μετὰ Θέσσαλον ἄρξαντος τρεῖς διέθετο δημηγορικοὺς παρακαλῶν Ἀθηναίους βοήθειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι τοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου, πρῶτον μὲν οὗ ἐστιν ἀρχὴ "Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἰδεῖν ἄν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι." δεύτερον δὲ, "Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι." τρίτον δὲ "Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων." Quibus in verbis memorabile est primae tertiaeque secundum vulgarem ordinem orationis initia esse permutata, ita ut quae nunc prima est tertia, tertia secunda, secunda autem prima fiat oratio. Quem ordinem plures olim viri docti, quorum primus, ni fallor, fuit Andreas Schottus in Vitis Aristotelis et Demosthenis comparatis (August. Vindel. 1603), ut verum sunt amplexi, alii temere credentes quae apud Dionysium scripta legerent, cujus major esse videretur auctoritas quam codicum reliquorumque scriptorum inde ab Hermogene Tarsensi usque ad infimae aetatis rhetores et grammaticos, alii levibus quibusdam argumentis sibi aliisque fraudem facientes, quae ab A. Westermanno in Commentatione de harum orationum ordine Lipsiae edita a. 1830. et ab G. Th. Petrenzio in duabus ejusdem argumenti scriptionibus scholasticis, Gumbinnae editis a. 1833. et 1834[b], ita sunt confutata ut non videa-

[a] Dissentit ab Dionysio Boehneckius in Quaestionibus de Oratoribus Atticis partim Germanice partim Latine scriptis (Berol. 1843.) vol. 1. p. 159 seqq. et 212 seqq. qui orationes primam et secundam Olympiadis 107. anno secundo exeunti vel tertio ineunti, tertiam autem Olympiadis 107, anno tertio adscribit, argumentis usus non satis gravibus, nonnullis adeo levissimis, cujusmodi sunt quae de verbis τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος, de quibus v. ad p. 29, 20., profert p. 44. 66. 215., aut ex verbis εὐθὺς Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησεν (p. 13, 3.) colligit p. 211.

[b] Alios qui hanc quaestionem tractarunt memorat Boehneckius l. c. p. 151. Inter eos, qui ordinem Dionysii probarunt, Thirlwallus quoque est in Hist. Gr. vol. 5. append. p. 378 seqq., cautius tamen ille quam alii locutus eidem sententiae addicti sentiensque quam incerta illa sit opinio, contra quam non legerat, ut videtur, quae Petrenzius disputavit.

tur operae pretium eorum renovare memoriam. Neque enim dubitari potest quin Dionysius sive ipse sive quem secutus est auctorem memoriae lapsu, quem fortasse peperit verborum *ἀντὶ πολλῶν* et *ἐπὶ πολλῶν* similitudo, diversarum confuderit orationum initia: qui aliquanto excusabilior error est quam quem in eadem ad Ammaeum epistola commisit Dionysius ex oratione Philippica prima duas faciens orationes et tanquam alterius initium ea afferens verba a quibus orationem nunquam potuit ordiri Demosthenes: de quo dicetur in annotatione ad p. 48, 16. Errasse autem de ordine orationum Olynthiacarum Dionysium non tam ex codicum grammaticorumque in ordine vulgari consensu colligimus, cui, si alia obstarent argumenta, nihil tribuendum foret, quum temporum ratio in multorum scriptorum et Demosthenis ipsius codicibus saepe neglecta reperiatur, quam ex ipsa harum orationum indole argumentique tractandi ratione, de qua nemo clarius circumspectiusque dixit quam Petrenzius, cujus disputationis summam infra posuimus servatis plerumque ipsis ejus verbis, omissis vero quae contra aliorum disputavit errores, quos oblivioni tradi satius esse supra dicebamus.

"Priusquam de harum orationum universa natura et conformatione dicamus, paucis illud videtur exquirendum, num qui ex historicis fontibus ad hanc disceptandam controversiam fructus percipi possit. Ac plurimi quidem historiarum scriptores, qui de his rebus exposuerunt, partim deperditi, partim tam breves sunt, ut et belli Olynthii et rerum illo tempore Athenis actarum admodum tenuis ad nos et exigua notitia penetrarit. Sed Philochori, annalium scriptoris, qui Olymp. 118. Athenis floruit, locum ex *Ἀτθίδος* libro sexto allatum ab Dionysio in Epist. 1. ad Ammaeum p. 734. ad hanc quaestionem conferendum viri docti censuerunt.

"*Καλλίμαχος Περγασῆθεν.*

"*Ἐπὶ τούτου* (Olymp. 107, 4.) *Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν πελταστὰς μὲν δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν.*

"*Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα τίθησι ταυτί·*

"*Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θρᾴκης θλιβομένων τῷ πολέμῳ καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.*

"*Ἔπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί·*

"*Πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ δεομένων μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικὴν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτα-*

καιδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους, ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός[c].

"Tres quas hic memorat legationes fuerunt qui ad tres Demosthenis orationes Olynthiacas referrent[d] atque Philochori testimonio tanquam fundamento hujus uterentur quaestionis. Verum neque ipse Dionysius hac mente Philochori narrationem attulit, nec de Olynthiorum *tribus* legationibus Philochorus, sed de horum *duabus*, *una* vero Chalcidicarum urbium memoriae prodidit, primam tertiamque legationem, quae solorum fuerunt Olynthiorum, accurate distinguens ab secunda, quae fuit reliquarum in Chalcidice urbium, tunc maxime bello a Philippo pressarum. —nec in ipsa illa Philochori narratione, praeter numerum legationum missorumque subsidiorum ternarium, quidquam est unde ad singulas legationes singulas etiam Demosthenis conciones pertinuisse appareat; nec denique in ipsis Demosthenis orationibus aut ullam legationum illarum mentionem aut aliud quidquam, quod planius ex illis perspiciatur, reperias. Nam quod tertia legatio petivisse ab Atheniensibus dicitur ut non mercenarias, sed civiles copias auxilio mitterent Olynthiis, id Demosthenes quoque non in ea tantum suadet oratione quae secundum Dionysii ordinem tertia, in codicibus prima est, sed in reliquis quoque duabus, quarum locos in eandem scriptos sententiam vide Olynth. 2. p. 21, 18. 21, 25. 24, 21. 25, 6. 25, 27. 26 extr. 27. 28. Olynth. 3. p. 37. 19. 38 init. et ib. v. 8. et 17. omninoque constans haec Demosthenis per omnes orationes Philippicas querela pertinaxque admonitio est, ut ne mercenariis militibus cives reipublicae salutem committant, sed ipsi in bellum exeant.

[c] Subsidia Olynthiis missa memorat Demosthenes de falsa legat. p. 426. non distinctis tribus quas Philochorus separavit expeditionibus, sed earum copiis in unum conjunctis et nonnihil discrepans ab numeris Philochori, quos cum Demosthenicis comparavit Voemelius in Proleg. ad orationes Olynth. p. 105. hac tabella,

PHILOCHORUS:

Cetrati 2000	
4000	
	6000
Hoplitae	2000
Equites	450
Triremium 30 in singulas 200 nautae (conf. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 296.)	6000
Summa Militum	14450
Triremes	
vacuae	35
completae	30
Summa Triremium	65

DEMOSTHENES:

Peregrini	10000
Cives	4000
Summa Militum	14000
Triremes	50
Quibus adnumerandae esse videntur Charidemi triremes in Hellesponto	18
Summa Triremium	68

(Charetem cum navibus quadraginta missum fuisse narratur apud Suidam s. v. *Κάρανος*.) Paullo alia computatio Boehneckii est Quaestion. vol. 1. p. 220. 221. Idem (p. 215. seq.) Philochorum minus accurate unius archontis Callimachi anno tres adscripsisse expeditiones opinatur, quarum duae ad annum praecedentem (Olymp. 107, 3.) referendae fuerint. G. DINDORF.

[d] Primus hujus opinionis auctor Ulpianus est qui dicitur in initio annotationum ad Olynthiacam secundam sic scribens, *ἰστέον δὲ ὅτι φησὶν ὁ Φιλόχορος*

et maxime quidem in Philipp. 1, quae, quattuor ante bellum Olynthium annis Aristodemo praetore (Ol. 107, 1. a. Ch. 352) habita, paene tota in hac re versatur civibus inculcanda. V. Philipp. 1: p. 42, 3 sq. 44, 16 sq. 45, 11 et 25. 46, 2. et maxime p. 46, 17—p. 47. 23. 53, 20. Quae quum ita sint, omni de harum orationum ordine cum Philochori narratione conciliando quaestione tanquam inutili praetermissa, jam ad ipsarum orationum argumenta consideranda aggredimur.

"Haec igitur si ex ea, qua continentur, rerum sententiarumque perpetuitate generatim spectantur atque inter se comparantur, primum illud facile cognoscitur, nullam harum orationum praeter eam, quae primo loco vulgo collocatur, sic in re proposita versari, ut fieri par est, si quae caussa primum in deliberationem adducitur. Nam si unquam, tum maxime oportet sic illam ex omnibus considerari partibus, ut nihil incognitum, nihil dubium, nihil incertum relinquatur. Caussa ipsa qualis sit explicabitur; quid ad civium illa rationes pertineat; quid ad rei publicae conditionem momenti habitura sit; num dignum sit civitate quod suadetur, num utile vel ad illius incolumitatem etiam necessarium. Praeterea, si faciendum esse pervicerit orator, qua sit illud ratione perficiendum, quibus utendum subsidiis, unde sumtus erogandi, docebit; denique, quaecunque ad animos audientium flectendos et in suam trahendos sententiam oratori momenta suppeditabunt, iis admotis omnibus expugnare voluntatem illorum conabitur. Atqui haec omnia, quantum fieri brevi oratione potuit, in prima sunt a Demosthene diligenter disceptata, in duabus reliquis tantum non omnia praetermissa. Namque clamare tempora ait ut ipsi manum Athenienses his rebus admoveant; decernenda igitur auxilia et quam celerrime paranda, legationemque mittendam, quae Olynthios illud edoceat, ne fraude Philippi artibusque decepti festinantius quidquam ei concedant (p. 9.). Quam societatem ut vehementius civibus commendaret, partim, quam exoptata haec belli opportunitas omnibus evenisset, partim, quam suspectum Olynthii Philippum et quam invisum haberent, quam contra fidi constantesque erga populum Atheniensem essent socii futuri, ex illorum conditione hujusque natura societatis collegit (p. 10, 7—p. 11, 7.). Quantum vero respublica, si hoc aspernata foedus fuisset, detrimentum esset captura, ut civibus persuaderet, primum multa ex praeterita memoria petita documenta infaustumque pristinae socordiae eventum, repudiato Amphipolitanorum foedere atque Pydna, Potidaea, Methone, Pagasis proditis, tum eorum discrimina periculorum, quae captis Olynthiis ipsi Atheniensium civitati imminerent, denique assiduum regis rerum agendarum ardorem

ὅτι τρεῖς βοήθειαι ἐπέμφθησαν, καθ' ἕκαστον λόγον μιᾶς πεμπομένης, ὡς τῆς πρώτης μὴ οὔσης ἱκανῆς. Qui Philochori narrationem non aliunde quam ex Dionysio cognitam habuit, postrema autem *καθ' ἕκαστον—ἱκανῆς* ipse finxit conjectura nihilo prudentiore quam aliae ejus hariolationes plurimae sunt. G. DINDORF.

et insatiabilem potentiae gloriaeque cupiditatem tam gravi persecutus est oratione, ut fieri vix posset quin omnibus ipsorum jam incolumitatem agi persuaderet (p. 11, 7—p. 13, 26.). Atque sic praeparatis et in suam tractis sententiam animis, belli demum gerendi exposuit rationem: duobus exercitibus hostem aggrediendum, uno qui Olynthiorum urbes defenderet, altero qui regis terram ipsam popularetur. Sumtus autem belli facile posse ex iis pecuniis parari, quas nunc in spectacula diffunderent: quas si nolint pristinis usibus reddere, tributis conferendam pecuniam esse (p. 14, 5—p. 15, 6). Denique ut vehementius corroboraret civium animos et ad valida consilia compelleret, altera ex parte regis iniquam conditionem dubiamque subjectorum populorum fidem omniumque odia, ex altera denuo et copiosius ipsorum Atheniensium terrae imminentem calamitatem exposuit, gravique admonitione, ut suis quisque fungeretur officiis, cives adhortatus est (p. 15, 6, sqq.). Totam igitur apparet orationem sic in ipsa, quae agebatur, caussa consideranda et illustranda versari, ut neque longius a proposita quaestione evagetur, neque eorum, quae in tali re essent dicenda, quidquam, quod magni esset momenti, praetermiserit, hoc est, talem esse, qualem oportuit in caussa tum primum in deliberationem vocata. Longe diversa earum est, quae secunda et tertia numerantur, orationum natura. Nam secunda, quam primam Dionysius esse vult, paene tota in Macedonicae dominationis infirmitate declaranda et in regis ipsius perjuriis moribusque sordidis exagitandis versatur (p. 19, 9—p. 21, 9. et p. 22, 2—p. 24, 20.): cui expositioni passim socordiae Atheniensium objurgationes ac strenuae in rebus agendis industriae firmaeque voluntatis admonitiones interpositae sunt (p. 21, 9—26. 24, 20, sqq.) Sed nihil in hac de praecipuis gravissimisque caussis, quibus maxime populum ad suscipiendum foedus impelli par erat; nihil de copiarum educendarum amplitudine, nihil de erogandarum impensarum viis, nihil de belli gerendi ratione, denique nihil de iis rebus, quae tum maxime erant considerandae et expendendae, quasque in prima Demosthenes explicavit et illustravit. Quid? quod ipsorum Olynthiorum hac quidem in caussa tantum uno loco (p. 21, 19.) facta mentio est,—nam quae duobus aliis locis (p. 19, 24 et 28.) eorum est commemoratio, ea quidem ad hanc non pertinet quaestionem,—ut uno illo sublato versiculo vix ex ipsa oratione, qua in caussa esset habita, certis evinci rationibus posset. Quemadmodum igitur, re, quae agebatur, prioribus jam concionibus populique decretis explanata et transacta, ad concitandos exacerbandosque civium animos aptissima haec est oratio, sic, si prima esset, non possemus eam non dicere parum idoneam consilioque oratoris nequaquam convenientem fuisse. Tertia denique propter easdem caussas, quae supra sunt expositae, nec potuit prima esse, id quod ex ejus argumentis, si opus esset, facili negotio posset demonstrari et ex iis, quae mox dicenda sunt,

apparebit, nec est ab ullo unquam eruditorum primo loco collocata.

"Huic affine cognatumque illud est alterum, quod ex argumentorum comparatione perspicitur, plane diversum cuique orationi consilium finemque propositum fuisse. Nam prima manifestum est id consequi oratorem voluisse, ut *voluntatem* civium expugnaret atque conjectis in unum omnibus argumentorum quasi stimulis compelleret eo, ut *decernerent* oblatum foedus accipere bellumque quam celerrime parare; secunda vero, ut metu ex civium animis eximendo stimulandaque eorum ira ad *maturandam accelerandamque* expeditionem populum permoveret: quo pertinet gravis illa et copiosa Macedonici regni morumque regis descriptio, quae nisi hoc esset consilio explicata, molesta sane ac frigida fuisset; tertia denique, quum decretis auxiliis nihil, quod satisfaceret exspectationi, actum esset, majoresque parandas copias esse rerum discrimina clamarent, ut, quibus id consiliis consequi, sumtusque tanti belli unde parare possent, civibus ostenderet. Totam enim hanc orationem id contendere et elaborare, ut scenica stipendia cives ad militares conferre usus constituerent, manifestum est. Hoc enim consilio statim ab initio (p. 29, 5, sqq.), quam in praesenti rerum conditione res anceps sit et periculosa, non, quid faciendum sit civibus, invenire, sed quomodo suaderi rogarique illud impune possit, significatum est; hoc consilio, ut, non in iis, quae decreta et facta essent, acquiescendum, sed extrema jam experienda esse comprobaret, documentum ex pristina affert memoria, quum decrevisset quidem populus validas in Thraciam mittere copias, sed denuo demersus inertia tam tenui rem manu gessisset, ut nulli inde fructus consequerentur (p. 29, 18 sqq.)—quemadmodum in prima oratione *rejecti foederis* et *neglectae* belli *opportunitatis* exempla populo exprobraverat (p. 11, 7—26.);—hoc consilio non solum ipse de illa maxime re sibi verba facienda denuntiat atque eam tanquam summam orationis suae persequitur (p. 31, 6, sqq.), sed identidem ad eandem rem et ad illam admonitionem, ut dulcibus jam utilia praeferant, recurrit (p. 33, 13. 34, 5, 11, 21. 36, 25. 37, 18. 38, 1 et 13.); denique eodem magnifica illa pristinae virtutis et majorum dignitatis cum sui temporis lascivia et dedecore comparatio pertinet (p. 34, 16—37, 13.).

"Haec autem recte a nobis esse disputata, quum ex universa orationum conformatione, quicunque incorrupto illas judicio perpenderit, sibi persuadebit, tum ex iis locis intelligitur, quibus ferendi auxilii necessitatem et rationem orator explicavit. Horum enim locorum ea rursus natura est, ut in prima ad decernendam, in secunda ad maturandam, in tertia denique ad persequendam summa virium contentione expeditionem pertineant.

"In prima igitur temporum rationem postulare ait ut manum illis rebus cives admoveant, p. 9: ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστί—ut *decernant* opem ferre et quam celer-

rime bellum parare. ibid. *ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην*,—ut legationem ad Olynthios mittant, ne quid illi festinantius Philippo concedant. Quae legatio quidnam sibi vellet, si jam antea susceptum bellum et missa auxilia essent?—Tum *voluntatem* populi orator stimulat, p. 10. *φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι*,—neve oblatam praetermittant opportunitatem hortatur, p. 11. *οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφεῖναι, οὐδὲ δὴ παθεῖν ταὐτὸν, ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε.* cf. ibid. *νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων αὐτόματος τῇ πόλει.*—Dubitationem deinde civium de suscipiendo bello vituperat p. 13. *εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται, ὑμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐρρωμένως τῶν πραγμάτων, σκοπεῖτε εἰς τί ποτ' ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι.*—Duplici igitur exercitu jubet bellum fieri p. 14: qua de re quae dicenda sunt v. ap. Westermann. p. 50—54. Denique iterata monitione instat ut paratis animis rem aggrediantur, p. 16. *ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα*, atque in regis vicinitatem bellum transferant p. 17.

"Contra haec in secunda oratione nullo loco de decernendo bello verba fecit, sed, ubicunque de his rebus illata mentio est, vel maturandae rei et strenue agendae monitionem, vel de cunctatione et desidia populi querimonias verba adjunctas habent. Pag. 21. *Φημὶ δὴ δεῖν ἅμα τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι.*—Ibid. *Πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολὴν, εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως. Κἂν ταῦτα ἐθελήσητε, ὡς προσήκει καὶ δεῖ, περαίνειν* cet. cf. ibid. v. 15—23.—Pag. 24. *Ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες.* Ibid. *Ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων.*—Pag. 26. *Νυνὶ δ' ὀκνεῖτε ἐξιέναι καὶ μέλλετε εἰσφέρειν.*—Ibid. *Τὰ δ' ὑμέτερα αὐτῶν ἀπολωλεκότες κάθησθε.*—Ibid. *Φημὶ δὴ δεῖν εἰσφέρειν χρήματα, αὐτοὺς ἐξιέναι προθύμως* sqq.—Pag. 27. *Λέγω δὴ κεφάλαιον, πάντας εἰσφέρειν* sqq.—His locis omnibus manifestum est multum orationem ab ea discrepare, quam in prima notavimus; nec est sane quod Libanium dubitemus verum vidisse, qui in hujus orationis summario, admissam quidem primam Olynthiorum legationem decretaque a populo auxilia fuisse, tradidit, sed cunctantibus formidine civibus Demosthenem indicata Macedonicarum rerum infirmitate voluisse animos addere stimulosque admovere.

"Tertia denique oratione ut rerum graviora discrimina indicari, sic validiorem virium contentionem ubique postulari nemo potest non intelligere. Statim ab initio jam id agendum ait, ut serventur socii, neve quid ipsa respublica detrimenti capiat p. 28. 5—7 et ibid. extr.—Pag. 30. *Εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατὸν, θεάσασθε, ὃν τρόπον ὑμεῖς ἐστρατηγηκότες ἔσεσθε πάντα ὑπὲρ Φιλίππου.*—Ibid. *Τί οὖν ὑπόλοιπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλὴν βοηθεῖν ἐρρωμένως καὶ προθύμως;*—Pag. 31. *Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ δεῖ βοηθεῖν, εἴποι τις ἂν, πάντες ἐγνώκαμεν καὶ βοηθήσομεν· τὸ δὲ ὅπως, τοῦτο λέγε.* Cf. p. 32, 8 sqq. 37, 18. 38, 17 sqq.

"Denique tertium, quod ex universa harum orationum comparatione cognoscitur, illud est, quod diversam singulis orationibus prodi affectionem animi sensuumque naturam et quasi colorem apparet; unde etiam de tempore et ordine, quo quaeque sit habita, capi conjectura poterit. Nam per primam et secundam aequabilis quaedam sedatiorque animi hilaritas et alacris confidentia conspicua est, quum ex universo illa perlucens sententiarum verborumque colore, tum insignioribus quibusdam locis evidentius expressa: conf. in 1. p. 10, 7 sqq. 10, 28 sqq. 11, 28 sqq. 15, 6 sqq. et in 2. p. 18. 24, 15. et totum illum locum p. 19, 20—p. 24, 20. Sed illud inter utriusque orationis affectum omnemque habitum interest, partim quod coloribus laetioribus magisque vigentibus in prima, quam in secunda, distincta est illa alacritas, partim quod, ubi in civium inertia castiganda et exstimulanda versatur vis oratoris, in prima lenior illa mitiorque objurgatio est, in secunda severior et indignatione graviore exasperata. Cf. 1. p. 13, 6—p. 14, 5. et p. 14, 20. cum 2. p. 18, 24. 19, 23. 21, 19—26. et toto loco p. 24, 20 ad finem usque orationis. Per tertiam denique tristem animi curam et sollicitudinem atque huic admixtam gravissimam indignationem, non singulis illam quidem locis expressam, sed per totam orationem aequabiliter fere diffusam perspicias, nunc iniqua praesentium rerum conditione patefactam declaranda (p. 28 sq. 29, 17, 30, 23 —p. 31, 6. 32, 25 sqq. 37, 22. quo loco ne spem quidem certiorem proponere civium animis orator audet, sed gravi dubitatione, ἴσως, ἴσως, futuram rerum prospicit mutationem); nunc acerbissima levitatis ac socordiae populi proditam objurgatione (p. 29, 10—13. 32, 11—17. 33, 3—6. 34, 5—10. 37, 1—13. 38, 19—21); nunc in exagitanda perditorum oratorum improbitate ac nequitia effervescentem (p. 34, 21—27. 35, 29. 36, 18—23.); nunc denique in moestas effusam querelas de pristinae virtutis et dignitatis interitu ac de suae aetatis pravitate et ignominia (p. 34, 27—p. 36, 33.). Haec omnia, quae sensuum magis animique judicio quam argumentationis subtilitate percipiuntur, si recte disputata sunt, evincitur non posse hanc orationem secundam, illam autem, quae primo loco vulgo collocatur, tertiam esse, ut vult Dionysius, sed suum utramque in antiquis exemplaribus locum occupasse. Namque si secunda haec esset et illa tertia oratio, quam abhorrentem et a natura humana et a rerum veritate sensum animumque in oratore gravissimo patriaeque sincera caritate perfuso deprehenderemus! Contra si vulgatus ordo retinetur, non solum ipsa inter se omnia mirabiliter conspirant, sed etiam cum temporis cujusque conditione rerumque eventis egregie congruunt.

"Non minus certa sunt quae ex singulis orationum locis petere licet argumenta, quibus vulgatus ordo confirmetur. Ac primum quidem ipsa *exordia* si incorrupto judicio ponderaveris, facile apparebit in *prima* statim ab initio declarari integram tum caussam fuisse nec quidquam a populo consilii captum; in *secunda*, rem

ipsam satis jam cognitam esse, nec id nunc agi ut qualia illa sint exponatur, sed quibus maxime caussis ad res strenuis impavidisque animis gerendas permoveri cives debeant; in *tertia* denique, in tantum jam discrimen rem publicam adductam ac tam afflictam rerum conditionem esse ut ad ultima jamjam remedia atque auxilia descendendum sit.

"Primi enim exordii haec fere sententia est (p. 9, 1.—10.): Multis profecto pecuniis cives illud praeoptaturos, *si quid in his rebus, de quibus deliberarent, profuturum esset reipublicae, haberent exploratum.* Quam ob rem promtis oportere animis eos audiri, quicunque consilio suo subvenire reipublicae vellent. Neque enim deesse quorum uterentur consiliis: ut ex omnibus utilissima eligendi paratam haberent copiam.—Ex his, credo, satis manifestum est rem, de qua deliberaretur, ipsam, quum haec Demosthenes praefanda duxit, nondum cognitam et exploratam, nec quidquam a populo decretum fuisse, sed inter diversas oratorum sententias illum suspensum fluctuasse. Neque enim primum Demosthenem in his comitiis, sed post alios demum oratores surrexisse, quum his verbis ipsis indicatur et maxime quidem p. 9, 4—5., tum ex alio ejusdem orationis loco cognoscitur p. 13, 28—p. 14, 5., ubi dubium non est, qui postremi ponuntur verba facientes, in his ipsum se Demosthenem numerare. Eam vero hujus exordii sententiam esse, id nunc agi, ut, quid potissimum sit faciendum, exploretur et ex cognito consilium capiatur, etiam ex alio loco cognoscitur p. 13, 26—28.: *τὸ μὲν ἐπιτιμᾶν ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι, τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅ τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου.* Itaque quum a tali sententia vix posset orationis exordium capi, nisi quum primum ea caussa in deliberationem vocaretur, primam hanc ex tribus in eadem caussa habitis orationibus fuisse consentaneum est.

"Secundae vero exordium tale est (p. 18 sq.): Quum multis ex rebus deorum erga populum Atheniensem benevolentia eluceret, tum ex praesentis temporis conditione eandem cognosci. Nam quod ad bellum Philippo faciendum exstitissent ii, qui et regionem illius regno confinem incolerent et opibus uterentur validis, et, quod omnium maximum esset, eam de hoc bello sententiam concepissent, ut in gratiam cum illo redire non solum rem lubricam et incertam, sed evertendae quoque suae patriae esse existimarent, id vero ad divinum coelestium beneficium referendum videri. Quamobrem jam illud videndum esse, ne temporibus ipsi deteriores esse viderentur. Nec in tempore nunc esse, quantae sint Philippi opes, explicare: quod aeque ipsis ignominiosum ac regi gloriosum foret; sed perfidiam regis et improbitatem ex ipsius factis demonstrare, id duas ob caussas nunc expedire: primum, ut, quanta esset illius nequitia, persuaderetur omnibus, tum, ut *ii, qui potentiam regis tamquam invictam pertimescerent, meliora edocerentur.* *τοῦ τοὺς ὑπερεκπεπληγμένους ὡς ἄμαχόν τινα τὸν Φίλιππον ἰδεῖν ὅτι πάντα διεξελήλυθεν, οἷς πρότερον*

παρακρουόμενος μέγας ηὐξήθη, καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει τὴν τελευτὴν τὰ πράγματα αὐτῷ.—Hinc primum illud nemini dubium esse potest, hoc loco Demosthenem de bello Olynthio non ut de re nova et tum maxime ad populi notitiam perlata, sed jam prius facta et cognita praefari; deinde, quibus verbis ejus belli commoditas et Olynthiorum in Philippum animi indicantur (p. 18, 4—10), haec si cum iis comparaveris, quae de eadem re in prima oratione commemorata sunt (p. 10, 16 sq., et p. 16, 28 sq.), fieri vix poterit quin nostro loco summatim quodammodo atque sic de his rebus mentionem esse factam intelligas, ut de quibus jam prius esset copiosius expositum. Denique, id quod maximum est, quod huic orationi id orator ipse propositum esse declaravit, *ut metum et terrorem ex civium animis eximeret* (p. 19,14—20), hoc egregie comprobantur ea, quae de hujus orationis consilio supra disputavimus.

"Tertii denique haec est exordii summa p. 28 sq.: Qui de re proposita verba fecissent oratores, eos subjectam huic deliberationi quaestionem plane pervertisse. Nam quum nihil aliud isti quam ultionem poenasque a Philippo repetendas jactarent, eam nunc esse rerum conditionem, ut, *ne quid ipsi calamitatis acciperent*, unice circumspiciendum esset, atque illud prae ceteris spectandum, *ut socii servarentur*. Attamen non in eo se haesitare, quid esset suadendum, sed quam de ea re dicendi rationem iniret, quoniam non tam nescirent, quid factu opus esset, quam facere id nollent. Quocirca, si libera ingenuaque oratione quod sentiret eloqui conaretur, veniam ejus rei sibi darent nec alia re se commoveri, nisi veritatis amore et publicae salutis studio, confiderent.—Tria rursus ex his perspiciuntur: primum, exsultasse oratorum vulgus poenasque de Philippo exigendas somniasse: unde probabilis est conjectura, victorias nescio quas illo tempore Athenis jactatas esse, seu Charidemi illae fuerint, quae eorum est, qui ad Philochorum se applicant, sententia, seu Charetis, ut ii existimant, qui nulla ante secundam orationem auxilia Olynthum esse missa arbitrantur. Utut est, hoc pro certo habendum, missas fuisse ante *hanc* orationem copias et manus cum Philippo consertas. Idque alio hujus orationis loco confirmatur p. 38, 19 sq. *οὐδ' αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν—, ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι· ταῦτα γὰρ νυνὶ γίγνεται.* Quam autem vanae palmae istae fuerint, id ex acerba Demosthenis objurgatione patescit, qui, quum ipse in prima oratione duplici rem exercitu gerendam censuisset, uno qui Macedoniam popularetur, altero qui Chalcidensibus praesidio esset, tum jam adeo res afflictas esse declaravit, ut superbientes vulgi spiritus compescendos et in tuenda sociorum incolumitate acquiescendum putaret. Eademque rerum conditio quum ex totius orationis habitu et quasi colore cognoscitur, tum distinctius quibusdam locis indicatur: p. 29, 6. *ὁρᾶτε γάρ, ὡς ἐκ τοῦ πρὸς χάριν δημηγορεῖν ἐνίους εἰς πᾶν προελήλυθε μοχθηρίας τὰ πράγματα.* p. 34, 23. *προπέποται τῆς παραυτίκα ἡδονῆς*

καὶ χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ τοιαυτὶ συμβαίνει i. e. tam misera et acerba, qualia nunc eveniunt. Pag. 38, 7. Συμβαίνει τι τοιοῦτον οἷον καὶ τὰ νῦν. Haec igitur qui recte ponderaverit et cum primae ac secundae orationis exordiis argumentisque comparaverit, non poterit dubitare quin ultimo loco haec oratio collocanda sit. Denique hoc ipso jam exordio, quid maxime consequi hac oratione vellet, haud obscure Demosthenes significavit. Ardua rerum requirere ardua ac nova consilia. Ne mirarentur igitur, neve sibi veniam denegarent, si dura quaedam et acerba suaderet. Haec ad rogationem de pecuniis theatralibus ad militaria stipendia conferendis spectare, quam orator postea persequitur (p. 31 sqq.), vix cuiquam dubium esse potest. Atque idem hinc intelligitur, quod, quum, antequam in rem propositam ingrederetur, praemonenda quaedam de magnorum subsidiorum necessitate ac de praesentis temporis ratione duceret, ea his verbis intulit p. 29, 18: Ἀναγκαῖον δὲ ὑπολαμβάνω μικρὰ τῶν γεγενημένων πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι· quibus summam orationis iis contineri declaravit, quae deinceps subsequuntur (p. 31, 6 sqq.), i. e. rogatione de pecuniis theatralibus.

"Quod jam ad eos locos attinet, quibus oblatam belli opportunitatem orator praedicat (1. p. 10, 25.—p. 11, 10; 2. p. 18, 4—16; 3. p. 30, 14—23.), ex his quidem mea sententia neutram in partem effici quidquam potest, quod aut certum sit, aut aliquam veritatis commendationem habeat. Quamobrem in iis tantum locis morabimur, unde vel lucis aliquid ad nostram quaestionem afferri possit, vel in quibus dubitationes quaedam adversariorum elevandae sint.

"In *prima* igitur oratione p. 12, 3—8: "nam quod multa jam bello amisimus, inquit, id merito nostrae culpa socordiae factum putabimus; quod vero nec dudum id accidit, et oblata nunc nobis est ad ea compensanda societas, *si uti volimus*, ἂν βουλώμεθα χρῆσθαι, hoc equidem in beneficio divinae benignitatis numerandum putaverim." In quibus qua ratione haec, ἂν βουλώμεθα χρῆσθαι, ii existiment explicanda, qui hanc tertiam numerantes orationem bis jam copias ab Atheniensibus Olynthum missas esse perhibent, equidem non video, nisi plus valere vocabulum χρῆσθαι quam usus fert statuere voluerint. Mihi ex illis patere videtur, quum haec orator dicebat, nondum foedus factum nec belli societatem initam fuisse. Caeterum quod bellum hoc loco commemoratur (p. 12, 4), non Olynthium est, quod fuerunt qui contra hujus et aliorum locorum sententiam (cf. 2. p. 25, 12 sq., 25, 25., 26, 6; 3. p. 36, 10) statuerent, sed bellum Amphipolitanum (cf. Westerm. p. 48.).

"In contrariam partem memorabilis est locus *secundae* orationis p. 18, 10 sq.: Δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν αὐτούς, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξομεν τῶν ὑπαρχόντων· ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων ὧν ἦμέν ποτε κύριοι φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε

καὶ καιρῶν. ubi postrema verba non ad praesens tempus, sed ad praeteritum referri linguae jubet usus et ratio. Nam *οἱ παρασκευασθέντες σύμμαχοι* haud recte explicaveris, qui *ad faciendam societatem* sunt oblati, sed qui jam socii habentur, olim autem a fortuna parati sunt. Recte igitur Lucchesinius hunc locum ad nostram tuendam caussam adhibuit.

"At quod in eodem exordio p. 18, 4 sqq. Demosthenes, *τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ*, ait, *γεγενῆσθαι καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτημένους καί, τὸ μέγιστον ἁπάντων, τὴν ὑπὲρ τοῦ πολέμου γνώμην τοιαύτην ἔχοντας, ὥστε τὰς πρὸς ἐκεῖνον διαλλαγὰς πρῶτον μὲν ἀπίστους, εἶτα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος νομίζειν ἀνάστασιν εἶναι, δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ*·—cavendum est ne quis ita interpretetur ut Demosthenes in secunda oratione *gesturos* bellum eosdem ponere videatur, quos in prima (p. 10, 17) jam *belligerantes* produxerit: quae nec fuit Demosthenis sententia nec potuit esse. Nam quae circumfertur eorum interpretatio, *quod ii, qui bellum cum Philippo gesturi sunt, finitimam regionem tenent*, in ea mihi quidem duo videntur parum recte se habere. Primum est, quod *γεγενῆσθαι* simplicem esse copulam, participiis autem (*κεκτημένους, ἔχοντας*) indicari, quae subjecto (*τοὺς πολεμήσοντας*) attributa sint, existimantes, *γεγενῆσθαι κεκτημένους, ἔχοντας* pro *κεκτῆσθαι* et *ἔχειν* dictum esse putant. Verum quum verbi *γεγενῆσθαι* ea natura sit, ut transitionis in id, quod verbo *εἶναι* indicatur, notionem retineat nec plane idem sit quod *εἶναι*, sed *factum esse, exstitisse, evasisse* significet, non quovis loco apparet pro *εἶναι* illud dici posse, sed tantum ita, si, quod attributione continetur, ejusmodi sit, ut non in ipsa subjecta natura inhaerescat et quasi natum cum ea, sed rerum progressione temporumque eventu progenitum atque conflatum sit. Atqui hoc non cadit in ea, quae hoc loco subjecto sunt attributa. Nec enim vicini Macedoniae demum post conditas civitates suas Chalcidenses facti sunt, sed simulac condiderunt, i. e. ex quo Chalcidenses in Thracia fuerunt; nec opibus Olynthii Demosthenis aetate vel paullo ante florere coeperunt, sed dudum floruerant et olim quidem etiam majoribus. Hac ratione eo adducor, ut verba *τοὺς πολεμήσοντας* suspensa ex verbo *γεγενῆσθαι* et in eam sententiam dicta putem, qua participia futuri temporis cum articulo juncta ad finem consiliumque declarandum aliis subjici verbis solent (cf. Matth. Gr. Gramm. §. 268. p. 552). Quamquam in his verbis illud molestum est, quod, quum in hujusmodi structura nullum copulae praeter ipsum participium addi subjectum soleat, nostro loco participia *κεκτημένους* et *ἔχοντας* ad illud declarandum subjuncta sunt. Caeterum ad quod tempus illud participium referendum sit, non ex ipso potest, sed ex verbo totius enuntiationis primario et universae sententiae natura judicari. Inde igitur suspensum est, utrum *τὸ τοὺς πολεμήσοντας γεγενῆσθαι* interpreteris: *quod exstiterunt, qui bellum gerant*, an, *quod exstiterunt, qui bellum gererent*, ut plena totius loci haec efficiatur sententia: *Nam quod ad bel-*

lum Philippo faciendum exstiterunt homines et regionem illius regno confinem tenentes et opibus instructi validis,—id vero deorum beneficentiae deberi videtur. Haec autem utrum ad praesens tempus, an ad praeteritum referas, non aliunde potest nisi ex ipsa totius sententiae clausula intelligi, quae his continetur verbis: *δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ.* Quae quidem quum ipsa tam ambigue sint dicta, ut vel *nunc factum esse videtur deorum benignitate*, vel *olim videtur factum fuisse* significare possint: manifestum est, in utram illa sententiam sint interpretanda, non ex his verbis ipsis, sed ex ea, quae, ex rerum eventu statuque subnata, et oratoris et audientium mentibus obversabatur, cogitatione judicandum esse. Quae quoniam certa et explorata nobis esse non possit, nisi de ipsius orationis collocatione ac tempore constiterit: hunc quidem locum apparet in neutram partem quidquam adjumenti suppeditare. Ac si vel maxime perstare in illa ratione volueris, ut *τοὺς πολεμήσοντας* subjecti locum tenere, *γεγενῆσθαι* autem idem esse quod *εἶναι* adseveres, ne sic quidem contrariae caussae quidquam ex hoc loco praesidii subnascitur. Quamcunque enim interpretandi viam ingrediendam duxeris, in temporis ratione recte constituenda non poteris non ad primariam loci sententiam recurrere, quae clausula continetur; nec quidquam est in ipsis verbis, cur potius intelligas *eos qui bellum gesturi sunt*, quam *eos qui bellum gesturi erant.*

"Jam qui ex locis supra memoratis ad vulgatum firmandum ordinem idonei sunt, horum eos juvat paullo diligentius expendere, unde, quibus maxime praeteritae memoriae exemplis orator usus sit ad civium suorum industriam et agitationem incitandam, intelligitur, ut, quid quoque tempore perficere his documentis voluerit, judicare possimus. In his prae ceteris duo sunt memorabiles, 1. p. 11, 7—28, et 3. p. 29, 20—p. 30, 13. Priore loco Demosthenes, celebrata hac nova belli Philippo faciendi opportunitate, ut ad eam promtis paratisque animis arripiendam cives impelleret, quid ex *nihil agendo* jam prius saepe detrimenti respublica cepisset, iis pristinae memoriae exemplis edocuit, quae, non *minus* quam deceret, sed *nihil* omnino arguerent ad reprimenda Philippi consilia Athenienses fecisse omnesque ejus rei occasiones, otii captos dulcedine, praetermisisse. Nam rejecto Amphipolitanorum foedere, Pydna, Potidaea, Methone, Pagasis, aliis oppidis desertis et *nullo* adjutis auxilio, quantum regis accreverint opes, Atheniensium deminutae sint, explicavit. Quibus expositis ad praesentem rerum statum orationem his verbis reducit p. 11, 26. *νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις οὗτος, ὁ τῶν Ὀλυνθίων, αὐτόματος τῇ πόλει, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν προτέρων ἐκείνων.* Qua ex comparatione recte colligas, quum haec Demosthenes dicebat, nec foedus jam fuisse cum Olynthiis factum, nec bellum ab Atheniensibus susceptum, sed id ipsum ut decernerent, illis oratorem documentis persuadere civibus voluisse. Atque in eandem sententiam haec dicta sunt:

p. 12, 17. Διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φροντίσαι.—εἰ δὲ προησόμεθα καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους, εἶτ' Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τίς μοι cet. p. 17, 7. πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας ἅπαντας βοηθεῖν καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον. Quibus in verbis quod ἀπωθεῖν orator dixit, id indicio mihi esse videtur de bello agi nondum ab Atheniensibus suscepto, sed tum maxime in illa loca transferendo, ne in Atticam ipsam ingrueret.

"Cum his si ea comparaveris, quae in tertia oratione (Dionys. 2.) l. l. ad populum incitandum documenta orator protulit, ea sunt hujusmodi, ut voluntatem quidem Olynthiis opitulandi in civibus fuisse, nec omnino hos defuisse sociis, attamen non eam, quam tempora requirerent, virium contentionem contulisse ad res gerendas arguere videantur. Nam illius memoriam temporis in audientium animos revocat, ubi, bellum Philippo in Thracia gerente Heraeumque castellum oppugnante, magnas Athenienses copias et quadraginta triremes parandas censuerunt, mox vero, de morbo regis vel etiam morte rumoribus sparsis, adeo deferbuerunt animi, ut integrum cunctati annum pro ingentibus illis copiis tenuem atque inopem exercitum mitterent. Atque haec simili, ut supra, monitione ad caussam, de qua tum agebatur, transferens, νῦν δ' ἑτέρου πολέμου, inquit (p. 30, 8.), καιρὸς ἥκει τις οὗτος, δι' ὃν καὶ περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μὴ ταὐτὰ πάθητε. Ex his, credo, capi conjectura potest, quo tempore haec est oratio habita, susceptum jam bellum copiasque missas Olynthiis auxilio fuisse, sed non tantas, quantas rerum necessitas flagitaret. Nisi temere raptimque gravissimum oratorem putamus agendarum rerum documenta collegisse, non ea, quae cuique et tempori et caussae essent accommodatissima.

"Ejusdem primae orationis (Dionys. 3.) sunt aliquot loci, unde satis probabili argumentatione concludere liceat, circa ipsum Olynthii belli initium eam esse habitam.

"Quo tempore haec oratio habita est, eo Chalcidicae urbes, societate ac foedere cum Olynthiis junctae (de fals. legat. p. 425, 18 et p. 426, 9). nondum in Philippi ditionem concesserant. Nam p. 14, 5—17 Demosthenes, rationem gerendi belli explicans, duplicem vult exercitum parari, *unum qui civitates Olynthiorum socias tueatur* (τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν), alterum, qui ipsam regis terram invadat atque populetur. Servari autem urbes non potuissent, si jam captae a rege fuissent. Atqui totum bellum Olynthium, cujus initium Ol. 107, 4, finem proximo anno Ol. 108, 1, factum esse Diodorus Siculus tradidit (16. c. 52, 53), non multum ultra unius anni spatium extractum est: id quod nostri oratoris confirmatur auctoritate, qui nondum integro transacto anno refert civitates Chalcidicas omnes in regis potestatem concessisse. (De fals. legat. p. 426, 13). Caeterum istas plerasque proditione captas tam cito et quasi certatim se in regis fidem dedidisse, ut non haberet quam primam caperet,

non solum idem testis Demosthenes est l. l, sed consentientem quoque Diodorum habet, qui Ol. 107, 4, Giram castellum a Philippo expugnatum ac dirutum aliaque oppida formidine perculsa regis in ditionem se tradidisse refert (l. l.), proximoque anno (Ol. 108, 1.), Mecyberna et Torone proditione captis, contra ipsam Olynthiorum urbem esse castra mota. Quo facto hos, duobus proeliis victos et obsidione pressos diuturna, quum in propulsandis hostium oppugnationibus crebras gravesque illorum strages edidissent, denique suorum proditione ducum esse ad deditionem compulsos. His omnibus diligenter ponderatis quum in Olynthiis ipsis vel in acie superandis vel intra moenia oppugnandis maximam belli molem fuisse plurimumque consumtum temporis appareat, reliquas autem civitates faciliori vel nullo captas negotio: quanta his celeritate Philippus potitus sit, etiam hinc existimari potest, quod duas et triginta urbes in Thracia tanta regem crudelitate diruisse Demosthenes perhibet (Phil. 3. p. 117, 20), ut nulla earum vestigia relinquerentur. Itaque vix quisquam dubitabit quin ea oratio, in qua civitates illae defendi ab hostium oppugnatione servarique Olynthiis jubentur, in primum belli initium inciderit atque tempore antecesserit eam, in qua propter summa jam rerum discrimina summam desiderari virium contentionem orator docet (Orat. 3.).

" Eodem tempore nec Olynthiorum tam afflicta conditio fuit, ut animos demitterent, nec Philippi tam commoda, ut insolentiorem ex rebus gestis ferociam sumeret. Primum igitur Olynthios nondum obsidione hoc tempore clausos fuisse, ex eodem cognoscitur loco, quem supra attigimus. Ibi enim quum, *si illud accidisset*, quid eventurum esset, conjectura praeceperit orator (p. 14, 11—16), hac ipsa posita conditione nondum in rerum veritate id consecutum esse significavit. Praeterea, quod *tempore procedente* (τῷ χρόνῳ) i. e. *ad extremum* regem, si pravis Athenienses consiliis uterentur, expugnaturum urbem praedicit, id indicio est, tum quidem nondum hujus rei magnum fuisse periculum. Ancipitem vero tum belli fuisse fortunam et in neutram se partem inclinavisse, docemur p. 16, 15—20. *ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ τῶν Ὀλυνθίων, ὑμεῖς ἐκεῖ πολεμήσετε·—ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν;* ex quibus verbis, utrum esset horum, quae posita sunt, eventurum, dubium tum quidem et incertum fuisse recte judicabis. Neque eo jam rerum devenisse cursum, ut fracti Olynthiorum animi vel suspensi essent quidque caperent consilii haesitarent, ex hoc intelligitur, quod p. 10, 14—22 eos tum Olynthiorum animos fuisse orator declarat, ut ab omni pactione cum Philippo facienda abhorrerent; et p. 11, 2—7 fidelissimos eosdem firmissimosque Atheniensibus socios futuros, Philippum vero diuturno et implacabili odio persecuturos affirmat, quod non ab illis sollicitati, sed ipsi propter suas injurias bellum susceperint. Haec omnia vero talia sunt, ut ne fingere quidem oratori sobrio licuisset, si magnopere tum res Olynthiorum afflictae fuissent.

"Philippum autem nec magnas illo tempore res in bello perfecisse, nec superbiores jam spiritus gessisse, ex tribus maxime locis cognoscitur. Primum enim p. 15, 10 sqq. hoc regi praeter opinionem accidisse perhibetur, ut, quum primo impetu nulloque negotio capturum se omnia sperasset, nunc ei depugnandum armisque confligendum esset. Quod si praevidisset, ne suscepturum quidem illud bellum fuisse. Τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ γνώμην γεγονὸς καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει. Quibus in verbis τοῦτο ad Chalcidicas urbes spectat, quas proxime praegressis notari manifestum est. Haec autem ne putes cum iis pugnare, quae de fals. legat. p. 426, 13—16 referuntur, ea sic videntur concilianda, ut primum quidem istas civitates Philippi armis restitisse, mox autem, nondum integro transacto anno, vel bello fessas, vel proditorum deceptas perfidia, certatim in regis fidem se tradidisse statuamus. Illud certe loco supra laudato docemur, quum haec oratio habita est, nondum expugnatas eas urbes a rege fuisse. Tum p. 10, ut ad foedus cum Olynthiis sine mora ineundum civium voluntatem propelleret, hoc argumento Demosthenes usus est, quod, si neglexissent mature celeriterque id facere, metuendum esset ne fraude sua artibusque rex Olynthios, speratis Atheniensium auxiliis destitutos et in solitudine derelictos, ad pactionem sibi commodam pelliceret: quamquam nunc quidem nihil magis illi respuerent quam in gratiam cum Philippo redire: p. 10, 14. πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. Haec omnia ut dici vix potuerunt, nisi quo tempore nondum factum inter Athenienses Olynthiosque foedus esset, sed illud ipsum in deliberatione versaretur, num esset faciendum, quoniam his manifestum est ad suscipiendam belli societatem oratorem stimulare civium animos voluisse: sic, Philippum ad pactiones cum Olynthiis faciendas tum fuisse propensum, initio tantum belli persuaderi audientibus potuit. Tametsi enim tantum Wolfio, et qui huic assentiuntur, concedamus, ut παρ' ἱστορίαν ea dicta esse arbitremur, tamen, nisi manifesta commenta putidaque mendacia gravissimis obtrudere scriptoribus volemus, non ita παρ' ἱστορίαν conficta esse putabimus, ut ei, quae tum esset, rerum conditioni adversarentur, sed per eam, etiamsi non evenerint, tamen possent accidere. Hunc igitur necesse est tum rerum statum fuisse, ut nullisdum rebus magnis a rege gestis, utram in partem esset belli fortuna exitura, in ancipiti incertoque versaretur. Philippus enim quum nullo negotio se omnia capturum sperasset, non solum in hoc falsus fuerat, sed Athenienses quoque ab Olynthiis auxilio vocati ne foedus oblatum bellique societatem susciperent, metuebat. Quod ut evitaret, vel maxime curae cordique ei fuisse consentaneum est. Quocirca propensum regem ad praeoccupandam pactionem fuisse, praesertim qui artis suae fraudisque felicissimum saepe eventum expertus esset, quis non sibi persuadeat? In contrariam vero partem, si jam tum magna consecutus fuisset, si

Chalcidicas urbes in ditionem suam accepisset, si ad ipsam Olynthiorum urbem castra movisset eamque cinxisset obsidione. verbo ut dicam, si ea jam evenissent, quae, quum tertia haberetur oratio, accidisse verisimile est: non sobrii oratoris, sed insani declamatoris ineptique nugatoris fuisset, tam insúlsis et manifestis mendaciis audientes ludere! Quem ipse testis est Demosthenes (Philipp. 3. p. 113, 11.), quum quadraginta ab Olynthiorum urbe stadia abesset, his denuntiasse, duorum fieri alterum oportere, aut ut Olynthii urbe sua, aut ut ipse Macedonia cederet, eum nostro loco putabimus, si tanta jam esset, quanta diximus, consecutus, ab eodem dictum paciscendi cum Olynthiis cupidum fuisse? Quod quum ab omni probabilitate abhorreat, inter prima statim belli initia hanc orationem esse habitam non est quod dubitemus. Huc denique accedit, quod p. 16, 24., quae civitati Atheniensium, si perdomitis Olynthiis in Atticam ipsam rex arma tulisset, pericula metuenda essent, persequens orator, *nunc quidem illud*, ait, *etiam cum insaniae culpa* eundem in animum inducere, ἃ νῦν ἄνοιαν ὀφλισκάνων ὅμως ἐκλαλεῖ. Quibus verbis Philippi fortunam illo tempore non florentissimam fuisse docemur.

"Denique maximi ad nostram quaestionem momenti sunt, quae de theatralibus stipendiis in his orationibus memorantur. Quae res quoniam a Westermanno satis copiose explicata est (p. 65—69), quam fieri poterit brevissime in ea versabimur. Quum igitur veteri instituto apud Athenienses receptum esset, ut, quod singulis annis reliqui ex publicis vectigalibus fieret, in aerarium referretur et ad belli usus incertosque fortunae casus reservaretur: postquam Periclis auctoritate constitutum est, ut ad spectacula obeunda civibus viritim bini oboli expenderentur, militares illae pecuniae consumi in spectaculis coeptae sunt. Quam temeritatem etsi viri boni identidem impugnaverunt, tamen non defuerunt homines improbi, qui, popularem auram captantes istisque illecebris inescantes plebeculam, pravam eam consuetudinem tuerentur. Ita factum est ut non solum Apollodorus, quum legem tulisset de theatralibus pecuniis ad belli usus conferendis (Ol. 106, 4.), quindecim talentis multaretur, sed etiam ex Eubuli, perditissimi concionatoris, sententia populus interposita capitali poena vetaret, ne quis theatralia aera censeret ad militares usus revocanda (V. Boeckh Oeconom. publ. Athen. 1. p. 194 sq. 235 sq.). Hinc, quantae res cautionis quantique discriminis fuerit, intelligitur, in ea re quidpiam novare. Itaque Demosthenem videmus, quum in prima oratione de belli sumtibus dicendum esset, nondum magna premente necessitate, admodum caute timideque rem attingere magisque ambagibus significare quam apertis et distinctis verbis explicare (p. 14, 18 —p. 15, 5.). Quid? quod diserta dissimulatione declinandum crimen putavit. Nam obloquentem sibi aliquem hunc in modum faciens: "Heus tu, rogas igitur, ut haec ad stipendia militaria conferantur?" Immo vero, inquit, non rogo; sed milites censeo

conscribendos parandaque stipendia omnesque et lucri faciendi et officii praestandi partes exaequandas. Vos autem nihil agendo haec in spectaculis consumitis. In secunda vero oratione, quam non in suadendo foedere rogandisque iis, quae facienda essent, sed in urgenda et incitanda captorum consiliorum exsecutione versari supra vidimus, quum nec persequendis belli gerendi rationibus, nec aperiendis impensarum fontibus ullus omnino locus esset, de re dicta nulla est mentio injecta. Jam vero tertiam in eadem et uberius explicanda et gravius contendenda totam esse occupatam supra docuimus. Nec solum uberiorem copiam in hac orator ad illam caussam disceptandam attulit, sed etiam confidentiorem audaciam. Nam quum in prima periculum capitis detrectanda tali rogatione vitandum putaverit, in hac jam sine ambagibus rem aggreditur, p. 31, 13. λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν (νόμους), σαφῶς οὑτωσί. Quum igitur in una oratione tam timidum providumque oratorem videamus, in altera tam incautum atque audacem in eadem re persequenda: quaenam potuit alia tantae discrepantiae caussa subesse, nisi aeque magna rerum inter primam tertiamque orationem facta commutatio? Nam quum in illa, nulladum gravi premente necessitate, temerarium fuisset ultro in capitis periculum incurrere, in tertia, summo jam rerum adducto discrimine, ad extrema decurrendum consilia suamque securitatem patriae posthabendam incolumitati censuit. Contra, si secunda haec esset oratio, illa autem, quam primam habemus, tertia, nulla doceri satis probabili ratione posset, quo pacto accidisset ut, quum tam ingenua ac libera gravitate primum orator in illam temeritatem insurrexisset, mox timide vela contrahere quam totam rem silentio transmittere mallet."

I.

OLYNTHIACA PRIMA.

P. 9, 1—10. Exordium leviter mutatum legitur inter Prooemia p. 1420. Imitatus est Lucianus Jov. Trag. c. 15. Ἀντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες θεοὶ, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο ὑμῖν ὅ τι δήποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν ἐφ' ὅτῳ νῦν ξυνελέγητε. Ὅτε τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἀκροᾶσθαί μου λέγοντος. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ θεοὶ, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς ὅτι τῶν πραγμάτων ἐρρωμένως ἀντιληπτέον ἡμῖν ἐστιν, ἡμεῖς δὲ πάνυ ὀλιγώρως ἔχειν μοι δοκοῦμεν πρὸς αὐτά. Βούλομαι δὲ ἤδη—καὶ γὰρ ἐπιλείπει με ὁ Δημοσθένης—αὐτὰ ὑμῖν δηλῶσαι σαφῶς etc. Artificium rhetoricum exposuit Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος c. 29. vol. 3. p. 435. ed. Walz. οἱ παλαιοὶ κοινὰ λέγοντες διανοήματα ὁμολογίᾳ τῆς κοινότητος ἴδια αὐτὰ ποιοῦσιν.—ἐν δὲ τοῖς Ὀλυνθιακοῖς Δημοσθένης ἐν (ἐν om. codd.) τῷ πρώτῳ λόγῳ (delenda verba ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ ab librario adjecta. τοῦ πρώτου λόγου adscripsit Gregor. Corinth. in scholio ad h. l. vol. 7. p. 1317.) χρώμενος κοινῷ διανοήματι, τῷ ἀντὶ πολλῶν χρημάτων αὐτοὺς αἱρήσεσθαι τὸ κοινῇ συμφέρον, οὐ χρῆται τῇ ὁμολογίᾳ τῆς κοινότητος, διότι πανουργῶν χρῆται, καὶ παραλείπει τὴν ὁμολογίαν, προκατασκευάζει δὲ διὰ τοῦ προοιμίου τὰ θεωρικὰ χρήματα δεῖν ἀποδοῦναι τοῖς στρατιώταις. εἰ μὲν οὖν ὡμολόγει τὴν κοινότητα, ἔφασκε δὲ λυσιτελεῖν καὶ αὐτῷ εἰπεῖν, ὑπωπτεύετο· νῦν δὲ κοινῷ χρησάμενος διανοήματι καὶ λαθὼν αὐτοὺς ὁμολογοῦντας ὕστερον αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει αἱρεῖσθαι, αἰσχυνομένους περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων. διὰ τοῦτο καὶ ἐπεσφραγίσατο ἐν ἀρχῇ τὴν διάνοιαν οὕτως "ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει." ἔθος δὲ Δημοσθένους ἐστὶν, ὅταν τι διοικήσηται ἑαυτῷ χρήσιμον, μὴ πρότερον ἀφίστασθαι πρὶν ἢ ἐπισφραγίσηται. πεποίηκε δὲ τοῦτο ἐν τέτρασι λόγοις· ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου, ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν. Breviter Maximus Planud. vol. 5, p. 464. τῷ παρ' αὐτοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντι τὴν τῶν ἀκροατῶν συμπεριέλαβε κρίσιν.

9, 1. ἀντὶ πολλῶν—χρημάτων—ἑλέσθαι] Thucyd. 1, 33. ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι. ubi oratoris verba comparavit scholiasta. Alia

hujusmodi attulit Dobraeus, Herodoti 1, 86. *προετίμησα μεγάλων χρημάτων.* 3, 29. *προτιμῶν πολλοῦ.* Thucyd. 6, 10. *οὓς πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο ξυμμάχους σφίσι γενέσθαι.* 8, 82. *τὴν παραυτίκα ἐλπίδα ἕκαστος τῆς σωτηρίας—οὐδενὸς ἂν ἠλλάξατο.* Adde Joseph. A. J. 18, 7, 10. 19, 1, 16. Ceterum hujusmodi in locutionibus hyperbolicis non multum interest *πρό* an *ἀντί* dicatur, quae ita differunt ut *πρὸ* praeferendi, *ἀντὶ* aequiparandi significationem habeat.

9, 1. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] *ἄνδρες* a codicibus pluribus abest et omittunt Rufus in Walzii Rhet. vol. 3. p. 451. (p. 78. ed. Paris.) schol. anonymus Hermogenis ib. vol. 7. p. 891. et Gregor. Cor. ib. p. 1317.: addunt grammatici supra memorati et Bekk. Anecd. p. 127, 20. *ἄνδρες* in hac formula constanter abesse a cod. Paris. Y. annotavit Bekkerus ad p. 11, 9. et a Paris. k. ad p. 623, 4. idemque de Augustano quinto refert Reiskius. In Augustano nostro A. aliisque plerumque duae tantum literae leguntur, $\overset{\theta}{\omega}$, quod librarii in formula toties redeunte compendii caussa pro *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* posuisse videntur, unde factum ut postmodum ab aliis *ὦ Ἀθηναῖοι*, neglecto *ἄνδρες*, scriberetur. Eadem in aliorum quoque oratorum codicibus discrepantia animadvertitur, ita tamen ut additum *ἄνδρες* longe majore commendetur exemplorum numero quam omissum. Porro in Apologia Platonis, ubi frequentissimus est hujus formulae usus, legitur *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* (paucis quibusdam locis exceptis, ubi est *ὦ ἄνδρες*, ut p. 38 D. 39 C. et C., codicibus tamen nonnullis *Ἀθηναῖοι* addentibus), in cod. Vindob. secundo hac sigla expressum ω^{δ} *ἀθη*, de qua Bastius ad p. 17 A. "Hinc patet qui factum sit ut vocabulum *ἄνδρες* ab imperitis librariis toties omitteretur. Hi enim literam *δ* super *ω* positam pro circumflexu habuere. In qua re quantum a recta ratione aberraverint, ostendit altera scriptura $\tilde{\omega}^{\delta}$, minus frequenter obvia." Oratores ut omnino non videtur dubitari posse quin *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* dicere maluerint, ita certissimum haberi potest Demosthenem in orationis initio compellationem pleniorem *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* simplici *ὦ Ἀθηναῖοι* praetulisse. Contra ubi ab hac ipsa compellatione, nullo alio praemisso vocabulo, initium fit orationis, ut *ἄνδρες δικασταί* vel *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* in orationibus Isaei de Pyrrhi hereditate ejusdemque fragmento orationis pro Eumathe, Demosthenis adversus Leptinem et Zenothemin et de Halonneso, *ὦ* (quod in Halonnesiaca addunt S. et Dionysius Hal.) fortasse omittere maluerunt oratores. Proxima verba minus bene collocata in Prooem. *χρημάτων, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν ὑμῖν περὶ ὧν νυνὶ τυγχάνετε σκοποῦντες, οἶμαι πάντας ὑμᾶς ἑλέσθαι·* nisi quis, quod non improbabile videtur, delere ibi velit verba *εἰ φανερὸν γένοιτο*, in S. et duobus aliis codicibus omissa. Qua ratione tamen cavendum est ne quis abutatur ad nostri loci interpunctionem eum in modum mutandam quam interpreti Gallico Dupino placuisse refert Boisson. in annot. ad

Rufum, ut commate post εἰ φανερὸν γένοιτο posito, τὸ μέλλον συνοίσειν pro accusativo habeatur cum ἑλέσθαι construendo: quod duabus de caussis fieri nequit. Nam et primaria notio est non τὸ μέλλον συνοίσειν, sed τὸ φανερὸν γενέσθαι τὸ μέλλον συνοίσειν, et perversa foret collocatio verborum, quae ab oratore ita est instituta ut ab nemine nisi quem comma post γένοιτο ponendum admonuerit verba aliter possint construi quam construenda esse modo diximus et Lucianum construxisse ex verbis ejus supra appositis patet. Neque ullius momenti est quod Hermogenes αἱρήσεσθαι τὸ κοινῇ συμφέρον brevitatis caussa posuit.

9, 3. περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε] Id est περὶ τούτων περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε, non ἐν τούτοις περὶ ὧν σκοπεῖτε, ut Reiskius est interpretatus, qui similiter in loco Lysiae p. 95, 8. οὗτοι τοίνυν περὶ τῶν τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις τοιαύτην δίκην λαμβάνειν παρακελεύονται, verba περὶ τῶν τοιούτων contra Taylorum defendit et per ἐν τούτοις explicuit.

9. 4. προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν] Notanda quattuor deinceps posita vocabula trisyllaba paroxytona. Propter parisosin literarum προ in προσήκει προθύμως afferunt haec Hermogenes vol. 3. p. 284. Tiberius vol. 8. p. 561. et anonymus ibid. p. 639. inani subtilitate. Probabilius haec ratio ab Hermogene adhibetur loco Platonis Sympos. p. 185. C. ubi Παυσανίου δὲ παυσαμένου legitur.

προθύμως om. Prooem. ubi legitur προσήκει ἐθέλοντας (ἔχειν ἐθέλοντας quattuor. παρέχειν ἐθέλοντας duo codd.) ἀκούειν ὑμᾶς αὐτοὺς τῶν βουλομένων συμβουλεύειν.

9. 6. ἐσκεμμένος] Hoc pertinet ad ipsum Demosthenem, qui modestus non facile nisi summa diligentia paratus exercitatusque suggestum adscendit. Plut. Demosth. c. 8. μὴ ῥᾳδίως ἀκοῦσαί τινα Δημοσθένους ἐπὶ καιροῦ λέγοντος,—εἰ μὴ τύχοι πεφροντικὼς καὶ παρεσκευασμένος. Cicero de se ipso Leg. 1, 4, 12. "ad caussarum operam ego nunquam nisi paratus et meditatus accedo." VOEM. ἐσκεμμένος autem de oratione meditata dicitur (ut p. 576. ὡς ἐσκεμμένα καὶ παρεσκευασμένα πάντα λέγω νῦν), cui opposita est quae ἐκ τοῦ παραχρῆμα habetur, qua excelluisse Demadem refert Plutarch. l. c. et c. 10.

9. 7. ἀλλὰ—εἰπεῖν] Propter constructionem ἂν particulae citavit grammaticus recentior in Bekk. Anecd. p. 127, 22. quam recte explicuit Schaeferus, orationem obliquam in rectam convertens. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς ὑμετέρας τύχης, ὡς ὑπολαμβάνω, πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπέλθοι εἰπεῖν. Verba ἀλλὰ —δεόντων citat schol. Aristidis vol. 3. p. 8, 22. ubi codex alter τῆς ὑμετέρας ὑπολαμβάνω τύχης, alter τῆς ἡμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω. Et ἡμετέρας apud Demosthenem etiam Aug. sec. Reiskii, quod non praeferendum.

τύχης] Recte monet Budaeus respici ad vetus illud dictum de Atheniensium δυσβουλίᾳ, quam propitia deorum voluntas soleret ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν, ut verbis utamur Aristophanis Nub. 589. ubi vid. quae ab schol. sunt annotata. Demosth. p. 43, 18. εἴ τι

πάθοι καὶ τὰ τῆς τύχης ὑμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα. Similiter p. 311, 19.

9, 9. *ὥστ' ἐξ ἁπάντων—γενέσθαι*] Hermogenes vol. 3. p. 292. *βεβηκὼς γίνεται ῥυθμὸς, εἰ ἅμα τῇ ἐννοίᾳ πληρουμένῃ καὶ μέρος λόγου τι μακρὸν καὶ εἰς μακρὰν τὴν τελευταίαν καταλῆγον συλλαβὴν, οἷον "ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι." βεβηκὼς ῥυθμὸς*, rhythmus firme insistens, qualis est stabilium spondeorum. Dionysius Hal. de C. V. 338. Sch. explicans: *ἐν ἕδρᾳ—βεβηκέναι πλατείᾳ τε καὶ ἀσφαλεῖ.* Ibid. p. 340. *τῶν περιόδων τὰς τελευτὰς—βεβηκυίας. σύνθεσις στιβαρὰ καὶ βεβηκυῖα* ap. eund. Judic. de Thucyd. c. 24. p. 867, 2. SCHAEFER.

9, 10. *ὑμῖν* cum *ῥᾳδίαν γενέσθαι* construit Wolfius, quae ratio si vera esset, Demosthenes scripsisset *ῥᾳδίαν ὑμῖν τ. τ. σ. α. γ.* Jungenda igitur *τοῦ συμφέροντος ὑμῖν·* quomodo supra Orator scripsit *τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει.* SCHAEFER.

γενέσθαι] *γίγνεσθαι* Prooem. Locum similem Pseudo-Demosth. Epist. p. 1464, 4. ex Demosthenico manifeste expressum comparavit Dobraeus, *ταῦτ' ἠβουλήθην τοῖς μὲν προαιρουμένοις λέγειν ἐμφανῆ ποιήσας ἀφθόνους ἀφορμὰς ὧν ὑπολαμβάνω συμφέρειν ὑμῖν δοῦναι, τοῖς δὲ πολλοῖς ῥᾳδίαν τὴν τῶν βελτίστων αἵρεσιν καταστῆσαι.*

ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς—μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς] *μόνον οὐχὶ* non tam propter *λέγει* quam propter *φωνὴν ἀφιεὶς* addidit orator, ut audaciam leniret metaphorae. Locus propter *προσωποποιίαν* frequenter memoratus ab rhetoribus: vid. Hermog. vol. 3. p. 407. Apsinem vol. 9. p. 544. Alexandrum vol. 8. p. 443. schol. Aristid. vol. 3. p. 486, 15. Similia attulit Dobraeus, ex Aesch. Agam. 36. *οἶκος δ' αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι, σαφέστατ' ἂν λέξειεν.* Platon. Protag. p. 361. A. *καί μοι δοκεῖ ἡμῶν ἡ ἄρτι ἔξοδος τῶν λόγων ὥσπερ ἄνθρωπος κατηγορεῖν τε καὶ καταγελᾶν, καὶ εἰ φωνὴν λάβοι, εἰπεῖν ἂν ὅτι* etc. Aeschin. p. 72, 9. *οὐ προὔλεγον, οὐ προεσήμαινον ἡμῖν οἱ θεοὶ φυλάξασθαι, μόνον οὐκ ἀνθρώπων φωνὰς προσκτησάμενοι;*

9, 12. *ἐκείνων*] Rerum quae illic, apud Olynthum puta, geruntur. REISK.

αὐτοῖς] Ipsis, non per alios, i. e. per mercenarios. FRANK. *αὐτοὺς ἐξιόντας* p. 10, 26. Eodem spectat *ἐνθένδε* lin. 17. ubi Wolf. "*ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως·* hinc mittendis civibus, non alibi mercenario milite conscribendo."

9, 13. *εἴπερ ὑπὲρ*] *εἴπερ περὶ* Ulpianus in praefat. Similiter *εἴπερ ὑπὲρ* juxta se collocata sunt p. 526, 4. ubi hunc locum comparavit Buttmannus.

αὐτῶν] *αὐτῶν* ex Bav. Reiskius, id ut sit *ὑμῶν αὐτῶν*, quod ipsum legitur apud Hermog. vol. 3. p. 410. *ἐπειδὴ λυπηρόν ἐστι τὸ λέγειν "εἰ δὲ μὴ, ἀπολεῖται τὰ πράγματα," περιέπλεξεν "εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας ὑμῶν αὐτῶν φροντίζετε,"* ubi tamen *ὑμῶν* abest a cod. Vindobonensi. Praeferenda vero scriptura vulgata et *αὐτῶν* ad *πράγματα* referendum. Sic p. 34, 15. *τὴν τῶν πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν χάριτος αἱρεῖσθαι.*

9, 14. *ἔχειν τρόπον*] *τρόπον ἔχειν* Thomas M. p. 246: *ὄντινα τρόπον δοκοῦμεν ἔχειν* Gregor. Cor. in schol. ad Hermog. vol. 7, p. 1182: recto verborum ordine Hermog. vol. 3. p. 411. Apud schol. Aristid. vol. 3. p. 456, 31. codex alter *ὄντινά μοι τρόπον δ. ἔχειν πρὸς ταῦτα*, alter *ὄντινα τρόπον μοι δ. ἔ. π. τ.*

9, 15. *δὴ*] *δὲ*, quod ex cod. Parisino uno Morelii affertur, leges etiam ap. grammat. Hermanni p. 389, ubi citantur verba *ἔστι—ταχίστην*. Utrum praeferendum sit, facile apparet. *δὲ* enim est simpliciter connectentis et transeuntis: *δὴ* ordientis quod inprimis attendi oporteat. p. 556, 11: *δεῖ δὴ τούς γε βουλομένους κ.τ.λ.* Adverte etiam particulam *γε*, quae neutrubi sua vi caret. Add. p. 14, 5. SCHAEF.

9, 16. *ἤδη*] I. e. *ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, μηδὲν ἀναβαλλομένους*, ut explicat Wolfius, statim, sine mora. Sic in inscr. edita ab Wordswortho, *Athens and Attica*, p. 223. (sive ap. Rossium in libro de demis Atticis p. V.): *ἑλέσθαι τρεῖς ἄνδρας ἤδη*. quocum Meierus comparavit inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. 2270: *χειροτονῆσαι πρέσβεις ἤδη*, et Demosth. p. 235, 10: *πρέσβεις ἑλέσθαι ἤδη πέντε*, et *διὰ ταχέων* in oraculo Dodonaeo ap. Demosth. p. 531, 18.

9, 17. *ἐνθένδε*] Vid. ad 9, 12.

9, 18. *πρότερον*] Quum Philippus in Thracia versaretur (olymp. 107, 1.), ut monet Reisk. collata p. 29, 20. sq.

πέμπειν] Ad Olynthios. REISK.

10, 1. *ταῦτ᾽ ἐρεῖ*] Scil. *αὐτοῖς τὰ ἐγνωσμένα παρ᾽ ὑμῶν*. REISK. Similiter p. 21, 12: *πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἢ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ.*

παρέσται τοῖς πράγμασι] Quae ibi apud Olynthios gerantur; invigilet legatio bello copiisque vestris et ipsis imperatoribus, atque exsecutioni consiliorum mandatorumque vestrorum intersit, eamque urgeat et gubernet. REISK. P. 113, 27: *συμμάχων δ᾽ εἶναι καὶ φίλων ἀληθινῶν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς παρεῖναι* comparavit Bremi.

10, 2. *τοῦτο δέος*] *τοῦτο* subjectum, *δέος* praedicatum est. Eurip. Troad. 240: *εἰ τόδ᾽ ἦν ὑμῖν φόβος.*

μὴ πανοῦργος ὤν] Locum hunc cum altero oratoris, qui p. 206, 3. legitur, comparat Hermogenes de Ideis tomo secundo, capite *περὶ ἐπιεικείας*, his verbis p. 341: *δῆλον δ᾽ ἐστὶ τοῦτο ἐκ τῶν κατὰ Φιλίππου ῥηθέντων ἐναντίως τῇ ἰδέᾳ ταύτῃ λέγοντος τοῦ ῥήτορος, οἷον· μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος. πρῶτον μὲν γὰρ πανοῦργος φησὶν, ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς δεινός. σφοδρότερον δὲ τὸ πανοῦργος ὄνομα τοῦ δεινὸς δήπουθεν. ἔπειτα οὐδὲ δοκεῖν αὐτῷ πανοῦργον τὸν Φίλιππον εἶναι ἔφη, οὐδ᾽ ἐνεδοίασεν, ὥσπερ ἐκεῖ* (p. 206.), *ἀλλ᾽ ἀπεφήνατο. ἔπειτα οὐκ ἐοικέναι πανούργοις ἢ δεινοῖς, ὥσπερ τοὺς Λακεδαιμονίους, ἔλεγεν, ἀλλ᾽ αὐτὸν εἶναι τὸν Φίλιππον καὶ δεινὸν καὶ πανοῦργον. οὐκοῦν ταῦτα μὲν καὶ σφοδρὰ καὶ τραχέα, ἐκεῖνα δὲ* (p. 206.) *ἠθικὰ καὶ ἐπιεικῆ, καὶ σαφῶς ὑφιέντος τὴν σφοδρότητα τοῦ ῥήτορος.* Ad istum locum Hermogenis scholiastes ejus p. 408. c. fin. istaec annotavit vocab. *πανοῦργος* decla-

raturus: ὁ πανοῦργος κυρίως μὲν ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, ὁ δραστήριος καὶ ἐνεργός. κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιβούλου. REISK.

10, 2. δεινὸς—χρῆσθαι] Schol. Eurip. Androm. 967: τὸ δεινὸν καὶ ὁ ῥήτωρ ἀντὶ τοῦ ἱκανὸν τέταχεν "δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι."

10, 4. ἀξιόπιστος] Speciosa Dobraeo videbatur scriptura in libris quibusdam annotata ἀξιόπιστα. Est ab librario aliquo ficta qui adjectivum praecedenti τὰ δὲ accommodare vellet. ἀξιόπιστος autem Philippus dicitur propterea quod multas jam urbes exciderat.

10, 6. τρέψηται, vel quod nunc ex Wolfii conjectura legitur τρέψῃ τε, ab nemine ita explicitum est ut et sententiae et usui loquendi satisfieret. Quod quum sentiret Dobraeus, ἀνατρέψῃ τε conjecit. Sed longe probabilior Reiskii emendatio est δρέψηται, figurato usu verbi, cujus frequentia apud poetas exempla sunt nec rara apud Platonem aliosque, de quibus vide Wyttenbach. ad Plut. Mor. vol. 6. p. 371. Similiter καρποῦσθαι de Philippo dictum p. 15, 20. In eo vero erravit Reiskius, quod verba καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν cum δρέψηται conjungi voluit, non animadvertens non aptum huic sententiae esse καὶ—καί. Aptissime vero τὴν τῶν Ἀθηναίων ἀπουσίαν διαβάλλειν dicitur Philippus, suspectos Athenienses faciens Olynthiis.

10, 7. τῶν ὅλων πραγμάτων] Demosthenes appellat hic loci, similibusque aliis in locis, τὰ πράγματα, id quod nos appellamus, *das Interesse des Staates*, id omne, de quo agitur, et super quo certatur, ut conservetur, ut salvum atque sospes populo alicui maneat, aut etiam amplificetur atque increscat, opes atque majestas reip. sive sunt locorum possessiones, sive sociorum, sive numi, sive copiae militares, sive naves, sive arma, sive commerciorum cum exteris agitationes, sive annonariae copiae, et quaecunque bello gerendo inserviunt; quae salva esse multum interest. Sic Latini quoque voc. *res* usurpant, ut apud Livium. *Si coeptis successisset, se res afflictas recepturum*. 25. 37. REISK. Compares Latinum *summa res, summae res*. SCHAEF.

ἐπιεικῶς] ferme, plerumque, potissimum, creberrime. Citat h. l. Hermogenes p. 364: ἔννοιαι τῆς τοιαύτης δεινότητος αἱ παράδοξοι καὶ βαθεῖαι, καὶ ὅλως αἱ περινενοημέναι. οἷον· οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς etc. REISK. Etym. M. p. 359, 35: Ἐπιεικῶς. τὸ ἐπίρρημα τοῦτο σημαίνει τὸ πάνυ· σημαίνει καὶ τὸ παραδόξως καὶ παρ' ἐλπίδα—. Qui παραδόξως καὶ παρ' ἐλπίδα significare putarunt, videntur talia, quale hic habemus, respexisse. SCHAEF. Adde schol. Platon. p. 159.

10, 12. πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου—ἐναντίως ἔχει.] Colon hoc citat Hermogenes p. 296, ut exemplum antistrophae. REISK. Notanda quinque deinceps posita vocabula monosyllaba inter eaque trium articulorum concursus, cujus rara sunt exempla. Demosth. p. 31, 19: τὴν τοῦ τὰ βέλτιστα λέγειν ὁδόν. Alexis ap. Athen. 13. p. 610 E: τοὺς τὰς τῶν λόγων—δυνάμεις παραδιδόντας. Aristid. vol. 2. p. 204, 5: τῷ τοῦ τῶν

πολεμίων ἄρχοντι στρατοπέδου. Schol. Aristoph. Pac. 11: διὰ τὸ τὴν τῶν παίδων τετριμμένην εἶναι.

10, 14. πολλῷ] πολὺ Bavar. sed correctum id in hoc est πολλῷ. REISK.

προσέχει] Error typothetae pro προέχει.

πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς κ. τ. λ.] Citat h. l. Apsines p. 696. circa finem: ἐνίοτε δὲ καὶ μὴ θέντες ἀντίθεσιν τὰς λύσεις αὐτοῦ (lege αὐτῆς) τίθεμεν. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ἡ πάνυ βαρύνῃ ἡμᾶς ἡ ἀντίθεσις ἐκ προφανοῦς τεθεῖσα, καὶ δεῖ (l. δέῃ) αὐτὴν προανελεῖν λεληθότως, ὡς ἐν τῷ α΄ τῶν Φιλιππικῶν πεποίηκεν ὁ Δημοσθένης. τίς γὰρ ἦν ἡ πάνυ βαρύνουσα αὐτὸν ἀντίθεσις; ὅτι ἄπιστοι ἡμῖν οἱ Ὀλύνθιοι. τοῦτο τοίνυν μὴ θεὶς ἐκ προφανοῦς λέλυκεν εἰπών· πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἐκεῖνος ποιήσεται ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. καὶ γάρ ἐστι τύραννος Φίλιππος, καὶ ἐχθρὸς φύσει τοῖς δημοκρατουμένοις· καὶ ὑπὲρ μεγάλων Ὀλυνθίοις ὁ κίνδυνος, εἰ πεισθήσονται. καὶ ἐκ παραδείγματος· καὶ ἴσασιν ἅ τ᾽ Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. ταῦτα τίνος ἐστὶ συστατικά; τοῦ ἀπίστους μὲν αὐτοὺς μένειν Φιλίππῳ, ἡμῖν δὲ πιστούς. ὁρᾷς πῶς μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν τὰς λύσεις τέθεικεν. REISK.

10, 16. δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις ὅτι] Citat h. l. Minucianus p. 138. ed. Norrm. τῶν ἐπιχειρημάτων τὰ μέν ἐστι παραδειγματικά, τὰ δ᾽ ἐνθυμηματικά. παραδειγματικὰ μὲν, ὅσα ἐξ ἱστορίας καὶ ὁμοιώσεως τῶν ἤδη πεπραγμένων λαμβάνομεν. οἷον· οὐ πιστεύουσιν Ὀλύνθιοι Φιλίππῳ. οὐ γὰρ περὶ μέρους χώρας, οὐδὲ περὶ δόξης, ἀλλ᾽ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος ὁ κίνδυνός ἐστιν αὐτοῖς. καὶ εἰς τοῦτο παράδειγμα· καὶ ἴσασιν, ἅ τ᾽ Ἀμφιπολιτῶν etc. Citat item, sed aliam ob caussam, scholiastes (i. e. Maximus Planud.) Hermogenis p. 386. c. fin.: τινὲς ῥητορικὴν ἔμμετρον τὴν κωμῳδίαν ἐκάλεσαν. πολλοὺς γοῦν παρά τε τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα τῷ Δημοσθένει λανθάνοντας ἰάμβους τε καὶ χωλιάμβους ἔστιν εὑρεῖν διὰ τὴν ἐναρμόνιον συνθήκην τῶν λέξεων. ὡς εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν· δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ᾽ ὑπὲρ μέρους τῆς χώρας κινδυνεύουσιν. οὐχ ὡς ῥητόρων κινδυνευσάντων καὶ ἔμμετρα λέγειν, ἀλλότριον γὰρ τοῦ πολιτικοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον, ἀλλ᾽ αὐτοφυῶς εἰς μέτρον ἀπενεχθείσης τῆς φράσεως. REISK. Isocratis senariorum exempla, quibus tamen nonnulla eximenda, attulit Spengel. in Συναγωγῇ τεχνῶν p. 153. Non proprium autem oratorum hoc est, sed quibusvis scriptoribus non raro accidit ut senarii exciderent non cogitantibus: quod Novi Testamenti exemplis ostendit Marklandus ad Euripidis Suppl. 901. ubi ego alia aliorum addidi in editione Lipsiensi p. 165. quae facile novis augere possem, si operae pretium esset. Hexametrorum dactylicorum exempla ex Demosthene afferentur ad p. 1345, 6.

10, 17. ἀναστάσεως] Per ἀναστάτωσις, vocabulum ab nemine usurpatum, explicant Pollux 3. 91. et grammaticus Hermanni p. 343. Ad genitivum autem utrum περὶ an, quod gramm. Herm. posuit, ὑπὲρ ex praecedentibus verbis sit repetendum

disceptant interpretes. Quum nihil impediat quominus περὶ intelligatur ex primaria sententiae parte, hoc praeferendum videtur. Nam μάχεσθαι ὑπέρ τινος plerumque dicitur qui vel parandi vel conservandi alicujus commodi caussa pugnat, quale non est ἀνάστασις et ἀνδραποδισμός. Ex quo sequitur de περὶ potius cogitare lectorem quam de ὑπὲρ, licet hoc quoque dici potuerit. Recte enim monet Schaeferus "Mihi ambarum praepositionum significatio videtur latissime patere, quippe in universum indicantium rationem respectumque rei. Id unum interest, quod περὶ usu frequentissimo teritur, multo rarius usurpatur ὑπέρ: quod ipsum discrimen inter Latinas praepositiones *de* et *super* locum obtinet. Sed Demosthenes a vulgari usu sic deflectit, ut passim ponat ὑπέρ, ubi assuetus consuetudini positum malit περί. V. Buttmann. in Ind. ad Midianam p. 188. Infra p. 11, 6: βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν ἔχειν. Si recte dicitur ἔχθρα ὑπὲρ τούτου, ὅ τις φοβεῖται, quidni recte dicatur πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως, quo sensu hic dictum est?"

10, 20 καὶ ὅλως—τυραννίς] Attulit Stobaeus Flor. 49, 15. Utitur eadem sententia de Philippo et Olynthiis agens in orat. c. Aristocr. p. 656, 19. DOBR.

10, 21. πολιτείας] Harpocratio: πολιτεία· ἰδίως εἰώθασιν οἱ ῥήτορες τῷ ὀνόματι χρῆσθαι ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, ὥσπερ Ἰσοκράτης τε ἐν τῷ πανηγυρικῷ καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Sic p. 54, 5. τὰς πολιτείας διασπᾶν. p. 602, 20. ὅσην πρόνοιαν ἐποιεῖτο ἐν ἅπασιν οἷς ἐτίθει νόμοις τῆς πολιτείας. Xenoph. Hell. 6, 3, 8. ὥστ' ἐοίκατε τυραννίσι μᾶλλον ἢ πολιτείαις comparavit Dobraeus. Πολιτείας et δημοκρατίας nomen conjunxit Demosth. p. 100, 13. ἐχθρὸν τῆς π. καὶ τῆς δ. ἀδιάλλακτον. Aristot. Polit. 5, 6. τὰς ἀποκλινούσας μᾶλλον πρὸς τὸ πλῆθος καλοῦσι πολιτείας.

10, 23. ἃ προσήκει] Sc. ἐνθυμεῖσθαι, gloriam majorum, Graeciae principatum, oppressis opitulandi consuetudinem, injurias Philippi, periculi magnitudinem. WOLF.

10, 24. ἐθελῆσαι] Absolute, ut ap. Thucyd. 5, 9. νομίσατε εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι. DOBR.

παροξυνθῆναι] Ira et indignatione accendi animisque exardescere ad injurias ulciscendum et depellendum. REISK.

10, 26. αὐτοὺς dicit, oppositum cogitans exercitum mercenarium. Vid. ad p. 9, 12.

10, 29. Citat h. l. Minucianus in Walzii Rhet. vol. 9. p. 613. νυνὶ γὰρ ὃ πάντες ἐθρύλουν, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖν (δεῖ posuerunt editores) Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον.

11, 4. μέχρι του Augerus interpretatur *aliquatenus, quodammodo, jusqu'à un certain point.* Rectius Schaeferus de tempore dictum accipit, quum βεβαία ἔχθρα, duratura inimicitia, opponatur.

ταῦτ'] ταὐτὰ Reiskius, quo non opus. Intelligitur τὸ πολεμεῖν.

11, 5. ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς (sic Reisk.: vulgo αὑτοὺς) ἐγκλημάτων

μισοῦσι] Injurias orator dicit eas quae ab Philippo Olynthiis erant illatae ex quo ad Atheniensium partes inclinare coeperant pacemque cum iis fecerant, quod tribus quattuorve ante hanc orationem annis factum est. Accedebat ad haec quod Olynthii infestos Philippo fratres duos ex noverca genitos in tutelam suam receperant. Quae autem injuriae illae fuerint, ab historicis non magis quam a Demosthene proditum est. Agros Olynthiorum ab Philippo, postquam Methonen expugnaverat olymp. 106, 4., vastatos esse conjecit Lucchesinius p. 304. quod colligi poterat ex ipsius verbis Demosthenis p. 13. init.

11, 10. *εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν κ. τ. λ.*] Citant hunc locum Hermogenes, Aristides et Apsines: ille de formis libro 1. p. 287. *τὸ κατὰ συστροφὴν σχῆμα σφόδρα ἐμπερίβολόν ἐστι. οἷον· εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν* Εὐβοεῦσι—. Aristides de dictione simplici 2, 13. *οὐ μὴν οὐδὲ πολλὰ δεῖ περιλαμβάνειν πράγματα ἐν τῷ ἀφελεῖ λόγῳ, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐποίησεν* (nimis ille multa uno complexus ambitu)· *εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν* Εὐβοεῦσι *βεβοηθηκότες· ἀλλ' ἐν ὀλίγοις, ὡς ἂν εὐπαρακολούθητος ᾖ σοι ὁ λόγος.* Apsines denique p. 702, 11. dictum hoc ait esse *κατὰ συστροφὴν καὶ τόνον.* Theophilus Corydaleus item in expositione rhetorica, edita a Fabricio B. Gr. vol. 13. p. 663, 11. hunc locum proponit in documentum argumentationis ab exemplo, et id quidem secundum primam speciem, qua demonstratur res praesens a re simili olim gesta. Opusculum hoc Theophili paucis annis ante una cum typis epistolicis et Aphthonio recusum fuit Halae Magdeburgicae. edente familiari quondam nostro Ambrosio Peperis, hieromonacho, in 8. 1768. REISK.

Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες] Respicit auxilia Euboeensibus adversus Thebanos missa ab Atheniensibus (olymp. 105, 3.). Citat h. l. schol. Aristidis vol. 3. p. 258, 20. additque interpretandi caussa, *ὅτε Θηβαῖοι ἐζήτουν αὐτοὺς χειρώσασθαι καὶ ἄρξαι τῆς ὅλης* Ἑλλάδος. Eodem fere tempore Amphipolitae, quos Philippus invaserat (v. Diodor. 16, 7.) Atheniensium auxilium per legatos imploraverant, sed frustra. Quo factum ut urbs per proditores mox Philippo traderetur. Hoc igitur dicit orator, si Amphipolitis pari atque Euboeensibus alacritate opem tulissetis, non solum Euboeensium, sed etiam Amphipolitarum societatem vobis adjungere eoque pacto Philippi potentiam debilitare licuissset.

11, 11. Ἱέραξ] Harpocratio, *Ἱέραξ· Δημοσθένης ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν. ὅτι ὁ Ἱέραξε ἷς ἦν τῶν ὑπ' Ἀμφιπολιτῶν πεμφθέντων πρέσβεων Ἀθήναζε, βουλομένων αὐτῶν Ἀθηναίοις παραδοῦναι καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, εἴρηκε Θεόπομπος ἐν τρίτῳ Φιλιππικῶν.*

Στρατοκλῆς] Hujus Stratoclis memoria superest in inscr. ex ruderibus Amphipolis eruta, edita ab Leakio ap. Walpolium. *Travels*, p. 510., (ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 2. p. 63.) *ἔδοξεν τῷ δήμῳ· Φίλωνα καὶ Στρατοκλέα φεύγειν Ἀμφίπολιν πολιτέων ἀειφυγίην καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας.* Eum, postquam Philippi partes, capta ab illo urbe, vicerint, ejectum esse conjicit

Boeckhius, circiter olymp. 105, 4. cui tempori etiam literarum in titulo illo genus convenit.

11, 13. *τὴν πόλιν*] Subaudi *αὐτῶν*. Amphipolin puta. REISK.

παρειχόμεθ'] Citant h. l. Ammon. s. v. *παρέχειν* p. 168. et gramm. MS. ap. Osann. ad Philem. p. 253.

11, 14. *τῆς Εὐβοέων*] *τῆς τῶν Εὐβοέων* codd. aliquot et gramm. Osanni.

11, 17. *πραγμάτων*] Amphipolitanum bellum constitisse Atheniensibus mille ducentis talentis docet Ulpianus, plus sexta parte aestimationis agri Attici, quae fuit, ut in oratione *περὶ συμμοριῶν* legimus, *ἑξάκις χιλίων ταλάντων*. Demosthenes Olynthiaca secunda 1500 *ταλάντων* meminit *τῶν μάτην ἀνηλωμένων*. Bellum autem illud fuisse tam Philippo quam Atheniensibus grave, tum ex Demosthene constat, tum ex Isocratis etiam Philippica. WOLF.

Μεθώνη] Harpocration. M. *Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. λέγοι ἂν τὴν ἐν Θρᾴκῃ, ἣν πολιορκῶν Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν. Δημήτριος δ' ὁ Μάγνης ἐν ταῖς Συνωνύμοις πόλεσι τέσσαρας εἶναί φησι Μεθώνας.* Imo septem fuerunt hujus nominis urbes, de quibus v. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 207. Notae prae ceteris sunt Methonae Macedonica et Thracica.

11, 18. *Παγασαί*] Harpocration, Π *Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. ἐπίνειόν εἰσι Φεραίων αἱ Παγασαὶ, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Φιλιππικῶν δηλοῖ.*

ἕκαστα] *ἕκαστον* ap. Hermog. vol. 3. p. 415.

11, 20. *ἐνί τῳ πρώτῳ*] In S. *ἐνί* (*ἐνὶ* a m. sec.) *τῷ πρώτῳ*. Revocandum *ἐνὶ τῷ πρώτῳ*. quocum Frankius comparavit Isaei locum p. 72, 27. *πρὸς ἕνα δὲ τὸν πρῶτον τῶν συγγενῶν προσάξω*. Lucian. Hermotim. c. 61. *οὐδὲ φιλοσοφίαν ἀφ' ἑνὸς ὧν φήσει τις τοῦ πρώτου μάθοι ἂν ἅπασαν ὁποία ἐστίν.*

προθύμως—αὐτοὶ] Nam et segniter opem tulerunt, ita ut auxilia sero venirent (p. 50, 10.) neque civilem exercitum, sed mercenarios miserunt. FRANK. Conf. ad p. 10, 26.

11, 21. *ῥᾴονι—Φιλίππῳ*] Citat Thomas M. p. 778, sq. *faciliore debellatu et multo debiliore nunc uteremur Philippo:* ne de animo Philippi intelligas. SCHAEFER.

11, 22. *νῦν δὲ*] *νῦν* non tempus praesens significat, sed adversativa s. *συλλογιστικὴ* particula est, quo sensu plerumque *νῦν δὲ*, rarius *νυνὶ δὲ*, quod hic in codicibus quibusdam scriptum est, dicitur. Utriusque exempla collegit L. Dindorfius in Thesauro vol. 5. p. 1611.

11, 23. *σχήσειν*] Hoc sensu usitatius est *ἕξειν·* sed altera forma non solum poetae usi sunt ubi metro commoda esset (velut Soph. Aj. 684. *ἀλλ' ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει*), sed interdum etiam prosae orationis scriptores, inter eosque Demosthenes ipse aliquoties, velut p. 61, 23. *ἐχθρῶς σχήσουσι.*

11, 27. Dubitant interpretes utrum post *τις* an post *οὗτος* comma ponere praestet. Rectius Frankius commata, quibus

verba ὁ τῶν Ὀλυνθίων vel οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων separantur, plane omisit. Parum vero probabilis Valckenarii conjectura est ab Dobraeo memorata verba ὁ τῶν Ὀλυνθίων delentis.

12, 1. ὑπηργμένων] Aristoph. Lys. 1159. ὑπηργμένων γε πολλῶν κἀγαθῶν. Lysias p. 164, 7. ἀνάξια τῶν εἰς ὑμᾶς ὑπηργμένων. Aeschines p. 42, 23. διεξήει τὰς ὑπηρεσίας τὰς ὑπηργμένας εἰς Φίλιππον αὐτῷ. Quod apud Demosthenem in codd. quibusdam scriptum ὑπηρετημένων parum apte de diis dictum foret.

12, 2. καίπερ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ] Eadem verba Prooem. p. 1428, 11.

12, 3. τὸ μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes de ideis t. 1. p. 293. διακόπτει τὰς παρισώσεις κατ' ἐπεμβολὰς οὕτως· τὸ μὲν γὰρ πολλὰ—τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, (καὶ ἡ ἐπεμβολὴ) πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν—βουλώμεθα χρῆσθαι· εἶθ' οὕτως ἀπέδωκε τὸ ἴσον κῶλον τῷ ἐξ ἀρχῆς· τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. ad quem Hermogenis locum ita commentatur ejus scholiastes: ἡ μὲν παρίσωσις οὕτως ἂν ἐγένετο· τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη, τὸ δὲ μὴ πάλαι τοῦτο πεπονθέναι τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν θείη. πάρισον γὰρ τὸ ἀπολωλεκέναι τῷ πεπονθέναι, τὸ δὲ θείη τῷ θείη. ἡ δ' ἐπεμβολὴ διέκοψε τὴν παρίσωσιν. REISK.

12, 4. τὸν πόλεμον] De Amphipoli recuperanda cum Philippo gestum.

12, 8. ἀλλ' οἶμαι—.] Sopater ad Hermogen. p. 315. ἔτι γε μὴν κἀκείνη τῶν τελικῶν κεφαλαίων ἡ μέθοδος κοινή, τὸ ποτὲ μὲν καθολικοὺς ἀφορισμοὺς προθέντα περὶ τῶν προκειμένων, οὕτως ἐπάγειν τὰς κατὰ μέρος ἀποδείξεις, ποτὲ δὲ ἐπὶ ταῖς μερικαῖς κατασκευαῖς ἐπάγειν τοὺς ἀφορισμούς. καὶ πολλὰ τῶν τοιούτων παρά τε Θουκυδίδῃ καὶ Δημοσθένει τὰ παραδείγματα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, προτάξας τὸν ἀφορισμὸν, ἐπάγει τὰς κατασκευάς. ἀλλ' οἶμαι παρόμοιόν ἐστι καὶ περὶ τῆς τῶν χρ. κτ. etc. REISK. In annot. p. calami lapsu Syrianum pro Sopatro nominavi.

12, 10. ἂν μὲν γὰρ—χάριν] Hermog. vol. 3. p. 285. et partim Tiberius vol. 8. p. 556.

12, 17. τῶν λοιπῶν] Eorum quae restant nobis facienda, si recte uti hac occasione volumus. Restabat autem ut bellum adversus Philippum strenue gererent.

12, 21. τούτους τοὺς ἀνθρώπους] Olynthios.

12, 23. ὅποι βούλεται] Significat terram Atticam. Tiberius vol. 8. p. 543. Ἔμφασις δέ ἐστιν, ὅταν μὴ αὐτό τις λέγῃ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἐμφαίνῃ, οἷον: "τί τὸ κωλῦον—βούλεται". ἐμφαίνει γὰρ ὅτι, κωλύειν αὐτὸν οὐδενὸς βουλομένου, τῆς Ἀττικῆς ἐπιβῆναι δυνήσεται.

12, 26. τὸ πρῶτον] Citat h. l. Hermogenes p. 309. τὸ κατ' ὄνομα κομματικὸν, οἷον· Ἀμφίπολιν, Πύδναν, Ποτίδαιαν, Παγασὰς Μεθώνην· καὶ αἱ πυκναὶ καὶ δι' ἐλαχίστου ἐξαλλαγαί· οἷον· τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν, etc. REISK. Adde anon. ap. Walzium vol. 7. p. 1022. Herodian. περὶ σχημάτων vol. 8. p. 607.

Ἀμφίπολιν—Μαγνησίαν] Accurate temporum ordinem servat

orator. Amphipolin enim olymp. 105, 3. ab Philippo occupatam esse supra diximus. Pydnam et Potidaeam Atheniensium ditioni eripuit olymp. 106. anno primo ineunte (nam sic intelligendum esse quod Diodorus 16, 8. res olymp. 105, 3. gestas exponens minus accurate dicit περὶ τοὺς αὐτοὺς καιρούς, ex iis apparet quae de Potidaea et Alexandri anno natali narrat Plut. V. Alex. c. 3.) Methonen vero obsidere coepit olymp. 106, 3. urbemque postquam per aliquod tempus obsidionem tolerasset, expugnavit: de quo Diodorus 16, 31. 34. Quo facto ab Thessalis in auxilium est vocatus, ut opem ipsis ferret adversus Pherarum tyrannos, quibus suppressis liberatisque Thessalorum urbibus, Thessalorum societatem et amicitiam sibi conciliavit. V. Diodor. 16, 35. et Demosthenem Olynth. 2. p. 22.

13, 1. ἐκβαλὼν] Hoc ad Cersoblepten, καταστήσας autem ad Amadocum et Berisadem est referendum, de quibus v. ad p. 623, 19. Gestae autem hae res sunt olymp. 107, 1.

13, 2. ῥαΐσας] Citat Harpocration s. h. v. explicans ῥᾷον ἔχων ἐκ τῆς νόσου. Morbi hujus mentio fit infra p. 30 et 43.

13, 4. τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς—] Citat h. l. Aristides in l. de dictione civili p. 232. αἱ μὲν κατ' ἀρχὰς γίνονται παραλείψεις, οἷον· Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Ἀπολλωνίαν. αἱ δ' ἐπὶ τέλει· τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. hic Arymbae nulla facta est mentio. REISK. De Paeonibus et Illyriis duas Philippus reportaverat victorias, priorem olymp. 105, 2. (v. Diodor. 16, 4.), alteram olymp. 106, 1. de qua Diodor. ib. c. 22. Hic ad posteriorem potissimum respici ab Demosthene manifestum est.

Lubet alia omnia de Philippo sentientis Isocratis locum ex oratione post pacem scripta sumtum et opes Philippi exponentem cum Demosthenis loco comparare p. 86 B.: Τί (Φίλιππος) ἐλλέλοιπεν; οὐ Θετταλοὺς μὲν τοὺς πρότερον ἐπάρχοντας Μακεδονίας οὕτως οἰκείως πρὸς αὐτὸν διακεῖσθαι πεποίηκεν, ὥσθ' ἑκάστους αὐτῶν μᾶλλον ἐκείνῳ πιστεύειν ἢ τοῖς συμπολιτευομένοις; τῶν δὲ πόλεων τῶν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον τὰς μὲν ταῖς εὐεργεσίαις πρὸς τὴν αὐτοῦ συμμαχίαν προσῆκται, τὰς δὲ σφόδρα λυπούσας αὐτὸν ἀναστάτους πεποίηκεν; Μάγνητας δὲ καὶ Περραιβαίους καὶ Παίονας κατέστραπται καὶ πάντας ὑπηκόους αὐτοὺς εἴληφεν; τοῦ δ' Ἰλλυριῶν πλήθους πλὴν τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν οἰκούντων ἐγκρατὴς καὶ κύριος γέγονεν; ἁπάσης δὲ τῆς Θρᾴκης οὓς ἠβουλήθη δεσπότας κατέστησεν; VOEM.

13, 5. Ἀρύμβαν] ἀρύββαν A. Harpocration, Ἀρύβας (ἀρύμβας codex Angel.), Ἀλκέτου μὲν υἱός, Μολοττῶν δὲ βασιλεύς· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Pausan. 1, 11, 1. Νεοπτολέμῳ δὲ καὶ Ἀρύββᾳ πατὴρ ἦν Ἀλκέτας ὁ Θαρύπου. Ἀρύββου ib. et 5. ubi codicum varietates sunt ἀρύμβου ἀρύβου ἀρρίββου. Ἀρύμβας Diodor. 16, 72. Ἀρύμβας Ἀρύβας Ἀρύββας libri Plut. V. Alex. c. 2. V. Pyrrhi c. 1. et ap. Suidam s. h. v. *Arruba* vel *Arryba* ap. Justin. 7, 6. Apparet ex his probabiliorem scripturam esse Ἀρύββαν, eamque inscriptionis auctoritate confirmavit Keilius

in Annal. Berolin. a. 1844. vol. 1. p. 437. Haec igitur restituenda. Arybbam olymp. 109, 3., qui decimus ei fuerit regni annus, obiisse successoremque habuisse Alexandrum, *συνεργήσαντος Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος*, narrat Diodor. 16, 72. a quo dissentit Justinus 7, 6. qui Arybbam regno ab Philippo privatum in exilio consenuisse perhibet. Expeditio vero a Demosthene memorata, de qua tacent historici, haud dubie ad illud est tempus referenda, quo Alceta patre mortuo Arybbam cum fratre Neoptolemo de regno contendisse tandemque imperium cum illo aequaliter divisisse tradit Pausanias 1, 11, 3. quod olymp. 107, 1. acciderit necesse est, si olymp. 109, 3. Arybbae decimus imperii annus fuit.

13, 6. not. c. *στρατιάς* S] Scrib. *στρατιάς* pr. S.

τις ἂν εἴποι] *ἄν τις εἴποι* codex Harl. Hoc ordine libri omnes p. 14, 24.

13, 13. not. c. adde, *ὅτι δεῖ* A.

13, 15. *τελευτῆσαι*] *τελευτήσειν* A^a. Infinitivi aoristi cum *ἐλπίς* constructi exempla attulit Elmsleius ad Eurip. Med. 750.

13, 16. *πρὸς θεῶν—τῇ χώρᾳ*] Citat Stobaeus Floril. 30, 14.

13, 17. *τὸν—ἥξοντα*] *ἐκεῖθεν* per attractionem dictum. Plena, h. e. ad *λογικὴν ἀκρίβειαν* exacta, oratio haec foret: *τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἐκεῖθεν δεῦρο ἥξοντα.* Sic Eurip. Heracl. 42. *νόμοισι τοῖς ἐκεῖθεν ἐψηφισμένοις θανεῖν*, i. e. *ἐκ τῶν ἐκεῖ* vel *ὑπὸ τῶν ἐκεῖ.* SCHAEF.

δεῦρο] *δεῦρ'* ap. Stobaeum.

13, 19. *ἄνδρες* om. Stobaeus.

ὥσπερ] *ὅνπερ* A^a et libri aliquot Augeri.

13, 20. *ῥᾳδίως*] Non vulgari sensu dictum, sed quo dicitur *ῥᾳδιουργεῖν* cum similibus compositis. Docet quod in sequentibus respondet *ἐρρᾳθυμηκότες*. SCHAEF. Est. levi mente, temere.

13, 21. *τῶν ἀρχαίων*] *τὰ ἀρχαῖα* sunt *τὰ κεφάλαια τῶν χρεῶν*, sortes, ut recte interpretatur Suidas, allato Aristophanis exemplo Nub. 1158. *τἀρχαῖα καὶ τόκοι τόκων* et Demosthenis p. 1253, 8. *ἀποδοῦναι οὔτε τὸν τόκον οὔτε τὸ ἀρχαῖον.* Alia attulit Reiskius in indice, inter quae unum est simile huic, p. 1200, 19. *οἴεται δεῖν καὶ τἀρχαῖα ἀποστερῆσαι.*

13, 22. *ἂν ἐπὶ*] Delendum suspicor *ἄν*, ut sit constructio *δέδοικα μὴ φανῶμεν καὶ—ἔλθωμεν.* Sensus, *I fear we shall turn out*, ut Eurip. Hipp. 520. *δέδοιχ' ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς* (vel *φανεῖ*) *σοφή.* DOBR. Delevi *ἄν*.

ἐπὶ πολλῷ] Subaudi *τόκῳ*, vel *διαφόρῳ*. magno foenore, magno intertrimento. brevis enim voluptas otii magnarum opum et sociorum jactura emitur. REISK. Vide locos similes p. 103, 1. et 372, 2. Respicit, ut videtur, Livius 3, 68. p. 322, 19. Gron. qui omnia a verbis *At enim communes res* usque ad orationis finem e Demosthene adumbravit. DOBR.

13, 23. *ὧν*] Construendum cum *πολλά*.

13, 24. *ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα*] *ὧν ἐβουλόμεθα* Stobaeus.

13, 26. *τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν*] Lucianus h. l. laudat Jovis Tra-

goedi c. 23. p. 668. et Pollux 9, 138. REISK. Hinc Prooem. 21. p. 1432, 22. ἵν' οὖν μὴ, τὸ ῥᾷστον ἁπάντων, ἐπιτιμήσω μόνον—. Vide et 40. p. 1449. 2. τοῦ μὲν οὖν κατηγορεῖν ἴσως οὐχ ὁ παρὼν καιρός· ἃ δ' ἡγοῦμαι συμφέρειν ὑμῖν, ταῦτα συμβουλεύσω. Hinc fortasse et auctor Aristogit. 2. p. 806, 10. οὐ γὰρ ἐπιτιμᾶν τοῖς συμβεβουλευμένοις χαλεπὸν, ἀλλὰ συμβουλεῦσαι καὶ πεῖσαί τι τῶν δεόντων ὑμᾶς ψηφίσασθαι. Confer etiam Isocr. de pace p. 171 D. δίκαιον δ' εἶναι—τοὺς ἐπ' εὐνοίᾳ νουθετοῦντας μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν πεπραγμένων, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύειν.—DOBR.

14, 1. οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους] Eadem sententia Prooem. 15. p. 1428, 22. et similis p. 74, 5. et Prooem. 38. p. 1447, 3. DOBR.

14, 3. οἶμαι] οἴομαι in uno est codice Y et Prooem. 23. p. 1434, 1.: in οἶμαι consentit S, cui οἴομαι male tribuit Bekkerus. Quod vulgo additum est γε, omittunt codices omnes, uno excepto Y, de quo in annot. critica monere omisi. Debetur particula librariis, qui eam non raro post οὐ μὴν intulerunt.

14, 4. ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι] Latius et plenius ita dixisset: ὑποστείλασθαι λέγοντα περὶ τούτων, ἃ ὑ. συμφέρειν ἡγοῦμαι. REISK. De v. ὑποστέλλεσθαι v. Wyttenbach. ad Julian. p. 149. sq. ed. Lips. SCHAEFER.

14, 5. διχῇ—ὑμῖν] Gemini dativi eidem additi adverbio βοηθητέον ὑμῖν τοῖς πράγμασιν, id est, ὑμᾶς δεῖν βοηθεῖν τοῖς πράγμασι. WOLF. Duplicem dativum vitare potuisset, si ὑμᾶς scripsisset: de qua constructione adjectivi verbalis dixi ad Aristoph. Eq. 72. et ad Eurip. Iph. T. 111.

14, 6. τὰς πόλεις] Urbes Chalcidicas, quas Philippus exeunte olymp. 107, 4. in suam potestatem redegerat. FRANK.

14, 7. καὶ τῷ—ποιεῖν] Citat grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 149, 23.

14, 9. ἑτέροις dicit quia milites hi oppositi sunt illis quos antea dixit τοὺς τοῦτο ποιήσαντας στρατιώτας. Monuit Schaeferus.

θατέρου] θατέρας grammaticus Bekkeri p. 159, 11.

14, 10. ὀλιγωρήσετε] ἀμελήσετε ex h. l. interpretatur Harpocration.

14, 11. ποιούντων] Subaudendum μόνον, quod in altero opposito membro v. 14. expressum est. REISK.

14, 12. παραστήσεται] Sub potestatem suam rediget. V. ad p. 597, 29. "Etymol. M. p. 653. in. Παρέστησαν, Δημοσθένης ἐνίκησαν. Quis credat, oratorem activum hoc sensu usurpasse? Tamen etiam Anecdota Bekkeri p. 289, 15. Παρέστησαν, ἐνίκησαν. Error videtur lexicographorum." SCHAEFER.

14, 15. προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει] Citat grammaticus Bekkeri p. 161, 11.

14, 16. περιέσται—πολιορκουμένων] Citat grammaticus Bekkeri p. 161, 15.

14, 18. περὶ δὲ χρημάτων πόρου] περὶ cum genitivo nonnunquam absolute ponitur, *quod attinet ad.* P. 1140, 9. περὶ γὰρ τῆς μαρτυρίας, ὅτι ψευδῆ μεμαρτυρήκασιν, αὐτοί μοι δοκοῦσιν ἔργῳ ἐξελέγχειν

αὐτήν. Xenophon Cyrop. 1, 6. 15. *καὶ περὶ μὲν τροφῆς ἐπείσθην, ἱκανὸν εἶναι ὑπάρχον.* BREM.

14, 19. *ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Hermogenes p. 414. ult. *ἐπὶ ἤθους βεβαιώσει· ἔστιν ὑμῖν, ὦ ἄ. Ἀ., χρήματα, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τ. ἄ. ἀ. στρ.* REISK.

οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων] Non apparet cur numero utatur singulari, ubi non unus aliquis homo, sed aliae civitates civitati Atheniensium oppositae cogitantur. Correxi igitur *οὐδέσι*, quod non miramur in libris et Demosthenis et Hermogenis Gregoriique Corinthii (vol. 7. p. 1198.)in *οὐδενί* fuisse corruptum. Plurali numero, qui alibi quoque offensioni fuit librariis, utitur infra p. 23. 6. *οὐδένων εἰσὶ βελτίους*, ubi *οὐδενός* superscriptum est in duobus codicibus. p. 145, 15. *παρ' οὐδέσι τούτων*, ubi codices quattuor iterum *οὐδενὶ*, unus *οὐδενὶ*, superscripto *οὐδέσι*. *οὐδένες* est ap. Pausan. 1, 28, 9. *οὐδένων* 1, 31. 2. *οὐδέσιν ὁμολογοῦντες Ἑλλήνων* 3, 24, 3. ubi codex Paris. *οὐδὲ συνομολογοῦντες*. *οὐδένας* Andocidi p. 4, 21. restituit Reiskius.

14, 20. *στρατιωτικά*] Ante Euclidis tempora hellenotamiae et pecuniam belli usibus necessariam dispensabant et, postquam Pericle auctore *certis diebus* theoricum civibus distribui coeptum est, summas ei rei definitas erogabant. Quod supererat e reditibus annuis, in aerarium referebatur, nisi quando populus aliter jussisset: tit. corp. Boeckh. 76 extr.: *ἐπειδὰν δὲ ἀποδεδομένα ᾖ τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα, ἐς τὸ νεώριον καὶ τὰ τείχη τοῖς περιοῦσι χρῆσθαι χρήμασιν.* Post tempora Euclidea dispensatione theorici ab Agyrrhio restituta novis magistratibus cura ejus rei demandata est, *τοῖς ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ* (Boeckh. oecon. reip. Ath. 1. p. 193 sqq.). Ac primum quidem quaestor reipublicae (*ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως*. *certas summas* eis videtur suppeditasse. Quod vero e reditibus annuis superesset, quum fere aerarium jam non esset, belli usibus reservari voluerunt. Auctor or. in Neaer. p. 1346. 20. *κελευόντων μὲν τῶν νόμων, ὁπόταν πόλεμος ᾖ, τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι.* Verba *ὁπόταν πόλεμος ᾖ* Apollodorus videtur addidisse. Utrum *ταμίας στρατιωτικῶν* jam tum creari coeptus sit, an postea demum Demosthenis lege perlata, non constat, sed illud probabilius est. Deinde largitiones publicae Eubuli maxime pravis consiliis ita auctae sunt, ut theorici administratores non certas summas, sed quidquid redituum publicorum superesset distribuerent. Quod quum primum per abusum fieret, deinde lege sanctum est. Anno 354/3 (Boeckh. de temporibus orat. Mid. p. 89.) Apollodorus, Pasionis filius, verbis illis *ὅταν πόλεμος ᾖ* additis veterem legem sibi visus erat restituere posse (in Neaer. l. d.), sed a Stephano quodam *παρανόμων* accusatus et *talento* multatus est (in Neaer. p. 1348, 2.) Inde apparet leges, quas Demosthenes or. 3. §. 11. sqq. ab iis ipsis, a quibus rogatae essent, dicit abrogandas esse, jam ante Apollodori rogationem latas fuisse: has enim Stephanus ab Apollodoro violatas esse dicebat. Deinde ab Eubulo legem perlatam esse, ut capite damnaretur qui ut *θεωρικὰ* fierent *στρατιω-*

τικὰ denuo rogasset. Libanius (argum. Olynth.) et Ulpianus ille p. 2. Lutet. (p. 15. ed. Dobson.) narrant. Non credo, sed e verbis Demosthenicis or. 3. §. 13. effictum esse puto. Nam exemplum Apollodori et poena quindecim talentorum a Stephano rogata (in Neaer. p. 1347, 10.) et alios ne quid simile auderent satis deterrere et Demosthenem movere poterant ut extremum eos periculum subire (ἀπολέσθαι) diceret. Sed Demosthenes hoc tempore nihil effecit. Nam etiam a. 346. Eubulus ut Athenienses pacem Philocrateam fieri juberent perfecit minitando, nisi id facturi essent, καταβαίνειν εἰς Πειραιᾶ δεῖν ἤδη καὶ χρήματα εἰσφέρειν καὶ τὰ θεωρικὰ στρατιωτικὰ ποιεῖν (Demosth. de f. leg. p. 434, 24.) similiter atque Demades postea prohibuit quominus Agidi triremes auxilio mitterentur (Lhardy Demadis p. 29 sq.). Anno 339/8 demum, quum Philippus accederet, Demosthene auctore sero τὰ χρήματ' ἐψηφίσαντο πάντ' εἶναι στρατιωτικά: Philochor. ap. Dionys. Hal. vol. 6. p. 742. SAUPP.

14, 20. οὕτως ὡς βούλεσθε] Mitius hic in introitu de re coronae injucunda auditu: mox v. 28. acerbius οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων, postquam praemiserat quae vituperationem excusarent. Habemus his locis plenas locutiones, ad quarum rationem explicandus usus adverbii οὕτως positi ἠθικῶς. V. Buttmanni Ind. ad Midianam s. v. οὕτω. SCHAEFER.

14, 22. προσδεῖ—ἐνδεῖ] Haec verba sic differunt, ut prius sit, quum deest summae jam paratae et praesenti nonnihil ad complementum, posterius, quum prorsus nihil est in parato. REISK.

14, 27. σύνταξιν] Photius p. 555, 22. σύνταξις β', πραγμάτων ἕνωσις, καὶ τὸ λαμβάνειν καὶ ποιεῖν τὰ δέοντα. quibus in Etym. M. p. 736, 5. additur ἡ ἀντὶ τοῦ συντεταγμένη οἴκησις, subjecto Demosthenis loco, quam interpretationem Harpocration quoque solam huic loco applicuit, exscriptus a Photio in glossa proxima: qui rectius διοίκησις dixissent, quod Hesychius posuit σύνταξις interpretatus ἡ τετρὰς, ἡ διοίκησις, ἡ σύνθεσις. Hoc enim dicit orator, ut recte explicat Sauppius, pecunias publicas sumendi et officia civilia obeundi eandem legem esse debere eundemque ordinem sumentium et obeuntium. Alexis ap. Athen. 2. p. 55 A. ab Dobraeo citatus, τὰ μέρη δ' ἡμῶν χἡ σύνταξις τοῦ βίου ἐστὶν κύαμος, θέρμος, λάχανον etc. "σύνταξις h. l. non differt a simplici τάξις, quo Orator de hoc ipso argumento loquens utitur in Olynth. 3. c. fin., ubi opponit ἀταξίαν." SCHAEF.

λαμβάνετε] Quod in libris quibusdam legitur λαμβάνειν errore librarii ex superiore λαμβάνειν repetitum non licet sic interpretari ut ἡγεῖσθε δεῖν cogitatione suppleatur.

14, 28. οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων] Igitur ἄνευ τάξεως, ἀτάκτως, quod supra lenius dixerat οὕτως ὡς βούλεσθε. V. not. ad v. 20. SCHAEF.

ἔστι δὴ λοιπόν] Publice habetis unde bellum geratis. Sed si has pecunias largitionibus illis consumi volueritis, nihil reliquum erit quam ut ea quae ad bellum gerendum opus sunt ipsi detis. Atque ut omnes theoricum sumitis, sic omnes conferre

oportebit. Jam videte, theoricone carere an tributa conferre malitis. Hoc *vero* certum est, pecunia opus esse. Ita et hoc apparet, δή suo loco positum esse, et *πάντας* ad omnes Athenienses pertinere neque eos tantum intelligendos esse, qui vulgo sumtus bellorum gerendorum suppeditare debeant.—Nervos quum omnium rerum gerendarum tum belli esse pecuniam quaenam aetas mortalium non intellexit? V. quae Stobaeus collegit Floril. 91.—Sperabat vero Demosthenes fore ut certe hac optione data necessitati durae cederent et theorica ad belli usus conferri paterentur. SAUPP.

15, 1. *πολλῶν—ὀλίγα*] Ob incertum belli eventum. Similiter Thucydides in oratione Corinthiorum 1. 42: *τὸ μέλλον τοῦ πολέμου ἐν ἀφανεῖ—κεῖται.* Cf. Dem. Olynth. 1. p. 9. Plutarch. Lacon. Apophth. p. 218: *τῶν δὲ συμμάχων ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ ἐπιζητούντων, πόσα χρήματα ἀρκέσει· καὶ ἀξιούντων ὁρίσαι τοὺς φόρους· Ὁ πόλεμος, ἔφη Ἀρχίδαμος, οὐ τεταγμένα σιτεῖται.* Repetitur idem in Apophth. p. 190. Cf. Plut. V. Dem. c. 17. VOEM.

15, 2. *δεῖ δὲ χρημάτων κ. τ. λ.*] Citat h. l. Stobaeus Flor. p. 594, 3. (91. 30.) scholiasta Hermogenis p. 315. quem apud scholiastam lectionis hanc reperi discrepantiam, *πάντως δὲ δεῖ χρημάτων.* REISK. Adde quos Walzius indicavit ad Nicol. Progymn. vol. 1, p. 279. et vol. 7. p. 25. "*δεῖ—δεόντων* citat etiam Olympiodorus ad Platonis Phaedonem ap. Wyttenbach. Annot. in Phaed. p. 159. Item Theodorus Metoch. p. 555. Sola *δεῖ δὲ χρημάτων* citat scholiastes ad Eurip. Phoen. 438. p. 107. ed. Matth." SCHAEF.

15, 5. *καὶ ἕως—πραγμάτων*] Sic citantur in Anecd. Bekk. p. 119, 2: *καὶ ἕως μὲν καιρὸς, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.* In libello de constr. verb. ab Hermanno edito p. 381. med. sic: *ἕως ἔστι καιρὸς, ἀντιλαμβάνεσθε τῶν πραγμάτων.* SCHAEF.

15, 6. *Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι*] Ad h. l. respicit Joann. Sicel. vol. 6. p. 193.

15, 10. Indicativus *ἔχει* non est cum verbis *ὡς ἂν κάλλιστα* construendus, quae soloeca foret oratio, sed elliptice illa sunt accipienda pro *ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι*, quod animadverterunt Meierus in schedis philologicis Vratislav. (a. 1817.) 2. p. 112. et Matthiae Gramm. § 451. collatis exemplis similibus Demosthenis p. 322, 27. *οὐχ ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην.* p. 294, 9. *ὅπερ δ' ἂν ὁ φαυλότατος καὶ δυσμενέστατος ἄνθρωπος τῇ πόλει, τοῦτο πεποιηκὼς ἐπὶ τοῖς συμβᾶσιν ἐξήτασαι.* Thucyd. 6. 57. *καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς ὁ μὲν ἐρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος ἔτυπτον καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν.*

15, 11. *αὐτὸν* non pro *αὑτὸν* accipiendum, sed *πόλεμον* intelligendum.

15, 12. *ὡς ἐπιὼν*] H. e. *οὕτως ὡς ἐπιών τις ἀναιρεῖται,* primo statim impetu et aggressu, *ὡς ἐξ ἐπιδρομῆς.* REISK. Pollux 9, 22. *τὴν πεδιάδα (πόλιν) ψέγων εἴποις ἂν—ἣν ἐξ ἐπιδρομῆς ἄν τις ἕλοι.* SAUPP.

15, 12. ἅπαντα τὰ πράγματα] Non de omni Chalcidice intelligendum, sed de summo omnium rerum Olynthiarum arbitrio. SAUPP.

15, 15. ταῦτα γὰρ ἄπιστα κ. τ. λ.] Citat Theophilus Corydaleus p. 662, 11. REISK. Scholiastes ad Eurip. Phoen. 1408. p. 290. ed. Matth. sic citat: εἰσὶ τὰ τῶν Θετταλῶν ἄπιστα δήπου φύσει ταῦτα, καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. Fuit proverbium: Ἀεὶ τὰ Θετταλῶν ἄπιστα. V. scholiast. ad Aristoph. Plut. 521. SCHAEF. V. Zenob. Prov. 4, 29, Demosth. p. 657, 25. ὑμεῖς μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδένα προυδώκατε πώποτε τῶν φίλων, Θετταλοὶ δὲ οὐδένα πώποθ᾽ ὅντινα οὔ.

15, 16. φύσει καὶ ἀεὶ] Fortasse transponendum φύσει ἀεὶ καὶ πᾶσιν, ut p. 109, 6. ἀεὶ καὶ πανταχοῦ. Diphil. ap. Athen. 6. p. 225 A. τόδε δ᾽, ὡς ἔοικε, τὸ γένος—ἐπίβουλόν ἐστι τῇ φύσει καὶ πανταχοῦ. DOBR.

15, 17. ἀπαιτεῖν—ἐψηφισμένοι] Citat grammaticus Bekkeri p. 119, 5. Eandem rem iterum tangit orator Olynth. 2. p. 21, 15.

15, 19—21. ἤκουον — καρποῦσθαι] Citant Aristides in Walzii Rhet. vol. 9. p. 380, et scholiastae Hermogenis Marcellinus vol. 4. p. 88., Syrianus et Sopater ib. p. 118.

15, 20. τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς—καρποῦσθαι] Id est portoria et vectigalia mercibus imposita quae in foris sunt venales. V. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 336 seqq. VOEM.

ἔτι δώσοιεν] ἐπιδοῖεν ap. Syrianum et Sopatrum: sed ἐπιδώσοιεν codex Ven.

15, 21. κοινὰ] De Thessalis foedere junctis conf. Schoemann. Antiq. publ. Graec. 6. §. 19. SAUPP.

15, 22. δέοι] *Debere.* Frequens hic usus optativi in oratione obliqua. Demosth. p. 1220, 11. ᾔδειν οὖν ὅτι οὗτος μὲν παραλαβὼν αὐτὴν κακῶς ἤμελλε τριηραρχήσειν. οὔτε γὰρ τῷ τριηραρχήματι οὔτε τοῖς ἐπιβάταις καὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ χρήσοιτο· οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ παραμενοῖ. p. 1222, 12. πλεύσοιτο οὖν οἷ ἐγὼ κελεύω. eodemque modo ἐῴη p. 1249, 23. Lysias p. 130, 31. οἴοιτο δὲ καὶ ἄλλο τι ἀγαθὸν παρὰ Λακεδαιμονίων τῇ πόλει εὑρήσεσθαι. Thucyd. 2, 72. παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες παρ᾽ ἐκείνοις εἴησαν. Strabo 10. p. 486. ἔλεγε—ὅτι πρεσβεύοι περὶ κουφισμοῦ τοῦ φόρου· τελοῖεν (libri deteriores τελεῖν) γὰρ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα. Tragicorum et Platonis exempla quaedam attulit Matthiae Gramm. §. 529, 3. Recentiores scriptores hujusmodi in locis ἂν particulam addere solent. Sic Procopius Histor. vol. 2. p. 180, 4. ed. meae, ὁ δὲ οὐκ ἔφη δώσειν· ἥδιον γὰρ ἂν αὐτοὺς ἐς τὸ Τιβέριδος ὕδωρ ἐμβάλλοι ἢ τῷ Πρεσιδίῳ διδοίη. Similiterque vol. 1. p. 19, 7.

15, 23. εἰ—ἀποστερηθήσεται Reiskii quoque codices plerique: pauci εἰ—ἀποστερηθῇ cum gramm. Bekkeri Anecd. p. 119, 6.

εἰς—καταστήσεται citavit Marcellinus in Walzii Rhet. vol. 4. p. 754.

15, 24. τροφὰς τοῖς ξένοις] Eadem constructione p. 1255, 16, τροφὰς μητρί. Alia comparavit Schoemann. ad Isaeum p. 264.

15, 25. ἀλλὰ μὴν — Ἰλλυριόν] Citant schol. Arist. Acharn. 338. ubi de numero singulari nominis gentilis pro plurali posito

agit. Marcellin. l. c. Gregorius Cor. de dial. p. 127. Παίονα καὶ τὸν Ἰλλυριὸν etsi eo modo intelligi potest quo schol. Arist. voluit, probabilius tamen est singularem positum esse ab Demosthene, quod reges horum populorum in mente haberet.

15, 26. *τούτους*] H. e. reges a Philippo devictos, ut Thracum, Epirotarum, alios. SAUPP.

αὐτονόμους — ἐλευθέρους] ἐλεύθεροι καὶ αὐτόνομοι junguntur etiam p. 327, 9. "*αὐτόνομοι* populi suis legibus; ἐλεύθεροι et suis magistratibus et suis legibus libere fruuntur. Spanhem. de usu et praest. num. vol. 1. p. 674. sqq. Boeckh. Oecon. p. 433. sqq." VOEM.

15, 27. *καὶ γὰρ—εἰσί*] Citat grammaticus Bekkeri p. 154, 9. sed omisso *γάρ*.

15, 28. *ἀήθεις τοῦ κατακούειν*] Hi populi bellicosi usquequaque rebellabant contra Philippum. Diodor. 16. 2. ad olymp. 105, 1: οἱ δὲ λοιποὶ (Μακεδόνες) καταπεπληγμένοι τὰς τῶν Ἰλλυριῶν δυνάμεις, περίφοβοι καθειστήκεισαν καὶ πρὸς τὸ διαπολεμεῖν ἀθύμως εἶχον. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν (olymp. 105. 1) Παίονες μέν, πλησίον τῆς Μακεδονίας οἰκοῦντες, ἐπόρθουν τὴν χώραν, καταφρονοῦντες τῶν Μακεδόνων cet. cf. c. 22. Isocrat. Ep. 2. ad Philippum p. 410 D: Ἐνθυμοῦ δ' ὅτι—δικαίως κέχρησαι Θετταλοῖς, ἀνδράσιν οὐκ εὐμεταχειρίστοις, ἀλλὰ μεγαλοψύχοις καὶ στάσεως μεστοῖς. Etiam contra Alexandrum M. rebellaverunt illi, Thessali autem in fide manserunt. Vid. Arrian. Exped. 1, 1. 5. ubi Thraces, Paeones et Illyrii dicuntur εὐρωστότατοι τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην καὶ μαχιμώτατοι. Cf. supra p. 13. et Olynth. 2. p. 20. Heyn. Opusc. Acad. vol. 4. p. 164. VOEM.

ἄνθρωπος ὑβριστής] Non superbe quidem agebat Philippus cum subjectis, erat enim comis et affabilis, facilitate et humanitate summa, beneficus, mansuetus, clemens. Quae Philippi virtutes exponuntur in laudatione Valckenarii p. 239—246. Quae laus Demosthenicis quoque epistolis conceditur p. 1477: Φίλιππος τραφεὶς ἐν ἐξουσίᾳ, ὅμως ᾤετο δεῖν, ἡνίκ' εὐτύχησε μάλιστα, τότ' ἀνθρώπινα πράττων φαίνεσθαι. cf. p. 1468; quanquam sub finem vitae felicissimus ille suae aetatis rex se duodecim Piis adnumerabat. Diodor. 16, 95. At vero erat idem procax, petulans, improbus. Vid. Olynth. 2. p. 23. Eaque vitia, ἀσέλγειαν καὶ ὕβριν, significat Demosthenes et hic et alibi, Philippum dicens ὑβριστήν. Namque in ἀσέλγεια inest notio ὕβρεως. (Dem. Mid. init. Bekkeri Anecd. p. 451, 10.) Et profecto etiam *superbus* is Atheniensibus, scilicet principibus Graecorum, videbatur, qui homo barbarus ausus esset eos bello vexare et fortasse etiam inter convivas et amicos hostium talium dignitati illudere. Dem. Phil. 1. p. 42. VOEM.

15, 29. *μὰ Δί'*] μὰ τὸν Δί' Syrianus schol. ad Hermog. vol. 4. p. 119. νὴ Δία Maximus Planud. vol. 5. p. 241. et cod. Monac. anonymi vol. 7. p. 127. ubi reliqui μὰ Δί'.

16, 1. *τὸ γὰρ εὖ πράττειν κ. τ. λ.*] Celebris haec est sententia, a multis laudata, ut ab Hermogene p. 181: τοῦτο δὲ μάλιστα

πάσχουσιν αἱ γνωμικαί. ἔστι δὲ γνωμικὴ περίοδος αὕτη· τὸ γὰρ εὖ πράττειν—τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. et Aristide de dictione civili p. 186: *καὶ τὸ γνωμολογεῖν δὲ τῆς σεμνότητός ἐστιν, οἷον· τὸ γὰρ εὖ πρ.*—item ibidem p. 310: *περίοδος δ' ἐκ μὲν ἑνὸς κώλου συνίσταται, ὡς τό· τὸ γὰρ εὖ πρ.*—item p. 392. ubi negat Aristides, huic dictioni, quae civilem vel maxime deceat, locum in dictione simplici esse. a Stobaeo Gesneri p. 566, 20. a Plutarcho Moral. p. 100, 7. REISK. Multa ex his Demosthenicis tanquam e fonte hausta congessit Wyttenbachius in Julianeis p. 204. sq. ed. Lips. SCHAEF. Demosthenes a Thucydide (3, 39.) profecisse videtur: *εἴωθε δὲ τῶν πόλεων, αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν, τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν.* Cf. id. 4, 17. VOEM.

16, 1. *παρὰ τὴν ἀξίαν*] *Praeter meritum, contra dignitatem. παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν* p. 20, 17. SCHAEF.

16, 2. *πολλάκις* addidit: plerumque enim bona difficilius comparari quam servari dicuntur. p. 26 extr.: *πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκεν.* Sed cf. p. 472, 2, Thucyd. 3, 39: *κακοπραγίαν ὡς εἰπεῖν ῥᾷον ἀπωθοῦνται ἢ εὐδαιμονίαν διασῴζονται.* SAUPP.

16, 4. *δεῖ τοίνυν ὑμᾶς κ. τ. λ.*] Citat Theophilus Corydal. p. 728. § 47. REISK.

τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου] Bellum Olynthiorum, Thessalorum perfidiam, barbaros novis rebus studentes. WOLF.

τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας] Demosth. p. 1122 extr.: *τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς καὶ χρείας εὐτυχήματα σαυτοῦ νομίζων.* Heliodor. Aethiop. 2. p. 75, 19: *τὴν ἀσχολίαν τὴν ἐκείνου σχολὴν ἑαυτῆς ἐποιεῖτο.* Livius 4, 58: *tantum abfuit ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur.* DOBR.

16, 5. *ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα*] Citantur in Anecd. Bekk. p. 171, 10. Interpretatur grammaticus: *οἷον κατασκευάσαι καλῶς.* Minus recte: debuit enim *ο. συγκατασκευάσαι κ.* Leguntur etiam in libello de constr. verb. ab Hermanno edito p. 359. ubi melius: *συναίρομαι ἀντὶ τοῦ βοηθῶ. συναίρεσθαι* cum accusativo rei jungitur. Eurip. Or. 757: *συνηράμην φόνον σοι μητρός.* SCHAEF.

16, 6. *ἐφ' ἃ δεῖ*] ad negotia curanda, quae curari oportet. Minus recte schol. SCHAEF.

16, 8. *λογιζομένους—ἐλθεῖν*] Exspectabas *λογιζομένους ὅτι—ἑτοίμως ἂν ἔλθοι,* pro quo mutata orationis forma ad interrogationem transiit. Quocum Dobraeus exempla similia comparavit, p. 581, 22. *ἐνθυμεῖσθε—τίνος συγγνώμης—τυχεῖν ἂν οἴεσθε;* p. 1075, 3. *ἐκεῖνο δ' ἐνθυμεῖσθε—τί ποτ' οἴεσθ' ἡμᾶς πάσχειν ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ;* Lysiae p. 189, 26. *ἐνθυμήθητε ποίων ἂν ὑμῖν δοκεῖ—.*

τοιοῦτον καιρὸν καὶ πόλεμος γένοιτο π. τ. χ.] Idem est ac si dixisset *τοιοῦτον καιρὸν, ὥστε πόλεμον γενέσθαι πρὸς τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ.* REISK. Aliquanto plus dixit. *τοιοῦτον καιρὸν,* scil. *οἷος*

ὁ νυνὶ, tam prosperae *περιστάσεις,* quales nunc praeter spem extiterunt, quibus, si sapimus, in Macedonis perniciem haud cunctanter utemur: ille enim in nostram perniciem rapiet, sicubi repererit. SCHAEF.

16, 10. *τῇ χώρᾳ*] Atticam dicit.

16, 11. *εἰ μηδ᾽—οὐ τολμήσετε*] Negatio *οὐ,* quae abesse debebat, addita est, quia intercapedo inter *εἰ μηδ᾽* et *τολμήσετε* vim hujus conditionis negantem nonnihil obscuravit. SCHAEF. Oratio ita est conformata, quasi non adessent verba *εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ μηδέ.* Nam duobus modis haec sententia enuntiari poterat, aut *εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδ᾽ ἃ πάθοιτ᾽ ἂν, εἰ δύναιτ᾽ ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες τολμήσετε;* aut, *εἶτ᾽ ἃ πάθοιτ᾽ ἂν—ταῦτα—οὐ τολμήσετε;* Sic constructionem recte expedivit Bremius: ex quo apparet simul cur *οὐ τολμήσετε,* non *μὴ τολμήσετε* dixerit orator. *οὐ* deleri voluit Frankius. In vulgata scriptura consentiunt Hermogenes vol. 3. p. 152. 155. Minucianus vol. 9. p. 608.

16, 13. *ἔτι τοίνυν.*] Syrianus ad Hermogenem p. 316. ult. *ἀπορήσειεν ἄν τις, τίνι διαφέρει τὸ ἐκβησόμενον κεφάλαιον τῆς ἐν τῷ συμφέροντι ἐκβάσεως. ἐν ᾗ φαμὲν ὅτι συμμαχησάντων μὲν ἡμῶν τάδε ἀποβήσεται, μὴ συμμαχησάντων δὲ, τάδε. Φαμὲν οὖν ὅτι ἐν μὲν τῇ τοῦ συμφέροντος ἐκβάσει τὰ προσεχῆ ἐξετάζομεν τέλη, ἐν δὲ τῷ ἐκβησομένῳ τῶν ἐκεῖ τελῶν ἐξετασθέντων τὰ τέλη διασκοποῦμεν. τὴν δὲ διαφορὰν ταύτην ἔδειξεν ἡμῖν ὁ Δημοσθένης ἐν Ὀλυνθιακῶν πρώτῳ· τὸ μὲν συμφέρον ἐξετάζων ἔφη ὅτι συμφέρει Ὀλυνθίοις βοηθῆσαι. εἶτα ἡ ἔκβασις. τοῦτο γὰρ ἡμῶν ποιησάντων, ἐν Μακεδονίᾳ ἔσται ὁ πόλεμος, μὴ συμμαχησάντων δὲ τοῖς Ὀλυνθίοις, ἐλθὼν εἰς τὴν Ἑλλάδα Φίλιππος πολεμήσει τὴν Ἀττικήν. καὶ ταῦτα μὲν τὰ προσεχῆ τῆς ἐκβάσεως τέλη. τὰ δὲ τῶν τελῶν τέλη, ἅπερ εἰς τὸ ἐκβησόμενον ἄγομεν, ἐκεῖνα, ὅτι ἐν Μακεδονίᾳ μὲν πολεμοῦντες πλεῖστα κερδανοῦμεν, ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ τοῦ πολέμου συστάντος, τάδε καὶ τάδε ἡμᾶς περιστήσεται τὰ δεινά. τὴν μὲν οὖν τοῦ συμφέροντος ἔκβασιν ἐξετάζων τάδε φησίν· ἔτι τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ᾽ ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς τις* (sic) *ἐστὶν ὑμῖν—κακῶς ποιήσετε. καὶ ἑξῆς. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐκβησομένου πάλιν ἐξετάζων τάδε φησίν· ἀλλὰ μὴν ἡλίκα γέ ἐστι τὰ διάφορα ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι—χρωμένους τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνεται* [*λαμβάνειν* nunc ex codd.] *καὶ ἑξῆς. καὶ προτρέψαι δὲ καὶ ἀποτρέψαι ἱκανωτάτη ἐστὶν ἡ τοῦ ἐκβησομένου ἐξέτασις. διόπερ ἐπιμελῶς αὐτῇ χρῆσθαι προσήκει.* REISK. Adde Sopatr. ap. Walz. vol. 4. p. 763. anon. vol. 7. p. 1025.

ἔτι τοίνυν] *τοίνυν* h. l. non est *συλλογιστικὸν,* sed *μεταβατικόν*, quo sensu inprimis ab oratoribus frequentatur. Demosthenes p. 581, 14. *πέπυσμαι τοίνυν.* p. 599. 23. *ἔτι τοίνυν ἐπιχειρεῖ λέγειν.* Add. p. 645, 14. 25. p. 646, 24. p. 685, 28. Lysias p. 648. R. *ὁ τοίνυν Νικίου οἶκος κ. τ. λ.* p. 649. *Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου κ. τ. λ.* Xenophon Cyrop. 1, 1, 2. *καὶ τοῖς καρποῖς τοίνυν κ. τ. λ.* Statim sequitur *ἔτι τοίνυν οὐδεμίαν πώποτε ἀγέλην κ. τ. λ.* Ibid.

§. 5. *καὶ τοίνυν τούτων τῶν ἐθνῶν ἦρξεν κ. τ. λ.* Verte *porro, praeterea.* SCHAEF.

16, 16. *ἐὰν—Ὀλυνθίων*] Lexicographus Paris. ap. Osann. ad Philem. p. 253. haec citans dat *εἰ—ἀντέχει—*. SCHAEF.

ἀντέχῃ] Zonaras p. 218. *Ἀντέχει.—Δημοσθένης—ἀντὶ τοῦ ὑπομονητικῶς ἔχει.* SCHAEF.

16, 17. *τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν*] Vulgo de Macedonia interpretabantur. Sed praeeunte H. Wolfio bene V. Chr. Fr. Rostius: "Primum," inquit, "*καρποῦσθαι* de militibus praedantibus haud satis commode dici videtur; deinde autem nimis hyperbolice Philippus, si Olynthiorum res salvae et incolumes essent, ita viribus fractus diceretur, ut hostes *ἀδεῶς* ejus terram praedari possent; denique et *ταύτην* δεικτικῶς dictum ad res spectat oculis obversantes, non spectat ad remotiores. De Atheniensium igitur agris haec verba dicta accipio, quem sensum etiam ea quae sequuntur videntur postulare: *ἂν δ' ἐκεῖνα* (i. e. *τὰ τῶν Ὀλυνθίων*)—*δεῦρο βαδίζειν*;"—Philippi vero terrae (*τῇ ἐκείνου*) opponitur ea, quam habent (*ἡ ὑπάρχουσα*) et quae hereditate a patribus accepta Atheniensium propria est (*ἡ οἰκεία*). Utrumvis enim facit ut Athenienses tranquillum agrorum Atticorum usum optare debeant. Ne vero in unum coalescant, sed per se utrumque spectetur, articulum repetit. Sic Lycurg. p. 166, 6. *τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον θήσεται.* Demosth. p. 441. *τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον—θέσθαι.* p. 1178. 1183. *τῶν οἰκείων καὶ τῶν ἐπιτηδείων.* p. 1335. *τοῖς ἀπείροις καὶ τοῖς νέοις.* p. 1341. *τὰ δεινὰ καὶ τὰ παρὰ τοὺς νόμους πεπραγμένα.* SAUPP. Conf. ad p. 664, 4.

16, 20. *τίς αὐτὸν κ. τ. λ.*] Syrianus ad Hermog. p. 308, 22. *χρήσιμον δὲ ἡ τοῦ ἀναγκαίου ἐξέτασις καὶ μάλιστα χώραν ἔχει ἐν ταῖς δυσκολίαις τῶν πραγμάτων, ὅταν ἐπὶ πόνους ἢ δαπάνας ἢ ἄλλο τι τῶν δυσχερῶν παρακαλῶμεν τοὺς ἀκούοντας. ἔνθα καὶ ἡ τοῦ ἐκβησομένου ἐξέτασις ἀναγκαία, ὡς, εἰ μὴ τάδε πράξομεν, τάδε ἡμᾶς καὶ τάδε περιστήσεται τὰ δεινά. ὅπερ Δημοσθένης ἐν Ὀλυνθιακῷ ποιεῖ κατασκευάζων, οἷα συμβήσεται τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ μὴ βοηθήσειαν Ὀλυνθίοις. καὶ γὰρ, "εἰπέ μοι, τίς αὐτὸν κωλύσει δεῦρο βαδίζοντα—ἢ ἄλλος τις;"* REISK. Egregie et plane Demosthenice Syrianus: *εἰπέ μοι, τίς αὐτὸν—*. Formula *εἰπέ μοι* vim interrogationis quae sequitur multum auget. p. 718, 15. *εἰπέ μοι, τί δεινότατον πάντες ἂν ἀκούσαντες φήσαιτε, καὶ τί ἂν μάλιστα ἀπεύξαισθε;* Nostro loco significantissimum hoc *εἰπέ μοι* e nullo adhuc codice enotatum esse miror, ac prope est ut doleam: rhetorem enim memoriter citantem de suo addidisse mihi parum probabile fit. Etiam participium *βαδίζοντα* vide ne ipsius sit oratoris. SCHAEF. Cum Syriano vol. 4. p. 739. (cui pro *καὶ γὰρ* restituendum *φησὶ γὰρ* ex cod. Ven., qui omittit *εἰπέ μοι*) consentiunt duo alii scholiastae, alter Hermogenis vol. 7. p. 604. alter Aphthonii vol. 2. p. 679. Sed tres illos scholiastas, qui *εἰπέ μοι* addunt, *ἔτι* autem omittunt, et *βαδίζοντα* scribunt, facile intelligitur unius

instar testis esse, antiquioris rhetoris exemplum secutos, qui oratoris verba memoriae errore leviter mutata apposuerat, quum menti obversaretur locus similis p. 12, 22. *φρασάτω τις ἐμοὶ τί τὸ κωλῦον ἔτ' αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται.* Sententiam suis verbis expressam posuit Sopater vol. 5. p. 36. *ὅτι σωζομένων μὲν Ὀλυνθίων ἐν Μακεδονίᾳ ἔσται ὁ πόλεμος, φθειρομένων δὲ τίς αὐτὸν κωλύει δεῦρο βαδίζειν;*

16, 20. Θηβαῖοι—εἰπεῖν] Cum scriptura vulgata consentiunt scholiastae Hermogenis et Aphthonii locis cit., nisi quod tres priores ἢ omittunt, quod habet Sopater vol. 5. p. 36. Partem veri viderat Dobraeus, cujus haec est annotatio "Sensus, opinor, *δέδοικα μὴ λίαν μὲν πικρὸν, ἀληθὲς δ' ᾖ.* Vide Phil. 3. p. 110. 10. Possis vel *ἦν μὴ—εἰπεῖν ᾖ,* vel *εἰ μὴ—ἦν,* ut unus vel duo MSS. Hoc verum puto, subaudito *εἶπον ἄν.* Vide Prooem. 36. p. 1445. 25. Plato Euthyd. p. 283 E. *εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν—.* Livius 7, 40. p. 662. prope fin.: *Neque in hos—mitior quam in vos, horreo dicere, hostes.*" Cum locutione *εἰ μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν* apte H. Stephanus in Thesauro comparavit Synesii verba Epist. 137. p. 274 D.

16, 21. Φωκεῖς] Afflicti tum temporis Phocenses erant belli sacri calamitatibus, quod olymp. 105. 4. geri coeptum decimo demum anno est finitum. Eo in bello, de quo vid. Diodor. 16, 23. seqq., a Thebanis omnium primis contra Phocenses acerrime est pugnatum, Athenienses vero foedere juncti erant Phocensibus. Ex his satis intelligitur cur Thebani, veteres illi etiam aliis de caussis inimici Atheniensium, Philippum in terram Atticam irrupturum non solum non impedituri, sed adjuturi adeo esse dicantur.

16, 23. ἢ ἄλλος τις;] Non respondet, quia praeter Thebanos et Phocenses de aliis, qui Philippum cohibere possent ne Atticam invaderet, ne cogitari quidem poterat. SAUPP.

ἀλλ' ὦ τᾶν—] Citant h. l. Sopater l. c., Maximus Planud. ib. p. 275. et anon. vol. 7. p. 282.

οὐχὶ βουλήσεται] Sc. *δεῦρο βαδίζειν ὁ Φίλιππος.* Hoc enim quis Demostheni, periculum esse ne Philippus Atticam ipsam invadat graviter admonenti, opponere possit. In quo dicendi genere *ὦ τᾶν* saepe usurpatur: or. 3. p. 36. 18. p. 329. SAUPP.

16, 25. V. Theophil. Corydal. p. 729. 6. Apsines in Arte rhetor. cap. de utili p. 706. *τὸ συμφέρον κατασκευάζεται ἀπὸ τῶν ἐκβάσεων, οἷα ἐκβήσεται πεισθεῖσι. τελεία δὲ ἀπόδειξις συμφέροντος, ὅταν ἐπ' ἄμφω ἀποδείξῃς, τί μὲν ἐκβήσεται πεισθεῖσι, τί δ' εἰ μὴ ὑπακούσαιεν. ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν Ὀλυνθιακοῖς· ἀλλὰ μὴν ἡλίκα τὰ διάφορα* etc. REISK.

16, 26. *ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ*] Quum *ἢ ἐκεῖνος* alibi (v. ad p. 41, 17.) *ἢ 'κεῖνος* vel *ἠκεῖνος* scribatur, nihil impedit quominus eadem sive aphaeresis sive crasis adverbio adhibeatur *ἐκεῖ,* ut factum hic est in S. Itaque *ἐνθάδ' ἢ 'κεῖ* scribendum.

16, 27. *εἰ γὰρ ὑμᾶς κ. τ. λ.*] Minucianus p. 160. n. 30. figuram hanc appellat enthymema *ἀπ' ἀναπλασμοῦ,* a figmento, et pro *ἔξω*

γενέσθαι dat, e memoria recitans, ἔξω τῆς πόλεως στρατοπεδεύσασθαι. REISK. Citat etiam schol. Hermog. vol. 7. p. 4.

16, 27. τριάκοντα ἡμέρας] Libentius Attici dicebant τριάκοντα ἡμέρας quam μῆνα, ut Galli non dicunt *une semaine*, *deux semaines*, sed malunt *huit jours*, *quinze jours*. Sic σπονδὰς τριακονθημέρους dicere malebant quam μηνιαίους. ELMSL. ad Aristoph. Ach. 858. Conf. Drakenborch. ad Liv. 28, 41. VOEM.

16, 28. ἔξω] Scil. τῆς πόλεως. WOLF.

16, 29. στρατοπέδῳ] Videtur cum χρωμένους esse conjungendum, et στρατοπέδῳ χρῆσθαι idem esse, atque στρατοπεδεύειν, ἐν στρατοπέδῳ εἶναι, ut sententia sit: καὶ λαμβάνειν στρατοπεδεύοντας τῶν ἐκ τῆς χώρας γιγνομένων τοσαῦτα, ὅσα ἀνάγκη ἐστὶ λαμβάνειν στρατοπεδεύουσιν. REISK.

17, 1. λέγω] Notabilis hic usus verbi λέγω, quippe positi pro formula καὶ ταῦτα. καὶ ταῦτα μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ πολεμίου. SCHAEFER.

17, 3. ὅσα εἰς—δεδαπάνησθε] Citantur in fragmento lexici Graeci ab Hermanno edito p. 346. med. SCHAEFER.

τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον] Amphipolitanum, in quod, auctore Ulpiano, 1200 talenta sunt impensa. WOLF. P. 36, 9. πλείω ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον.

δεδαπάνησθε] δεδαπάνηται Aug. sec. apud Reiskium, quod ab librario positum significationem activam praeteriti δεδαπάνημαι ignorante. Isocrat. p. 383 A. πολλὰ τῶν ἐμαυτοῦ δεδαπανημένος εἰς τὴν πόλιν.

17, 5. ἡ ὕβρις] Scilicet ἡ τῶν πολεμίων, protervitas est petulantia militaris. WOLF.

17, 6. πραγμάτων αἰσχύνη] Id est rei male gestae atque ignaviae et socordiae dedecus. WOLF.

ζημίας] Detrimenti rei familiaris. SCHAEF.

17, 7. τοῖς γε σώφροσιν] Eurip. Phoen. 557. ἐπεὶ τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν. BREMI.

17, 9. καλῶς ποιοῦντες κέκτηνται] Quae possident, quorum de possessione ipsis congratulor laetorque et collaudo, ut recte factum et decens quod ea possideant. REISK. P. 304, 26. comparavit Schaeferus, τῆς φιλανθρωπίας—ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες τοὺς καρποὺς κεκόμισθε.

17, 10. μικρὰ—ἀδεῶς] Citat grammaticus in Anecd. Bekk. p. 149, 24. pro καρπῶνται dans καρποῦνται: credo, de industria, ne sensus suspensus sit. SCHAEFER.

17, 11. τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ] Harpocration, ἡλικία (τῆς πόλεως addunt Photius, Suidas et grammaticus Crameri Anecd. Oxon. vol. 2. p. 495, 32.): ἀντὶ τοῦ (οἱ addit Suidas, non Photius,) ἐν ἡλικίᾳ οἱ νέοι· Λυκοῦργος κατ' Ἀριστογείτονος καὶ (Λυσίας καὶ Photius et Suidas) Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Verba ἐν ἡλικίᾳ loco alieno inserta. Scribendum ἡλικία: οἱ ἐν ἡλικίᾳ ἀντὶ τοῦ οἱ νέοι.

17, 13. τῆς οἰκείας ἀκεραίου] Ne quis hoc habeat pro exemplo epitheti sine articulo postpositi, sciat ἀκεραίου h. l. legitime subjici. Explica: ἀκεραίου οὔσης, ἕως ἀκέραιός ἐστι. SCHAEFER.

17, 13. *τοὺς δὲ λέγοντας*] Quanquam omnes, qui aliquam partem rerum publicarum administrabant, rationem reddere debebant, tamen oratores *εὐθύνας* sensu proprio *οὐκ ἔδωκαν*. Sed quum is, qui perniciosa suasisse videretur, *ἀπατήσεως τοῦ δήμου* accusari posset (Meier. de lite Att. p. 344 sqq.), etiam oratori rationem dandam esse jure dicere poterat. Omnino qui se coram populo defendit et excusat rationem reddit. SAUPP.

17, 14. *εὔθυναι*] Vulgo *εὐθύναι*, quo accentu non raro in codicibus veteribusque editionibus scribitur. Bekkerus tacite *εὐθῦναι*. *εὐθύνα* vulgo p. 717, 20. ubi *γρ. εὔθυνα* annotatum est in cod. Bavarico, *γρ. εὐθύνη* in Aug. 1., Bekkerus vero *εὐθῦνα* edidit cum hac annotatione "*εὐθῦνα*] *εὔθυνα* Y. r. s. *εὐθύνα* (η) O." Et sic *εὐθῦνα* scriptum ap. grammaticum Bekkeri p. 187, 3. qui *πρὸς τοὺς κακῶς ἄρξαντας ζημία* interpretatur: nisi hic typothetae error est, quum Bekkerus *εὐθῦναι* ex h. l. in indicem retulerit p. 1376. Nominativus *εὐθύνη* est ap. Pollucem 8, 21. 45. 67. et in Etym. M. p. 391. 56. Sed Pollucis codices *εὐθύνα*. Ex his quum satis appareat formae *εὐθύνη* auctoritatem nullam esse, accentus autem illi *εὐθύνα* et *εὐθῦνα* manifeste vitiosi sint omnique ratione destituti, sequitur veram vocabuli formam esse *εὔθυνα*, quam diserte praecipit scholiasta Demosthenis ad p. 717. 20. *περὶ δὲ τοῦ λόγου* (*τόνου* Taylorus) *τῆς εὐθύνης ἤδη εἴπομεν ὅτι προπαροξύνεται*. Pluralis igitur est *εὔθυναι, αἱ*, prosperispomenon autem est *εὐθῦναι, οἱ*, ab nominativo *εὐθύνης, ὁ*.

17, 17. *παντὸς ἕνεκα*] Similis peroratio orationis Philippicae primae, *νικῴη δ' ὅ τι πᾶσιν ὑμῖν μέλλει συνοίσειν*. et Philippicae tertiae, *ὅ τι δ' ὑμῖν δόξει, τοῦτ', ὦ πάντες θεοὶ, συνενέγκοι*. "Æschylus Agam. 130. 137. 154: *τὸ δ' εὖ νικάτω*. Clausula est prospera ominantis. *παντὸς* vero non est masculinum, (quod putavit Wolfius praeeunte Ulpiano) ut divites, juvenes, oratores complectatur, sed neutrum eo sensu dictum, ut Demosthenes non tantum divitum, juvenum, oratorum caussa bona omnia se precari significet, sed, quod bonum civem decet, nec hominis singuli nec civium generis ratione habita rempublicam sospitem esse et florere cupit. *παντὸς ἕνεκα* igitur est quod nos dicimus *in alle Wege*; cf. *παντὸς μᾶλλον* et similia." SAUPP. Anglice *always*.

II.

OLYNTHIACA SECUNDA.

In Libanii argumentum.

17, 26. *ἰδίαν*] Quod in aliis libris est *οἰκείαν* mihi unice placet, quippe aliquanto magis definitum: significat enim opes Macedoniae proprias. Sane hae opes fuerunt Philippi *ἴδιαι*: sed ille *πάντα τὰ ὑπὸ χεῖρα σφετερισάμενος* habuit *ἰδίας* etiam alias, quae *οἰκεῖαι* ejus dici non possent; de solis autem *οἰκείαις* h. l. agi, ostendunt quae sequuntur, *τοὺς γὰρ Μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ' ἑαυτούς*. Demosthenes p. 22. in. *τὰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς καὶ δυνάμεως*. SCHAEFER. *ἰδίαν*, ut quae unius Philippi propria esset. Ipse orator *οἰκείαν*, *domesticam*, vocat, quo vocabulo paternum Philippi regnum per se solum, non auctum illud quidam sociorum opibus, significatur. FRANK.

18, 1. Excerpsit hanc orationem Macarius Chrysocephalus in Villoison. Anecd. vol. 2. p. 10. VOEM.

18, 1. Recitat hunc locum bis Aristides in Arte, p. 166. *ἔνδοξά ἐστι πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν, οἷον ὅταν εἰς τὰ θεῖα ἐπανάγῃς τὰς ἐννοίας. θεῶν εὔνοιαν. τύχης χρηστότητα. οἷον ἐπὶ πολλῶν ἄν τις ἰδεῖν δοκεῖ μοι*—et p. 206. ubi *περιβολῆς* seu amplificationis genus ait esse, ut ab infinito ad finitum transeatur. *καὶ τρίτον παράδειγμα. Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις—γενομένην τῇ πόλει. εἶτα ἡ ἐπὶ τὸ ὡρισμένον ἀπαγωγή· οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι.* Scholiastes anonymus Christianus ad Hermogenis l. de inventione p. 352. *ἐν μέντοι τισὶ λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησόμεθα. δυσὶ μέν, ὡς ὁ Δημοσθένης—. τρισὶ δέ, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, ὧν πρῶτον μέν· Ἐπὶ πολλῶν μὲν—δεύτερον δέ* (18, 17.)· *τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄ. Ἀ., τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι· τρίτον δέ* (19, 9.)· *τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλῶν* etc. REISK. Rufus hoc prooemium sic citat p. 77: *Ἐπὶ πολλῶν ἄν τις ἴδοι, ὦ δικασταί, τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν τῇ πόλει φανερὰν γιγνομένην, οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασιν.* Mirus Technici error illud, *ὦ δικασταί.* SCHAEFER.

18, 3. *γιγνομένην*] Orator hoc praedicat ut rem non tantum factam aliquando, sed fieri solitam, quae et antea facta sit

et nunc fiat et postea futura sit. SCHAEF. De fortuna Atheniensium cf. or. 4. p. 43. SAUPP.

18, 4. *τὸ γὰρ τοὺς*—] Subjectum infinitivi continetur verbis *κεκτημένους* et *ἔχοντας*: quod intellexit Schaeferus, qui interpretatur, *Quod enim evituerunt qui cum Philippo bellaturi sint, iique tales, qui et regionem finitimam possideant, neque opibus careant*, etc.

18, 5. *χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτημένους*] Haec inter argumenta *συμμαχίας* numerat scriptor Rhetor. ad Alex. p. 16. 5. ed. Spengel. quem v. p. 129.

18, 9. *δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ*] *Coeleste quoddam ac divinum beneficium videtur esse*. Nam duo vocabula posuit, ut significantius diceret. Si discrimen quaeris, *θεῖα* dicuntur quaecunque ab ipsis diis profecta sunt, *δαιμόνια* quae supra hominum vires esse videntur miraculorumque instar habentur. FRANK.

18, 11. *αὐτοὺς*, pro quo in ed. Aldina Taylori *ἡμᾶς* positum est, opponitur *τοῖς θεοῖς*, quorum notio in praecedentibus verbis continetur, ut *αὐτὸς* et *ὁ θεὸς* ap. Aeschylum Pers. 742. *ἀλλ᾽ ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὡ θεὸς ξυνάπτεται*, ubi similes sententias compararunt interpretes.

18, 13. *ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes de formis l. 2. p. 353. *ἔτι ἐνδιάθετον σχῆμα καὶ ἡ τοιαύτη ἐπιδιόρθωσις, ἡ αὐξήσεως ἕνεκα παραλαμβανομένη. οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε—ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. καὶ πάλιν· ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων.* REISK.

18, 15. *φαίνεσθαι προϊεμένους*] *φανερῶς προΐεσθαι*. WOLF. V. Excerpta ex grammatica Georgii Lecapeni in Matthaei Lectt. Mosq. vol. 1. p. 77. sq. SCHAEFER. Citat h. l. Aristides in Arte p. 236. *ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιμερισμοὶ* (particulares distributiones) *περιβολὴν ἐργάζεσθαι δύνανται· οἷον, οὐ μόνον τόδ᾽ ἐποίησας, ἀλλὰ καὶ τόδε. μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων* (*τόπον* ed. Ald.)—*συμμάχων τε καὶ καιρῶν*. REISK. Verbum *προΐεσθαι* cum genitivo constructum esse ad similitudinem verborum *ἀφίεσθαι* et *μεθίεσθαι* intellexit Matthiae Gramm. §. 322. "Elmsleius ad Euripid. Med. v. 11. p. 65. cum Aem. Porto hujus loci structuram habet pro exemplo attractionis. "Demosthenes," inquit, "*πόλεις καὶ τόπους* dixisset, nisi inter haec verba et *φαίνεσθαι προϊεμένους* interposuisset *ὧν ἦμέν ποτε κύριοι*." Haec constructionis expediendae ratio sic satis procederet, nisi sequerentur alii genitivi, *τῶν ὑ. τ. τ. π. συμμάχων τε καὶ καιρῶν*. An cuiquam persuadebitur, eam esse vim attractionis, ut fines, quibus est circumscripta arctissimis, tam late evagari possit?" SCHAEFER. Non est sane attractio quae proprie dicitur, sed illud tamen recte intellexit Elmsleius, oratorem verbis interpositis *ὧν ἦμέν ποτε κύριοι* permotum esse ut vulgari structurae, quae accusativum postulat, exquisitiorem hanc praeferret ab natura verbi non alienam.

18, 16. *τὸ μὲν οὖν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 235. ad docendum, quod sit filum hujus periodi multis interpolationibus distractae. De eodem admonet p. 284. et idem affert exemplum, addens, id non solum *περιβεβλημένον*, sed etiam *μεστὸν*

esse. Locos ipsos Hermogenis relegat quemcunque juvat. Scholiastae (Maximi Planudis) verba ad p. 235, 12. hic referam e p. 389, 6. *ἐνταῦθα δι' ὅλου τοῦ χωρίου τῇ καλουμένῃ μεστώσει χρησάμενος ὁ ῥήτωρ, ἐπεμβολάς τε συμπλέξας ἐπεμβολαῖς, εἰκότως ἐδεήθη τοῦ εὐκρινῆσαι τὸν λόγον αὐτῷ* (f. *διὰ τοῦ*) *τοῦτ' αὐτῷ δυναμένου σχήματος, τῆς ἐπαναλήψεως, καὶ ταύτης οὐ μιᾶς, ἀλλ' ἤδη καὶ δευτέρας διὰ τὸ μῆκος τῶν ἐπεμβολῶν. εἰρηκὼς γὰρ, ταῦτα οὖν παραλείψω, καὶ πάλιν κατασκευάσας, αὖθις ἐπανέλαβεν εἰπὼν τοῦτον* (*τούτων* ab Walzio vol. 5. p. 479. repositum ex scholio Joann. Siceliotae. In codd. Monac. et Paris. est *ὑπὲρ τούτων*) *οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, καὶ οὕτως τὸ ἐπαγόμενον τῇ προτέρᾳ προτάσει ἀπέδωκε. μέστωσις δέ ἐστι λόγος πλειόνων καὶ μακροτέρων ἐννοιῶν ἐπεμβολὰς περιέχων.* REISK.

18, 20. *ὅσ' ἂν εἴποι τις*] *Quae quis dicere possit:* quod aptius huic loco quam *εἴπῃ*, in aliis libris scriptum, quo significatur *quae quis dicat.*

ὑπὲρ τούτων] Pronomen non ad *ῥώμην*, quo debebat, sed universe ad res quibus auctus est Philippus (*τὰ πεπραγμένα Φιλίππῳ*) relatum est. FRANK.

18, 21. *οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι*] Per euphemismum dictum pro *ἀτιμίαν καὶ ἀδοξίαν ἡμῖν προξενῆσαι*, ut monuit Wolfius.

18, 22. Citat h. l. Hermogenes p. 183. *ἐκείνη δὲ ἡ παρὰ τῷ Δημοσθένει καὶ χιασθῆναι δύναται· ὁ μὲν γὰρ Φίλιππος ὅσῳ πλείονα —αἰσχύνην ὠφλήκατε.* REISK.

18, 26. *παραλείψω*] Tota enuntiatio artis est plena, egregia *παράλειψις*, ut rhetores dicunt. Dum enim silentio se rem praetermissurum affirmat, loquitur de ea paucis quidem sed gravissimis verbis, ut non posset non Athenienses pudere suae agendi rationis. BREMI.

19, 2. *ἐνθένδ'*] Hinc, id est, *ἐκ τοῦ βήματος καὶ τῆς ἐκκλησίας.* Nostrae conciones ejus opes auxerunt: mercenariis oratoribus et oscitantibus ac ignavis auditoribus acceptam referre debet potentiam tantam, non suae virtuti atque industriae. WOLF. *ἐνθένδε* eodem modo p. 19, 25. Fallitur Reiskius in Ind. Graec. Sensus est: *παρὰ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένων*, ut mox dicitur. SCHAEFER.

19, 3—9. *ὧν—πειράσομαι*] Prooem. 30. p. 1439. *τοῦ μὲν κατηγορεῖν οὐδένα καιρὸν ὁρῶ, πειράσομαι δ' ἃ κράτιστα νομίζω συμβουλεῦσαι.*

19, 4. *τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν*] Notandus genitivi duplicis usus, quasi Latine dicas, *horum nunc non video tempus dicendi:* qui nonnihil differt ab exemplis qualia sunt Demosthenis p. 62, 23. *τὴν δόξαν τοῦ πολέμου τοῦ δοκεῖν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι*, aut Alexidis ap. Athen. 10. p. 431 E. *τῶν δ' ὠνουμένων προνοούμενοι τοῦ τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν ἐκ κραιπάλης*, ubi genitivus alter prioris explicandi caussa illatus minus arcte cum hoc est conjunctus quam nostro loco ubi verba *τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν* unius instar sunt notionis. Quod *τούτων* in S. a prima manu est omissum, librarii errore factum videtur: habent Hermogenes

vol. 3. p. 155. ejusque scholiastae ad p. 18, 16. citati. Pariter in altera sententiae parte post *ἃ δὲ καὶ* propter verba plura interposita, non simpliciter *εἰπεῖν πειράσομαι* intulit, sed *τοῦτ' εἰπεῖν πειράσομαι.*

19, 14. *τοῦ—φαίνεσθαι*] Hermogenes p. 287. *εἴ γε βραχεῖαι εἶεν αἱ ἐπεμβολαὶ, ἀλλὰ μὴ μακραὶ, μᾶλλον γοργὸν, ἢ περιβεβλημένον ποιοῦσι τὸν λόγον. οἷον· τοῦ τ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι, ὁρᾷς, πῶς εὐκίνητος καὶ γοργὸς ὁ λόγος ἐστίν. ἐγένετο δὲ διὰ τὴν ἐπεμβολὴν τὴν οὖσαν βραχεῖαν, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει.* REISK.

19, 17. *διεξελήλυθεν*] Dubitant interpretes utrum transitive dictum sit, ut ap. Isocrat. p. 63 extr. *ποῖον αὐτοὺς ἀδίκημα διέφυγεν; ἢ τί τῶν αἰσχρῶν ἢ δεινῶν οὐ διεξῆλθον;* an intransitive, ut ap. Demosthenem ipsum p. 541. *πάντα δ' ἤδη διεξεληλύθει ταῦτα τὰκ τῶν νόμων, ὑπωμοσίαι καὶ παραγραφαὶ, καὶ οὐδὲν ἔτ' ἦν ὑπόλοιπον,* aliosque non raro. Manifestum est transitivam significationem aptiorem esse huic loco, ubi quas machinas tentaverit Philippus potius erat dicendum quam quae res praeterierint. Idem dicendum de loco hinc expresso Pseudo-Demosthenis p. 153, 7.

19, 18. *παρακρουόμενος*] Harpocration. *Παρακρούεται. ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾷ. πολὺ δέ ἐστι παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. μετῆκται δὲ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας τι ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν.* Cum *ἐξαπατᾶν* conjunctum p. 318. *ὅπως μὴ παρακρούσομαι μηδ' ἐξαπατήσω.*

19, 20. *αὐτῷ* praestat aliorum librorum scripturae *αὐτοῦ*. Sic p. 20, 13. *καιροῦ—πρὸς τοῦτο πάρεστι Φιλίππῳ τὰ πράγματα.*

19, 23. *εὑρίσκω—ἐκείνοις*] Ordo verborum, ut monuit Wolfius, *εὑρίσκω (τὸν Φίλιππον) προσαγαγόμενον τὴν μὲν ἡμετέραν εὐήθειαν τῷ—κατασκευάσαι, τὴν δ' Ὀλυνθίων φιλίαν τῷ—ἐκείνοις.*

19, 25. *τινες*] Eos dicit qui olymp. 105, 3. in concione populi, ne legati Olynthiorum admitterentur, suasere. FRANK.

ἡμῖν] Praestat quod in S. aliisque libris est *ὑμῖν*.

19, 27. *τὸ θρυλούμενόν ποτε ἀπόρρητον*] Arcanum illud satis cognitum habemus beneficio Theopompi. Photius p. 588: *Τί ἐστι τὸ ἐν τοῖς Δημοσθένους Φιλιππικοῖς, "καὶ τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόρρητον ἐκεῖνο," Θεόπομπος ἐν λα' δεδήλωκε. φησὶ γάρ· καὶ πέμπει πρὸς Φίλιππον πρεσβευτὰς Ἀντιφῶντα καὶ Χαρίδημον, πράξοντας καὶ περὶ φιλίας. οἳ παραγενόμενοι συμπείθειν αὐτὸν ἐπεχείρουν ἐν ἀπορρήτῳ συμπράττειν Ἀθηναίοις ὅπως ἂν λάβωσιν Ἀμφίπολιν, ὑπισχνούμενοι Πύδναν. οἱ δὲ πρέσβεις οἱ τῶν Ἀθηναίων εἰς μὲν τὸν δῆμον οὐδὲν ἀπήγγελλον, βουλόμενοι λανθάνειν τοὺς Πυδναίους ἐκδιδόναι μέλλοντες αὐτούς· ἐν ἀπορρήτῳ δὲ μετὰ τῆς βουλῆς ἔπραττον.* SCHAEFER. Haec si comparamus cum Demosth. p. 659. init. et p. 83. 19. Philippus literis ad Athenienses datis petivisse videtur ut legatos ad se mitterent, quibuscum agere posset. Hi quum Athenas revertissent, ad sena-

tum tantum de iis, quae cum Philippo pepigerant, egerunt; in concione nihil dictum est nisi hoc, Philippum magna et praeclara Atheniensibus pollicitum esse, sed quaenam illa essent cum omnibus communicari non posse. Commoda illa, quae qualia essent nesciebant, sed permagna esse facile sibi persuadebant, deinde omnium sermonibus jactabantur. Cf. Aristoph. Eq. 653: *κἀγὼ 'φρασα αὐτοῖς ἀπόρρητον ποιησάμενος.* Andocid. p. 20, 6.: *εἰσαγγείλαντός μου ἀπόρρητα εἰς τὴν βουλήν.* coll. p. 21, 10. et 16. Oxymorum vero in verbis *τὸ θρυλούμενον ἀπόρρητον* non inest: neque enim Athenienses sciebant quid legati cum senatu egissent, sed *arcana illa* sermonibus suis multum immiscebant. SAUPP. Charidemus autem ille diversus est ab Charidemo Orita, quem Demosthenes in oratione in Aristocratem et alibi memoravit. V. Winiewsk. Comment. p. 310.

19, 27. *κατασκευάσαι*] *κατασκευάσειν* tuetur Schaeferus, pariter atque *παραδώσειν* ex eo quod praecedit *φάσκειν* pendere dicens. Sed primum illud ipsum, quod Philippus facturus erat, jam antea dictum est, eum Amphipolim traditurum esse; deinde uti postea *ἐξελεῖν καὶ ἀδικῆσαι* et *ὑποσχέσθαι καὶ ἀναδέξασθαι* conjuncta sunt, sic etiam hoc loco duo verba: *φάσκειν καὶ κατασκευάσαι*, ut inter se conjungantur, symmetria postulat. *κατασκευάζειν* vero saepe de machinationibus clandestinis dicitur: p. 558.: *εἰ δὲ μὴ ποιοῦντός σου κατεσκεύαζόν τινες καταψευδόμενοί σου.* p. 1047. extr.: *οὐδὲν ἄλλο κατασκευάζεις ἢ—.* Philippum vero arcanum illud machinatum esse et per se verisimile est et iis, quae supra dixi, comprobatur. SAUPP.

19, 29. *Ποτίδαιαν*] Potidaea (media aestate a. 356.) tradita Olynthios a Philippo deceptos esse dicit etiam p. 70. 105. 659. Athenienses vero cum Philippo societatem junxerant a. 359.: or. 23. p. 660.: *πέμψας δὲ γράμματα ἐπηγγέλλετο (Φίλιππος) ἕτοιμος εἶναι συμμαχίαν ποιεῖσθαι καὶ τὴν πατρικὴν φιλίαν ἀνανεοῦσθαι.* SAUPP.

20, 2. *ἐκείνοις*] Olynthiis puta. REISK.

Θετταλοὺς δὲ] Nam et hi non minus quam Thebani templi Delphici defensionem susceperant. WOLF. Ut intelligas vim accusativi *Θετταλοὺς*, compara cum his quae de Atheniensibus et Olynthiis dicta sunt. Philippus abusus est Atheniensium simplicitate, Olynthiorum amicitia. Num qua re Thessalorum abusus est? Imo vero ipsis Thessalis, quippe *δεδουλωμένοις.* V. v. 17. SCHAEFER.

20, 3. *Μαγνησίαν*] Athenienses Philippus Amphipoli promissa detinuit quominus cum Olynthiis foedus icerent: Amphipolim non reddidit. Olynthios Potidaea tradita ab Atheniensibus abalienavit; sed paullo post ipsos aggressus est; cf. p. 70 sq. Thessalos postremo ut suis rebus studerent adduxit Magnesiam pollicendo et bellum Phocense in se suscipiendo (a. 353.); sed Magnesiam non tradidit (cf. §. 11. or. 1. §. 13. 23.), portoriis ipse utebatur (1. §. 23.), denique suo arbitrio omnia moderaba-

tur (p. 20, 17.: δεδουλωμένοι). Tyrannorum vero Pheraeorum (§. 14.) debellationem Demosthenes consilio suo non aptam illam silentio praetermisit. De vv. νῦν τὰ τελευταῖα cf. p. 44 extr. SAUPP.

20, 5. ἔστιν οὐδεὶς] Revocandum οὐδεὶς ἔστιν delendaque annotatio f.

20, 6. ἄνοιαν hic dicit quam supra de civibus suis loquens mitiore vocabulo εὐήθειαν vocaverat. Plato Gorg. p. 464. D: τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν καὶ ἐξαπατᾷ. SAUPP.

20, 7. προσλαμβάνων] *Adsciscens, opibus suis adjungens.* Aeschines p. 71, 22. προσλαβὼν τὴν τοῦ γράψαντος ἀπειρίαν. SAUPP.

20, 8. ὥσπερ —ἐξελήλεγκται] Citat Rufus p. 89. SCHAEFER.

20, 10. διὰ τῶν αὐτῶν τούτων] Per has artes, per hanc perfidiam. FRANK. Proximum καὶ om. Rufus l. c.

20, 17. δεδουλωμένοι] Rei indignitatem a Demosthene verbis exaggeratam esse historia docet; neque enim Thessalos a Philippo servitute oppressos esse dici potest. Sed paullo liberius vocabulis δοῦλος δουλεία δουλοῦν Athenienses usos esse exempla docent ab Funkhaenelio collecta Quaestion. Demosth. p. 42. SAUPP. Quantae opes Thessalorum fuerint, in oratione de pace exposuit Isocrates: et in Philippica minime cum hoc loco Demosthenis consentit, cum sic scribit (p. 86 A): οὐ Θετταλοὺς μὲν τοὺς πρότερον ἐπάρξαντας Μακεδονίας οὕτως οἰκείως πρὸς αὐτὸν διακεῖσθαι πεποίηκεν, ὥσθ' ἑκάστους αὐτῶν μᾶλλον ἐκείνῳ πιστεύειν ἢ τοῖς συμπολιτευομένοις; et epistola 2. (p. 410 D): ἐνθυμοῦ δὲ ὅτι πολλοῖς καλῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖς, ὅτι δικαίως κέχρησαι Θετταλοῖς καὶ συμφερόντως ἐκείνοις, ἀνδράσιν οὐκ εὐμεταχειρίστοις, ἀλλὰ μεγαλοψύχοις καὶ στάσεως μεστοῖς. Quanquam τὸ δεδουλωμένοι referri potest vel ad Philiadae tyranni liberos, quos pulsos a Thessalis Philippus restituit, vel ad quosdam Thessalos male tractatos. Nam in oratione de Halonneso scribitur: ὅτι Φεραίων ἀφῄρηται τὴν πόλιν, καὶ φρουρὰν ἐν τῇ ἀκροπόλει κατέστησεν, ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν. et Isocrates (p. 86 C): τῶν πόλεων τῶν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον τὰς μὲν ταῖς εὐεργεσίαις πρὸς τὴν αὐτοῦ συμμαχίαν προσῆκται, τὰς δὲ σφόδρα λυπούσας ἀναστάτους πεποίηκε; Μάγνητας δὲ κατέστραπται; WOLF.

20, 18. καὶ μὴν εἴ τις ὑμῶν] Postquam ostendit socios caeterosque Graecos male velle Philippo, refutat opinionem de vi et potentia, sumto argumento a natura et ingeniis hominum, maxime Graecorum. Locum hunc Cicero de officiis 2, 6. copiosius tractavit, quem his verbis concludit: pessimum diuturnitatis custodem esse metum, benevolentiam vero fidelem vel ad perpetuitatem. WOLF. Demosthenem imitati sunt alii, docente Wyttenbachio (ad Julian. p. 47. C. p. 74), e quibus unum Choricium nominamus: μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν ἐναντίωμα πάλιν ἀνέτρεπε τὰς σπονδάς. τὰ γὰρ εὐνοίας χωρὶς καὶ πόθου συνιστάμενα σαθρά τε καὶ σφαλερὰ καὶ βραχὺν ἀνθήσαντα χρόνον ἀπομαραίνεται. VOEM.

20, 20. τὰ χωρία καὶ λιμένας καὶ τὰ τοιαῦτα] Frustra Reiskius

καὶ τοὺς λιμένας; non raro enim unus articulus duobus praeponitur diversorum generum nominibus. Sic Plato Gorg. p. 469 E. ab Sauppio citatus: *Τὰ νεώρια καὶ τριήρεις καὶ τὰ πλοῖα πάντα.* Cum articulo Demosth. p. 15, 20. *τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγοράς.*

20, 21. *προειληφέναι*] *Praeripere et praeoccupare* res festinabat Philippus. Phil. p. 44. 48. 52. Dum Graeci deliberabant aut classem parabant, Macedo, qui bella non indicebat, quique rebus aderat, velut morbus inexspectatus, media saepe hieme jam ceperat urbes improvisus; quod alii facturi videbantur, ille facere occupabat, hostesque antevertens, injuriam inferre prior malebat, aut imminentem praecavere, quam illatam exspectando pati et vindicare. Valcken. Or. de Phil. p. 250. ibiq. not. 35. VOEM.

20, 22. *συστῇ*] Si qui mutua benevolentia permoti foedus icerint. Isocr. p. 111 A: *οὔτε τοῖς βαρβάροις εἰκός ἐστι συστῆναι τηλικαύτην δύναμιν.* SAUPP.

20, 24. *συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς*] Ex eo quod praecedit *συμπονεῖν* Schaeferus dicit *σὺν* etiam ei quod sequitur *φέρειν* cogitando addendum esse. Sed quidni socii labores partiri et quidquid calamitatum sibi evenerit ferre eodem jure dicantur quam labores et calamitates partiri? SAUPP.

20, 27. *ἀνεχαίτισε*] Per *ἀνέκοψεν ἢ ἀνέτρεψεν* explicat Harpocr. ex h. l. Frequens metaphora, sumpta ab equo sessorem excutiente.

20, 28. *οὐ γάρ ἐστιν*] Marcellinus ad Hermogen. p. 313. c. fin. *ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν κατὰ ψυχὴν πρόεισι μέχρι τῶν ἐκτός. οἷον, πῶς ἔχει ψυχῆς Φίλιππος*; (declaratur hoc p. 19. Demosth.) *ὅτι ἀθυμεῖ* (sic), *καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον δύναμιν δικαίαν κτήσασθαι. πῶς τὰ ἐκτός; ὅτι Θετταλοὶ ἄπιστοι. ὅτι Ἰλλυριοὶ καὶ Παίονες ἐλευθερίας ἐπιθυμοῦσιν. ὅτι τῶν προσόδων ἐστέρηται καὶ στερήσεται. ὅτι εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. καὶ ὅπως ἔχουσιν οἱ Μακεδόνες. καὶ ἑξῆς. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν κοινῶν* (de rebus non uni propriis, sed quas multi participant) *τὰ ἐκτὸς μάλιστα τὴν χορηγίαν ἡμῖν παρέξεται. ἡνίκα δὲ πρὸς τύραννον, ἢ δυνάστην, ἢ ὅλως ἕνα ἄνδρα ὁ πόλεμος εἴη, χώραν ἡμῖν τὰ ἀπὸ τῆς ψυχῆς παρέξεται. ἐξετάσομεν γὰρ ἐπιβουλάς, ἀπάτας, ἀδικίας, ὡς Δημοσθένης ἐποίησε. χρησόμεθα δὲ καὶ τοῖς ἔξωθεν. οὐκ ἀποχρήσει δὲ τὰ τῶν πολεμίων μόνον διαβάλλειν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ οἰκεῖα συστῆσαι, ὡς ὁ Θουκυδίδης ἐν τῇ Περικλέους δημηγορίᾳ.* REISK.

21, 1. *ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα*] Citat h. l. Hermogenes p. 334. c. fin. *λοιπὸν εἶδος τρίτον ἐστίν, ᾧ καὶ ὁ ῥήτωρ κέχρηται. γίνεται δέ, ὅταν τροπῇ τινι χρησάμενοι μὴ σφόδρα αὐστηρᾷ μηδὲ σκληρᾷ κατ᾽ ἀκολουθίαν ἐκείνης ἑτέραν ἐπενέγκωμεν τροπήν, σκληροτέραν μέν, οὐ μὴν δοκοῦσάν γε εἶναι τοιαύτην διὰ τοῦ προειρημένου. οἷον· ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται καὶ περὶ αὑτὰ καταρρεῖ. τὸ γὰρ ἤνθησε τροπικὸν μέν, οὐ μὴν αὐστηρὸν οὐδὲ σκληρόν· τὸ δὲ καταρρεῖ σκληρὸν ἰσχυρῶς. οὐ μὴν τοιοῦτον ἐφάνη διὰ τὸ ἐξ ἀκολουθίας εἰρῆσθαι· ἐπὶ γὰρ τῶν ἀνθέων τῶν μαραινομένων τὸ καταρρεῖν σχεδὸν κυρίως λέγεται. ἤδη δὲ αὐτῶν* (f. *αὐτοῦ*) *τὴν ἄγαν σκληρότητα*

καὶ τὸ παρακείμενον αὐτῷ ἀφεῖλε, λέγω τὸ, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται. REISK. V. Wyttenbachii Julianea p. 223. s. ed. Lips. SCHAEFER. ἀλλὰ—ἀντέχει citat Thom. M. p. 479.

21, 2. καὶ σφόδρα γε—ἐλπίσιν] *Adeoque valde efflorescunt interdum eo quod magnas de se spes excitant.* FRANK. Felicitatis vero humanae fragilitatem poetae omnium temporum et populorum cum florum splendore parum durante comparaverunt: psalm. 103. v. 15., Lycophron v. 1429. de Xerxe; Λοκρὸν δ' ὁποῖα παῦρον ἀνθήσας ῥόδον—γεύσεται φυγῆς. SAUPP. Eurip. Electr. 948. comparavit Voemel.:

> ὁ δ' ὄλβος ἄδικος καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνὼν
> ἐξέπτατ' οἴκων, σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

21, 3. τῷ χρόνῳ—καταρρεῖ] Citat schol. Pind. Ol. 1, 53. p. 32. ed. Boeckh. SCHAEFER.

21, 4. φωρᾶται καὶ περὶ αὐτὰ καταρρεῖ] Joann. Chrysost. Homil. 29. (28.) init.: Οὐδὲν τῆς ἀληθείας φανερώτερον οὐδὲ ἰσχυρότερον γένοιτ' ἂν, ὥσπερ ψεύδους οὐδὲν ἀσθενέστερον κἂν μυρίοις παραπετάσμασι σκευάζηται· εὐφώρατόν τε γὰρ καὶ οὕτω γίγνεται καὶ καταρρεῖ ῥᾳδίως. Ibid. vol. 8. p. 167 A. ed. Montf. τὰ μὲν οὖν ἀνθρώπινα ἅπαντα εὐφώρατα καὶ σαθρὰ καὶ καταρρεῖ ταχέως καὶ ἀπόλλυται. DOBR.

περὶ αὐτὰ καταρρεῖ] *In se ipsa concidunt.* Similia comparavit Dobraeus, Herodot. 1, 108. μηδὲ—σεαυτῷ περιπέσῃς. Thucyd 1, 69. αὐτὸν περὶ αὐτῷ σφαλέντα. 6, 33. κἂν περὶ σφίσιν αὐτοῖς πταίσωσι.

ὥσπερ γὰρ οἰκίας—] Celebris sententia, saepius recitata, ut a Minuciano p. 142, 8. Apsine p. 701, 17. παραβολὴ παραδείγματος τούτῳ διαφέρει, ὅτι ἡ μὲν παραβολὴ ἀπ' ἀψύχων, ἢ ζῴων ἀλόγων λαμβάνεται. ἀπὸ μὲν ἀλόγων, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος· ἀπὸ δὲ ἀψύχων, ὡς παρὰ Δημοσθένει· ὥσπερ γὰρ οἰκίας οἶμαι καὶ πλοίου. τὰ δὲ παραδείγματα ἐκ γεγονότων ἤδη πραγμάτων λαμβάνεται, ἢ προσώπων. Scholiastes ad Hermog. p. 398. (ad locum H. p. 274, 22.) schema hoc appellat ἐπιχείρημα ἀπὸ τοῦ ὁμοίου. REISK. Citat etiam Rufus p. 87. post δικαίας omittens εἶναι προσήκει. SCHAEFER.

21, 5. τὰ κάτωθεν] Recte schol. τινὲς λαμβάνονται τοῦ ῥήτορος ἐνταῦθα λέγοντες, ὅτι κάτω ἔδει εἰπεῖν καὶ οὐ κάτωθεν, ἀλλ' ἠγνόησαν τὸ ἀκόλουθον· κάτωθεν γὰρ εἶπεν, ἐπειδὴ κάτωθεν ἀπὸ θεμελίων οἰκοδομεῖται οἶκος, ὁμοίως καὶ ναῦς ἀπὸ τῆς τρόπιδος.

21, 10. ὅπως—οὕτως—] Simile, sed brevius dictum, Sophoclis Trachin. 329. sq. πορευέσθω στέγας οὕτως ὅπως ἥδιστα. ad q. l. vide quae notavi p. 333. SCHAEFER.

21, 12. ἢ—παροξυνεῖ] Schol. εἰς δύο γὰρ μερίζει τοὺς Θετταλούς: εἰς ἀγνοοῦντας τὸν Φίλιππον, καὶ εἰδότας μὲν, δεδιότας δέ. Illos legati edocebunt quale sit Philippi ingenium et quam infirmae opes, atque Athenienses rem fortiter agere paratos esse. hos, qui jam cum Philippo expostulare inceperunt, excitabunt. SAUPP.

21, 15. λόγους ποιεῖσθαι] *Agere per legatos.* Demosth. p. 818.

οὐ γὰρ διδόντος τούτου σῖτον τῇ μητρὶ—ἐποιήσατο λόγους περὶ τούτων ὁ Δημοχάρης. SAUPP.

21, 15. *σκοπεῖσθε*] Hunc locum Georg. Lecapenus in Matthaei Lectt. Mosq. vol. 1. p. 73. sic scriptum citat addens interpretationem: *σκοπεῖτε δὲ τοῦτο, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσιν, ἀντὶ τοῦ, πῶς ἐροῦσιν οὐ λόγους μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡ βοήθεια πεμφθήσεται.* SCHAEFER.

21, 17. *δεικνύειν*] Forma veteribus Atticis magis probata *δεικνύναι* est in cod. Harl. Sunt tamen alterius etiam formae tot apud Platonem, Demosthenem aliosque eorundem temporum scriptores exempla ut nihil tribuendum sit unius illius codicis ab ceteris dissensui.

21, 22. *ἑτοιμότατ'*] Superlativum (cui in libris nonnullis comparativus substitutus est *ἑτοιμότερον*) posuit orator ut Athenienses omnium promptissimos ad dicendum et expeditissimos esse significaret; subjecit comparativum, ut crescere ea re diffidentiam Graecorum et augeri indicaret neve eloquentiae Atheniensium diffidentiam ceterorum Graecorum aequalem et parem esse diceret: *τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσιν ὑμῖν, ὅσῳ πάντων διαφέρετε ἐπὶ τῷ ἑτοίμως λέγειν.* Vid. interpr. ad Xenoph. Memorab. 3, 13. Cf. Cic. Lael. 5, 19: *sic enim mihi perspicere videor ita natos esse nos, ut inter omnis esset societas quaedam: major autem, ut quisque proxime accederet.* FRANK. Comparativo in priore membro posito, superlativo in altero Demosth. p. 1211. *ὅσῳ γὰρ φιλοτιμούμενος ἄμεινον ἐπληρωσάμην τὴν ναῦν ἐρετῶν ἀγαθῶν, τοσούτῳ μοι πλείστη ἀπόλειψις ἐγένετο τῶν ἄλλων τριηράρχων.* SAUPP.

21, 24. *μετάστασιν—μεταβολήν*] Orator, ut assolet, binis vocabulis ad unam eandemque rem graviter significandam utitur, quae ita inter se differunt, ut *μεταβολὴ* *mutatio* in universum dicatur, *μετάστασις* autem *rerum conversio* sive *in alium statum transitus.* FRANK.

21, 26. *εἴπερ—προσέξει*] I. e. *si quem vultis vobis obtemperare*, ut explicat Jacobsius: quod Graeci vel futuro simplici vel per verbum *μέλλειν* circumscripto exprimunt. Prioris exempla comparavit Dobraeus Soph. Oed. T. 54. *ὡς εἴπερ ἄρξεις τῆσδε γῆς ὥσπερ κρατεῖς, ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν.* et Aristoph. Av. 900. Utraque structura *εἰ μέλλει ἄρξειν* et *εἴπερ ἄρξει* ap. Platon. Rep. 8. p. 567 B. C.

22, 4. *ἐν προσθήκης μέρει*] Sic p. 37, 5. *ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε.* et Pseudo-Demosth. p. 154, 18. Ciceronis locum pro Sext. c. 31. comparavit Lambinus, *Intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum.*

οἷον] Τὸ *οἷον* adverbium. Alioqui dicendum *οἷα*. WOLF. Non est adverbium. Vertas *exempli caussa, ut hoc utar.* V. p. 1106, 8. et 11. SCHAEFER.

ὑπῆρξε] *Praesto fuit, juvit.* Xenophon Anab. I. 1, 4. *Παρύσατις μὲν δὴ ἡ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ.* SCHAEFER. Demosth. p. 286, 8. *ὡς ὑπαρχόντων Θηβαίων Φιλίππῳ.*

22, 5. *ἐπὶ Τιμοθέου*] De hac Timothei contra Olynthum expe-

ditione nihil certi notum; fortasse quis hoc conjecerit: Timotheus iterum (namque jam antea Socratide archonte i. e. 101. 3 in Thracia paulum occupatus est. Pseudo-Demosth. Timoth. p. 1186, 10.: Ἐπὶ Σωκρατίδου γὰρ ἄρχοντος Μουνυχιῶνος μηνὸς μέλλων ἐκπλεῖν τὸν ὕστερον ἔκπλουν Τιμόθεος. Diodor. 15, 47. ad Olymp. 101, 3: Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πάλαι μὲν ἀπεστάλκεισαν Τιμόθεον τὸν Κόνωνος ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Κερκυραίοις μετὰ νεῶν ἑξήκοντα. οὗτος δὲ πρὸ τῆς συμμαχίας ταύτης πλεύσας ἐπὶ Θρᾴκης καὶ πολλὰς πόλεις ἐπὶ συμμαχίαν προσκαλεσάμενος); iterum igitur Olymp. 104. 1 in Thraciam navigavit (Diod. 15. 81. ad eum annum: Τιμόθεος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς ἔχων δύναμιν πεζικὴν καὶ ναυτικήν, Τορώνην μὲν καὶ Ποτίδαιαν πολιορκήσας εἷλε. (Cf. Dinarch. c. Dem. 91. 48.). Hac occasione de his urbibus Olynthii ei adversati fuisse videntur, namque Toronen et praecipue Potidaeam aliasque vicinas urbes alienae potestati vehementer invidebant (Diodor. 16. 8.). At quomodo qui tum Macedoniam rexit, Perdiccas III Philippi frater, Atheniensium hostium opes adjuverit? (Aeschin. f. l. p. 213: Περδίκκας εἰς τὴν ἀρχὴν καταστὰς (Olymp. 103, 4. [illegible]) ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολέμησε τῇ πόλει). At ibidem idem Orator Perdiccam cum Atheniensibus reconciliatum esse narrat; ut potius eo ipso tempore Athenienses adjuvisse videatur. Etiam Ulpianus ad h. l. huic sententiae accedit: Πρὸς γὰρ Ὀλυνθίους πολεμοῦσιν Ἀθηναίοις συνεμάχησε Περδίκκας ὁ ἀδελφὸς Φιλίππου μετὰ τῶν Μακεδόνων. Idem tempus respicere videntur Aem. Probus Vita Timothei c. I: "Olynthios—bello subegit." (cf. Valcken. Orat. de Phil. p. 269. n. 61). Aristoteles (Oeconom. 2, 1, 23) et Polyaenus (3, 10, 1.) narrantes, Timotheum cum Olynthiis bellum gerentem in pecuniae inopia fictitium numum sigillo signatum distribuisse et postea relatum praesenti argento permutasse et solvisse. Boeckh. Oeconom. Ath. vol. 2. p. 112. et vol. 1. p. 317. Alii aliam narrationem fingunt hanc: Amyntas pater Philippi contra Olynthios, qui magnam Macedoniae partem se reddituros esse negaverant, perpetuo odio inflatus, incitat Athenienses, qui cum Macedone familiariter conjuncti (Aesch. l. c. p. 212. sq.). Timotheo duce et Perdicca (nempe ut Ulpiani verba serventur) ab Amynta patre in auxilium misso, brevi tempore (tum enim perbreve tempus in Thracia Timotheus est moratus) subegerunt Olynthios Olymp. 101. 3. Diodor. 15. 47. Lucchesini ad h. l. n. 11. p. 319. sqq. VOEM. Recte Boeckhius et Voemelius eam Timothei expeditionem intelligunt qua Potidaeam et Toronen cepit. Quum enim appareat de gravi et felici expeditione Demosthenem admonere, ab Isocrate, Timothei laudatore, unam tantummodo expeditionem Thraciciam commemorari videmus (de antid. § 115. p. 446. ed. Bekk. Oxon.), qua Potidaeam et Toronen Olynthiis eripuit. Deinde quae Aeschines p. 31. (213. Reisk.), loco vel errorum vel mendaciorum pleno, de bello a Perdicca contra Athenienses gesto narrat, quum nesciamus quam diuturnum illud fuerit et quantum Aschines arte oratoria exornaverit, non id efficiunt, ut luculentum testimonium

Polyaeni (3, 10, 14.) Perdiccam Timotheo auxilium praestitisse narrantis rejici oporteat. Nam Polyaenum de Perdicca traditum accepisse vincit 4, 10, 2. Denique et per se manifestum est de Torone et Potidaea etiam contra Olynthios, Chalcidicarum urbium principes, pugnandum fuisse, et auctor oeconomicorum Aristotelicorum posteriorum c. 22. dicit: *Τιμόθεος πολεμῶν πρὸς Ὀλυνθίους*. SAUPP.

22, 6. *πρὸς Ποτίδαιαν*] Olymp. 105, 3. Conf. p. 19 extr.

ἐφάνητι] Aliquid esse, h. e. satis validae esse videbantur. SAUPP.

τοῦτο] Scilicet *ἥ τε Μακεδονικὴ καὶ Ὀλυνθιακὴ δύναμις*. WOLF.

22, 7. *Θετταλοῖς*] Non de Aleuadarum familia intelligendum, quae Ulpiani opinio est, sed de tyrannis Pheraeis. (Olymp. 106, 4.) Conf. Buttmann. comment. de Aleuadis in Actis Acad. Boruss. a. 1822. p. 209. seq. VOEM.

στασιάζουσι] Alii libri *νοσοῦσι καὶ στασιάζουσι*. Quod interpolatum videtur ex p. 113, 26.

22, 8. *ἐπὶ τὴν τυραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησε*] Adversus Pitholaum et Lycophronem, qui cum, sorore Thebe adjutrice, affinem Alexandrum occidissent, tyrannicidae habiti, non multo post ipsi eandem tyrannidem occuparunt. WOLF.

22, 10. *πάντα* non adverbialiter dictum, sed adjectivum est, recte illatum post numerum singularem nominis collectivi *δύναμιν*.

22, 12. *οὗτος*] Philippus.

22, 17. *τοῦτο*] Referendum ad *δόξης*. V. not. ad Sophocl. Electr. 1366. ad Oed. T. 542. et Ind. ad Hom. Odyss. p. 170. SCHAEFER. Conf. ad p. 602, 21.

22, 18. *πράττων καὶ κινδυνεύων*] De patientia, perseverantia et fortitudine Philippi in periculis imminentibus Diodorus 15, 3: *Οἱ δὲ Μακεδόνες διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων ἐν ἀπορίᾳ τῇ μεγίστῃ καθειστήκεισαν, ἀλλ' ὅμως τηλικούτων φόβων καὶ κινδύνων ἐφεστώτων, ὁ Φίλιππος οὐ κατεπλάγη τὸ μέγεθος τῶν προσδοκωμένων δεινῶν—πρός τε τὸ πλῆθος τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων εὐστόχως ἀντεμηχανᾶτο*.—Theopomp. ap. Athen. 10. p. 435 b: *Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει μανικὸς καὶ προπετὴς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τὰ δὲ διὰ μέθην*. Valcken. Orat. de Philipp. p. 240. et p. 253. VOEM.

22, 19. *τὴν—δόξαν*] Articulus interpositis proximis verbis a suo *δόξαν* amotus est, hoc dicitur *ὑπερβατόν*, *verborum concinna transgressio*, cujus hunc nostrum locum ut exemplum laudant Rhetores, ut Hermogen. Form. 1, 12. post med. 363. Laur. q. cit. Taylor. Gregor. Cor. ad Hermog. in Reiskii Oratt. Graecc. vol. 8. p. 916. Comparavit hunc locum Letronne (*Recherches sur l'Egypte* p. 378) cum loco inscriptionis Graecae, quae in bibliotheca nostra publica conservatur, hoc: *καὶ τὰ πρὸς τὰς θυσίας καὶ σπονδὰς τὰς ἐσομένας ἐν τῇ συνόδῳ κατὰ τὰς πρώτας ἐνάτας τοῦ μηνὸς ἑκάστου καὶ τὰς ἄλλας ἐπωνύμους ἡμέρας δι' ἑκάστου εἰσενηνεγμένα χρήματα*. Cf. Phil. 2. p. 72. sq.: *τοὺς*———*λέγοντας*. VOEM. Adde Tiber. p. 51. ed. Boiss. SCHAEFER.

22, 20. *μηδεὶς—ἄλλος*] Pausan. 8, 7: *Φίλιππον βασιλέων μὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὅσοι Μακεδόσι γεγόνασιν ὕστερον, τούτων μὲν*

πείθοιτο ἄν τις μάλιστα αὐτὸν ἔργα ἐπιδείξασθαι. Quod cum aliis exposuerunt rerum Philippicarum scriptores Olivier. vol 1. p V. sqq. Valcken. p. 236. sq. VOEM.

22, 20. Μακεδόνων βασιλεὺς] βασιλεὺς Μακεδόνων ap. Tiberium.

22, 21. ἀσφαλῶς] καλῶς Tiberius.

φιλοτιμίας] Recte vertitur *decus*. Apparet, φιλοτιμία et δόξα h. l. unum idemque valere, quemadmodum p. 1425. in. Eodem modo φιλοτιμία intelligendum supra p. 18, 21. Idem quod φιλοδοξία est p. 23, 8. et 10. SCHAEFER.

22, 22. κοπτόμενοι] Idem fere quod ταλαιπωρούμενοι, quo verbo utitur Hesychius ad illud explicandum. Sic ταλαιπωρεῖσθαι τῷ μήκει τοῦ πολέμου dixit Demosth. p. 231, 15.

22, 24. οὔτ' ἐπὶ τοῖς ἔργοις—διατρίβειν] Nec negotia sua agere nec rem familiarem curare iis licet. Voc. ἔργα et opus rusticum et artes, quas quis faciat, et mercaturam complectitur. SAUPP.

22, 26. οὐθ' ὅσ' ἂν] Ne quis οὐδ' exspectet, Sauppius similia comparavit sententiae bipartitae exempla, cujus pars prior bimembris est ideoque duplex οὔτε habet, velut Demosth. p. 1272. extr. οὔτ' ἐγκαλῶν οὐδεὶς πώποτ' ἦλθεν οὔτε μεμφόμενος—οὔτ' ἐκώλυσεν ἐξ ἀρχῆς. Platon. Parmen p. 152 E. τὸ ἓν ἄρα—οὔτε νεώτερον οὔτε πρεσβύτερον ἑαυτοῦ ἔστιν οὔτε γίγνεται. Triplex οὔτε in membro priore est apud Demosth. p. 761. οὔτε γὰρ συγγενὴς οὔτ' οἰκεῖος οὔτ' ἀναγκαῖος ἦν σοι τούτων οὐδείς, οὔτ' ἐκεῖνο ἂν ἔχοις εἰπεῖν.

Quod ex S. et duobus aliis codicibus restitui ποιήσωσιν pro vulgato πορίσωσιν, jam Reiskio non displicuerat, cujus haec est annotatio: " πορίζειν h. l. est idem atque πορίζεσθαι, sibi quaerere, comparare labore suo, ut frumenta, vina, oleum et similia, negata copia ea vendendi, quae, quoquo potuissent modo, sibi peperissent. Non sim tamen alienus a lectione ποιήσωσιν. Graeci dicunt ποιεῖν σῖτον, ἔλαιον, pro manuum suarum labore parere, *gewinnen*, *erbauen*." Sic Demosth. p. 1045, 5. 1048, 24.

οὕτως ὅπως ἂν δύνωνται] Sensus, misere, aerumnose, quantum quidem licet per stipendia continua. SCHAEFER. Thucyd. 7, 67. οὐ παρασκευῆς πίστει μᾶλλον ἢ τύχης ἀποκινδυνεύσει οὕτως ὅπως δύνανται. DOBR.

22, 27. κεκλειμένων] κεκλεισμένων S, sed σ eraso.

22, 29. πῶς ἔχουσι] Subaudi γνώμης. Φιλίππῳ idem est atque πρὸς Φίλιππον. REISK. πῶς διάκειται πρὸς τὸν Φίλιππον est p. 155, 2.

23, 2. πεζέταιροι] *Pedites sodales*. Plerumque Anaximene et Theopompo auctoribus, quorum testimonia in schol. cod. Augustani et apud Harpocrat. habentur, ἐκ πάντων τῶν Μακεδόνων ἐπιλέκτους τοὺς μεγίστους καὶ ἰσχυροτάτους, τοὺς δορυφοροῦντας τὸν βασιλέα sic nominatos esse dicunt. Sed quum Alexandri phalangitas, in sex illos agmina (τάξεις) distributos, duodeviginti fere milia Macedonum, hoc nomen habuisse appareat (Arrian. exped. Alex. 3, 11, 13. coll. 2, 23, 3. et 4, 23, 1. Sainte Croix, Examen crit. des historiens d'Al. p. 451 sqq. Droysen hist.

Alex. p. 96.), etiam Philippi πεζεταίρους, pauciores quidem illos numero, phalangitas fuisse verisimile est. Hic orator de ducibus eorum potissimum cogitavisse putandus est. Quum πεζέταιροι illi omnes Macedones essent (Diodor. 17, 57.), apparet quomodo ξένοι, *mercenarii*, et πεζέταιροι opponi potuerint. SAUPP.

23, 3. συγκεκροτημένοι] Scholium aderat in Meermann. hoc: γεγυμνασμένοι, ἠσκημένοι. REISK. Sic intelligendum esse συγκροτεῖν p. 520, 11., satis docet quod additur διδάσκειν. Fallitur enim Reiskius in Ind. Gr. vertens *cogere*, *congregare*. Recte Buttmann. in Ind. ad Midianam, ubi nostrum locum cum illo comparavit. SCHAEFER. Thucyd. 8, 95. Ἀθηναῖοι κατὰ τάχος καὶ ἀξυγκροτήτοις πληρώμασιν ἀναγκασθέντες χρήσασθαι. DOBR.

23, 5. ὡς δ' ἐγὼ κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides de dictione civili p. 256, 6. Hermogenes p. 432, 13. Schol. Hermog. p. 34, 15. et p. 45, 8. et p. 380. ubi in generibus τοῦ ἐξ ὑποβολῆς λέγειν numerat his verbis: ἡ (scil. ἐξ ὑποβολῆς λέγειν est) ὅταν ἐάσας ἐξ εὐθείας προενεγκεῖν τὸν λόγον προσώπου τινὸς ὑποβολῇ χρήσηται, κἀκείνῳ περιθῇ τοὺς λόγους. οἷον· ὡς ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τ. χ. REISK. Conf. p. 15, 20. Citat etiam Tiberius p. 28. ubi Boisson. post ἐγὼ ex Vat. addidit ποτε. SCHAEFER.

23, 6. In annot. l. οὐδένως error typothetae est pro οὐδένων.

οὐδένων εἰσὶ βελτίους] I. q. οὐδ' εἰσὶ βελτίους τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, *nihilo sunt fortiores aliis*, ut Xenoph. de vectig. 1, 1: γιγνώσκουσι μὲν τὸ δίκαιον οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Cf. Plat. Alcib. II. p. 148. e: οὐδένων ἧττον εὐτυχεῖς εἰσὶν ἄνθρωποι, ipseque Demosth. Olynth. p. 17. De sociis Philippi Demosthenic. or. de Philippi Epist. p. 155: τοὺς δὲ (τῶν Μακεδόνων) περὶ αὐτὸν (τὸν Φίλιππον) ὄντας ἑταίρους καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας εὑρήσετε δόξαν μὲν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρείᾳ, περιδεῶς δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας κ. τ. λ. Qui totus locus conferendus cum nostro. VOEM.

23, 8. εἴ—τις ἀνήρ—, τούτους] Observa mutationem numerorum. WOLF. Nempe τὶς genus indicat. SCHAEFER. Sic τούτων post εἴ τις illatum p. 318, 18.

23, 12. Doederlini emendationem petivi ex ejus lectionum variarum decade p. 5.

23, 12—23. τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν—αὐτὸν ἔχει] Hanc morum Philippi descriptionem confirmant quae ab Theopompo, Carystio et Hegesandro tradita sunt in locis ab Athenaeo excerptis, quos infra apponemus.

23, 13. κορδακισμοὺς] Citat h. l. Harpocration s. v. κορδακισμός. Intelliguntur autem saltationes lascivae, qualibus delectabantur convivae petulantiores. Mnesimachus ap. Athen. 9. p. 402 F. κρατὴρ ἐξερροίβδητ' οἴνου, πρόποσις χωρεῖ, λέπεται κόρδαξ, ἀκολασταίνει τοὺς μειρακίων.

23, 15. λῃστὰς] Philippus a se amovit ἐμπείρους πολέμου καὶ ἀγώνων, viros rei militaris peritos, qui solius gloriae cupidi arma sumerent: contemsit σώφρονας καὶ δικαίους, homines frugi, qui vitia aulae Macedonicae abominarentur. Jam in amborum

locum qui successerunt? In illorum *λησταί*, quibus unus bellandi praetextus esset cupido rapinarum: in horum *κόλακες* similisque homunciones farinae, vilissimi plagipatidae, si ventrem explere possent. De voc. *ληστὴς* sensu militari intelligendo conf Xenoph. Hellen. 4, 8. 35. *Ἀναξίβιος καὶ Ἰφικράτης λῃστὰς διαπέμποντες ἐπολέμουν ἀλλήλοις.* SCHAEFER. Ad hunc locum maxime pertinet Theopompus apud Athen. 6. p. 260 F: (amici Philippi) *ἀντὶ μὲν τοῦ νήφειν τὸ μεθύειν ἠγάπων, ἀντὶ δὲ τοῦ κοσμίως ζῆν ἁρπάζειν καὶ φονεύειν ἐζήτουν.* et 4. p. 167 C: *οἱ πόλεμοι καὶ αἱ στρατεῖαι καὶ αἱ πολυτέλειαι θρασεῖς αὐτοὺς εἶναι προετρέποντο καὶ ζῆν μὴ κοσμίως, ἀλλ' ἀσώτως καὶ τοῖς λῃσταῖς παραπλησίως.* VOEM.

23, 15. *κόλακας*] Unum ex his memorat Theopompus ap. Athen. 6. p. 260 a. *Ἀγαθοκλέα δοῦλον γενόμενον καὶ τῶν ἐκ Θετταλίας πενεστῶν Φίλιππος, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον διὰ τὴν κολακείαν καὶ ὅτι ἐν τοῖς συμποσίοις συνὼν αὐτῷ ὠρχεῖτο καὶ γέλωτα παρεσκεύαζεν, ἀπέστειλε διαφθεροῦντα Περραιβοὺς καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐπιμελησόμενον.*

23. 16. *οἵους—ὀρχεῖσθαι*] Saltationes mimicae saepissime turpibus schematis turpia imitabantur: cf. Becker Chariel. vol. 1. p. 508. Pantomimorum Romanorum similia argumenta collegit Grysar Mus. Rhen. II. (1834.) p. 53 sq. SAUPP.

ταῦτ'] Quae homo ille mentiri nescius narraverat. SAUPP.

23, 19. *θαυματοποιῶν*] Horum ars fuit, diverso modo corpus inflectere et per ignes rotasque laxandis intorquendisque membris et similibus nugis popelli animos admiratione defigere. V. interpretes Pollucis 7, 189. VOEM. V. Xenoph. Symp. c. 2.

23. 20. *Καλλίαν—τὸν δημόσιον*] Homo ignotus, nisi quod schol. August. ad h. l. dicit: *Ὁ δὲ Καλλίας εἷς ὢν τῶν οἰκετῶν, καὶ καταγνωσθεὶς ἔφυγεν εἰς Μακεδονίαν καὶ διέτριβε παρὰ Φιλίππῳ.* Liban. vol. 4. p. 974. *ἐμέθυεν (ὁ Φίλιππος), ἐκορδάκιζε, συνῆγε τοὺς ἀσελγεῖς, τούτοις συνέπινε, μετὰ τούτων ἠσχημόνει, καὶ οἷς οὐκ ἦν ἀλλαχοῦ ζῆν, τούτους ἦν εὐδοκιμεῖν παρ' ἐκείνῳ. Καλλίας ἦν δημόσιος Ἀθήνησι, τούτου μὲν βδελυρίαν μὴ φέρων ὁ δῆμος, ἐξέβαλεν. οὗτος οὐκ ἠγνόησεν, οἷ χρὴ δραμεῖν, ἀλλ' ἧκε τῷ Φιλίππῳ, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐκεκρίνετο.* Quae e nostro loco sunt expressa. Idem ib. p. 319. eum dicit Phrynonis filium Atheniensem. VOEM. Phrynonis filius, quem pater impuberem Philippi libidini prostituerit, memoratur ab Demosthene in or. de f. leg. p. 412, 25; sed nomine non addito. Quae scholiasta et Libanius tradunt non aliunde petita esse quam ex his locis Demosthenis recte monet Sauppius. Servorum publicorum quum varia fuerint munera (v. Schoemann. Antiq. publ. p. 186.), Callias utrum scriba fuerit, quod conjecit Voemelius, an alio functus sit officio sciri non potest.

23, 21. *μίμους—γελασθῆναι*] Citat Athen. 14. p. 614 e. et partim Thomas M. p. 186.

23, 22. *ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων*] *αἰσχρὰ ποιήματα* aut carmina obscoena esse possunt (p. 540. *εἶτα τῆς ἀδελφῆς ἔτ' ἔνδον οὔσης*

τότε καὶ παιδὸς οὔσης κόρης ἐναντίον ἐφθέγγοντο αἰσχρά) aut versus Fescennini. De his posterioribus cogitandum esse ostendunt verba *ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν.* Carminibus acerbis irridebant eos, quibuscum ipsi et Philippus versarentur, quo factum est ut illi, qui irriderentur, cachinnos excitarent. Fert vero natura eorum carminum ut etiam obscoena haud raro immixta fuisse putemus. Quantopere Philippus ridere amaverit ostendunt quae Athenaeus Hegesandro auctore 6. p. 260. A. et 14. p. 614. D. narrat, Philippum collegio sexaginta risorum, qui Athenis in templo Diomeensi Herculis convenire solebant, talentum dedisse, ut ipsi ridicula sua perscripta mitterent. SAUPP.

23, 25. *κακοδαιμονίας*] *κακοδαιμονία* est *extrema miseria*, *conditio animi perversissima*, homini ab numine irato immissa, insania miserior. Aristoph. Plut. 505.

ὡς μὲν γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ βίος τοῖς ἀνθρώποις διάκειται,
τίς ἂν οὐχ ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν κακοδαιμονίαν τ' ἔτι μᾶλλον;

Olynth. 3 p. 34: *οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων οὐδ' ἀτυχής εἰμι ἐγώ.* VOEM.

23, 26. *ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν*] Locus in orat. adv. Epist. Phil. p. 155, 24. spuria repetitus hunc ipsum, unde desumtus est, clariorem reddiderit: *τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισκοτεῖ* (i. e. *σκότος ἐπάγει*) *πᾶσι τοῖς τοιούτοις.* Julian. Or. p. 84 D. nostrum imitatur: *αἱ γὰρ εὐπραξίαι δεινοὶ τὰς ὀργὰς ὑφαρπάζειν.* V. Wyttenb. Epist. crit. de Jul. p. 51. VOEM.

23, 27. *αἱ γὰρ εὐπραξίαι—ὀνείδη*] Lepidus Salusti (orat. et epist. ex histor. libris) §. 10: *quare igitur* (Sulla) *tanto agmine atque animis incedit? quia secundæ res mire sunt vitiis obtentui; quibus labefactis, quam formidatus est, tam contemnetur.* Quem l. comparavit Voemel. Verba *καὶ συσκιάσαι* e loco parallelo libris quibusdam illata suo quoque in codice legit Theo Progymn. vol. 1. p. 200.

23, 29. *αὐτοῦ ταῦτ'*] *αὐτοῦ* est genitivus partitivus pendens ex *ταῦτα*, de quo monuit Frankius.

24, 1. *δείξειν*] *Appariturum esse.* Est enim impersonaliter dictum, ut ap. Aristoph. Vesp. 988. *δείξειν ἔοικεν.* Ran. 1261. c. 4. *δείξει δὴ τάχα.*

24, 2. *θέλωσι—βούλησθε*] *θέλειν* et *βούλεσθαι* ita differre, ut illud animum ad aliquid propensum, hoc consilium indicet, docet cognatio vocis, quae est *βουλή*. Hoc recte monuit G. Hermannus in Zimmermanni diurnis a. 1835. p. 299. Quod discrimen quum et huic loco et permultis aliis optime conveniat, apparet tamen tale esse ut fere semper commutari possint. SAUPP.

24, 3. *ἐν τοῖς σώμασιν*] Respublicas earumque statum saepissime veteres cum corpore ejusque vel sanitate vel morbis comparare solent; conf. Plato Rep. 8. p. 556 E: *οὐκοῦν ὥσπερ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται προσλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει αὐτὸ αὑτῷ, οὕτω δὴ καὶ ἡ κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ διακειμένη πόλις ἀπὸ σμικρᾶς προφάσεως, ἔξωθεν ἐπαγομένων ἢ τῶν ἑτέρων ἐξ ὀλιγαρχουμένης πόλεως ξυμμαχίαν ἢ τῶν*

ἑτέρων ἐκ δημοκρατουμένης, νοσεῖ τε καὶ αὐτὴ αὑτῇ μάχεται, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει; Demosth. p. 294. ὥσπερ τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματα, ὅταν τι κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖται. SAUPP.

24, 3. ἕως] Sic ex codd. correxi vulgatum τέως, de qua quaestione in praefat. editionis primae vol. 1. p. XIII. ad p. 1287, 13. haec scripsi "ἕως ἂν κριθῶμεν ex uno sed egregio dedi libro Parisino pro vulgato τέως. Verissime enim, ut equidem arbitror, Schaeferus commentariorum vol. 1. p. 261. τέως pro ἕως dici ab Atticorum usu abhorrere judicat. Quorum consuetudini qui adversi sunt Demosthenis loci, partim scripturae diversitate suspecti sunt partim evertunt se ipsi. Nam qui paullo post dixit orator p. 1287, 23. ἕως ἂν περὶ τῶν ἀντιλεγομένων κριθῶμεν, cumne admodum credibile est hic τέως ἂν κριθῶμεν scripsisse? Ceterorum locorum rationes hae sunt. P. 24, 3. τέως μὲν ἂν ἐρρωμένος ᾖ Bekkerus ex codicibus plerisque omnibus: sed paucis verbis interjectis sine ullo codicum dissensu ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν. P. 188, 7. libri inter ἕως et τέως ὡμονόουν fluctuant: sed p. 446, 3. τέως ἦσαν Φωκεῖς σῶοι major eorum pars cum scholio Platonico p. 86. Ruhnk. (335. Bekk.) et Suida v. τέως, qui et hoc et aliis Demosthenicis locis utitur ut τέως pro ἕως dici ostendat. P. 484, 22. τότε μὲν, τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν. P. 519, 29. τέως ἂν χρησθῇ. 656, 16. τέως μὲν ἑώρων, et ἕως et τέως libri suppeditant. P. 721, 1. 5. 7. et 726, 12—14. codices inter τέως, τε ἕως, τε ὡς, τέως ἕως fluctuant: ego quinquies dedi ἕως. P. 733, 16. τέως ἂν ἐκτίσῃ, ἕως scripsi auctore S. P. 791, 14. (in oratione spuria) τέως περ ἂν ἐκτίσῃ, libri aliquot ἕως περ servarunt. ἕως περ, quod nuper dubitatum est an nemo dixerit, apud ipsum legitur Demosthenem p. 1257, 10. Thucydidem 7, 19. alios. Denique p. 857, 14. ex libris, p. 1432, 29. ex conjectura correxi."

24, 6. ῥῆγμα medicis est carnosae partis, ut labiorum, divulsio et fissura, venae vel arteriae vel musculi diruptio, quod in nervis σπάσμα; στρέμμα vero est *luxatum* vel *luxatio*. ῥῆγμα μὲν οἱ ἰατροί φασι φλεβὸς ἢ ἀρτηρίας ῥῆξιν, στρέμμα δὲ ἄρθρου παράβασιν· τινὲς δὲ ῥῆγμα μὲν νεύρου διάτασιν, στρέμμα δὲ ὀστέου παράβασιν. Schol. cod. Urbinatis. Cf. Foes. oeconom. Hippocr. s. vv. ῥῆγμα, σπάσμα, στρέμμα. SAUPP.

ῥῆγμα—στρέμμα] Quomodo grammatici interpretati sint, v. in Anecd. Bekk. p. 300, 7. 302, 13. ubi hic locus respicitur. Aliter Plutarchus Mor. p. 69, 37. στρέμμα intellexit, cum pro eo σπάσμα poneret. SCHAEFER.

24, 10. πόλεμος συμπλακῇ] συμπλέκεσθαι de pari luctatorum vel militum inter se complexorum dicitur vel de re alii rei impacta. Hic bellum, longinquum antea, tam prope accessisse dicitur, ut eum, ad cujus fines accessit, complexu suo stringat et teneat. Conf. p. 124. οὐ δεῖ προσέσθαι τὸν πόλεμον εἰς τὴν χώραν —ὅπως οἴκοθεν μὴ κινήσεται σκοποῦντας, οὐχὶ συμπλακέντας διαγωνίζεσθαι. SAUPP.

εἰ δέ τις] εἴωθεν ὁ Δημοσθένης, ἔνθα ἂν ἀπορῇ λύσεως πρὸς ἀντίθεσιν, μὴ ψιλὴν αὐτὴν τιθέναι, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον πλατύνειν, ἕως ἂν

λάθῃ τοιοῦτόν τι προσθεὶς, ἐξ οὗ λήψεται τὴν ἀφορμὴν τῆς λύσεως, ὃ δὴ κἀνταῦθα πεποίηκεν. ἦν γὰρ ἡ μὲν ἀντίθεσις, εὐτυχὴς ὁ Φίλιππος, οὐκ ἔχων δὲ λῦσαι ταύτην, κατ' ὀλίγον πλατύνων ἀπὸ τῆς Φιλίππου τύχης αὐτῆς ἐπὶ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων μετέστησεν. Ulpian. secundum Hermog. Meth. cap. 31. p. 559. Laur. quem cit. Taylor. Hunc nostrum locum ob concinnitatem, suavitatem et numeros admiratur Dionysius Hal. de admir. vi dicendi in Demosth. c. 43. vol. 6. p. 1089. sqq. VOEM.

24, 14. *τὸ ὅλον*] Delendus articulus quo carent sex codices et Dionys. l. c. p. 1089, 13. Sic Xenoph. Hell. 5, 2, 7. *ἀντιπάλοις τὸ μετ' ὀργῆς, ἀλλὰ μὴ γνώμῃ προσφέρεσθαι ὅλον ἁμάρτημα*, ubi Schneid. comparavit Demosth. p. 1110, 17. *ὄψεσθε ὡς πλάσμα ὅλον ἐστὶν ἡ διαθήκη.* Idem p. 779, 29. *μᾶλλον δ' ὅλον ἐστὶν ἀπόνοια ἡ τούτου πολιτεία.*

ἡ τύχη—πράγματα] Scholiasta, *ὥσπερ ἀπὸ Πλατωνικῆς ὁρμώμενος διατριβῆς ἐνταῦθα φιλοσοφεῖ λέγων ταῖς ἀρεταῖς καὶ τὰ τῆς τύχης ἕπεσθαι.* Plato Leg. 4. p. 709 b. *τύχας εἶναι σχεδὸν ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα.—ὁμοίως αὖ καὶ τόδε ἐστὶ λέγοντα εὖ λέγειν; ὡς θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα. ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχωρῆσαι, τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην.* Quam sententiam Nicostratus comicus ap. Athen. 15. p 693. a. ita invertit:

> *Τύχη τὰ θνητῶν πράγμαθ', ἡ πρόνοια δὲ*
> *τυφλόν τι κἀσύντακτόν ἐστιν, ὦ πάτερ.*

Hanc comici, non illam philosophi de fortuna sententiam pluribus placuisse, intelliges e veterum Graecorum et Romanorum sententiis collectis a Stobaeo Ecl. 1, 8. p. 212. sqq. Heer. a Lennepio ad Phalarid. Ep. p. 182. sq. et ab interpretibus ad Cic. Off. 2. 6. 19. Wyttenb Praef. Animadv. in Plutarch. Mor. in Opusc. vol. 1. p. 450. sq. A genere quoque dicendi cum Platone Demosthenem esse comparandum tradit Hermogen. Form. 1. 2. p. 252. Laur. VOEM. Sententiam tam obviam, quae cuivis in mentem veniat, nihil caussae est cur a Platone sumpsisse credatur Demosthenes.

παρὰ πάντ'] Alciphro 3, 44. p. 372. *ἡ τύχη γὰρ παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα.* V. Wessel. ad Diodor. 13, 24, 6. Livius 9, 17. "Fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas, potens."

24, 17. *ἑλοίμην—ἢ*] In *αἱρεῖσθαι* et reliquis verbis optandi latet notio comparativi: unde construuntur cum particula *ἤ*. Vide exempla collecta ab Nitzschio in Plat. Ion. p. 70. velut Lysiae Epitaph. p. 118 R.: *θάνατον μετ' ἐλευθερίας αἱρούμενοι ἢ βίον μετὰ δουλείας.* VOEM.

ὑμῶν αὐτῶν] *αὐτῶν* om. Dionysius, male, ut monet Schaeferus collato quod mox sequitur *αὐτὸν ἀργοῦντα.*

24, 18. *κατὰ μικρόν*] *Paululum.* Isocrat. p. 28. d. *ἐγὼ δ' ἀποδέχομαι μὲν πάντας τοὺς λόγους τοὺς καὶ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς ὠφελεῖν*

δυναμένους. Plato Soph. p. 241. c. *εἰ καὶ κατὰ μικρὸν οἷοί τ᾽ ἐπιλαβέσθαι πῃ τἀνδρός ἐσμεν.—ἐάν πῃ καὶ κατὰ βραχὺ παρασπασώμεθα.* et Heind. ibid. ad §. 5. VOEM.

24, 20. *ἡμῖν*] Praestat *ὑμῖν*, quod est in aliis libris et apud Dionys. p. 1092, 1. Erat enim pronomen priori sententiae parti, in qua est *ὑμῶν αὐτῶν*, potius accommodandum quam verbo *καθήμεθα*, quod in proximis verbis novam sententiam ordientibus sequitur.

24, 21. *αὐτὸν*] In libris aliquot *αὖ τὸν* scriptum, quod librario debetur non intelligenti *ἀργοῦντα* indefinite dictum esse, *ἀργοῦντά τινα*. Sic *αὐτὸν οὐ δίκαια ποιοῦντα* p. 198, 7.

24, 25. *ὥραν*] Quomodo Philippus anni temporibus callide usus sit docet p. 48. extr. et p. 94. SAUPP.

24, 29. Verba *ἃ δεῖ*, quae om. pr. S., sed unus ex antiquioribus correctoribus supplevit, dubitet aliquis an delenda sint, quum ex priore sententiae parte facile cogitatione repeti possint verba *ἃ τοῖς πολεμοῦσι προσήκει*. Agnoscit ea Tiberius vol. 8. p. 548. legitque etiam Hermog. vol. 3. p. 123. locum sic scriptum afferens, *τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστὸν εἰ μηδὲν ὧν δεῖ ποιοῦντες ἡμεῖς τοῦ πάντα ἃ προσήκει ποιοῦντος περιῆμεν*, membris memoriae errore inversis, quemadmodum in praecedentibus verbis *ῥαθυμούντων* posuit pro *ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων*.

25, 1. *Λακεδαιμονίοις*] Lacedaemonii jampridem Thebanos principatus aemulos fore suspicantes, Phoebidae, duci agminis Olymp. 99, 3. (a. Chr. $\frac{382}{381}$) contra Olynthum missi, clandestinum consilium Cadmeae occupandae, si in itinere occasio ita tulerit, mandaverunt. Quam occasionem obtulit Leontiades, qui alter praetor Thebanus, Lacedaemoniorum amicus et Ismeniam collegam suum Lacedaemoniis adversarium perosus in Cadmeam duxit Phoebidam et quadringentos nobilissimos in exilium egit, suos adversarios, qui Athenas confugerunt. Sed iidem exules Olymp. 100, 3. (a. Chr. [illegible]) Atheniensibus opem ferentibus, injurias hostium puniunt patriamque vindicant. Hoc bellum *Boeoticum* et alias notum et venuste expositum est a Xenophonte Hellen. 5, 4. Cf. Diodor. Sic. 15, 20. c. 25. ibiq. Wessel. et quos citat. VOEM.

25, 2. *τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων*] *Jure* Thebis esse ejectos superbos Lacedaemonios, interfectos improbos magistratus, reductos exules, *justitiae* hoc tribuendum certatim monent scriptores; audiamus Xenophontem has res l. l. narrantem: *παντάπασιν ἤδη καλῶς καὶ ἀσφαλῶς ἡ ἀρχὴ ἐδόκει αὐτοῖς (τοῖς Λακεδαιμονίοις) κατεσκευάσθαι. πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις ἔχοι καὶ ἄλλα λέγειν καὶ Ἑλληνικὰ καὶ βαρβαρικά, ὡς θεοὶ οὔτε τῶν ἀσεβούντων οὔτε τῶν ἀνόσια ποιούντων ἀμελοῦσι, νῦν γε μὴν λέξω τὰ προκείμενα· Λακεδαιμόνιοί τε γὰρ οἱ ὀμόσαντες αὐτονόμους ἐάσειν τὰς πόλεις, τὴν ἐν Θήβαις ἀκρόπολιν κατασχόντες, ὑπ᾽ αὐτῶν μόνον τῶν ἀδικηθέντων ἐκολάσθησαν, πρῶτον οὐδ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς τῶν πώποτε ἀνθρώπων κρατηθέντες.* Cf. Polyb. 4. 27. Inde jam patet cur hoc bellum gestum esse dicat noster *ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων*. Cf. Rhod. libert. p. 199..

ubi τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια opponuntur τοῖς ἰδίοις δικαίοις. *Aequa et justa civitatibus Graecis* (id quod significat locutio τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια) *reddere et communem libertatem* servare (quae servanda erat foedere tum inito sociis τῷ κοινῷ συνεδρίῳ conjunctis. Diod. 15, 28. ad Olymp. 100, 4. (a. Chr. 377.) erat urbis principis, quam, ut illo foedere constitutum erat, Demosthenes vult esse Athenas. Magis vero erat id negotium officiumque Amphictyonum, unde nuper Olymp. 106, 2. (a. Chr. 355) Thebani propter Cadmeam occupatam Lacedaemoniis in concilio Amphictyonum accusatis quingenta talenta irrogaverunt; et quum proximo anno, ut jussum erat, adjudicatam mulctae summam ii non solvissent, Thebani novam duplicis injuriae actionem instituerunt. Ad mille igitur talenta solvenda Lacedaemonii Amphictyonum suffragiis condemnati sunt. Reliqua vulgo notissima Diod. 16, 23. et 29. VOEM. P. 40. extr. ὑπεμείνατε ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων τὸν πρὸς ἐκείνους (Lacedaemonios) πόλεμον. ubi Ἑλληνικῶν ab libris multis abest, unde fuerunt qui et illic et hic delere vellent. Verum hoc loco vel ea quae sequuntur ἵν' οἱ ἄλλοι τύχωσι τῶν δικαίων ad defendendum illud sufficere recte monet Sauppius. Τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων dixit p. 68, 5.

25, 3. ἀντήρατε] ἀνταίρειν per ἀντανίστασθαι explicatum ex Demosthene annotavit Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 26, 8.

25, 4. τύχωσι τῶν δικαίων] τῶν δ. τύχωσι schol. Hermog. vol. 4. p. 756.

25, 9. πάντας] Bellis Persicis.

καθ' ἕνα αὐτῶν ἕκαστον] Isocr. Epist. 2. p. 410 c. ἡ (πόλις τῶν Ἀθηναίων) καὶ μίαν ἑκάστην τῶν πόλεων καὶ σύμπασαν τὴν Ἑλλάδα πολλάκις ἤδη σέσωκεν. Scilicet *servatas* ab Atheniensibus dicit, quas illi suae reipublicae rationibus ducti vel a Lacedaemoniis vel a Thebanis vel a Philippo defenderant. FRANK.

25, 10. ὑμέτερα] Amphipolim, Pydnam, Potidaeam, Methonen. FRANK.

25, 12. δύναται] Cave pro ἐθέλει positum esse credas: nam sic multo gravius et efficacius Athenienses objurgat, quum eos id, quod noluerunt reputare, quum tamen deberent, non *posse* reputare dicit. Cf. p. 51, 13. καὶ μηδὲ τοῦτο δύνασθαι μαθεῖν. p. 95, 7. οὔτε τῶν κοινῶν ἀπέχεσθαι δυνάμεθα. FRANK.

λογίσασθαι] Non λογίζεσθαι dicit, quia non de ducenda ratione, sed de subducta summa agitur. FRANK.

πόσον χρόνον] Per octo annos: nam exortum est bellum propter captam Amphipolim Ol. 105, 3. V. Aeschin. p. 37, 11. FRANK.

25, 16. κρινόντων] Conf. p. 53 extr. Inprimis Charetem spectat, qui non semel accusatus erat. FRANK.

πάλιν ἐλπιζόντων] Ulpian. οἱ στρατηγοὶ κρινόμενοι, ἀποφυγεῖν βουλόμενοι, πάλιν αὐτοῖς ἐπηγγέλλοντο τάσδε καὶ τάσδε τὰς νήσους αὐτοῖς προσκτήσασθαι καὶ τάδε κατορθώσειν.

25, 18. ἀγνωμόνως] Per ἀλογίστως καὶ ἀβούλως explicat Harpocration ex h. l.

25, 22. εὔλογον] Noluit dicere, quod durius videatur, simplex: λόγον οὐκ ἔχει, sed mitiori οὔτ' εὔλογόν ἐστι addit: οὔτε φύσιν ἔχον ἐστὶ i. q. *fieri non potest* (Herodot. 2, 45), cui opponitur πέφυκεν. VOEM.

25, 23. πολὺ γὰρ ῥᾷον] Prudentibus quidem facilius est omnia retinere quam acquirere, sed imprudentibus difficilius. Ita sibi ipse non repugnat Demosthenes Olynth. 1. p. 16, 3. Salust. Catilin. c. 51: "Profecto virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus." Id. Jugurth. c. 31. med.: "Majus dedecus est parta amittere quam omnino non paravisse." Cicer Catil. 4. 11: "non minore labore tueor quam comparo." Cujus rei caussam Xenophon (Cyrop. 7. 5. 26) refert hanc: μέγα μὲν γὰρ οἶμαι ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι. πολὺ δ' ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι. τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο, τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. Et brevius quidem Ovidius (Art. am. 2. 13. sq.):

> Nec minor est virtus, quam quaerere, parta tueri.
> Casus inest illic; hic erit artis opus.

Sententiam Demosthenicam Stobaeus citat Flor. 48. 46. VOEM.

25, 28. πρὶν ἂν τῶν πρ. κρατ.] *Priusquam rebus potiti sitis* i. e. priusquam devicto Philippo servatisque Olynthiis pristinum imperium recuperaveritis. FRANK.

25, 29. ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων] Ex ipsis factis, non e rumoribus falsisque criminationibus facto judicio. Conf. p. 53. FRANK.

26, 2. τὰς προφάσεις δ' ἀφελεῖν] Scil. τῶν στρατηγῶν (p. 47, 2.), praetextus, quibus usi imperatores bellum adversus Philippum deseruerunt. Praetexebant autem τὰ κατ' Ἀθηναίους ἐλλείμματα, quod stipendia militibus non solvebantur. FRANK.

26, 6. τὸν πόλεμον] Amphipolitanum.

26, 7. ἰδίους] Schol. οὓς ἐκτὸς τῆς πόλεως ἐποίουν. αἰνίττεται δὲ ἴσως εἰς Χάρητα. V. ad p. 26, 14.

εὑρίσκειν] Non forte oblata, sed studio quaesita: i. q. ἐξευρίσκειν. Xenophon Cyrop. 4. 5, 25. σὺ μὲν οὖν εὑρὼν σκηνὴν δὸς αὐτῷ. SCHAEFER.

26, 9. ἐνταῦθα ad bellum contra Philippum gerendum, ἐκεῖ vero, quod sequitur, ad privatas illas expeditiones referendum esse patet. SAUPP.

26, 10. Ἀμφίπολις κἂν ληφθῇ] Corrigendum, opinor, Ἀμφίπολιν, κἂν λ.—Hoc quum in Ἀμφίπολις corruptum esset, postmodum αὐτὴν est insertum, quod vulgo post παραχρῆμα lectum ego auctoribus B. S. ejeci.

26, 13. τὰ δὲ λήμματα] ἆθλα sunt praemia belli honesti. λήμματα quaestus belli inhonesti, τῆς λῃστείας. λῆμμα enim fere dicitur sensu deteriori. SCHAEFER.

26, 14. Λάμψακος, Σίγειον] Quae orator p. 46, 28. dicit (τὰ ξενικὰ) πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ πανταχοῖ μᾶλλον οἴχεται πλέοντα, osten-

dunt etiam hoc loco de Charete cogitandum esse. Sed quod dicunt eum Lampsacum et Sigeum urbes ab Artabazo dono accepisse more Persarum, quem Themistoclis exemplum maxime illustravit (Plut. Them. c. 29.), nullo veteris scriptoris testimonio comprobatur. Neque eo confirmatur, quod Charetem saepe Sigeum se recepisse scimus: (Theopompus Athen. 12. p. 532. B. Cornelius Chabr. c. 3. Arrian. Anab. 1, 12, 1.) Quomodo enim cogitari potest, urbes illas etiam Artabazo devicto Chareti permissas esse? Quum Chares fere cum classe Atheniensium in Hellesponto esset, non mirabile est eum Sigei multum versatum esse. Hic locus igitur ita videtur explicandus esse, ut Charetem putemus, quum Artabazo opem ferret (Diod. 16, 22. 34.), urbes illas aut pignoris loco accepisse, aut invito, sed permittente Artabazo occupasse. Similiter Scepsin, Cebrena, Ilium urbes a Charidemo occupatas esse Demosthenes p. 671. narrat similiterque duces illos militum mercenariorum in Italia (*condottieri*) egisse legimus. SAUPP.

26, 14. Σίγειον] Citat Harpocration s. h. v. REISK.

26, 15. τὰ πλοῖα ἃ συλῶσιν] Aeschin. p. 37, 23. κατῆγον δὲ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς κοινῆς θαλάττης. ἀντὶ δὲ ἀξιώματος καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἡ πόλις ἡμῶν Μυοννήσου καὶ τῆς τῶν λῃστῶν δόξης ἀνεπίμπλατο. Demosthen. p. 96. narrat Chios, Erythraeos, omnes, qui Asiam minorem incolant, imperatoribus Atheniensium plus minusve pecuniae offerre: neque, inquit, id sine caussa faciunt, ἀλλ' ὠνούμενοι μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς παρ' αὑτῶν ἐκπλέοντας ἐμπόρους, μὴ συλᾶσθαι, παραπέμπεσθαι τὰ πλοῖα τὰ αὑτῶν, τὰ τοιαῦτα· φασὶ δ' εὐνοίας διδόναι, καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχει τὰ λήμματα ταῦτα. SAUPP.

26, 18. δόντες λόγον] Δοῦναι λόγον h. l. significat *rationis reddendae facultatem dare, caussam dicendi locum dare, defensionem audire.* Dem. Timocr. p. 721. μὴ δόντας λόγον μηδ' ἐθελήσαντας ἀκοῦσαι καταψηφίσασθαι τούτου. VOEM.

τὰς ἀνάγκας ταύτας] *Has* (de quibus §. 28. exposuit) *caussas*, quibus illi coacti sunt bellum male gerere; inopiam stipendiorum dicit. FRANK.

26, 22. πρότερον μὲν γὰρ—πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας] Citat h. l. Thomas M. p. 728. v. πολιτεύομαι. REISK. Conf. p. 172. in. SCHAEFER.

πρότερον μὲν γὰρ—] Scimus anno Nausinici (378/7 a. Chr.) *symmorias* institutas, h. e. ut pecuniae (εἰσφοραί) bello instante celerius conferrentur, cives eos, quos conferre oporteret, ex censu in viginti collegia tributaria distributos esse (Boeckh. oecon. publ. Ath. 2. p. 59 sqq. Hermann. antiq. Graec. §. 162. Schoemann. antiq. p. 322 sqq.). Porro scimus Periandrum, quem Polyarati filium Cholargensem fuisse Boeckhii probabilis est conjectura (de re navali Athen. p. 26. 248.), a. 357. legem pertulisse, ut etiam ea, quae cives singuli ad naves instruendas et in expeditionibus administrandas praestare deberent, *symmoriis* ordinarentur (Boeckh. oecon. 2. p. 99 sqq. de re nav. p. 177 sqq. Hermanni

antiq. §. 161.). Cur has symmorias non a prioribus diversas, sed utrasque easdem esse credam, epistolae crit. ad G. Hermannum p. 130. explicavi. In civibus illis per symmorias distributis *trecenti* erant divitiis maxime insignes, qui, uti pecunias singulis symmoriis irrogatas repraesentabant (*προεισέφερον*), sic reliquos, qui in symmoriis essent, suo arbitrio regebant: Dem. 42. p. 1039 sq. 1046. 285. Isaei p. 62, 21. Efficiebant, opinor, primam census classem. Deinde certum videtur symmoriae cuique praefuisse *ἡγεμόνα* (Dem. p. 565. 836.) et praeter eum in quavis symmoria fuisse *ἐπιμελητήν* (Dem. p. 1145.) Nomina videntur docere rationem eorum hanc fuisse, ut *ἡγεμόνες* conciones symmoriarum regerent, *ἐπιμεληταὶ* ea quae symmoriae decrevissent exsequerentur. "Cum his igitur symmoriis Demosthenes eam rationem, qua Athenienses suo tempore in concionibus uti soleant, comparat. Duas quasi symmorias concionantium animo informat. Ut in quavis symmoria *magister* (*ἡγεμών*) est, sub eo *curator* (*ἐπιμελητής*), deinde tredecim sodales ii. qui praeter duo quos dixi ad numerum trecentorum pertinent, denique ceteri sodales, sed qui quindecim opulentissimorum arbitrio regantur nec quidquam ipsi valeant, sic in concionibus cives quasi in symmorias dividi solent. Orator cujusvis magister, imperator curatoris locum tenet, caeca multitudo clamantium et vociferantium numero sunt trecentorum, cives ceteri ut reliqui illi sodales nullo ipsi sunt numero, sed facere eos oportet quidquid jubentur. *Duas* vero concionantium *symmorias* esse fingit, quod antea de altercationibus duarum partium dixit. Nihil vero in h. l. inesse, quo cogitare jubeamur, symmorias non jam fuisse, rectissime jam ab aliis observatum est." Adscripsi, quae epist. crit. ad G. Herm. p. 131. exposui. SAUPP. Symmorias trierarchicas et tributarias easdem fuisse Schoemanni quoque sententia est Antiq. publ. p. 327. etsi minus confidenter pronunciata: cui contradixit Boeckh. in Proleg. ad inscr. nav. p. 178.

26. 24. *ἑκατέρων*] Partium utrarumque, quarum altera, ut exemplo utar, Philippo studeret, altera adversaretur, Olynthiis auxilium ferendum esse contenderet altera, altera negaret. SAUPP. De oratorum et imperatorum conjunctione Voemelius comparavit Aeschin. p. 54, 32. *μήτε τὰς τῶν στρατηγῶν συνηγορίας, οἱ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντές τισι τῶν ῥητόρων λυμαίνονται τὴν πολιτείαν.* Plutarch. *περὶ φιλαδελφ.* p. 486 D. *καὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλοις μᾶλλον. ὡς Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης [καὶ Φωκίων], καὶ Εὔβουλος [καὶ Διοπείθης], καὶ Ὑπερείδης καὶ Λεωσθένης. οἱ μὲν λέγοντες ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντες, οἱ δὲ στρατηγοῦντες καὶ πράττοντες.* ubi Ruhnkenius hist. crit. orat. Gr. p. 68. nomina Phocionis et Diopithis addidit ex Plut. Phoc. c. 7.

26, 25. *καὶ οἱ βοησόμενοι* (*μεθ' ἑκατέρων* additum p. 172, 3.) *τριακόσιοι*] H. e. nec desunt qui vociferabuntur trecenti. s. trecentorum locum tenentes.

26, 27. *ὑμῶν αὐτῶν γενομένους*] Vestri juris factos, non ab iis pendentes quibus nunc attributi estis.

26, 29. *τοῖς μὲν—τοῖς δὲ—τοῖς δὲ—*] Oratoribus demagogisque—civibus opulentis et industriis—turbae comitiali. SAUPP.

27, 1. *ὑμῶν* a *τυραννίδος* pendet, non ab *ἐπιτάττειν*.

27, 6. *τούτους*] *τοὺς ἠδικημένους καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἐλλείποντας*. SAUPP.

27, 7. *τὸ ἴσον*] *ὁ μὲν πένης ἀπ' ὀλίγων ὀλίγα, ὁ δὲ πλούσιος ἀπὸ τῶν πολλῶν πολλά· οὕτω γὰρ ἂν ἴσα γίγνοιτο τὰ τῆς εἰσφορᾶς*. WOLF. *Aequum, justum*, quod quemque par est pendere pro modo facultatum. Sic etiam Boeckhius in Oecon. polit. Athen. 2. p. 73. SCHAEFER. Miratur Boeckhius cur orator et hic et p. 15, 1. omnes ex aequo tributa conferre jubeat, quum hoc ex instituto symmoriarum (cf. p. 55.) jam dudum fieri solitum fuerit. Sed hoc ipsum est, quod Demosthenes queritur, Athenienses *εἰσφορὰν* sibi omnibus irrogare nolle, *ἐπιδόσεις* et *λειτουργίας* ab opulentis flagitari, a plerisque nihil conferri, atque ita inopia pecuniarum omnia perdi. SAUPP.

27, 9. *πάντας ἐξιέναι κατὰ μέρος*] *στρατείαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην* dixit Aeschines p. 50, 35., ubi v. interpretes et scholia nuper edita.

27, 11. *ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα*] De homine certo, sed quem nominare aut non possumus aut nolumus. Compares cum *τὸν καὶ τὸν, τὸ καὶ τὸ* et similibus. In Midiana p. 560. 18. *τὰ καὶ τὰ πεπονθὼς ὁ δεῖνα*. Nihil in talibus incerti: quod ipse articulus indicat. Erraret si quis *ὁ δεῖνα* cum *τὶς* compararet. SCHAEFER. Matthiae gr. §. 478. p. 1083. Demosthenes Eubulum similesque oratores intelligit, quibus turba comitialis mirifice favebat. SAUPP.

III.

OLYNTHIACA TERTIA.

In Libanii Argumentum.

27, 1. ἔπεμψαν βοήθειαν] Haec non tam certis historiae monumentis confirmata, quam ex ipso exordio hujus orationis collecta videntur. Maxime enim verisimile est Athenienses tum, quum haec oratio habita est, nihildum auxilii Olynthiis misisse. FRANK.

28, 1. Οὐχὶ ταὐτὰ—] Locum hunc recitat scholiastes Hermogenis in prolegom. ad libr. περὶ εὑρέσεως p. 352 ἐν τισι λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρητόμεθα. δυσὶ μὲν Δημοσθένης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, ὧν πρότερον μέν· Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι—. δεύτερον δέ [p. 29, 6.]· ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς—. REISK. Imitatur M. Cato apud Salustium Catil. c. 52. a Wolfio comparatus, *Longe mihi alia mens est, P. C., quom res atque pericula nostra considero, et quom sententias nonnullorum mecum ipse reputo. Illi mihi disseruisse videntur de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris atque focis suis bellum paravere; res autem monet cavere ab illis magis, quam quid in illos statuamus consultare.* Lucianus Bis accus. c. 26. οὐχὶ ταὐτὰ δέ μοι παρίσταται γιγνώσκειν, ὅταν τε εἰς ἃ πέπονθα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. τοὺς μὲν γὰρ λόγους ὡς ὁμοιοτάτους τοῖς ἐμοῖς οὗτος ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα ὄψεσθε, ὥστε, ὅπως μὴ χεῖρόν τι πείσωμαι πρὸς αὐτοῦ, σκέψασθαι δέον.

28, 2. εἰς τὰ πράγματα—πρὸς τοὺς λόγους] Quum ἀποβλέπειν εἴς τι et πρός τι ad sensum non differat, orationem Demosthenes variavit, ut Aeschines p. 77, 37. ἐὰν μὲν τοίνυν πρὸς τὴν εὐφημίαν τῶν λόγων αὐτοῦ ἀποβλέπητε, ἐξαπατηθήσεσθε, ὥσπερ καὶ πρότερον· ἐὰν δ᾽ εἰς τὴν φύσιν καὶ ἀλήθειαν, οὐκ ἐξαπατηθήσεσθε. FRANK.

28, 3. τοὺς μὲν γὰρ λόγους κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogenem p. 313, 6. δεῖ τὸν ἔμφρονα ῥήτορα θαρροῦντάς τε παρὰ τὸ δέον τοὺς συμβουλευομένους καταπλῆξαι, φυλαττόμενον ἐν τούτῳ τὸ εἰς ἀθυμίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν, ὅπερ καὶ ὁ ῥήτωρ ἐν τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν ἐκ προ-

οιμίων ποιεῖ, (designat h. l. p. 28, 3.) *καὶ πάλιν ἀθύμως διακειμένους ἐγεῖραι καὶ φρονήματος ἐμπλῆσαι, φυλάττοντα κἀνταῦθα ὅπως μὴ παραχθῶσιν εἰς καταφρόνησιν καὶ ῥᾳθυμότεροι γένωνται. τοῦτο δὲ πρῶτος μὲν Ὅμηρος ἐποίησε —. Δημοσθένης δὲ καλῶς ἐζήλωσεν ἔν τε τῷ προειρημένῳ τρίτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν καὶ ἐναργέστερον ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης ἐκ προοιμίων* (p. 57, 1.)· *Ὁρῶ μὲν—τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δ. ἔ.* etc. REISK.

28, 5. *προήκοντα*] Scholium in Anecd. Bekk. p. 1095. recte interpretatur *προεληλυθότα*. SCHAEFER.

28, 7. *δέον*] I. e. *δέον εἶναι* s. *ἐστί*.

οὐδὲν οὖν—] Ordo verborum: *οἱ οὖν τὰ τοιαῦτα λέγοντες δοκοῦσί μοι οὐδὲν ἄλλο* sc. *ποιεῖν* (Lamb. Bos. Ellips. pp. 383. 646.), *ἢ ἁμαρτάνειν, παριστάντες ὑμῖν οὐχὶ τὴν οὖσαν* (i. e. veram) *πρόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε*. Erat autem verum argumentum concioni propositum, Olynthios strenue juvandos esse; quo clamosi oratores omisso ad Philippum ulciscendum hortabantur. (Cf. Aristocr. p. 621. 2). In prima Olynthiaca (p. 14.) suadet orator et Olynthios defendendos esse et Macedoniam vastandam bipertitis copiis, ad quas autem expeditiones majore quam Athenienses volebant opus erat exercitu. VOEM.

28, 12. *γέγονε*] Non revera sunt ulti Athenienses Philippum nec sua retinuerunt, sed modo potuissent, si voluissent. *Γέγονε* (h. l. i. q. superius *ἐξῆν*) in perfecto dixit de statu et conditione, non *ἐγένετο* in aoristo, quo factum esse significaret. VOEM.

28, 13. *προλαβεῖν*] *κατεργάσασθαι πρὸ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον*. WOLF.

29, 6. *εἴπέρ ποτε*] Intelligendum *ἔδει* ex *δεῖται*. Quum praecedat *ὁ παρὼν καιρός*, sequi debebat, si accuratius loqui vellet, *εἴπερ τις καὶ ἄλλος*.

29, 7. *ἐγὼ—συνιέναι*] Citat Aristides vol. 2. p. 43.

29, 13. *οὐ*] *ἢ* S. librarii, ut videtur, errore, quem peperit praecedens comparativus *πλείω*. In *οὐ* consentit Aristides.

29, 18. *ἀναγκαῖον—ὑπομνῆσαι*] p. 704, 21. *ἀνάγκη δὲ πρῶτον ὑπομνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρόν*. SCHAEFER.

29, 20. *ὅτ' ἀπηγγέλθη—πολιορκῶν*] Conf. p. 13. Factum illud erat mense Maemacterione Ol. 107, 1., qui est m. November a. 352. Jam quum Olynthiaca tertia primis mensibus Ol. 107, 4., post mediam aestatem a. 349. habita sit, M. Seebeck (in Zimmerm. diurn. schol. 1838. p. 779 sq.) bene monuit in verbis *τρίτον ἢ τέταρτον* nihil inesse dubitationis de tempore, quo illae res gestae sint, sed quum tertius ab illo tempore jam volveretur annus, oratorem *τρίτον* posuisse, *τέταρτον* vero adjecisse, quum tertius annus jam prope absolutus esset, ita ut fere jam quartus oratori volvi videretur, praesertim reputanti nuntium illum quidem mense Maemacterione Athenas pervenisse, Philippum vero jam antea opus aggressum esse. SAUPP.

29, 21. *τρίτον—πολιορκῶν*] Citat haec Zonaras p. 1745. SCHAEFER.

τρίτον—τουτὶ] *Ante hos tres quatuorve annos.* Accusativi usus

in talibus solennis: rarior dativi. Photius p. 605, 22. Τρίτῳ καὶ τετάρτῳ ἔτει, ἀντὶ τοῦ πρὸ τριῶν καὶ τεσσάρων ἐτῶν. οὕτως Ἀντιφῶν. SCHAEFER.

29, 22. Ἡραῖον τεῖχος] Castellum Thraciae, colonia Samiorum, Junonis cultorum, in ora Propontidis, haud procul a Perintho. Νέον τεῖχος, Δαύνιον τεῖχος similia castella illius regionis erant, contra incursiones Thracum munita. SAUPP.

29, 23. πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν] Versus Ionicus vel potius choriambicus una ab initio syllaba auctus, quem Longinus fragm. 3. 4. comparavit cum Sapphico εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννω. V. ad p. 1345, 6.

29, 25. τοὺς μέχρι] Athenienses inde ab duodevicesimo aetatis anno usque ad sexagesimum militare oportebat; cf. p. 45. extr.; illis vero temporibus mercenariis plerumque usos esse Demosthenes saepissime conqueritur; cf. p. 44, 18. Quum igitur tum populus partem dimidiam et octavam *ipsos* naves conscendere juberet, rem maximi momenti visam esse intelligimus. SAUPP.

29, 29. μετὰ τὰ μυστήρια] Mysteria Eleusinia quotannis inde a die quinto decimo usque ad vicesimum quintum vel sextum mensis Boëdromionis (Septembris) celebrabantur; cf. L. Preller in Zimmerm. diurn. schol. 1835. p. 1001 sqq. SAUPP.

30, 1. ναῦς—κενὰς] *Inanes* et *vacuas naves* civitas, quae suis civibus completas triremes 40. decreverat, decem tradidit Charidemo mercenariis complendas. Cf. Thucydid. 6, 31, ubi κεναὶ νῆες publice exstructae, sed nudae, quae a trierarchis complendae essent, opponuntur ταῖς πληρέσι. Nec quidquam aliud significat κενὴ ναῦς nisi nudam navem. Cf. Boeckh. Oecon. 2. p. 90. sqq. Diodor. 13, 2. Duces isti, quales fuerunt Charidemus, Chares, alii, ipsi venales mercenariis suis naves complebant. VOEM. Charidemus intelligendus est Orita, ab Atheniensibus civitate donatus, de quo v. orat. adv. Aristocr. p. 667 sqq. et Winiewsk. Comment. p. 308.

30, 2. ἀσθενῶν ἢ τεθνεὼς] Conf. p. 43, 11.

30, 3. ἦλθε raro dicitur de nuntiis allatis. Cf. Thucyd. 8, 96: τοῖς δ' Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα. Xenoph. Ages. 1. §. 36: ἀλλ' ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι. SAUPP.

οὐκέτι καιρὸν οὐδένα] Thucyd. 5, 13. νομίσαντες οὐδένα καιρὸν ἔτι εἶναι. DOBR.

30, 4. ἀφεῖτε] ἀφίετε S. aliique, quod qui probant pro imperfecto ἠφίετε accipere debebunt, quod saepe sic scriptum in S. aliisque codicibus.

30, 6. οὐκ ἂν ἠνώχλει—σωθείς] Citantur in Anecd. Bekk. p. 135, 26. SCHAEFER.

30, 12. κατὰ τὸ δυνατόν] Sic Thucyd. 5, 23. ὠφελεῖν Ἀθηναίους Λακεδαιμονίους τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν. eademque verba c. 47. usurpata sunt, ut fere in paciscendo solemnia fuisse videantur: *omnibus quae suppetunt viribus.* SAUPP.

30, 13. ἐστρατηγηκότες] Quasi vos essetis a Philippo imperatores ejus belli creati, quod pro ipsius majestate tuenda aut amplificanda ejusque auspiciis gerendum esset. REISK.

30, 15. ἐθάρρει τούτους] θαρρεῖν τινα est *securum alicujus caussa esse, nil mali sibi ab eo metuere.* Citat h. l. Lexicon vetus apud Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 497. (Anecd. Bekk. p. 148, 9.) REISK.

30, 16. ἐπράξαμεν] *Operam dedimus et perfecimus ut pax fieret:* quemadmodum πρᾶξαι φιλίαν, συμμαχίαν et alia hujusmodi dicuntur ab Reiskio memorata in Indice.

30, 17. ἡμεῖς κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς] Plene, ἡμεῖς πρὸς ἐκείνους κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς, ut monet Reiskius.

30, 18. καὶ δυσχερὲς] Non *idque molestum*, ut Reiskius vertit, sed *et molestia.*

ἐφορμεῖν ἀντὶ τοῦ ἐφεδρεύειν· τὸ γὰρ κατά τινων ὁρμεῖν ἐπιτηροῦντας καιρὸν ἐπιθέσεως οὕτως ἔλεγον. Harpocr. Sed est discriminis aliquid inter illa verba: nam ἐφεδρεύειν est militiae pedestris, ἐφορμεῖν navalis. Non mirum autem Athenienses, populum maritimum marique potentem, tot locutiones a re navali petiisse. SCHAEFER. Imitatur Josephus, A. J. 15, 6, 1. πρὸς τὸ μὴ τοῖς τοιούτοις αὐτοῦ καιροῖς ἐφορμεῖν ἄνδρα τυχεῖν τῆς βασιλείας ἀξιώτερον. ubi vulgatum ἐφορμᾶν correxi ex cod. Leidensi in ed. Parisina.

30, 19. καιροῖς esse fere idem quod ἀτυχήμασιν intellexit Ulpianus. Cf. p. 100. οὔκουν βούλεται τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς τὴν παρ' ὑμῶν ἐλευθερίαν ἐφεδρεύειν. p. 20. καιροῦ μὲν δὴ—πρὸς τοῦτο πάρεστι Φιλίππῳ τὰ πράγματα. SAUPP.

30, 21. ὁπωσδήποτε] *Ratione quam commemorare non attinet.* SCHAEFER.

30, 23. χωρὶς—αἰσχύνης] Citatur in Anecd. Bekk. p. 161, 18. SCHAEFER.

30, 26. ὁ φόβος ὁ τῶν μετὰ ταῦτα est *caussa timendi quae inest in iis quae futura sunt.* SAUPP.

30, 27. ἐχόντων—, ὡς ἔχουσι] Solennis loquendi ratio, quando sermo est de re, quam disertius eloqui nolis. V. not. ad Sophocl. Oed. C. 273. SCHAEFER.

ἀπειρηκότων] Opibus templi Delphici, quibus exercitum mercenariorum sustentaverant, exhaustis res Phocensium dilabebantur. Cf. p. 26. SAUPP. Quanti constiterit bellum Phocense vel hinc intelliges, quod decem millia talentum ex vasis et signis sacris cusa in hoc bellum impenderant. V. Boeckh. Oecon. 1. p. 11. Praeterea Lacedaemonii jam bello exorto (Olymp. 106, 2) 15 talenta dederant Philomelo, qui totidem de suo adjecit. Diodor. 16, 24. VOEM.

30, 28. τὰ παρόντα πράγματα intellige Olynthum, cui opponuntur ταῦτα τὰ πράγματα, i. q. Attica. VOEM.

30, 29. ἐπικλῖναι] Reiskius in Ind. Gr.: "subaudi ἑαυτόν." Plene et propria significatione Pausanias 9, 30. 5. ποιμὴν—ἐπικλίνων αὑτὸν πρὸς τοῦ 'Ορφέως τὸν τάφον. SCHAEFER.

31, 1. ἀναβάλλεται] V. ad p. 44, 5.

31, 2. ἰδεῖν — βοηθεῖν] Citant Anecd. Bekk. p. 135. s. SCHAEFER.

31, 6. Ἀλλ' ὅτι μὲν—] Quum jam sibi ostendisse videatur Olynthiis opem ferendam esse, ita hoc ab omnibus intelligi et probari sumit, ut auditores ipsi oratorem interpellent et moneant, ne quid amplius de ea re dicat. Pergit igitur de ratione exponere, qua Olynthiis succurrendum sit, sed pariter atque in prima Olynthiaca caussam ipsam et fontem malorum persequitur, levitatem, qua pecuniam publicam largitionibus dilapidabant, socordiam, qua incendium, nisi ad fines patrios ipsos pervasisset, non ad se pertinere opinabantur, ignaviam, qua militiam ipsi retrectabant. Quod vero in Olynthiaca prima (§. 2 sq.) cautius significaverat, nunc apertius explicat; quanquam etiam hic non ipse rogat ut leges illae abrogentur, sed rogare cogendos esse dicit eos, qui illas tulerint. SAUPP. Inter exempla τῆς προδιορθώσεως hoc Technici retulerunt. V. Boissonad. ad Tiber. p. 23. s. SCHAEFER.

31, 10. νομοθέτας] De nomothetis ordinariis, sub initium cujusvis anni ex heliastarum numero constitui solitis, v. Schoemann. de com. Athen. p. 248 sqq. et antiquit. juris publ. p. 227 sq. De extraordinariis hic cogitandum esse idem intellexit de com. p. 272. SAUPP.

καθίσατε] Pariter de nomothetis dictum p. 707 extr. καθ' ὅ τι τοὺς νομοθέτας καθιεῖτε. p. 709. καθιζομένων τῶν νομοθετῶν.

31, 11. ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις] P. 710, 17. τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις. Proprius hic usus praepositionis ἐν de legibus rescindendis et abrogandis *per νομοθέτας*. Est *In consessu* s. *consilio nomothetarum*. SCHAEFER.

31, 13. λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν] Intelligi ab oratore eam potissimum legem, quae juberet ut quidquid redituum publicorum superesset publicis largitionibus destinaretur, ex iis patet, quae ad p. 14, 20. exposuimus. Sed videntur ea de re plures leges fuisse. SAUPP.

σαφῶς οὑτωσὶ] *Sic et nunc aperte, claris verbis dico*, h. e. *sine ulla conditione* s. *exceptione*. SCHAEFER.

31, 14. ἐνίους] Parum quidem placebant oratori leges de militantibus, malletque etiam has omnes abrogatas: sed cum nonnullae earum minus perniciosae essent, ne nimium poscere videretur adversariisque latus praeberet, fortasse etiam quod coronam haec audientem tumultuari intelligeret, tanquam restringens se addidit ἐνίους. SCHAEFER.

31, 16. ἀτακτοῦντας] *Militiam detrectantes*. Videtur igitur Demosthenes eas leges intelligere, quibus quaedam hominum genera vacationem militiae habebant, ut mercatores, vectigalium redemtores, choreutae; cf. Herm. antiq. public. Graec. §. 152, 15. SAUPP.

31, 17. ἀθυμοτέρους] Ex meo sensu praestat ῥαθυμοτέρους.

Multo enim pejores sunt leges, quae bonorum animum corrumpunt, quam quae tantum frangunt. Sane primum oritur *ἀθυμία*, sed mox consequitur *ῥᾳθυμία*, quam Orator videtur notare voluisse. SCHAEFER. Utrumque dici potuit. Cum *ἀθυμοτέρους* Sauppius comparavit Aeschinem p. 80. (567 R.) *τοὺς δὲ χρηστοὺς εἰς τὴν ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐμβαλεῖτε.* p. 88. extr. (637 R.) *ἀθυμότεροι δὲ οἱ ζῶντες γίγνονται ὁρῶντες τῆς ἀρετῆς ἆθλον τὸν θάνατον κείμενον, τὴν δὲ μνήμην ἐπιλείπουσαν.*

31, 22. Consulto *ὑπὲρ ὑμῶν ὑφ' ὑμῶν* conjuncta esse Bremius monuit. Perversitas populi ita magis patescit. SAUPP.

31, 23. *περιγίγνεσθαι*] Praesertim quum hoc solum ipsi reliquum futurum, hunc unum sit laboris fructum ablaturus. REISK.

31, 24. *παθεῖν*] Libri multi *τοῦ παθεῖν*. Recte abest articulus, ut in locis ab Sauppio comparatis, p. 66, 9. *ἡμεῖς οἱ παριόντες τούτων μὲν ἀφέσταμεν, καὶ γράφειν καὶ συμβουλεύειν.* Plat. Conv. p. 192 D: *ἆρά γε τοῦδε ἐπιθυμεῖτε, ἐν τῷ αὐτῷ γενέσθαι ὅ τι μάλιστ' ἀλλήλοις.* Plutarch. Philop. c. 3. *καὶ τοῖς πρὸς τοῦτο χρησίμοις μαθήμασιν ὑπήκουε προθύμως, ὁπλομαχεῖν καὶ ἱππεύειν.*

31, 27. *φοβερώτερον*] Notandus comparativus post praecedens *μᾶλλον ἢ νῦν*. Inverso ordine Plato ab Sauppio comparatus Hipp. maj. p. 285 A: *ὠφελιμώτερον (ἐστὶ) τὴν ὑπὸ σοῦ παίδευσιν —παιδεύεσθαι μᾶλλον ἢ τὴν ἐπιχωρίαν.*

32, 6. *ἀξιοῦτε*] Vertitur *velitis*. Imo *credatis*. V. Anecd. Bekk. p. 412, 26. 26. SCHAEFER.

τηλικοῦτον] *Tam potentem.* V. p. 36, 12. SCHAEFER.

32, 17. *τὸ γὰρ πράττειν*] Agere quam deliberare ordine (i. e. tempore) posterius, vi atque efficientia prius et potius est. Orator quum *πρότερον* propter oppositum *ὕστερον* diceret, ne illud ad *tempus* referretur, et *τῇ δυνάμει* et *κρεῖσσον* addidit. FRANK. Similiter C. Marius apud Salustium Jug. 85: *praeposteri homines: nam gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est.* VOEM.

32, 20. *εἰπεῖν—γνῶναι*] Similiter jam Cleon Thucydideus (3. 38.): *καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι, μετὰ δεδοκιμασμένου δὲ μὴ ξυνέπεσθαι ἐθέλειν.—καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύνασθαι, εἰ δὲ μή, ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς τοιαῦτα λέγουσι, μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ.* SAUPP.

32, 26. *τὰ χωρία*] Amphipolim, Pydnam, Potidaeam, Methonen intelligit, quas Atheniensium fuisse legimus. VOEM. V. p. 11.

32, 27. *ταύτης—τῆς χώρας*] Olynthi totiusque Chalcidicae, in qua 32. jam urbes praeripuerat Philippus. Vid. Olynth. 1. p. 10. Eodem modo demonstrativum *τοῦτο* supra de Macedonia remota vidimus usurpatum. Olynth. 1. p. 16. VOEM.

32, 29. *εἰ πολεμήσαιεν*] Scil. *πρὸς Φίλιππον*, i. e. *εἰ τὸν πόλεμον ἀνέλοιντο πρὸς Φίλιππον οὓς ἐκπολεμῆσαι δεῖν ᾤμεθα αὐτῷ* p. 10 sq. *Nonne quibus, si bellum ingererent Philippo, strenue nos opitulaturos pollicebamur, his nunc ille bellum intulit* (*πολεμοῦνται*), *ut*

etiam fortius iis auxiliari debeamus? Sed quod σώσειν dicit, non βοηθήσειν aut συμμαχεῖσθαι, Atheniensium gratia paullo magnificentius loquitur. FRANK. πολεμοῦσιν pro πολεμοῦνται S. ab recentiore correctore habet.

33, 2. βάρβαρος] Quanquam Macedones Illyricae gentis fuisse videntur, genus regium tamen ab Heraclidis Argivis originem ducere credebatur; sed Demosthenes hujus discriminis ratione non habita saepe Philippo barbarae originis notam inurit; v. p. 35. 119. SAUPP.

33, 3. ἐάσαντες] ἐᾶν i. q. ἀμελεῖν. p. 133, 17. ταῦτα μέντοι τότε ἐαθέντα καὶ παροφθέντα ἀπώλεσε Θρᾴκην —. Statim sequitur πάλιν ταῦτ᾽ ἀμελούμενα ἰδὼν —. SCHAEFER.

33, 10. τῶν φυγόντων οὐδεὶς et πάντας τοὺς φυγόντας inter se opponuntur. *nemo eorum qui fugerunt se ipsum incusat, omnes tamen culpam cladis sustinent.* SCHAEFER.

33, 11. μένειν γὰρ—ἄλλων] Citant Anecd. Bekker. p. 149, 28. SCHAEFER.

33, 12. καὶ νῦν] Hoc dicit, nolite ad exemplum eorum, qui quum ipsi ex acie fugerint, tamen culpam cladis in alios conferant, eum, qui provinciam optima suadendi deseruerit, secuti post, ubi res male cesserint, tamquam auctorem malorum accusare, sed si quis non optima suaserit, alius vestrum exsurgat et meliora proponat. FRANK.

33, 12. βέλτιστα;—βελτίω;—ταῦτα;] Frequens haec loquendi ratio apud Demosthenem aliosque, (velut infra p. 38, 6. sqq.) in qua non multum refert interrogandi an coli signo interpungatur.

33, 16. δέον εὔξασθαι] Ridet Athenienses, qui omnia εὐχαῖς perfici posse sperarent. Sensus: nisi si forte hoc est ἀδίκημα, quod concionans votorum loco salutaria, quamvis vobis injucunda, suadet. Imitatus est hunc locum Lucianus vol. 2. p. 51. ubi μή τι delendum. SCHAEFER.

33, 18. ἑλέσθαι] Si de rebus publicis deliberatur, non liberum est eligere et hoc unum spectare, quid gratissimum sit, sed id quod res ferunt sequi oportet, quamvis ingratum sit. SAUPP.

33, 21. μέγα — θέλησις] Magnum hujusmodi sermonibus praesidium est ex uniuscujusque voluntate, s. multum valet in iis voluntas. FRANK.

33, 25. ἢ γέγονεν ἢ γενήσεται] *Copia s. facultas aut data est aut dabitur.* SCHAEFER.

33, 26. ἂν τὰ παρόντα—πρὸς ἃ δεῖ] Plutarchus Mor p. 532 A. οὐδεὶς γάρ, ὡς ὁ Δημοσθένης φησίν, εἰς ἃ μὴ δεῖ καταναλώσας τὰ παρόντα, τῶν μὴ παρόντων εὐπορήσει πρὸς ἃ δεῖ. SCHAEFER.

33, 27. τοῖς τοιούτοις—λόγοις] Interrogationibus scilicet, an non, τοῖς θεωρικοῖς intactis, pecunia bello confici possit. SEAGER. Diar. Class. 52. p. 235.

33, 29. διόπερ] *Propterea quod*—, quae significatio fere ignota est. Cf. Xenoph. Comment. 4, 8, 7. οὐ διὰ τὸ φιλεῖν ἐμέ,—ἀλλὰ διόπερ καὶ αὐτοὶ ἂν οἴονται ἐμοὶ συνόντες βέλτιστοι γενέσθαι. SAUPP.

34, 1. ὁ γὰρ—οἴεται] Imitatus est Dionysius Halic. de Thucyd. Judic. c. 34. vol. 6. p. 898. ἃ γὰρ ἕκαστος εἶναι βούλεται περὶ τὸ φιλούμενόν τε καὶ θαυμαζόμενον ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, ταῦτα οἴεται. SCHAEFER.

34, 7. εὐχερῶς] Non est i. q. εὐκόλως, sed fere i. q. κούφως, *socorditer*, adjuncta notione vituperationis. Hesychius 1. p. 1538. Εὐχέρεια· κουφότης. SCHAEFER.

τὰ τοιαῦτα ὀνείδη] Ut dicamini propter pecuniarum penuriam bello justo et necessario deesse, atque culpa vestra committere ut socii vestri pereant. REISK.

Κορινθίους] Quum de subita expeditione cogitandum sit, haec aptissime referemus ad ea, quae Thucydides 1, 105. narrat a. 460. evenisse (cf. Krüger, historisch-philol. Stud. p. 162.). Corinthii, quod Megarenses ad Athenienses defecerant, irati irruptionem fecerunt in fines Megarensium. Sperabant enim fore ut Athenienses, qui magnas copias et in Aegyptum et in Aeginam miserant, aut resistere non possent, aut copias ex Aegina revocarent. Sed Myronide duce τῶν ἐκ τῆς πόλεως ὑπολοίπων οἵ τε πρεσβύτατοι καὶ οἱ νεώτατοι propere profecti sunt et Corinthios fuderunt. Ad aliam rem Demosthenis locum pertinere aiunt auctor scholii Augustani et schol. Aristidis 3. p. 328. Ddf. Corinthios aliquando Atheniensibus interdixisse, ne ad ludos Isthmios venirent, quum autem Athenienses theoriam cum armatis misissent, Corinthios eam admisisse, armatos vero rediisse. In qua re festinatione haud magnopere opus fuisse apparet. SAUPP.

34, 8. Μεγαρέας] De re aliqua insigni videtur etiam hic cogitandum esse. Nihil vero insignius rixa illa Atheniensium et Megarensium de agris sacris dearum Eleusiniarum. Megarenses enim quum a. 446. rursus ab Atheniensibus descivissent (Thuc. 1, 114.), agros illos aravisse arguebantur (Thuc. 1, 139.) et foro portubusque ab Atheniensibus Pericle auctore arcebantur. Deinde quum Anthemocritus, caduceator Atheniensium, in finibus Megarensium interfectus esset (Pausan. 1, 36, 3. Plut. Pericl. 30. Harpocrat. p. 21, 3.), nonne putamus Athenienses armis raptis profectos esse et irrupisse in fines Megarensium? Satis certo enim scimus Anthemocritum aliquando interfectum esse, quum Megarenses moneret, ne agros sacros ararent; Megarenses plus semel aravisse nemo tradidit nec verisimile est; Plutarchus narrat l. d. Anthemocrito caeso Charinum pertulisse, ut praetores singulis annis bis in fines Megarensium impressionem facerent (Thucyd. 4, 66.). Hoc plebiscitum ante initium belli Peloponnesiaci factum esse non posse vidit Fr. W. Ullrich (das Megarische Psephisma p. 36.). Videmur igitur ordinem rerum hunc fuisse jure conjicere. Megarenses arant agros deabus Eleusiniis consecratos. Ob eam rem a. 432. Pericle auctore foro et portubus Atheniensium arcentur. Anthemocritus a. 431. caeditur: quo caeso Charinus rogationem perfert. Prima irruptio videtur ea fuisse, de qua Thucyd. 2, 31. narrat. Ad eam ipsam hunc Demosthenis locum pertinere arbitror.

Plutarchus l. d. errat, quod Periclem tantum caduceatorem misisse dicit, quod Charinum etiam de Megarensibus foro arcendis tulisse refert, quod irruptiones illas binas jam a. 432. decretas esse opinatur. Mirus vero est error ejus, qui orationem tertiam decimam de syntaxi contexuit (p. 175, 24.), de Megarensibus ita verba facientis, quasi Demosthenis tempore ob agros sacros aratos ab Atheniensibus bello petiti essent: quanquam etiam C. Brückner Philippi p. 376. ita existimat. In eum errorem videntur hoc loco, quem tractamus, inducti esse, quod Demosthenes ita loquitur, ut iidem, quos contra Philippum rem strenue gerere vult, cum Corinthiis et Megarensibus decertavisse videantur. Sed bene Frankius: "non quid homines," inquit, "sed quid cives, quid rem publicam, quae semper una eademque est, deceat, exponit." SAUPP.

34, 8. ἁρπάσαντας] Festinationem et impetum exprimit. Cf. p. 212. ἁρπάσαντας ἂν ὑμᾶς τὰ ὅπλα πάντα κίνδυνον ὑπομεῖναι. Eurip. Bacch. 621: ἵεται, ξίφος κελαινὸν ἁρπάσας, δόμων ἔσω. Aristoph. Av. 359: τὸν ὀβελίσκον ἁρπάσας, εἶτα κατάπηξον πρὸ σαυτοῦ. SAUPP.

34, 9. Φίλιππον] Scilicet barbarum illum; cf. p. 33, 2. Corinthii et Megarenses Graeci erant, Philippus barbarus est. Corinthii agros Megarensium depopulabantur et Megarenses agros vacuos araverant, Philippus civitates multas Graecorum servitute afficit. Illa levia sunt, si hoc comparaveris. SAUPP.

34, 11. τὴν ἄλλως] Photius Lex. p. 585, 21: τηνάλλως· μάτην. καὶ οὐ τηνάλλως μετὰ τῆς ἀποφάσεως λέγεται.—ἔστι καὶ παρὰ τοῖς περὶ Δημοσθένην καὶ ἐν Θεαιτήτῳ Πλάτωνος. SCHAEFER.

34, 12. ἀτυχὴς εἰμι] *Neque tam sum diis natus iratis et astris infaustis.* REISK.

34, 15. ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 147, 26. REISK. Item Anecd. Bekk. p. 119, 12. ubi perperam legitur κρίνων. SCHAEFER. Aristides vol. 2. p. 267, 18.

34, 20. Ἀριστείδην—] Aristidem et Periclem non populi favorem secutos esse, sed quod magnum ipsis et honestum esse videretur, quis nescit? De illo juvat Plutarchi verba adscribere Aristid. c. 2. extr.: μόνῳ τῷ χρηστὰ καὶ δίκαια πράττειν καὶ λέγειν ἀξιῶν χαίρειν τὸν ἀγαθὸν πολίτην, de hoc quae Thucydides ait 2, 65: οὐκ ἤγετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ δήμου) ἢ αὐτὸς ἦγεν, διὰ τὸ μὴ κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὴν δύναμιν πρὸς ἡδονήν τι λέγειν, ἀλλ' ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι εἰπεῖν. SAUPP.

Νικίαν] Nicias honestus quidem erat homo et probus, sed superstitiosum, anxium, cunctabundum, ignavum fuisse non tantum Aristophanis Equites docent, sed testes omnes consentiunt: cf. C. F. Hermanni progymn. ad Aristoph. Equites 3. p. 7 sqq. Demosthenes vero meminerat fortasse eorum, quibus apud Thucydidem (6. c. 9 sqq.) Athenienses ab expeditione Sicula revocare studet. SAUPP.

34, 21. τὸν ὁμώνυμον ἐμαυτῷ] Demosthenes Alcisthenis filius, Aphidnensis (cf. acta soc. Graecae 2. p. 435.), dux erat consilii

plenus, strenuus, fortis; sed oratorem eum fuisse copiosum nec quisquam tradidit, nec valde verisimile est (conf. W. Vischer. musei Helvetii disciplin. historicarum vol. 1. p. 372 sqq.). Nominis igitur similitudini orator aliquid videtur dedisse. SAUPP.

34, 23. προπέποται—πράγματα] Citat h. l. Hermogenes p. 197. de inventione libro 4. cap. περὶ τροπῆς, de dictione tropica: ἡ ῥητορικὴ πολυπραγμονοῦσα — οὕτω χρῆται τοῖς ἀλλοτρίοις ὀνόμασιν, οἷον· προπέποται τὰ τῆς πόλεως πράγματα. ἀντὶ τοῦ προδέδοται. REISK. V. ad p. 324, 22.

34, 26. τούτων] Sc. τῶν ῥητόρων τὰ τῆς πόλεως πράγματα προπεπωκότων. BREMI.

34, 27. καίτοι σκέψασθε κ. τ. λ.] Recitat h. l. Dionysius Halic. vol. 6. p. 1015. REISK.

34, 28. ἔργων om. Dionysius.

35, 1. οὐ γὰρ—γενέσθαι] Apsines p. 701. λαμβάνεται δὲ (exempla) ἢ ἐξ οἰκείων, ἢ ἐξ ἀλλοτρίων. τὰ μὲν οὖν ἐξ οἰκείων ἀγωνιστικώτερα καὶ προσεχέστερα — ὡς παρὰ Δημοσθένει· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις, ἀλλ' οἰκείοις χρωμένοις παραδείγμασιν εὐδαίμοσιν ὑμῖν ἔξεστι γενέσθαι. REISK.

35, 2. ὑμῖν χρωμένοις] Invertit Dionysius. REISK.

35, 3. γενέσθαι] γίγνεσθαι Dionysius. REISK.

ἐκεῖνοι τοίνυν—ἑκόντων] Citat Tiberius p. 19. Eadem usque ad ἀνήγαγον Rufus p. 87. SCHAEFER.

35, 4. ἐφίλουν] Non semper illi amorem vestri prae se ferebant, id quod homines populo blandientes facere solebant, ut Cleo ille Aristophanis Eq. 739: ὁτιὴ φιλῶ σ', ὦ Δῆμ'. ἐραστής τ' εἰμὶ σός (coll. v. 780. 828.). v. 952: σὺ δ', ὦ Παφλαγὼν, φάσκων φιλεῖν μ' ἐσκορόδισας. et v. 1346 sqq. Isocrat. 8. p. 183 extr. SAUPP.

αὐτοὺς] Omittit cod. Vat. Tiberii. Sed recte additur, etsi in priore membro est οἷς: cujusmodi structurae exempla non rara sunt. Eodem modo pronomen οὗτος in posteriore talis structurae membro ponitur. p. 794, 7. ἃ κοινὰ νὴ Δία πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ἀγωνιζομένοις παρὰ τῆς τῶν ἄλλων ὑμῶν φύσεως, καὶ οὐδεὶς αὐτὸς ἑαυτῷ ταῦτα φέρει τῶν κρινομένων—. SCHAEFER.

35, 5. πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη] Alii scriptores alio annorum numero principatum Atheniensium circumscribunt, ita ut ab anno 476, quo principatum ad Athenienses translatum esse W. Krueger docuit (hist.-phil. Studien p. 38.), vel ad cladem Siculam annos 65 vel ad belli Peloponnesiaci finem annos 73 sive rotundo numero 70 duravisse dicant. Quodsi hic Demosthenes 45 annos posuit, de initio belli Peloponnesiaci (a. 431.) cogitavit, id quod ipse addito v. ἑκόντων significat. Accuratissime de ratione horum numerorum exposuit H. Clinton Fast. Hell. 2. p. 248 sqq. SAUPP. Septuaginta tria posuit Demosthenes p. 116, 21.

35, 6. πλείω δ' ἢ μύρια] Pericles apud Thucydidem 2, 13. dicit Athenienses habere in arce sex milia talentorum argenti signati, donaria aurea et argentea, vel publica vel privata, talentorum

quingentorum. praeterea in reliquis templis magnam vim pecuniae esse, denique statuam Minervae chryselephantinam quadraginta talenta auri (h. e. fere quingenta argenti) habere. Quod Pericles dicit, ad initium belli Peloponnesiaci pertinet: sed Thucydides addit fuisse aliquando pro sex milibus talentorum novem milia et septingenta. Hoc de thesauris duobus in opisthodomo Parthenonis asservatis intelligendum est. quorum alter societatis Atticae erat, circa a. 460. ex insula Delo in arcem Athenarum translatus, alter Minervae: A. Boeckh. oecon. publ. Ath. 1. p. 172 sqq. Consueverant enim Athenienses etiam illum suum esse existimare. Demosthenes igitur quum non modo in thesauris illis ambobus aliquando pecuniae signatae prope decem milia talentum collecta fuisse sciret, sed etiam donariorum publicorum haud exiguum numerum in arce positum esse meminisset. suo jure plus decem milia in arcem congesta esse dixit. Conf. Boeckh. l. d. p. 474 sq. Leakius Topogr. Ath. p. 458 sqq. ed. 2., qui thesauros illos non distinguunt; recte distinguit Isocrates 8. p. 184 D: (Περικλῆς)—εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγεν ὀκτακισχίλια τάλαντα χωρὶς τῶν ἱερῶν, quum pariter atque Demosthenes ejusdem orationis p. 173 E. de decem milibus talentorum mentionem faciat. De thesauro societatis Atticae vide C. F. Hermanni antiq. publ. Graec. §. 156 sq. SAUPP.

35, 7. *ὁ ταύτην τὴν χώραν* (h. e. Macedoniam, v. p. 32, 27.) *ἔχων* tum erat Perdiccas II., Alexandri Philhellenis filius. qui imperium ab Ol. 81. 2. usque ad Ol. 91. 3. (455 4—414 3) tenebat; cf. Boeckh. corp. inscr. 2. p. 341. Is nunquam Atheniensium imperio subjectus (*ὑπήκοος*) erat. sed. quanquam ab Atheniensibus sibi quam maxime timendum esse videbat et plus semel arma contra eos capiebat, tamen tantis difficultatibus premebatur et ita iis obnoxius erat, ut semper cum iis in gratiam redire studeret. Cf. quae W. Vischer in mus. Helvet. discipl. histor. 1. p. 1 sqq. exposuit. Ita eum etiam videmus tractari ab Atheniensibus in populiscito admodum memorabili. quod nuper A. Schoellius edidit (Archaeolog. Mittheil. aus Griechenland p. 54 sqq.). Quod Hegesippus de Halonneso p. 79. 20. Macedoniam Atheniensium tributariam fuisse dicit. ad urbes quasdam pertinet illius regionis. SAUPP.

βάρβαρον] Cf. p. 33. 2. Ea vero omnium Graecorum confidens erat et constans sententia. Aristot. Polit. 1, 2: *διό φασιν οἱ ποιηταί· βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός* (ex Eurip. Iph. Aul. 1400.) Clemens Alex. Strom. 6. p. 624. Sylb.: *καὶ μὴν ἐν Τηλέφῳ Εὐριπίδου εἰπόντος· Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν; Θρασύμαχος ἐν τῷ ὑπὲρ Λαρισσαίων λέγει· Ἀρχελάῳ δουλεύσομεν, Ἕλληνες ὄντες βαρβάρῳ;* Ea sententia impulit Gorgiam, Iasonem Pheraeum. Agesilaum. Isocratem. Philippum, Alexandrum, ut de bello Persis inferendo cogitarent. SAUPP.

35, 9. *πεζῇ*] *πεζοὶ* duo codd. et Dionysius.

35, 10. αὐτοὶ] πολιτικῇ δυνάμει, non, ut nunc fit, ξένοις. SCHAEFER.

35, 11. κρείττω—τῶν φθονούντων] *Majorem, illustriorem, quam quae invidorum obtrectationi obnoxia sit.* Hic quidem nihil hyperbolici video. SCHAEFER.

35, 15. δημοσίᾳ μὲν τοίνυν—λελεῖφθαι] Minucianus p. 148. in locis enthymematis ἀπὸ πηλικότητος· οὕτως ἐκόσμησαν οἱ πρόγονοι τὴν πόλιν, ὡς μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων μηδεμίαν ὑπερβολὴν λελεῖφθαι. REISK. Neque hic quidquam hyperbolici video. SCHAEFER.

οἰκοδομήματα κ. τ. λ.] Quaenam opera potissimum intelligeret Demosthenes ipse indicavit p. 689: προπύλαια ταῦτα, νεώσοικοι, στοαὶ, Πειραιεύς. et p. 617: προπύλαια ταῦτα, ὁ παρθενὼν, στοαὶ, νεώσοικοι. Quum vero οἰκοδομήματα et κάλλη ἱερῶν καὶ ἀναθημάτων distinguat, illud ad porticus magnificas, propylaea, navale, muros longos, arcis et Piraeei munimenta referemus, haec ad Theseum, Odeum, Parthenonem, Erechtheum, statuarum, anaglyptorum, tabularum pictarum, quibus aedes sacras et publicas exornavit, multitudinem ingentem pertinere existimabimus. Conf. Plut. Pericl. c. 12. 13. C. O. Mülleri archaeolog. §. 101. 109. 118. SAUPP.

35, 16. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα] τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα Dionysius.

35, 17. λελεῖφθαι] λειφθῆναι Dionysius.

35, 20. τὴν Μιλτιάδου] τὴν om. Dionysius.

τῶν τότε λαμπρῶν] Themistoclis, Periclis, Myronidis, Tolmidae. Domus privatae Athenis semper parum splendidae fuisse videntur, ita ut etiam Dicaearchus diceret (p. 140. Fuhr.): ἡ δὲ πόλις—κακῶς ἐρρυμοτομημένη διὰ τὴν ἀρχαιότητα· αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι. Boeckh. oecon. publ. 1. p. 69 sqq. SAUPP.

35, 23. εἰς περιουσίαν] *Ad opulentiam inde colligendam.* πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ἐξ αὐτῆς καὶ πλουσίους γίγνεσθαι. REISK.

35, 26. ἴσως] *Aequo jure.* Sic Polybius 24. 2. vol. 4. p. 288. Schw. οὐκ ἴσως, et mox simili sensu οὐ δικαίως. V. not. ad Longi Pastor. p. 357. SCHAEFER.

35, 27. ἐκτήσαντο] ἐκέκτηντο Dionysius. REISK.

35, 29. νυνὶ δὲ—ἔχει;] Hermogenes p. 265. ὅτι δὲ καὶ ἦθος ποιεῖν σφοδρότητα οὐδὲν κωλύει, αἱ εἰρωνεῖαι δηλοῦσι πᾶσαι. οἷον· πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τούτων τὰ πράγματα ἔχει; REISK. Citat Tiberius p. 19. s. SCHAEFER.

36, 1. Οἷς si scripsit Demosthenes, non dubium est quin ad praecedens ἡμῖν referri voluerit et inchoatam structuram periodi οἷς ἐξὸν τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν etc. interpositis verbis τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ et quae sequuntur abruperit. Quod οἷς abest ab Dionysii exemplaribus nullius esse momenti puto, quum non sit verisimile post illa demum tempora esse illatum. Facilius crederem οἷς ex οἱ esse corruptum, cum verbo ἀπεστερήμεθα construendo. οἷς cum εἰπεῖν construi voluit Bernhardyus in Syntaxi p. 79.

36, 2. *πόλλ' ἂν ἔχων*] *πολλὰ ἔχων* Dionysius, Harlei. REISK. Hoc est *qui multa possim dicere:* nostrum *qui multa possem dicere*, scil. si tempus pateretur. SCHAEFER.

ἀλλ' ὅσης—ἐρημίας] *Sed quantam omnes videtis solitudinem nacti* vel *consecuti. solitudinem*, i. e. absentiam aemulorum. AUGER. Recte Augerus. Orator de solis commoditatibus loquitur, quibus Athenienses uti debuerint, sed per socordiam suam malamque fraudem demagogorum non sint usi. Haec verba in Anecd. Bekk. p. 136, 5. sic citantur: *ἀλλ' ὅσης ὁρᾶτε πάντες ἐρημίας ἐπειλημμένοι. πάντες* etiam Dionysius Halic. habet. SCHAEFER.

36, 3. *Λακεδαιμονίων*] Lacedaemonii vero pugnis Leuctrensi (mense Julio a. 371.) et Mantineensi (mense Junio a. 362.) ita afflicti erant, ut nunquam vires reciperent. Thebani bello sacro, quod cum Phocensibus acerrime gerebant (ab a. 356–346.), vix pares erant, ita ut tandem a Philippo auxilium peterent. SAUPP.

36, 6. *ἀντιτάξασθαι*] *ἀντᾶραι* Dionysius. REISK.

36, 8. *χώρας οἰκείας*] Amphipolin significari monet schol.

36, 9. *πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα*] Bello Amphipolitano hanc summam consumtam esse etiam Aeschines dicit p. 37. (247. R.) *τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τοῦ πολέμου ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως. συνέβαινε δ' ἡμῶν τὸν στρατηγὸν ἐν τῷ πολέμῳ ἑβδομήκοντα μὲν καὶ πέντε πόλεις συμμαχίδας ἀποβεβληκέναι, ἃς ἐκτήσατο Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ κατέστησεν εἰς τὸ συνέδριον,—ἑκατὸν δὲ καὶ πεντήκοντα τριήρεις λαβόντα ἐκ τῶν νεωρίων μὴ κατακεκομικέναι (καὶ ταῦτα ὑμῖν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀεὶ τοῖς Χάρητος οἱ κατήγοροι δεικνύουσι), χίλια δὲ καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας ἀνηλωκέναι.* quae ad a. 347. pertinent, quo, Olyntho excisa, de pace cum Philippo facienda agi coeptum est. SAUPP.

36, 10. *ἐκτησάμεθα*] De novo foedere Attico, post a. 378. pangi coepto, cogitandum est. Chabrias, Iphicrates, Timotheus vel vi armorum vel paciscendo permultas urbes receperant. Praesertim Timothei operam et fortunam insignem fuisse Aeschines testatur l. d., Isocrates De antid. §. 114. p. 445. ed. Bekk. Oxon., Dinarchus p. 91 extr. H. St. Conf. Lachmanni histor. Graecae I. p. 267 sqq. SAUPP.

36, 11. *εἰρήνης οὔσης*] Non re, sed opinione pax tum agebatur; Philippus enim pro sua ratione, cum maxime cogitaret et vero ageret bellum, pacem simulabat. VOEM. Conf. p. 47.

οὗτοι patet ad malos illos rerum publicarum moderatores referendum esse, Eubulum, Charetem, alios. SAUPP.

36, 12. *ἐχθρὸν—ἠσκήκαμεν*] Citat h. l. Hermogenes p. 198. ubi Aldinus Hermog. sic exhibet: *ἐφ' ἡμᾶς ἐχθρὸν αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν.* REISK.

ἠσκήκαμεν] Quum Athenienses bellum non strenue gererent, ita ut saepe dubitari posset, paxne an bellum esset, videbantur minus bello hostem persecuti esse quam occasionem Philippo suppeditavisse vires exercendi et scientiam belli acquirendi.

Eum igitur quasi in palaestra exercuerant, ut tantus fieret. SAUPP.

36, 13. ἰσχυρὸς—Φίλιππος] Hermogenes l. c. ἰσχυρὸς ἡ παρ' ἡμῶν αὐτῶν γέγονε Φίλιππος. REISK.

36, 15. φαύλως] Repete e sequentibus ἔχει. V. ad Hesiod. 327. SCHAEFER.

36, 16. ἂν] δὴ Dionysius. REISK.

τὰς ἐπάλξεις κ. τ. λ.] P. 689, 23. δημοσίᾳ δ' ὑμεῖς ἃ μὲν οἰκοδομεῖτε καὶ κονιᾶτε, ὡς μικρὰ καὶ γλίσχρα, αἰσχύνη λέγειν, quae auctor or. 13. p. 175, 3. ita in usum suum convertit: δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα καὶ κρήνας καὶ κονιάματα καὶ λήρους. Videtur igitur Eubulus aliquando pinnis murorum novum tectorium inducendum curavisse, vanam ille speciem sectatus. Nam ad Eubulum haec omnia referenda esse satis verisimile est, quum eum sciamus illis temporibus fere omnia opera publica curavisse. Aeschines p. 57, 25. διὰ δὲ τὴν πρὸς Εὔβουλον γενομένην πίστιν ὑμῖν οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι ἦρχον μὲν—τὴν τοῦ ἀντιγραφέως ἀρχὴν, ἦρχον δὲ τὴν τῶν ἀποδεκτῶν, καὶ νεώριον καὶ σκευοθήκην ᾠκοδόμουν, ἦσαν δὲ καὶ ὁδοποιοὶ καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην διοίκησιν εἶχον τῆς πόλεως. Cf. C. O. Mueller. de munimentis Ath. p. 24. sq. SAUPP.

36, 17. ὁδοὺς] Cf. Aeschinis l. d., quem cum versibus comici cujusdam, qui sunt apud Plutarchum praecept. reip. adm. p. 811. F: Μητίοχος μὲν γὰρ στρατηγεῖ, Μητίοχος δὲ τὰς ὁδοὺς, Μητίοχος δ' ἄρτους ἐπωπᾷ, Μητίοχος δὲ τἄλφιτα, contulit A. Boeckhius oecon. publ. Ath. 1. p. 218. SAUPP.

κρήνας] Aquarum et fontium cura quam gravis fuerit Athenis, quarum solum aridum erat et scaturigenes pleraeque salsae, Leakius Top. Ath. p. 177 sq. et p. 524 sqq. ed. 2. ostendit. De curatoribus aquarum cf. C. Sintenis ad Plut. Themist. c. 31. Apparet igitur Eubulum satis levia curavisse opera, sed quae vel vana specie vel communi utilitate se populo commendarent: quanquam non satis justum esse judicium Demosthenis, Aeschinis l. d. et Dinarchi p. 102 H. St. ostendere videntur. SAUPP.

36, 18. καὶ λήρους] Compluribus rebus enumeratis vel hoc vel simile vocabulum additur, quo etiam priora non graviora videri intelligamus. Alexis Athenaei 8. p. 336. F: τί ταῦτα ληρεῖς φληναφῶν ἄνω κάτω, Λύκειον, Ἀκαδήμειαν, Ὠιδεῖον, Πύλας, λήρους σοφιστῶν; οὐδὲ ἓν τούτων καλόν. Lucianus Timon. c. 9: ἀρετήν τινα καὶ ἀσώματα καὶ λήρους μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυνειρόντων. Plat. Gorg. p. 490. C. περὶ σιτία λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας. SAUPP. Haec exempla Dobraeus aliique comparaverant.

36, 19. ἐκ πτωχῶν] P. 690. νῦν δ' οἱ μὲν τὰ κοινὰ διοικοῦντες ἐκ πτωχῶν εὔποροι. p. 106: τοιγάρτοι τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γίγνονται καὶ ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι. Isocrat. p. 184. H. St.: ὁρῶντες—τούτους δ' (sc. τοὺς ῥήτορας) ἐκ πενήτων πλουσίους γεγενημένους. Verba Demosthenis sine dubio in admodum multos eorum conveniebant, qui res publicas tum gerebant: sic novimus Demadem, Aeschinem, Phrynonem,

Philocratem ex pauperibus divites factos esse. Demadem, quum nauta, Aeschinem, quum histrio fuisset, potentia et auctoritate potitos esse. SAUPP. Hos nominat Ulpianus: "Demosthenem hic et p. 429, 17. compilat Byzantinus scriptor cod. Paris. 2991 A. in *Notices et Extraits* vol. 9. p. 132. *ὁ ἐκ πενήτων πλούσιος καὶ ἐξ ἀτίμων τίμιος καὶ ἔνδοξος ἐξ ἀδόξων καὶ ἐξ ἀγνώστων γνωστὸς γενόμενος· ὁ τὴν πατρίδα μὲν οἰκῶν* (sensus postulat *φεύγων* vel *προδούς*). *οἰκίας δ' ἀνοικοδομήσας λαμπράς, ἃς οὐδ' ἐν ὀνείροις εἶδέ ποτε· ὁ λευκὰς καὶ σηρικὰς καὶ βασιλικὰς ἠμφιεσμένος ἐσθῆτας, πρότερον δὲ διφθέραν φορῶν ὥσπερ ὁ τούτου πρόγονος.*" DOBR.

36, 22. *οἰκοδομημάτων*] *οἰκοδόμημα*, aedificium augustum et magnificum, inprimis usibus publicis destinatum. V. p. 35. 15. coll. v. 21. SCHAEFER.

36, 24. *τί δήποτε ἅπαντ' εἶχε καλῶς*] Dionysius sic dat: *τί δή ποτ' εἶχεν ἅπαντα καλῶς.* REISK.

36, 25. *καὶ νῦν*] Subaudi *ἔχει*, quod tacite supplendum est e praemisso *εἶχε*. REISK.

36, 26. *καὶ στρατεύεσθαι*]. I. e. quia etiam arma ipse capere sustinebat. SAUPP.

τολμῶν] *Audens*, h. e. a se impetrans, pericula et labores non reformidans. p. 95: *οὔτε αὐτοὶ στρατεύεσθαι τολμῶμεν.* BREMI.

37, 2. *ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κ. τ. λ.*] V. Koen. ad Gregor. Corinth. de Dialectis p. 25. s. et ibi Valckenaer. (p. 52. ss. ed. Lips.) Hermogenes p. 243. ult. *εἰ δ' ὑπερβαῖεν ἐπὶ πλέον αἱ τροπαί, σκληρότερον ποιοῦσι τὸν λόγον, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκνενευρισμένοι, καὶ τὸ πεπρακὼς ἑαυτὸν, καὶ τὸ λωποδυτεῖν τὴν Ἑλλάδα.* Demosth. p. 116, 9. item p. 250, 14. Aristides de dictione civili p. 264. antep. ubi Aristid. Aldinus vocabula *καὶ περιῃρημένοι* et *γεγένησθε* omittit. Verba Aristidis haec sunt: *καὶ τὸ διαβάλλειν δὲ πρόσωπα ἔνδοξα, ὡς ἀτόπως ἔχοντα, σφοδρότητα ποιεῖ. ὡς· ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος—.* Praeclara est Laur. Norrmanni ad h. l. annotatio p. 473. REISK. Conf. Bakius ad Cleomed. p. 420. SCHAEFER.

ὑμεῖς—ὁ δῆμος] Technici hoc schema dixerunt *ἀλλοίωσιν παρὰ* [f. *περὶ*] *τοὺς ἀριθμούς.* V. Tiber. p. 66. et Boissonad. ad h. l. SCHAEFER.

37, 3. *ἐκνενευρισμένοι*] Hermogenes de nervis reipublicae exsectis intellexit: ut quae continuo sequuntur interpretationis caussa sint addita. V. Valckenar. ad l. c. Gregor. Cor. SCHAEFER. Recte quidem pecuniae et socii nervi civitatis dici possunt; sed Demosthenes ante omnia queritur virtutem bellicam non jam inesse in animis Atheniensium; quia desides et ignavi facti sunt, ideo nec pecuniae suppetunt et socios perdiderunt. Multo aptius igitur est *ἐκνενευρισμένοι* ita explicare: *qui animos et robur perdidistis*; nam quis dubitet quin etiam fortitudo et strenuitas recte nervi hominis dicantur? Saepe vero *νεῦρα* et *ἐκνευρίζειν* sic usurpantur. Plato Civit. 3. p. 411. B: *ἕως ἂν ἐκτήξῃ τὸν θυμὸν καὶ ἐκτέμῃ ὥσπερ νεῦρα ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ ποιήσῃ μαλθακὸν αἰχμητήν.* Plutarchus Philopoem. 16: *τότε μὲν οὖν ὑπὸ συμφορῶν μεγάλων ὥσπερ νεῦρα τῆς πόλεως ἐκτεμεῖν τῷ*

Φιλοποίμενι παρασχόντες ἐγένοντο χειροήθεις καὶ ταπεινοί. Si ita explicaverimus, aptissime deinde additur καὶ τὸ πάντων ἀνδρειότατον: de qua re jam I. Bakius Cleomedis p. 420. admonuit. SAUPP.

37, 4. καὶ συμμάχους] καὶ om. Dionysius et Hermogenes.

37, 6. θεωρικῶν] Dionysius θεωρικόν. Hermogenes p. 250. locum hunc e memoria recitans ita dat: ἀγαπῶντες, εἰ θεωρικὰ ἢ βοΐδια πέμψουσιν ὑμῖν εἰς τὰς ἑορτάς. REISK.

Βοηδρόμια] B. πέμπειν est *Boëdromia celebrare pompa ducenda*. Ac Boëdromia raro quidem commemorantur, sed hoc tamen intelligimus, Apollini septimo die mensis Boëdromionis celebrata esse et Carneorum instar ad pugnacem ejus naturam pertinuisse; Mueller. Dor. I. p. 245. 331 sq. 355. Maximum antiquitus eorum splendorem fuisse nomen mensis Boëdromionis fidem facit; cf. quae de nominibus mensium Graecorum praeclare exposuit C. F. Hermannus (griechische Monatskunde p. 17 sqq. et 49). Jam nihil quidem scimus, eo die festo pompam institui solitam esse, immo ex hoc ipso loco apparet non sollemne fuisse, sed quam insano studio dierum festorum numerus, pomparum splendor, victimarum multitudo, epularum sacrarum lautitiae illis temporibus Athenis adaucta sint constat. Isocrates 7. p. 145: οὐδ' (οἱ πρόγονοι) ὁπότε μὲν δόξειεν αὐτοῖς τριακοσίους βοῦς ἔπεμπον, ὁπότε δὲ τύχοιεν τὰς πατρίους θυσίας ἐξέλειπον· οὐδὲ τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτὰς, αἷς ἑστίασίς τις προσείη, μεγαλοπρεπῶς ἦγον κ. τ. λ. Boeckhii oecon. publ. Ath. 1. p. 226 sq. Hermanni antiq. publ. §. 171, 12. Adde quae Demosthenes ipse p. 47. de pomparum multitudine dicit. Vix igitur dubium esse potest quin Eubulus anno ante, quam haec oratio habita est, festo die Boëdromiorum pompam instituerit eorumque dierum numerum, quibus pompae ducerentur, denuo auxerit. SAUPP. In altera lectione βοΐδια consentiunt Dionysius et Hermogenes. Βοηδρόμια defendit etiam Bernhardyus in Syntaxi p. 112.

37, 10. νεανικὸν] Forte et strenuum consilium, quale juvenum esse solet iisque convenit. p. 557. 25: οὐ γὰρ ἡγεῖθ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, λαμπρὸν οὐδὲ νεανικόν. p. 579, 9. αἰσχρόν et νεανικόν sibi opponuntur. Aristoph. Vesp. 1205. ἀνδρικώτατον et νεανικώτατον synonyma sunt. Interdum temeritatis et petulantiae juvenilis significatio inest. Ad sententiam ipsam interpretes contulerunt Platonis Theaet. p. 173 A: τὴν γὰρ αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ τὸ ἐλεύθερον ἡ ἐκ νέων δουλεία ἀφῄρηται. et Cic. Laelium §. 32: *nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem tamque contemptam* (sc. voluptatem). SAUPP.

37, 13. ταῦτα] Quum dicere posset οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ ταῦτα (quae nunc exposui) μείζων ἐμοὶ βλάβη γένοιτο, ex consuetudine sermonis Graeci satis nota ταῦτα in periodum primariam ita transtulit, ut objectum esset. SAUPP.

37, 16. γενέσθαι] ἑκάστῳ Dionysius. REISK.

37, 25. ἃ τοῖς — —] H. e. ἃ σιτίοις ἔοικε διδομένοις παρὰ τῶν ἰα-

τρῶν τοῖς ἀσθενοῦσι. Imago aptissima permultorum imitatione nobilitata est. Lucianus de mercede cond. c. 5: *ἐπεὶ δὲ, ὡς ὁ καλός που ῥήτωρ ἔφη, τοῖς τῶν νοσούντων σιτίοις ἐοικότα λαμβάνουσι.* Philostratus vitae Apoll. 7. c. 26: *ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀνθρωπείαν εἰδὼς φύσιν ἀναδιδάξω λόγον ὑμᾶς οὐδὲν ἀπεοικότα τοῖς τῶν ἰατρῶν σιτίοις· καὶ γὰρ ἰσχὺν ἐντίθησι καὶ ἀποθανεῖν οὐκ ἐάσει,* ubi patet *ἐπεοικότα* legendum esse. Philemo Stobaei 57, 6. (com. Gr. Meinekii IV. p. 38.): *ἐγὼ τὸν ἀγρὸν ἰατρὸν ἐλελήθειν ἔχων· τρέφει γὰρ οὗτος ὥσπερ ἀρρωστοῦντά με, σιτάρια μικρὰ προσφέρων οἴνου θ' ὅσον ὀσμήν* — —. Similiter jam Aristophanes dixerat Vesp. 701: *οὐκ ἀπολαύεις πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρῆ· καὶ τοῦτ' ἐρίῳ σοι ἐνστάζουσιν κατὰ μικρὸν ἀεὶ, τοῦ ζῆν ἕνεχ', ὥσπερ ἔλαιον.* SAUPP. Hos aliosque locos similes collegit Dobr. ad h. l. p. 355 sq.

37, 25. *καὶ γὰρ—ἐᾷ*] Athenaeus 6. p. 270 B. *κατὰ τὸν Παιανιέα ῥήτορα τοιούτων τινῶν μεταλάβωμεν, ἃ μήτ' ἰσχὺν ἐντίθησι, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ.* DOBR.

καὶ γὰρ ἐκεῖνα] Recta haec verborum collocatio, quam ex S. aliisque libris restitui, servata etiam apud Stobaeum Flor. 102, 7.

37, 28. *ἀπογνόντας*] Non de desperatione intelligendum, sed de contemtu. p. 1471, 15. *οὐ γὰρ ἀπεγνωκὼς ὑμᾶς οὐδ' ἑτέρωσε βλέπων οὐδαμοῦ μετέστην.* quem locum respiciens Zonaras p. 258. *'Απεγνωκὼς, ἀποδοκιμάσας.* SCHAEFER.

38, 1. *οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις; κ.τ.λ.*] Citat h. l., sed mendose, Dionysius Halic. vol. 5. p. 608. REISK. Sensus hic est: *num tu igitur pecunias illas, quas adhuc theorico epulisque publicis consumserunt, in stipendia impendendas esse censes?* Prorsus eodem modo p. 14: *τί οὖν ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά;* SAUPP.

38, 2. *τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων*] Scil. *φημὶ δεῖν εἶναι.* et protinus quidem, sine cunctatione, sine ambagibus, planis verbis aio, civium omnium eadem esse debere stipendia, seu aio fas esse cives singulos quosque stipendia ferre eadem. REISK. *οὐ μόνον μισθοφορὰν λέγω, ἀλλὰ καὶ παραχρῆμα τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων.* Haec vis est particularum *καὶ—γε.* SCHAEFER.

σύνταξιν] Hoc dicit, censeo quidem pecunias illas in bellum et rem militarem impendendas esse, neque vero simpliciter illud censeo, sed ita, ut eundem omnium civium ordinem et statum esse velim, hunc ordinem, ut ne quis temere pecuniam accipiat, sed ii pecuniis illis fruantur, qui officia sua expleant. *σύνταξις* quid sit, docent haec verba: *μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα.* Diligenter cavet orator ne Athenienses existiment sibi pecunias illas ereptum iri: quare rem ita instituit, ut etiam postea ad cives deventurae esse videantur, sed ratione paululum diversa. SAUPP.

ἄνδρες] Omisit Dionysius Hal.

38, 3. *ἕκαστος τὸ μέρος λαμβάνων*] *τὸ μέρος λαμβάνων ἕκαστος* Dionysius. REISK.

38, 5. *τοῦθ' ὑπάρχοι*] *τοῦτο παρέχῃ* Dionysius. *τοῦτο* non sub-

jectum esse, sed praedicatum recte monet Engelhardtus in Observat. p. 34., hoc sensu, *ut quisque id sit, quod rei publicae opus sit.*

38, 6. ἡσυχίαν ;] V. ad p. 33, 12.

εἶ post βελτίων habet Dionysius: omittunt B. F. et pr. S. Ego vereor ne non solum εἶ, sed etiam βελτίων interpolatori debeatur: quo sublato etiam λαμβανέτω v. 12. cum melioribus libris in λαμβάνων mutandum, participiis μένων—ὑπάρχων—ἐν τάξει λαμβάνων ex praecedente ὑπάρχοι aptis, ut jam alii voluerunt quanquam servantes βελτίων, quod qui addidit haud dubie sic intelligi voluit *meliore conditione usurum esse* τὸν οἴκοι μένοντα. Nam quod Reiskius interpretatur *melior civis* non puto omisso πολίτης dici potuisse.

τοῦ δι'—ἀπηλλαγμένος] Theognis v. 384: ὅμως πενίην μητέρ' ἀμηχανίης ἔλαβον τὰ δίκαια φιλεῦντες, ἥτ' ἀνδρῶν παράγει θυμὸν ἐς ἀμπλακίην, βλάπτουσ' ἐν στήθεσσι φρένας κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης· τολμᾷ δ' οὐκ ἐθέλων αἴσχεα πολλὰ φέρειν, χρημοσύνῃ εἴκων, ἣ δὴ κακὰ πολλὰ διδάσκει, ψεύδεά τ' ἐξαπάτας τ' οὐλομένας τ' ἔριδας. Demosth. p. 1313, 2. πολλὰ δουλικὰ καὶ ταπεινὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ πενία βιάζεται ποιεῖν cujus rei actor deinceps exempla addit. SAUPP.

38, 8. οἷον] οἷα Dionysius.

38, 10. ἔξω τῆς ἡλικίας] V. ad p. 29, 25.

38, 11. ἐν ἴσῃ τάξει] *Aequabili ordine*, fere idem est atque id, quod antea dixit, τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων. Quod Demosthenes dicit hoc est, se velle pecunias illas pariter atque antea civibus permitti, sed ita, ut in pace dispensatione earum ordinata tantum accipiant, quantum ad vitam sustentandam sufficiat, in bello arma ferentibus et strenue pugnantibus stipendia pendantur, aetate provecti senatorum et judicum officiis functi mercedem habeant. Quum jam bellum sit, patet omnes qui arma ferre possint tum demum aliquid accipere debere, si ipsi arma ceperint et castra secuti fuerint. Ita impetrat ut τὰ θεωρικὰ nunc στρατιωτικὰ fiant. SAUPP.

38, 12. λαμβανέτω] λαμβάνων B. F. S. continuata praecedentium verborum μένων—ὑπάρχων structura. Libri Dionysii λαμβάνων vel παραλαμβάνων vel λαμβάνει. V. ad p. 38, 6.

38, 14. πλὴν μικρὸν (πλήν τι μικρῷ Dionysius) τὴν ἀταξίαν ἀνελών] *Nisi quod paululum temeritatem coercui.* SAUPP.

ἤγαγον] Supra, quum τὰ θεωρικὰ nemini nisi ei, qui suum faceret, pendi jubebam. Sic mox: οὐκ ἔστιν ὅπου—εἶπον. FRANK.

38, 15. τὴν αὐτὴν] Cohaeret cum τάξιν, non praemisso, sed insequente v. 18. Constructio est: ἤγαγον τὴν πόλιν εἰς τάξιν, ποιήσας (id est διὰ τοῦ ποιῆσαι) τὴν αὐτὴν τάξιν τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ λαμβάνειν etc. REISK.

38, 17. ἔχοι] Subaudi ποιεῖν, *facere possit.* REISK.

38, 20. τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι] Haec verba ita comparata sunt, ut ad rem tunc ipsum gestam pertinere videantur. Atque Charidemi milites mercenarios intelligendos esse haud improbabilis est A. Ziemanni conjectura (de bello Olynth. p. 13.): nam Cha-

ridemum Oritam tunc Olynthi fuisse ostendunt ea, quae Philochorus apud Dionysium 6. p. 735 R. narrat, Chares vero, ad quem h. l. vulgo cum scholiasta referunt, videtur Athenis fuisse. SAUPP.

38, 21. *καὶ οὐχὶ μέμφομαι—τῶν δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν*] Citant Anecd. Bekker. p. 156. in. ubi pro *ὑμῶν* legitur *ἡμῶν*. SCHAEFER. Monet orator haec a se dici non odio mercenariorum militum, sed Atheniensium studio. FRANK. Confer quae similiter de Menelao dixit p. 47. SAUPP.

38, 26. *τῆς ἀρετῆς*] Pendet ab *τῆς τάξεως*. Sic scriptor orationis *περὶ συντάξεως* p. 176. *αἰσχρὸν λιπεῖν τὴν τοῦ φρονήματος τάξιν, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι παρέδωκαν*. et quae sunt similia ab Reiskio in Indice s. v. *τάξις* collecta.

καὶ καλῶν] V. ad p. 130, 8.

IV.

PHILIPPICA PRIMA.

Hanc orationem olymp. 107, 1. habitam esse Dionysius Halic. annotavit in Epist. I. ad Ammaeum c. 4. vol. 6. p. 725. *μετὰ δὲ Θεόδημον* (*Θούδημος* dicitur in inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 353.) *ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων, ἐφ' οὗ τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξατο καὶ λόγους ἐν τῷ δήμῳ διέθετο περὶ τῆς ἀποστολῆς ξενικοῦ στρατεύματος καὶ τῶν δέκα ταχειῶν* (sic margo Morelli: libri *γαδικῶν*, ex quo a quibusdam factum esse *φυγαδικῶν* annotavit Sylburgius) *τριήρων εἰς Μακεδονίαν. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους ἔγραψε λόγον κ. τ. λ.* V Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 133. Post orationes Olynthiacas, habitas Olymp. 107. 4., ponit Ulpianus ad p. 29, 2. *καὶ ἐν τῷ τρόπῳ τῆς τιμωρίας ἁμαρτάνοντας δείκνυσι τοὺς ῥήτορας. φησὶ γὰρ τότε ἐξέσται τὸν τρόπον σκοπεῖν. αἰνίττεται δὲ ὅτι κατὰ θάλατταν ἐπελθεῖν δεῖ τῷ Φιλίππῳ, καὶ κλεῖσαι τὰ ἐμπόρια, ὅπερ αὐτὸς ὕστερον ἐν τῷ τετάρτῳ συνεβούλευσεν.* quae opinio non alio nititur fundamento quam quod in codicibus quarta haec est oratio, praecedentibus Olynthiacis tribus: quocum similia comparari possunt scholiastarum in poetis scenicis peccata chronologica, quae notavi in praefat. ad schol. Aristoph. vol. 1. p. XVI. Ejusdem erroris particeps est schol. codicis Bavarici ad p. 40, 1. *ἐπειδὴ δὲ πάνυ τεθορύβηνται οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν τριάκοντα δύο πόλεων τῶν Χαλκιδικῶν καὶ ἐπὶ τῇ πολλῇ αὐξήσει τοῦ Φιλίππου, διὰ τούτου προαρπάσαι τὴν τάξιν ἐπεχείρησε.* qui non cogitavit Chalcidicas urbes aliquot demum annis post hanc orationem ab Philippo esse deletas. Non dissentit ab Dionysio Plutarchus, qui Philippicarum orationum tempus his verbis definivit in Vita Demosthenis c. 12. *ὥρμησε μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ τοῦ Φωκικοῦ πολέμου συνεστῶτος, ὡς αὐτός τέ φησι καὶ λαβεῖν ἔστιν ἀπὸ τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν. αἱ μὲν γὰρ ἤδη διαπεπραγμένων ἐκείνων γεγόνασιν, αἱ δὲ πρεσβύταται τῶν ἔγγιστα πραγμάτων ἅπτονται.* Phocicum bellum gestum est inde ab Olymp. 105, 4. usque ad Olymp. 108, 2. (V. Clinton. Fast. Hell ad a. 346.) Orationes igitur post bellum illud habitas intelligit Philippicam secundam (Olymp. 109, 2.)

quaeque hanc sunt secutae, antiquissimas autem, quae novissimas belli illius res attigerint, Philippicam primam et Olynthiacas tres (Olymp. 107, 1.—4.).

Longe diversa Boehneckii sententia est, qui in Quaestion. vol. 1. p. 222 seqq. probare studuit orationem Philippicam primam Olymp. 107. anno demum quarto exeunte habitam esse, post Olynthiacas, quas ejusdem Olympiadis annis secundo tertioque, non, quem Dionysius posuit, quarto adscribi ab eo supra vidimus. Argumentis autem ad sententiam suam defendendam Boehneckius usus est tam infirmis, ut ne Ulpiano quidem, cujus erroris originem manifestam supra indicavimus, fidem habere dubitaret p. 234. Contra Boehneckium dixit Voemelius in Ephemerid. stud. antiq. (*Zeitschr. f. d. Alterthumsw.*) a. 1846 p. 134 seqq.

De errore Dionysii orationem hanc in duas dividente, quarum altera, quam Olymp. 108, 2. habitam esse fingit, a p. 48, 16. incipiat, in annotatione ad locum illum breviter, sed ita diximus ut non opus videatur verbosas, quas error iste provocavit, memorare virorum doctorum in utramque partem disputationes vanissimarumque opinionum commenta, a Boehneckio exposita p. 222 seqq. Ceterum cum Dionysii errore illo aliud comparetur non minus grave peccatum ejus, de quo dicemus in Prolegomenis ad orationem XXXIX.

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Α.] Excerpsit hanc orationem Macarius Chrysocephalus in Ῥοδωνιᾷ ap. Villois. Anecd. vol. 2. p. 10. VOEM.

40, 1. Εἰ μὲν—] Citat h. l. Hermogenes p. 177. 1. ubi Aldina sic dat: Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος προὐτίθετο πράγματος λέγειν, ὦ Ἀθηναῖοι. et v. 6. πολλάκις ἤδη πρότερον εἰρήκασιν οὗτοι. item p. 277. ubi sic disputat: *τοῦ προοιμίου ἡ μὲν πρότασις, ὅτι δεῖ καὶ νεωτέρου ὄντος καὶ πρώτου λέγοντος ἀνέχεσθαι· αἱ δὲ ταύτης κατασκευαί, ὅτι μηδὲν οἱ πρεσβύτεροι τῶν δεόντων εἰρήκασιν ἐπὶ πολλῶν ἐκκλησιῶν, καὶ εἴ τινες ἄλλαι, ἃς δὴ κατασκευὰς προὔταξε τῆς προτάσεως.* Item scholiastes ad Hermogenis p. 226. his verbis p. 385. ed. Ald. *ὀρθώσας, τουτέστι κατ' ὀρθὴν πτῶσιν προφέρων τὸν λόγον—πλαγιάσας δὲ—μερίσας δέ, οἷον·* Εἰ *μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο λέγειν· ἢ οὕτω·* Κροῖσος *ἦν* Λυδὸς *μὲν γένος, παῖς δὲ* Ἀλυάττεω, *τύραννος δὲ ἐθνέων· συμπλέξας δὲ—.* REISK. Prooemium partim iisdem partim aliis verbis conceptum legitur inter *προοίμια δημηγορικὰ* p. 1418.

προὐτίθετο] *προὔκειτο* codex Harleianus, quod Parisinus octavus Morelii in *γρ.* habere dicitur. Hoc qui posuit grammaticus bene perspexit vulgatae scripturae *προὐτίθετο* vitium, variis artibus ab recentioribus interpretibus defensum, sed veram scripturam non est assecutus. Scribendum enim *προὐτέθειτο*, quod nemo mirabitur et hic et p. 1418, 1. in *προὐτίθετο* esse depravatum.

40, 3. *τῶν εἰωθότων*] Sc. *γνώμην ἀποφήνασθαι.* Isocrates p. 116 A: *εἰ μέν τις τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκώς, πολλὴν ἂν ἡσυχίαν ἦγον.* SAUPP.

εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι] Anecd. Bekk. p. 144, 6. *Δημοσθένης ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Φιλιππικῶν· εἰ μὲν ἤρεσέ τί μοι.* Quartam grammaticus dicit Philippicarum Olynthiacas tres primas numerans, qui mos etiam aliorum est, ut Etymol. M. p. 469, 5. SCHAEF. Orationes et Demosthenicas et non Demosthenicas, quae in codicibus editionibusque sunt decem primae, grammatici non raro numeris *πρῶτος Φιλιππικῶν* usque ad *δέκατος Φιλιππικῶν* designare solent. Sic constanter Harpocration: nam quod s. v. *ἀποστολῆς* legitur *ἐν α′ Φιλιππικῶν* errore legi librarii pro *ἐν δ′ Φιλιππικῶν* jam a Bremio est observatum in Symbolis philol. Helvet. vol. 1. p. 27. et Boehneckio Quaest. vol. 1. p. 233.

40, 5. *αὐτὸς*] Male libri aliquot *καὶ αὐτός.* "Quum Demosthenes deinde dicat *ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν*, apparet eum non *se ipsum* ceteris oratoribus opposuisse, quod iis praestare videretur, sed quod sibi vel per aetatem vel per rerum publicarum usum minorem primum de re gravissima dicere parum convenire putaret. Vel *ἐπειρώμην* id ostendit. Quanquam facile intelligitur oratorem non ea dixisse, quae ipse cogitaret, sed artificio ad invidiam removendam idoneo usum esse. Vide Anaximenis rhetor. c. 29. (inter Aristotelis opera) p. 1436 .a. 39. Bekk.: *προφασίζεσθαι δὲ ὑπὲρ αὐτῶν δεῖ τὸν μὲν νεώτερον ἐκ τῆς ἐρημίας τῶν συμβουλευόντων.*" SAUPP.

40, 6. *περὶ*] *ὑπὲρ* A. S. Y. quod ipsum quoque dici poterat, ut in exemplis a Sauppio comparatis, p. 18. *ὅσ᾽ ἂν εἴποι τις ὑπὲρ τούτων.* p. 230: *ὅσα ὑπὲρ τῆς εἰρήνης κατεψεύσατό μου.* p. 250: *οὐδὲν αἰτιᾶται ἐμὲ ὑπὲρ τοῦ πολέμου.* p. 522: *τοὺς γὰρ ὑπὲρ τούτων λόγους ἀναγκαιοτάτους προειπεῖν ἡγοῦμαι.*

40, 9. *ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου*] Eadem verba iterum leguntur §. 3., quae si contuleris cum p. 111: *τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει*, apparet quomodo intelligenda sint. Quum enim prothesis quae est *ἐκ* primitus denotet, *ex quo* quid *tempore* factum sit, usu factum est, ut obscurata hac initii cogitatione saepe nihil nisi tempus significet, *quo* quid evenerit. SAUPP. *ἐκ νυκτὸς* et *ἐκ νυκτῶν* comparavit Voemelius.

40, 13. *ὃ γάρ ἐστι χείριστον κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 364. in capite *περὶ δεινότητος* proponit hanc cogitationem in exemplis earum *ἐννοιῶν*, quas appellat *παραδόξους καὶ βαθείας καὶ βιαίους καὶ περινενοημένας.* REISK.

40, 15. *τί οὖν ἐστι τοῦτο;*] Super artificio rhetorico hujus loci ita disputat Aristides de dict. civ. p. 182. ubi recitatae illi celebri sententiae, *τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει*, subjicit istaec: *καὶ ἐνταῦθα τὸ μὲν χωρὶς διαστάσεως ἦν ἂν εὐθὺς ἐπαγαγεῖν· οὐδὲν γὰρ τῶν δεόντων ὑμῶν—. ποῦ οὖν ἡ διάστασις; ἐν τῷ διὰ μέσου, ἐν ᾧ διαστήσας λέγει· τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ὅτι οὐδὲν τῶν δεόντων—.* REISK.

40, 18. ἔπειτα ἐνθυμητέον—ἀναμιμνησκομένοις] *Deinde considerare vos oportet, et ab aliis audientes, et qui ipsi nostis in memoriam revocantes.* Demosthenes ab aliis jubet audire, qui ipsi non norunt; qui norunt, in memoriam revocare. Verbale ἐνθυμητέον h. l. cum dativo personae jungitur: quae rarior est constructio; frequentius enim verbalia accusativum personae adsciscunt. SCHAEFER.

40, 20. ποτ'] Neque ἀκούειν ad calamitatem belli Peloponnesiaci referendum est, nec de bello Boeotio Thebis a Pelopida liberatis exorto potest cogitari. Bellum enim quod Corinthium dici solet intelligendum esse docet Demosth. p. 258, 11. Quod quum in annos 395 et 394 incidisset, Demosthenes a. 351 recte poterat dicere alteram civium partem de rebus illis fando accepisse, alteram iis ipsos interfuisse. SAUPP.

40, 21. ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς] Scil. ἐστί. Cum interprete ἐπιρρηματικῶς vertas *non ita pridem.* SCHAEFER.

40, 28. τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων] V. ad p. 25, 2.

41, 1. τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω;] Sic citantur a Tiberio p. 30: τίνος οὕνεκα ταῦτα λέγω; SCHAEFER.

ἵν' εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε] Hanc synonymorum conjunctionem Demosthenes praecipue amat in notione *cognoscendi, perpendendi, tenendi*, omnino eorum, quae mentis agitationem spectant, sive vocabulorum alterum a sensu externo petitum sit, sive utrumque ad internum pertineat. P. 19, 23. θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω. p. 122, 3. λογίζεσθε δὴ πρὸς θεῶν καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς. p. 43, 25. ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων. Etiam substantiva sic junguntur. p. 124, 18. τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ. p. 21, 24. πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν, ubi Ulpianus absurde μετάστασιν interpretatur τὸ ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Ὄλυνθον ἐλθεῖν συμμάχους. Reiskius perperam καὶ μεγάλην τὴν μεταβολὴν ut glossam rejicit. Mutationis notio primaria est; hinc junguntur synonyma. Notandum etiam hoc, quod Demosthenes, si allocutio adest, eam solet utrique interponere, ut nostro loco. p. 13, 7. ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε. p. 12, 23. ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον; Κατὰ Ἀριστοκρ. p. 629, 26. σκέψασθε δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρήσατε. Raro vocativum postponit, ut p. 94, 6. ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἐπιοῦσαν ὥραν τοῦ ἔτους, et hic quidem recte propter objecti amplitudinem. BREMI.

41, 6. τούτου] Philippi.

41, 7. εἰ δέ τις ὑμῶν κ. τ. λ.] Sopater ad Hermog. p. 313. εἰ δέ τις ἐν τῇ τελείᾳ τοῦ δυνατοῦ ἐργασίᾳ μὴ δύνηται χρῆσθαι τῇ ἀντεξετάσει, ἑτέρως αὐτὸ μεθοδεύσομεν, καὶ διὰ παραδειγμάτων τὸ δυνατὸν κατασκευάσομεν, ὥσπερ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν κατὰ Φιλίππου· εἰ δέ τις ὑμῶν—Μεθώνην, καὶ ἑξῆς. οἷς ἐπάγει· εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην—ἐκτήσατο δύναμιν. REISK.

41, 10. τῆς—δυνάμεως] Olymp. 106, 4. Philippus cum Ono-

marcho in Thessalia pugnans plus quam viginti millia peditum, et tria millia Thessalorum equitum contraxit. Diodor. 16, 35. Praeterea classem exstruxerat. VOEM.

41, 12. Πύδναν—Μεθώνην] Πύδναν, Ποτίδαιαν, Μεθώνην Sopater ad Hermogenem p. 313. sic ἀσυνδέτως istaec recitat. REISK.

41, 13. Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν] Ereptas Atheniensibus Olymp. 105, 4.

Μεθώνην] Expugnatam a Philippo Olymp. 106, 4.

41, 14. οἰκεῖον] Omnis regio circumjecta obnoxia fuerat Atheniensibus vel societate juncta vel timore adacta. SAUPP.

41, 15. πολλὰ τῶν—ἐθνῶν] Thessali, Paeones, Illyrii, aliae Macedoniae et Thraciae gentes. Similiter p. 15. Thessalis commemoratis pergit: ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα καὶ τὸν Ἰλλυριὸν καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας αὐτονόμους ἥδιον ἂν καὶ ἐλευθέρους ἢ δούλους εἶναι.

41, 20. ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας] Demosthenes p. 248, 13: ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν—κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικήν, ad quem l. pertinent quae Harpocration habet: ἐπιτείχισμα· τὸ τειχιζόμενον κατά τινων χωρίον, ὅθεν ὁρμώμενοι οἱ τειχίσαντες κακῶς δυνήσονται ποιεῖν τοὺς ἐπιτειχισθέντας. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Similiter atque hoc loco genitivum objectivum orator subjunxit p. 193. τῆς δ' αὐτῆς ἀρχῆς ἐπιτείχισμα πρὸς τὸ μηδ' ὁτιοῦν παρακινεῖν. Cf. Aristoteles Rhetor. 3. c. 3. extr.: καὶ ὡς Ἀλκιδάμας τὴν φιλοσοφίαν ἐπιτείχισμα τῶν νόμων. SAUPP. V. ad p. 99, 2.

αὐτοῦ] ἑαυτῶν Sopater. REISK.

41, 21. πεποίηκεν ἔπραξεν] Notabilis copulatio verborum non vere synonymorum, sed hic pro synonymis positorum. p. 90, 14. πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν. p. 32, 23. καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν, ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε. SCHAEFER.

41, 25. φύσει δ' ὑπάρχει κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 201, 8. REISK.

42, 1. καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες] Est hexameter. V. ad p. 1345, 6.

42, 7. εἰρωνείαν] *Tergiversationem* exagitat eorum, qui *lingua factiosi, inertes opera* (Plaut. Bacch. 3, 6, 13.) caussas honestas praetexentes ignaviam et inertiam callide tegant. Cf. p. 50, 27 οἱ δὲ τῶν πραγμάτων οὐ μένουσι καιροὶ τὴν ἡμετέραν βραδυτῆτα καὶ εἰρωνείαν. Theophr. Char. 1, 3: (ὁ εἴρων τοιοῦτός τις, οἷος)—τὰ μὲν σκέψεσθαι φάσκειν. SAUPP.

42, 10. ὑμῶν αὐτῶν—γενέσθαι] *E vobismet ipsis, non ex aliis, pendere.* SCHAEFER. Non referuntur haec ad vanam Atheniensium spem, qua alios populos pro ipsis propugnaturos esse exspectabant, quae spes ignoramus an tum nulla fuerit, sed explicantur iis verbis quae subsequuntur. Monet enim orator ut desinant, dum alter alterum pro se facturum quae oportet exspectat, nihil agere, jubetque sibi quemque confidere suisque viribus ad debellandum regem uti. FRANK.

42, 13. *τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν*] Amphipolin, Pydnam, urbes reliquas recuperabitis, auctoritatem et potentiam socordia vestra perditam recipietis, Philippum ulciscemini. SAUPP.

θέλῃ] Aristophanem et scriptores Atticos sermone pedestri usos post literas consonas ponere *ἐθέλειν*, post vocales plerumque *θέλειν* (immo *'θέλειν*), ita tamen, ut *ἐθέλειν* interdum admittant. in formulis vero quae sunt *ἐὰν θεὸς θέλῃ* vel *ἐὰν θεοὶ θέλωσι* alteram formam constanter repudiavisse docuerunt G. Benseler ad Isocr. Areop. p. 157 sq. et M. Meier de Andocid. orat. contra Alcib. comment. 5. part. 2. p. 5 sq. SAUPP.

42, 15. *μὴ γὰρ ὡς θεῷ κ. τ. λ.*] Sopater ad Hermog. p. 315. *εἰ μὲν ἔχοιμεν δεῖξαι ὅτι δίκαιον ἢ συμφέρον ἐστὶ τὸ προκείμενον, τοῦτο κατασκευάσομεν· εἰ δὲ μή, ἐροῦμεν ὅτι οὐκ ἄδικον ἢ οὐκ ἀσύμφορον. ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ παράδειγμα καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι. μὴ δυνηθεὶς γὰρ κατασκευάσαι ὅτι δυνατόν ἐστι λυθῆναι τὴν Φιλίππου δύναμιν, ἐπὶ τὴν ἀντίφασιν χωρήσας ἔφη· μὴ γὰρ ὡς θεῷ νομίζετε τὰ παρόντα ἐκείνῳ πεπηγέναι πράγματα ἀθάνατα. οὐκ ἀδύνατον γὰρ λυθῆναι τὴν Φιλίππου δύναμιν ἐν χρόνῳ, τήν γε ἀπό τινος ἀρξαμένην χρόνου.* REISK.

42, 17. *μισεῖ τις*] Significantur maxime Illyrii, Paeones, Olynthii, fortasse et Thessali, omnino quicunque aut socii Philippi erant aut imperio ejus subjecti (cf. p. 22 sq.). Cave autem verba *μισεῖ, δέδιεν* et *φθονεῖ* ad singula populorum aut hominum genera relata putes, quasi orator *ὁ μὲν μισεῖ, ὁ δὲ δέδιεν* cett. dixerit, nam odium quidem non minus cum metu quam cum invidia conjunctum solet esse. FRANK.

42, 22. *ἀποστροφὴν*] Harpocration. *ἀποστροφὴν, ἀντὶ τοῦ καταφυγὴν, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς.* REISK.

43, 1. *περιστοιχίζεται*] Harpocration s. h. v. *Δημοσθένης Φιλιππικοῖς φησι μέλλοντας ἡμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται. ἐκ μεταφορᾶς τῶν κυνηγετῶν· κατὰ γὰρ τὰς ἐκδρομὰς τῶν θηρίων ὀρθὰ ξύλα ἱστᾶσιν, ἃ καλοῦσι στοίχους ἢ στόχους, καταπεταννύντες αὐτῶν δίκτυα, ἵν' ἐὰν αὐτοὺς ἐκφύγῃ τὰ θηρία, εἰς τὰ δίκτυα ἐμπέσῃ, ὡς ὑποσημαίνει Ξενοφῶν ἐν τῷ κυνηγετικῷ* (6, 5.). *ἐν ἐνίοις μέντοι γράφεται περιστοιχίζεται, ἐν ἄλλοις δὲ καὶ περισχοινίζεται.* V. Schneideri Ind. ad Xenoph. Opusc. s. v. *στοιχίζειν.* SCHAEFER.

43, 2. *πότ' οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 253. *κῶλα τραχέα τὰ βραχύτερα, καὶ ἃ μηδὲ κῶλα, κόμματα δὲ καλεῖν ἄμεινον. οἷον· πότε οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρὴ πράξετε* etc. Item p. 415. in capite de interrogatione: *ἡ πρὸς τοὺς ἀκούοντας πεῦσις. οἷον· πότε οὖν* etc. REISK.

43, 3. *ἐπειδὰν τί γένηται; ἐπειδὰν*] V. Ind. ad Homeri Odyss. p. 168. SCHAEFER.

43, 4. *ἀνάγκη τις ᾖ*] *τις* om. S. Conf. p. 102, 13. et 138, 15. ubi S. pro vulgato *ἀνάγκη τις ᾖ* praebet *ἀναγκαῖον ᾖ*.

43, 7. *εἰπέ μοι*] *εἰπέ μοι* est formula hortandi, quae etiam tum ponitur, quum cohortatio fit ad plures. Oratoribus et Comicis ea familiaris est. *περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ* p. 108, 13. s. *εἰπέ μοι, βουλεύεσθε. κατὰ Ἀριστοκρ.* p. 656, 2. *κατὰ Τιμοκρ.* p. 718, 15. *εἰπέ*

μοι, τί δεινότατον πάντες ἂν ἀκούσαντες φήσαιτε, καὶ τί ἂν μάλιστα ἀπεύξαισθε; Aristoph. Acharn. 318. *εἰμέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται;* ubi vide Berglerum. BREMI. V. not. ad p. 16, 20. SCHAEFER.

43, 7. *αὐτῶν*] *ἀλλήλων* ap. Longin. c. 18. Qui aut glossema invenit, aut ipse consulto *ἑαυτῶν* mutavit. Sic in or. de cor. p. 231, 11. *πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν*, libri multi habent *ἀλλήλους*. p. 113, 25. *πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς*. p. 116, 8. *ἀπίστως καὶ στασιαστικῶς ἔχουσι πρὸς αὐτοὺς οἱ Ἕλληνες*. p. 123, 28. *ἐπειδὰν δὲ τούτοις κρατῶν πρὸς νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς προσπέσῃ*. BREMI.

κατὰ τὴν ἀγορὰν] Suspecta sunt haec verba, omissa in F, in margine posita in B. S. "Demosthenes aliis locis *κατὰ τὴν ἀγοράν* addit, p. 332: *οὐκ—κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχομαι*. p. 548: *τὸ μὲν πρῶτον—κατὰ τὴν ἀγορὰν περιιὼν ἀσεβεῖς—λόγους ἐτόλμα περὶ ἐμοῦ λέγειν*. Addidit etiam is, qui orationem undecimam consarcinavit, p. 157: *ἡμεῖς δὲ οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα, μέλλοντες ἀεὶ καὶ ψηφιζόμενοι καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν, εἴ τι λέγεται νεώτερον*. Sed hic locus desumtus est ex or. 2. p. 24, 26. Num etiam ibi verba illa addenda erunt? Immo hoc loco delenda sunt; cf. p. 54, 3. 69, 17. 280, 21. 416, 23. 434, 2, 525, 24." SAUPP.

43, 8. *λέγεταί τι καινόν;*] Qua Gallos curiositate Caesar B. G. 4, 5. fuisse lepide narrat, eandem Atheniensium, *τῶν Κεχηναίων* (Arist. Eq. 1263.). fuisse satis constat; cf. Euthyphr. Platonici initium et Theophr. Charact. 8. et quae homines docti his locis adnotaverunt. SAUPP.

43, 9. *Μακεδὼν ἀνὴρ*] Cum contemtu dictum. Conf. p. 119, 8: *ὑπὲρ Φιλίππου—οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν, ὅθεν καλὸν εἰπεῖν, ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι.*

43, 10. *ἢ Μακεδὼν—καταπολεμῶν*] Citant Anecd. Bekk. p. 149, 31. SCHAEFER.

τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν] Intelligendum de hegemonia Graecorum, quam Macedo affectabat. Conf. p. 36, 7. SCHAEFER.

43, 11. *τέθνηκε—διαφέρει;*] Otiosos homines, novitatis avidos, in duabus primis enuntiationibus Demosthenes inducit. Secunda autem uno tenore et sublato interrogationis signo legenda videtur, *οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ*. Istius modi enim homines alter altero melius et certius rem nosse volunt. Primus interrogat, num sciat et credat alter quod divulgetur, Philippum mortuum esse. "Minime vero, inquit alter, mortuus est, sed morbo laborat." Hic non interrogat, sed certo scit, quid verum sit. Demosthenes autem ridet utrumque: *τί δ' ὑμῖν διαφέρει;* cet. BREMI. Similes de Philippo rumores saepe Athenis spargebantur. Cf. Demosth. p. 30, 2. 434, 5. SAUPP.

τί δ' ὑμῖν διαφέρει;] Hesychius vol. 2. p. 1395: *τί ὑμῖν διαφέρει· τί ὑμῖν μέλει.* SAUPP.

43, 14. *παρὰ—παρὰ*] *Propter*, proprie *juxta*, ita ut potentia Phi-

lippi juxta socordiam Atheniensium aucta esse dicatur. Sic factum est ut *παρὰ* caussam indicaret. Cf. p. 305, 3. *πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο—γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων, εἰ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα*: *negat in eo positas esse fortunas Graeciae, huc an illuc manus porrexerit* (Cic. Or. 8, 27.). FRANK. V. ad p. 534, 6.

43, 15. *καίτοι καὶ τοῦτο*] Intelligendum *ἐνθυμητέον* vel simile verbum. Eodem modo p. 268, 14. 442, 7. 568, 12. Similiter *ἐπεὶ κἀκεῖνο* p. 1097, 5. ubi v. annot.

43, 16. *τὰ τῆς τύχης ὑπάρξαι*] Eadem periphrasis p. 53. *τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς καὶ τὸ τῆς τύχης συναγωνίζεται.*

43, 17. *ἐπιμελούμεθα*] Per attractionem ad *ἡμεῖς* relatum, intellecto *ἡμῶν ἐπιμελεῖται* ad *βέλτιον.*

43, 22. *ἀπηρτημένοι*] Per *μακρὰν ἀπόντες* explicat Hesychius. V. de hoc verbo Lennep. ad Phalar. p. 186. ab Schaef. citatus.

43, 27. *ὅσον—οὕστινας*] Adde cogitando *ἀπαλλάξαι ἂν—οἴομαι.* SAUPP.

44, 4. *καινὴν παρασκευὴν*] Alii novum apparatum ideo dici putabant, ut opponeretur militibus, navibus, armis Atheniensium vetustis, diuturno usu detritis, alii hunc novum apparatum, aptum illum et parem urbes cum successu gerendis, cum iis comparari dicebant, quae adhuc Athenienses minus recte administravissent. Sed Demosthenes nihil nisi cavere vult, ne ipse suadere videatur, quod Atheniensibus vitio vertere solet (cf. p. 50. *τὸν γὰρ τοῦ πράττειν χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν*), ne ipse alio denuo apparatu commendando tempus rerum agendarum terere videatur. Aliter enim atque Athenienses adhuc rem egerant bellum apparandum esse oratione sua re vera ostendit, sed sperat fore ut oratione ad finem perducta non tantum de novo denuo apparatu locutus esse videatur, sed ea suasisse, quae strenue apparata patriae saluti futura sint. SAUPP.

44, 5. *ἀναβάλλειν*] Medio scriptores Attici uti solent, eoque etiam Demosthenes usus est p. 31, 1. 51, 11., sed lectionem codicis optimi satis tuentur p. 102, 27: *λόγους, ἐξ ὧν ἀναβάλλουσι μὲν ὑμᾶς.* p. 114, 9: *τοὺς λόγους, οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς.* ad quem locum pertinent ea, quae Pollux habet 9, 136: *τοῦ δὲ ἀναβάλλεσθαι καὶ ἡ ἐνέργειά ἐστι παρὰ Δημοσθένει· οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς.* Harpocrationis verba (*ἀναβάλλει ἀντὶ τοῦ εἰς ἀναβολὰς καθίστησι καὶ οἱονεὶ ἀναβάλλεται· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς*) fortasse ex scholio loci nostri petita sunt, nisi p. 31, 1. *ἀναβάλλει* vel lectum aliquando esse vel legendum pro *ἀναβάλλεται* statuere malis. Recte vero Engelhardtus observatt. in Demosth. p. 36: "medium, inquit, de iis poni videtur, qui ipsi rem aliquam differunt; activum de iis, qui alios remorantur et ab agendo prohibent." SAUPP.

44, 6. *ταχὺ—τήμερον*] *ταχὺ* et *τήμερον* accipienda sunt materialiter. qui jugiter vobis haec verba occentant: *Cito, cito*, et *hodie, hodie* facite id, quod suadeo. REISK. Add. Ind. Gr. s. v. *ταχύς.* SCHAEFER.

44, 9. τίς—πόση—πόθεν] τίς dicit, quod et duplicem vim copiarum, scutatorum, equitum, navium, apparandam esse (§. 19, 22.) et cives interesse oportere (§. 26.) docturus est. πόση addidit, quod de numero et militum et navium accurate exponit (§. 19, sqq. 26.). πόθεν ad pecuniam referendum est his copiis comparandis et sustentandis necessariam (§. 25, 32. sqq.). Cf. p. 45, 17. Patet vero διαμεῖναι δυνήσεται ad tria coli penduli membra communiter pertinere. Quod bene intellexit auctor prooemii 21. p. 1432 extr.: τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ νυνὶ διαμεῖναι δυνήσεται. SAUPP.

44, 14. ἐπαγγέλλεται—ὑπόσχεσις] Ammonius p. 56: ὑπισχνεῖται δὲ ὁ τῷ αἰτήσαντι δώσειν ὁμολογήσας· ἐπαγγέλλεται δὲ ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ (δίχα παρακλήσεως, p. 139.) δώσειν ὁμολογήσας (cf. Thomas p. 368. Ritschl.), ἐπαγγέλλεσθαι est *ultro* promittere, ὑπισχνεῖσθαι (*in se recipere*), et *ultro* et *rogatum* polliceri. Demosth. p. 397: ταῖς ὑποσχέσεσι καὶ τοῖς ἐπαγγέλμασι τοῖς τούτου καταληφθέντας τότε. Hic igitur ἐπαγγέλλεσθαι et ὑπόσχεσις de oratoribus dicta, qui se salutare consilium explicaturos esse promittunt, nihil inter se differunt. SAUPP.

ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη] Hermogenes p. 215. ad h. l. alludens: ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις, κατ' αὐτὸν φάναι τὸν ῥήτορα, οὕτω μεγάλη. ubi Hermog. Aldinus pro ὑπόσχεσις dat ὑπόθεσις. REISK.

44, 19. αὐτοῖς] Hic quoque *ipsis* oppositos cogitat milites mercenarios.

44, 20. τοῖς ἡμίσεσι τῶν ἱππέων] H. e. *quingentis.* Inde ab initio enim belli Peloponnesiaci mille equites Athenis fuisse docuerunt Boeckhius oecon. Ath. I. p. 283 sqq. C. F. Hermann. progymn. in Aristoph. Eq. 2. p. 36 sqq. SAUPP.

ἱππαγωγοὺς τριήρεις] Thucyd. 2, 56: (Pericles) ἦγε—ἱππέας τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππαγωγοῖς, πρῶτον τότε ἐκ τῶν παλαιῶν νεῶν ποιηθείσαις (a. 430. a Chr.). Triremes eas fuisse, trierarchosque iis pariter atque ceteris triremibus creatos esse tituli nuper reperti docent: Boeckh. de re navali Ath. p. 74. 403: τριήρεις τάσδε ἱππηγοὺς—ὁ δῆμος ἐψηφίσατο—ἀχρήστους γεγονέναι. 534: τριήραρχος Σπίνθαρος Μνησιθείδου Φυλάσιος τριήρης ἱππηγὸς Καλλιστὼ, Λυσικλέους ἔργον. SAUPP.

44, 21. πλοῖα ἱκανὰ] Si de rebus bellicis sermo est, τριήρεις vel νῆες et πλοῖα opponuntur ita, ut haec sint navigia vel frumento et commeatui vehendo vel minora ministratoria (ὑπηρετικά). Cf. Thucyd. 2, 83 extr. 6, 44. Recte igitur hic Ulpianus: τὰ φέροντα τὰ ἐπιτήδεια καὶ ὑπηρετικά. Apparet igitur horum navigiorum usum non ad equites tantum pertinere, sed tria omnino genera navium instruenda esse videri Demostheni, triremes peditibus vehendis, triremes equitibus portandis, naves onerarias et ministratorias. SAUPP.

44, 25. ἐκείνῳ] Philippo.

44, 27. ὥσπερ] Ex verbo ὁρμήσαιτε coli primarii (ὡς ὁρμήσαιτε) in secundario ὥσπερ—Πύλας verbum cogitando addendum est, ita

ut ad verba quae sunt εἰς Εὔβοιαν et εἰς Πύλας addatur ὡρμήσατε, ad medium vero comma καὶ πρότερόν ποτέ φασιν εἰς Ἁλίαρτον infinitivus ὁρμῆσαι. SAUPP.

44, 27. εἰς Εὔβοιαν] Ulpianus: τὸ δὲ ἐν Εὐβοίᾳ πρὸ τριῶν (sc. ἐτῶν), ὅτε ὁ ῥήτωρ ἐτριηράρχει. Putabat igitur de expeditione Phocione duce invito Demosthene suscepta cogitandum esse, quod falsum esse ea ostendunt, quae de ea Demosthenes p. 58. dicit. Intelligenda est (ut vidit Frankius) expeditio Timotheo auctore et duce Ol. 105, 3. (358. a. Chr.) summa alacritate decreta et triginta diebus felicissime absoluta. Cf. Demosth. p. 11. 108. 597. Aeschines p. 65, 42. SAUPP.

44, 28. εἰς Ἁλίαρτον] Thebani quum Ol. 96, 1. (a. 395 a. Chr.) audivissent Lacedaemonios in Boeotiam irruptionem facturos esse, auxilium ab Atheniensibus petiverunt, iique Thrasybulo Steiriensi auctore praestiterunt. Xenoph. Hell. 3. 5. 7 sqq. Plutarch. Lysandr. 28. Sievers histor. Graecae p. 63 sqq. et 384. sq. SAUPP. Conf. p. 258, 10.

πρῴην εἰς Πύλας] Anno ante hanc orationem, i. e. Olymp. 106. 4. (A. C. 352.)

44, 29. οὔτοι παντελῶς κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 90, 1. ubi Hermog. Aldinus a Crispiniano haud parum discrepat; nam Portus ibi vulgatam Demosthenicam exhibuit. Hermogenes Aldi sic refert: οὔ τι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσετε νὴ Δία, ὡς ἔγωγε κρίνω, εὐκαταφρόνητον ἔσται, ἵνα ἢ διὰ τὸν φόβον εἰδὼς εὐπρεπεῖς ὑμᾶς ἀπόσχηται, ἢ παριδὼν τ. ἀ. λ. REISK. Hos apparatus Demosthenes necessarios esse dicit, ut repentinis illis Philippi expeditionibus celeriter et strenue occurri possit. Sed etiamsi hoc Athenienses facturi non essent, tamen apparatus non inutiles fore; nam aut Philippum metu commotum tranquillum futurum, aut, si his copiis Atheniensium superbe contemtis milites suos ex finibus Macedoniae ad nova bella abduceret, Macedoniam ipsam ab Atheniensibus peti posse. Minus recte igitur Hermogenes Walzii 3. p. 51, 11: ἤδη δὲ καὶ τὸ ψηφίσασθαι μόνον (sc. λυσιτελεῖ). SAUPP.

45, 3. εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες] Jam tum igitur multi Philippi rebus Athenis favebant, vel comitate et humanitate regis capti vel pecunia corrupti; ex eorum numero fuerint Philocrates, Phrynon, Aristodemus, Neoptolemus, Ctesiphon, alii. SAUPP. De Aristodemo et Neoptolemo histrionibus, saepius ab Demosthene memoratis (ut p. 150, 7. 58, 22.) etiam Tourellus et Boehneckius cogitarunt Quaestion. vol. 1. p. 244.

45, 7. ἂν ἐνδῷ καιρόν] Comparandum cum locutionibus pervulgatis λαβήν vel μαλακόν τι ἐνδοῦναι.

45, 8. δεδόχθαι—παρεσκευάσθαι] In tempore perfecto inest significatio necessitatis apparatus absoluti. p. 90. 22. περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι. p. 182. 23. καὶ τὰ μὲν σώματα ταῦτα οὕτω συντετάχθαι φημὶ δεῖν. BREMI.

45, 9. πρὸς δὲ τούτοις] πρὸ δὲ τούτων S. aliique nonnulli, ad quod

Frankius annotavit: "Quum quinquaginta triremes et quantum satis est vectoriarum navium (p. 44.) instructas paratasque haberi jubeat, ut Philippo, si quam subito expeditionem fecerit, occurrere et obsistere possint, tamen *ante omnia* copias (§. 24.) mitti vult, quae in vicinia Macedoniae collocatae (p. 49.) regem vexent eaque re domi suae detineant." Minus aptum πρὸ δὲ τούτων, quo significaretur quae in praecedentibus suaserat Demosthenes differri posse donec copiae essent in viciniam Macedoniae missae Philippum domi, si fieri posset, retenturae. Atqui prudentius erat utrumque simul fieri, quod altera scriptura significatur πρὸς δὲ τούτοις, quae fortasse propter verbum cum πρό compositum, προχειρίσασθαι, in πρὸ δὲ τούτων est mutata.

45, 12. μή μοι μυρίους κ. τ. λ.] Hermogenes p. 187. ἔστι καὶ ἀπαγορευτικὸν σχῆμα, ὃ ἐπιμεῖναν πνεῦμα λέγεται, οἷον ὅταν λέγῃ· μή μοι μυρίους, μηδὲ δισμυρίους etc. Facile patet subaudiri λέγε, aut λεγέτω τις. REISK. De locutione Graecis in vulgari sermone frequentata μή μοι, sequente accusativo, v. Bergler. ad Aristoph. Acharn. 344. Musgrav. ad Sophocl. Antig. 583. et L. Bos. Ellips. p. 636. SCHAEFER.

τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις] Super dictione τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις mirifica grammaticorum veterum atque recentiorum dubitatio, nodum in scirpo quaerentium; quod equidem miror, et vocis natalibus et orationis serie prodente statim vel paulo attento cuique in mentem venire necesse est, significari copias, quarum spes submittendarum imperatoribus foris agentibus fiat a S. P. Q. A. per literas ad eos missas, quae copiae scriptae quidem sint in membranis, ut paulo post submittendae, nunquam vero reapse mittantur. In exemplum interpretationum a veteribus super hac dictione traditarum proponam locum Etymologici M. p. 365, 5. ἐπιστολιμαίους στρατιώτας ἀγελαίους εἶπε Δημοσθένης, παρὰ τὸ στόλος, τὸ στρατός. REISK. In Etymol. M. ante ἀγελαίους articulus τοὺς inserendus videtur. Multo rectius vox explicatur in Anecd. Bekk. p. 253, 16. Ἐπιστολιμαίους δυνάμεις: τὰς ἐν ἐπιστολαῖς γραφομένας μόνον δυνάμεις, ἔργῳ δὲ ἢ ἐν πολέμῳ μὴ θεωρουμένας. Vid. etiam Reiskius in Ind. Gr. s. h. v. SCHAEFER. Confer p. 48. ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. p. 53, 8. ὅποι δ' ἂν στρατηγὸν καὶ ψήφισμα κενὸν καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλπίδας ἐκπέμψητε, οὐδὲν ὑμῖν τῶν δεόντων γίγνεται. DOBR. Rufinianus de fig. p. 199 R.: Cato apud Athenienses: *Antiochus epistolis bellum gerit, calamo et atramento militat.* SAUPP.

45, 13. ἀλλ' ἢ] Libri partim sic partim ἀλλ' ἤ. Recte H. Wolfius ἀλλ' ἤ.

τῆς πόλεως ἔσται] I. e. *reipublicae commodis serviet*, ut in locis ab Voemelio et Sauppio comparatis, p. 47. ἵν' ᾖν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις. et Isocr. p. 185. ὁρῶντες τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἰδίων δυναμένους τὰ σφέτερ' αὐτῶν διοικεῖν τῆς πόλεως ὄντας καὶ τῶν τὰ βέλτιστα λεγόντων.

45, 16. *τροφὴν*] Conf. §. 32. 33. Jam hic orator hoc inculcat, quod expeditiones Atheniensium, quum milites mercenarii omnium rerum inopia sibi ipsi consulere cogerentur, irritae esse solebant; cf. §. 52. et p. 26, 12. sqq. SAUPP.

45, 17. *τίς—πόση—πόθεν*] Conf. ad p. 44, 9.

45, 18. *ἐθελήσετε*] Scribendum *ἐθελήσει* (sc. *ἡ δύναμις*) ex S. "Quomodo effici posset ut milites mercenarii rem urbis strenue agerent, hoc exponere debebat orator atque exposuit §. 26. sqq." SAUPP.

45, 20. *ξένους μὲν λέγω*] Dicturus erat quot milites mercenarii sibi mittendi esse viderentur. Ne vero Athenienses numerum parvum riderent, parenthesin inseruit; qua absoluta sermonem abruptum aliter atque primum voluerat verbis *λέγω δή* (§. 24.) continuavit. SAUPP.

45, 21. *πάντ' ἐλάττω νομίζοντες*] Cf. p. 32. *εἰ γὰρ αὐτάρκη τὰ ψηφίσματα ἦν ἢ ὑμᾶς ἀναγκάζειν ἃ προσήκει πράττειν ἢ περὶ ὧν ἂν γραφῇ διαπράξασθαι, οὔτ' ἂν ὑμεῖς πολλὰ ψηφιζόμενοι μικρὰ, μᾶλλον δ' οὐδὲν ἐπράττετε τούτων, οὔτε* κ. τ. λ. VOEM.

45, 26. *στρατιώτας*] *στρατιῶται* h. l. et infra p. 48. et 49. equitibus opponuntur i. q. *πεζοί*, quos proxime nominat. Xenoph. Hell. 1, 3, 10. *στρατιώτας καὶ ἱππεῖς*. VOEM.

45, 28. *ἡλικίας*] Harpocration s. v. *ἐπώνυμοι, διττοί εἰσιν οἱ ἐπώνυμοι —ἕτεροι δὲ β' καὶ μ', ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν.* et s. v. *στρατεία* ex Aristotelis rep. Athen.: *χρῶνται δὲ τοῖς ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας, καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσι, προγράφουσιν* (immo *ἐκπέμπωσιν, ἡλικίαν προγράφουσιν*), *ἀπὸ τίνος ἄρχοντος ἐπωνύμου μέχρι τίνος δεῖ στρατεύεσθαι.* C. F. Hermanni antiq. Gr. §. 152, 11 sqq. SAUPP.

46, 1. *ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις*] Addit haec verba orator, ut ostendat quomodo fieri possit ut et copiae illae perpetuo cum Philippo bellum gerant et singuli cives Athenienses certum tantum idque breve temporis spatium militiam faciant. SAUPP.

46, 8. *ἀσφαλῶς—πλέῃ*] Duo millia militum igitur, quos Demosthenes vult mitti, non pugnaturi sunt nisi in terra. Ut naves *στρατιώτιδες*, quibus vehuntur, tuto navigent, naves decem ad certamen navale instructae addendae sunt. SAUPP.

46, 14. *παραταξομένην*] *παρατάσσεσθαι, ad justum proelium aciem adversus instruere*, opponitur ei quod sequitur *ληστεύειν*. SAUPP.

ληστεύειν] H. l. i. q. latronum sive militum grassantium modo bellum gerere, quibus frumentum quidem, nec vero stipendium sit solvendum, sed praeda libere vivendum. Vid. infra p. 48. Qui in fines Macedoniae excurrerent populabundi magis quam justi more belli; non castris positis, non exspectato hostium exercitu raptam praedam portantes redirent (Liv. lib. 1. c. 15). Hoc Demosthenis consilium praedatorii exercitus parandi novum erat nec probatum. Vid. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 304. sq. VOEM.

46, 19. *ξενικὸν—ἐν Κορίνθῳ*] Quanquam militibus mercenariis jam prius et Persae et tyranni Graecorum usi erant, tamen exercitus conductitius quo Athenienses in bello Corinthiaco (a

395 exorto) utebantur oculos animosque omnium ad se convertit, quod et major erat et diu in Graecia ipsa stipendia merebat et Iphicrate duce brevi tempore severa disciplina ad tantam belli peritiam eruditus erat, ut ab omnibus timeretur. Quod plerumque circa Corinthum versabatur, τὸ ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ vocabatur. Aristoph. Plut. 173 : τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος (Πλοῦτος) τρέφει; SAUPP. Citat h. l. Harpocration s. v. ξενικόν. REISK.

46, 20. Πολύστρατος] Harpocration s. h. v. postquam de duobus aliis Polystratis exposuit, ἄλλος δ' ἂν εἴη Πολύστρατος οὗ καὶ Δημοσθένης μνημονεύει ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς, λέγων αὐτόν ποτε ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν τρέφειν. μήποτε μέντοι ἐνταῦθα δεῖ γράφειν Πολύτροπον ἀντὶ τοῦ Πολυστράτου. παρὰ μηδενὶ γάρ φησιν ὁ Δίδυμος εὑρηκέναι τὸν Πολύστρατον ἡγησάμενον τοῦ ἐν Κορίνθῳ ξενικοῦ. quibus verbis quae adduntur, τὸν Πολύτροπον μὲν οὖν ἐν τῇ ϛ' τῶν Ἑλληνικῶν Ξενοφῶντος εὗρον, ἀλλ' οὔτε τὸ ξενικὸν τοῦτο ἔφησεν ὁ Ξενοφῶν τρέφεσθαι ὑπ' Ἀθηναίων οὔτε αὐτὸς Ἀθηναῖος ἦν ὁ Πολύτροπος, non videntur ab Harpocratione scripta esse. Polystrati nomen tuetur Demosthenes ipse 482, 26: τιμῶντές ποτε Ἰφικράτην οὐ μόνον αὐτὸν ἐτιμήσατε, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον Στράβακα καὶ Πολύστρατον. ubi v. Wolf. "Quum Theodecte teste (apud Aristot. rhet. 2. 23.) sciamus Athenienses Strabaci, exercitus conductitii duci, civitatem impertivisse, jure conjeceris etiam Polystratum, militum mercenariorum ducem, auctore Iphicrate ab Atheniensibus civitate donatum esse." SAUPP.

46, 21. Χαβρίας] Quanquam Iphicrates a. 389 Athenas rediit et cum magna parte militum suorum in Hellespontum missus est, tamen pars exercitus conductitii Corinthi mansisse ejusque imperium Chabriae videtur commissum esse; cf. Diodor. 14, 92. Schneid. ad Xen. Hell. 5, 1, 10. SAUPP.

46, 23. Λακεδαιμονίους—ἐνίκων] Iphicrates cum peltastis et Callias cum exercitu civium Atheniensium moram Lacedaemoniorum trucidarunt a. 392, Chabriae milites conductitii et Demaeneti milites scutati Gorgopam in insula Aegina devicerunt a. 388, eodem anno Iphicratis peltastae Anaxibium in Chersoneso perdiderunt. Xen. Hell. 4, 5, 13. 8, 35. 5, 1, 10. Sed morae illius interitus tanta Graecos omnes admiratione affecerat, ut hanc victoriam potissimum Demosthenis animo obversatam esse putem; cf. Sievers hist. Graec. p. 123 sq. SAUPP.

46, 26. οἱ δ' ἐχθροὶ] Maxime Philippus, praeterea Thebani, Chii, Rhodii, Coi, Byzantii, alii. FRANK.

46, 28. Ἀρτάβαζον] De Charete ejusque exercitu conductitio cogitat. SAUPP. Monuerat Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 246. V. Diodor. 16, 22.

47, 1. εἰκότως] Defendendo Chareti: solet enim Demosthenes hunc imperatorem vel excusare vel defendere. SAUPP.

47, 5. ἐπόπτας] *Inspectores, spectatores, testes oculatos.* Vocabulum ab auctoribus orationis pedestris non solitum dici. Aeschylus Prom. 299: καὶ σὺ δὴ πόνων ἐμῶν ἥκεις ἐπόπτης; Infra p. 53, 21. Demosthenes dicit μάρτυρας. SAUPP. Ex h. l. Demosthenis annotavit Pollux 2, 58.

47, 5. τῶν στρατηγουμένων] *Eorum quae ab ducibus geruntur.*

47, 8. πολεμοῦμεν] A. 358 Philippus Amphipolin occupaverat. "Hinc ortum bellum de Amphipoli recuperanda, nunquam indictum, vix contra Philippum gestum, qui potius per alios egit, ipse pacem simulans, etiam Atheniensibus interdum credentibus." VOEMEL. Prolegom. p. 63. Cf. Aeschines p. 37, 10. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τοῦ πολέμου ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως. Neque vero strenue Philippum ipsum adorti sunt, sed urbibus populisque jam a Philippo tantum non oppressis auxilia eaque parum valida mittebant (cf. §. 46.), plurimum temporis torpebant. SAUPP.

47, 9. ἐχειροτονεῖτε] Recte imperfecto utitur, non praesenti. "Orator enim non quaerit quid Athenis omni tempore fieri soleat, sed quid per omne *hoc* tempus, quo bellum cum Philippo sibi fuisse ipsi concesserint, facere soliti sint. *Nonne per omne hoc tempus quotannis magistratus militares multos creabatis?* Jam vero novam interrogationem adjiciens ad eamque sibi ipse respondens non quid illi magistratus hucusque egerint, sed quid adhuc agant exponit. Creatio enim etiam novissima illorum magistratuum prius evenerat, magistratus vero nuper creati etiamtunc muneribus fungebantur. SAUPP.

47, 10. φυλάρχους—ἱππάρχους δύω] Ad h. l. respicit Harpocration s. v. φύλαρχος et ἵππαρχος. Cf. Anecd. Bekk. p. 266, 26. et 313 sq. SCHAEFER.

στρατηγούς] Imperatores s. *praetores* deni quotannis e tribubus singulis singuli populi suffragiis creabantur (χειροτονητοὶ, non κληρωτοί), qui summum imperium in pedites habebant; his proximi dignitate deni *taxiarchi* et ipsi e singulis tribubus singuli electi, qui suis quisque tribulibus in bello praeerant: *equitatui* praeerant bini *hipparchi* item a populo creati, et qui proximum ab illis locum habebant, deni *phylarchi*. FRANK. Vide de his magistratibus Schoemann. Antiq. §. XLV. SAUPP.

47, 12. ὃν ἂν ἐκπέμψητε] Ratione rei militaris ita mutata, ut plerumque pauci cives magno militum conductitiorum numero adderentur, interdum ne pauci quidem, taxiarchorum, hipparchorum, phylarchorum opera jam non opus erat. Populus Atheniensium igitur *unum aliquem* ex *praetoribus* eum exercitu proficisci jubebat, reliqui magistratus illi omnes Athenis manebant. SAUPP.

47, 13. τὰς πομπὰς πέμπουσιν] Equitum Atticorum non minus erat dies festos deorum pomparum splendore exornare quam contra hostes pugnare. Cf. Xenoph. Hipparch. c. 3. C. F. Hermannus de equit. Att. p. 19. Ac comparent equites in zographo septentrionali hecatompedi; cf. C. O. Mülleri monum. artis ant. XXV, 118. Parum vero constat quae fuerit praetorum et taxiarchorum in pompis ducendis opera. Quae Thucydides 6. 56. dicit, ad Pisistratidarum tempora pertinent: certe in zographis hecatompedi milites scutatos frustra quaesiveris. Neque pompa, de qua Lysias p. 137. 21. et Xenophon hist. Gr. 2. 4, 39. narrant, videtur anniversaria fuisse, sed tum tantum deducta esse. Multa sacra a praetoribus illo tempore facienda

fuisse vel ex uno titulo 157. inscriptionum Boeckhianarum videas, ex quo Mercurio Hegemonio, Paci, Jovi Ammoni ab iis immolatum esse discimus. An tu putas eos diebus anniversariis, quibus memoria pugnarum Marathoniae, Salaminiae, Plataeensis recoleretur (Plutarchus de gloria Athen. c. 7.), sacris non operatos esse? SAUPP.

47, 13. ἱεροποιῶν] Ἱεροποιοὶ, *sacris praefecti*, decem quotannis sorte eligebantur (κληρωτοὶ ἄρχοντες), qui magistratus vaticinia sacra instituerent iisque praeessent, et, si quando opus esset, litationibus ut propitium fieret numen, cum auspicibus sacra facerent, cum iisdem hostiarum signa explorarent, ne quid hi mala fide agerent, et quinquennalia omnia praeter Panathenaea regerent atque administrarent, templaque et sacras opes administrarent. Sed maximi magistratus illi ab Atheniensibus habebantur, quod hecatombas et alia magna sacrificia epulaque curabant. V. Etym. M. s. v. Ἱεροποιοί. p. 469, 5. Boeckh. Oecon. passim, praecipue vol. 1. p. 231. 2. p. 167. VOEM.

47, 14. ὥσπερ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους] Hinc fortasse Dio Chrys. vol. 2. p. 116. ἢ τί διοίσετε τῶν τοὺς πηλίνους πλαττόντων;

εἰς τὴν ἀγορὰν] Vocabula εἰς τὴν ἀγορὰν a lectore tacite iteranda sunt, ac si ad hunc modum esset exaratum: ὥσπερ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους στρατηγοὺς πλάττουσιν εἰς ἀγορὰν (quemadmodum qui sigilla argillacea fingunt, imperatorum figuras mentientia, quo ea in forum deferant ibique venum proponant), οὕτως ὑμεῖς χειροτονεῖτε τοὺς στρατηγοὺς εἰς ἀγοράν (sic vos creatis imperatores vestros, non quo in castra exeant, sed solummodo quo in foro versentur ibique speciem imperatorum mentiantur). REISK. Suidas εἰς ἀγορὰν ὑφαίνειν, τὸ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκφέρειν τὰ ὑφαινόμενα. οὕτω Μένανδρος. Ita fere Lucianus Lexiph. c. 22. vol. 2. p. 347. ἐλελήθεις σαυτὸν τοῖς ὑπὸ τῶν κοροπλάθων εἰς τὴν ἀγορὰν πλαττομένοις ἐοικὼς, κεχρωσμένος μὲν τῇ μίλτῳ καὶ τῷ κυανῷ, τὸ δ' ἔνδοθεν πήλινός τε καὶ εὔθρυπτος ὤν. quae nescio an ducta sint e Demosthen. p. 47, 15. MEINEK. in Menandri et Philemonis Reliquiis p. 275. Cur vero Demosthenes eos, qui pompas ducant, in foro versari dicat, illustrant haec O. Muelleri verba (de foro Athenarum §. 7.): "fori Atheniensis is fuit situs, ut nullam pompam vel theoriam, ad illustrius aliquod Graeciae ipsiusve Atticae delubrum, aut Olympiam aut Pythonem aut in Isthmum aut Eleusinem, ex interiori urbe missam, non oportuerit per forum duci." SAUPP.

47, 17. ἱππάρχους] ἵππαρχον S. quod librarii est peccatum ad inferius παρ' ὑμῶν ἵππαρχον aberrantis.

47, 19. εἰς—Λῆμνον] Solent de Chiorum, Rhodiorum, Byzantiorum incursione in insulas Imbrum et Lemnum a. 356 facta (Diodor. 16, 21.) explicare. Sed quid faciemus tempore praesenti δεῖ? Et qui Lemnum tuerentur ab hostium irruptione, numquid illi tuebantur nisi τὰ τῆς πόλεως κτήματα? Apparet igitur de solemni pompa Lemni quotannis ducta cogitandum esse. Certa quidem ejus rei, quod sciam, memoria non exstat, sed insulam quotannis lustratam eosque dies magno et splendido

apparatu celebratos esse narrat Philostratus Heroic. 19, 14. p. 700. atque Hephaesto in urbe Hephaestiade qui possis credere dies festos anniversarios actos non esse? Jam quum Lemni cives Atticos multos semper fuisse constet eaque insula partem quasi Atticae ipsius effecerit, quid mirum hipparchum alterum ad pompas ducendas eo missum esse? Fortasse ad eandem consuetudinem pertinet locus Plauti, in cujus Truculento (1, 1, 74.) Dinarchus *Nam ego*, inquit, *Lemno advenio Athenas nudius tertius, || legatus quo hinc cum publico imperio fui.* SAUPP. Hipparchis enim demandata erat pomparum ducendarum cura. V. ad p. 47, 13.

47, 20. *ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως κτημάτων*] Non cogitandum est de finibus Atticae ipsius ab incursione Philippi defendendis, sed quicunque mittuntur contra eos, qui urbi aliquid eripere conantur, recte dicuntur *ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως κτημάτων* pugnare; cf. p. 42: *τὰ ὑμέτερα αὐτῶν κομιεῖσθε.* SAUPP.

47, 21. *Μενέλαον*] Hunc Menelaum fuisse Philippi Amyntae F. fratrem uterinum dicit Harpocratio. Ac tres fuisse Amyntae filios et Gygaeae, Archelaum, Aridaeum, Menelaum, Justinus prodidit 7, 4, 5. eosdem idem 8, 3, 10 sq. a Philippo occisos esse scribit. Menelaum vero non ab Atheniensibus ipsis creatum nec exercitui universo praefectum fuisse ea ostendunt quae sequuntur: *ἱππαρχεῖν* et *ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι.* Athenienses jam prius peregrinos interdum exercitibus suis praefecerant (Plat. Ion. p. 541 C.), nec Demosthenes hoc nunc vituperat, sed quod unum tantum imperatorem creare ejusque arbitrio omnia permittere solebant, ita ut exercitus non Atheniensium, sed imperatoris illius esse videretur. SAUPP. Diversum ab illo Menelaum Demosthenes dicere videbatur Oliveto et Mounteneio (cujus v. annot. p. 250. ed. Lond. a. 1785.) Quamvis enim Philippus et Menelaus diversis matribus fuerint nati nec sane amicitia conjunctissimi, non tamen verisimile videri Athenienses hostis sui fratri tantum confidere voluisse.

47, 22. *καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μεμφόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλ'—*] Conf. p. 38, 21. SCHAEFER.

47, 27. *ἔστι μὲν—*] Opponuntur §. 33: *εἰ δέ τις οἴεται—*, hoc sensu: satis magna quidem pecuniae summa opus est ad cibaria militibus ordine persolvenda, sed cibaria sufficient, nihil praeterea dari oportebit. SAUPP.

ἡ τροφή quo valeat, accuratius indicat orator appositis verbis *σιτηρέσιον μόνον*.—Militibus Athenienses inde a Periclis temporibus et mercedem (*μισθόν*) et tantundem pro cibariis (*σιτηρέσιον*) pendere solebant. *μισθὸν* vero Demosthenes nunc dari opus esse negat. Quodsi orator pro cibariis binos quotidie obolos peditibus dari vult, singulas drachmas equitibus, binos obolos classiariis (duceni enim in triremibus singulis esse solebant), ex iis quae Boeckhius de oecon. reip. Ath. 1. p. 293 sqq. exposuit, apparet eum fuisse minimum stipendiorum modulum. Ceterum videmus inter cives et mercenarios discrimen fieri non solitum esse. SAUPP.

47, 29. *μικρόν τι πρός*] Duo talenta. Quum enim classiariis et peditibus quadragena, equitibus duodecim talenta dari velit, nonaginta duo efficiuntur. SAUPP.

48, 3. *σιτηρέσιον*] De cibariis militum hic et p. 1209, 12. 1214, 21. et alibi apud veteres Atticos: recentius est *σιταρκείας* vocabulum. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 313.

48, 6. *ἀφορμὴν*] *ἀφορμὴν εἶναι* F. S. quod verum videtur. *εἶναι* enim ejici potuit ab correctore proximo *ὑπάρχειν* decepto neque intelligente hunc esse sensum verborum, *parvo subsidio esse commeatum dari militibus.*

48, 11. *ἐγὼ—ἔχῃ*] Locum hunc citat Hermogenes p. 347. in capite *περὶ τοῦ ἀληθινοῦ λόγου* his verbis: *πεποιθότως δ' ἐρεῖς, ὅταν λέγῃς· κἀγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦτα οὕτως ἔχῃ.* Aristides de D. C. p. 252. *ἀξιόπιστον δὲ* (facit oratori fidem) *καὶ τὸ τιμᾶσθαι προλαμβάνοντα καὶ ζημίαν ὁρίζειν καθ' ἑαυτοῦ ἐφ' οἷς ἂν διεξίῃ. οἷον· ἐγὼ πλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος.* REISK.

ἐγὼ] Recentiores aliquot codices *ἐγὼ δὲ* ex conjectura librarii asyndeto offensi.

48, 15. ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ. Haec expositio quum fere numeris constaret, ut intelligeretur quotam partem *τιμήματος* (h. e. ejus census partis, de qua tributa civibus pendenda erant) imperari oporteret, scriptam eam Demosthenes attulerat et de scripto recitabat. SAUPP.

48, 16. *Ἃ μὲν ἡμεῖς*] Dionys. Hal. Ep. 1. ad Amm. c. 10. vol. 6. p. 736: *ἔπειτα* (post Theophilum archontem Olymp. 108, 1.) *Θεμιστοκλῆς, ἐφ' οὗ τὴν ἕκτην τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστιν ἀρχή· "Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἔστι."* contra quae jam scriptor scholii pluribus in codicibus reperti haec monuit, *Ἐντεῦθέν φησι Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχήν, προοίμιον δέ, φησίν* (non Dionysius, qui nihil de hoc dixit, sed is cujus verba contra Dionysium scripta excerpsit scholiasta, ut monet Bremius) *οὐκ ἔχει, ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστίν, ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ ἔστι προοίμια. οὐ λέγει δὲ ἀληθῆ. ἐπειδὴ γὰρ ἄνωθεν ὑπέσχετο περὶ τοῦ πόρου χρημάτων εἰπεῖν, νῦν τοῦτο δεικνύει, καὶ ἔστιν ὥσπερ ἐπίλογος.* Plura in Dionysii verbis illis falsa et perversa. Primum si ab his verbis nova inciperet oratio, non sexta haec foret, sed quinta Philippicarum: quamobrem jam H. Wolfius *ἕκτην* in *πέμπτην* mutari voluit, recte, ut videtur, quum Dionysius paullo ante *τέσσαρας* memoret *δημηγορίας Φιλιππικὰς* prius habitas, et proxima pagina ad orationem *περὶ εἰρήνης* progrediatur (quae a grammaticis[a] vulgo quinta Philippicarum appellatur, ab Dionysio vero Philippicam primam in duas orationes dividente pro sexta numerari debebat), tum ad *ἑβδόμην τῶν Φιλιππικῶν* (i. e. Philippicam

[a] Grammatici quomodo Philippicas orationes numerent in annot. ad p. 40, 3. dictum est.

secundam. a grammaticis vero sextam Philippicarum appellatam): quod ipsum ἑβδόμην fecisse videtur ut supra πέμπτην in ἕκτην corrumperetur ab librario non animadvertente ἕκτην esse quam Dionysius non addito numero memorat τὴν περὶ εἰρήνης. Quae mihi probabilior conjectura videtur quam Boehneckii Quaestion. vol. 1. p. 230. qui, servato numero ἕκτην, orationem spuriam περὶ συντάξεως (XIII.), quae ipsi genuina videtur, ab Dionysio, etsi nullam usquam ejus mentionem faciente, pro quinta Philippicarum habitam esse conjecit. Alia perversitas in eo cernitur, quod in hac oratione agi dicitur περὶ της φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, de quo nihil in ea dictum reperitur. Denique opinio ipsa ab verbis Ἃ μὲν ἡμεῖς— ταῦτ' ἔστι novam incipere orationem tam absurda est ut vix intelligas quomodo Dionysio vigilanti in mentem venire potuerit. Eo enim fit ut prior oratio peroratione careat.[b] altera ab verbis incipiat exordio orationis ineptis.[c] Non dubitandum igitur quin una haec sit oratio: quod praeter alios bene demonstravit I. H. Bremi in Symbolis philologicis Helveticis inserta vol. 1. p. 21. sqq. Nihilominus Dionysius ita loquitur ut quae tradit non conjectura, sed historiae fide niti videantur. Quamobrem sic statuendum videri potest, habitam quidem esse (sive ab Demosthene sive ab alio) aliquam istiusmodi orationem archonte Themistocle, sed errore, cujus origo explicari hodie nequit, (nisi forte lemma ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ fecit ut a proximis verbis nova incipere videretur oratio) factum esse ut verba Ἃ μὲν ἡμεῖς

b "In prooemio enim Demosthenes argumenta, de quibus loqui constituerit, his verbis refert: τὸν δὲ τρόπον τῆς παρασκευῆς—καὶ τὸ πλῆθος ὅσον, καὶ πόρους οὕστινας χρημάτων, καὶ τἄλλα ὡς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ παρασκευασθῆναι, p. 43. Jam de ratione apparatus bellici deque copiarum numero inde a verbis πρῶτον μέν p. 44 usque ad ἴσως δὲ ταῦτα μέν p. 48 disserit, de pecuniarum subsidiis usque ad πόρου ἀποδείξεις. Hic si finis orationis fieret, plus esset Demosthenes initio pollicitus quam deinde persecutus. Verba vero illic prolata: καὶ τἄλλα ὡς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ παρασκευασθῆναι cum extremae partis argumento egregie congruunt." WINIEWSK. Comment. p. 60

c "Ab iis quae Dionysius habet verbis neque Demosthenis ullam, neque cujusquam omnium, qui Graeco unquam sermone verba fecerunt, potuisse orationem initium capere, confidenter adsevero. Praeterquam enim quod mirum quam praeceps et abruptum istiusmodi exordium esset, ne Graeca quidem in ipso orationis principio illa esse contendo. Nam ut leguntur verba et apud Dionysium et apud ipsum Demosthenem, non ad ea, quae sequuntur, spectare possunt, sed ad prius dicta sunt referenda, quoniam pronomen οὗτος ea, quae cuique proxima sunt eademque jam cognita, indicat, non futura et quae subjunctis demum verbis sententiisque declarentur. Quem sermonis usum, etsi nemo facile Graece doctus ignorat, ut uno tamen e multis alterove comprobem exemplo, Demosthenes eodem fere modo in Olynth. 1. p. 14, 16. καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας, inquit, ταῦτα γιγνώσκω, et Olynth. 2. p. 20, 12. καιροῦ μὲν δή, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τοῦτο πάρεστι Φιλίππῳ τὰ πράγματα· quibus in verbis ταῦτα et τοῦτο pari modo atque in supra memorato loco ad prius dicta respiciunt. Contra, si, quae afferuntur, prospectant ea, quae postea demum subjiciuntur, aut pronomine ὅδε, aut aliis aeque validis demonstrandi formulis Graeci utuntur. Quae quum ita sint, quemadmodum in media et continuata oratione aptissime verba illa potuerunt dici, sic in principio non potuisse, sed Dionysium, quum ea pro Demosthenicae poneret orationis initio, verba posteris fecisse, manifestum est." PETRENZ. de orationum Olynth. ordine I. p. 7. sq.

—ταῦτ' ἔστιν in initio ejus posita fuisse perhiberentur. Quae Augeri conjectura est, qui "Verisimillimum est" inquit "amissam fuisse aliquam Demosthenis Philippicam de hac re habitam, quae Dionysii aetate supererat. Sic ille rhetor mentionem facit alicujus orationis, quae jam non extat, in qua Demosthenes defendebat se dona non accepisse, videlicet ab Harpalo. Itaque p. 736. mihi videtur legendum πέμπτην pro ἕκτην, et p. seq. pro Ἃ μὲν ἡμεῖς deberet esse initium ejus quae periit Philippicae, et quae habebatur περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων." De quo Dobraeus "Non sine specie suspicatur Augerus corruptum esse Dionysium. (Vide an epitome sit illud opusculum Dionysii.) Ista certe περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων orationi de Halonneso (vide p. 80. 86.) multo melius conveniunt quam huic epilogo. Sed facile potuit Dionysius, dum πίνακας antiquos exscribebat, casu ordinem mutare."

48, 18. ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ] *Quae*, sc. *eorum quae ego exposui*. Sic intellexisse videtur Dobraeus, qui comparavit p. 181, 29. οἶμαι δὴ δεῖν ἀκούσαντας ὑμᾶς αὐτήν, ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ, ψηφίζεσθαι. p. 1443, 9: ὑμέτερον δὲ (ἔργον) ἀκούσαντας κρῖναι κἂν ἀρέσκῃ χρῆσθαι. p. 1446, 3. extr.: σκέψασθε δὲ ἀκούσαντες κἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χρήσασθε. Sed recte fortasse ἃ delevit Sauppius.

χειροτονήσατε] χειροτονήσετε (superscripto tamen α) B. S. quod verum esse potest.

48, 22. τὸν τόπον] *Situm*. Bene Reiskius in Ind. Graec. s. v. τόπος. τὸν τόπον τῆς χώρας i. q. τὴν τοποθεσίαν τῆς χώρας, quomodo scriptores temporum posteriorum. Diodorus Sicul. 1, 42. ἑξῆς δὲ περὶ τῆς τοποθεσίας τῆς κατ' Αἴγυπτον χώρας κ. τ. λ. SCHAEFER.

48, 23. πρὸς ἣν] ᾗ (sine πρὸς) Aristides Τέχν. p. 118. REISK.

πολεμήσετε] πολεμεῖτε Aristides. REISK.

48, 26. φυλάξας τοὺς ἐτησίας] P. 93, 13: ἐὰν οὖν περιμείνας τοὺς ἐτησίας ἐπὶ Βυζάντιον ἐλθὼν πολιορκῇ. coll. p. 94: ἂν δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων μὴ δυνώμεθα;—Etesiae, *venti anniversarii*, plerumque dicuntur ii, qui diebus canicularibus ab occasu solstitiali flare solent et septentriones versus navigaturis mare infestum reddunt. SAUPP.

χειμῶνα] Hieme mare clausum erat veteribus.—Cf. p. 29., ubi Philippus Maemacterione, h. e. Novembri, in Thracia bellum gessisse narratur. p. 24: μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων. SAUPP.

48, 27. μή, non οὐ dixit, quia haec ex mente Philippi dicuntur.

49, 2. παρασκευῇ συνεχεῖ] H. e. ἣ διαμένει, ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα —ἢ περιγενώμεθα (p. 44.)—δυνάμει συνεχεῖ, h. e. ἣ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει (p. 45.) SAUPP.

49, 5. Σκιάθῳ] Meminit h. l. Harpocrat. v. Σκίαθος. REISK. Lemnus, Thasus, Sciathus, aliae circum Thraciam ambientes insulae, ut Scopelus, Halonnesus, Peparethus, Gerontia eo tem-

pore fuerunt Atheniensium. Vid. Boeckh. Oecon. vol. I. p. 447 sq. VOEM.

49, 5. ἃ χρὴ] Sc. ὑπάρχειν. SCHAEFER.

49, 6. τὴν δ' ὥραν—ἔσται] Deleatur annotatio ad ἔσται sub textu posita. Recte haec olim interpretatus erat H. Wolfius, ad ἔσται intelligens ἡ δύναμις, eo autem anni tempore, cum et appellere ad terram facile est, et a ventis nihil periculi, ad ipsam regionem et mercatuum aditus facile milites accedent.

49, 8. πρὸς αὐτῇ—ἔσται] Ad terram appellit, ut milites egressi e navibus praedentur (λῃστεύειν ἀνάγκη: p. 46.), circa emporiorum introitus versatur, ne merces importentur neve exportentur; cf. p. 276: οὔτε γὰρ ἐξήγετο—οὐδὲν οὔτ' εἰσήγετο. *Facile* ibi versabuntur, quod neque multum periculi laborisque sustinendum est et spes est fore ut magna praeda locupletentur; cf. p. 48, 9. SAUPP.

49, 9. ἃ μὲν οὖν χρήσεται κ. τ. λ.] *Quas ad res et quando uti copiis his se deceat, de eo decernet is, quem eis imperatorem iis summa cum potestate praefeceritis.* REISK.

49, 12. ταῦτ'—ἃ ἐγὼ γέγραφα] Ea, de quibus adhuc exposuit.—Psephisma autem, cui commendando, antequam cives in suffragia mitterentur, hanc orationem habuit, scriptum secum in concionem attulerat. SAUPP.

49, 14. ἃ λέγω] §. 32. sq. SAUPP.

49, 16. Post δύναμιν ponatur comma. Pendent haec omnia τοὺς στρατιώτας—δύναμιν ex praecedente παρασκευάσαντες. Monuit Sauppius.

νόμῳ κατακλείσητε] *Si lege copias illas* (τὴν δύναμιν, quod cogitando repetendum est) *coercueritis ita, ut rem bellicam strenue agere cogantur.* Andocides p. 24, 20: ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ νόμῳ κατεκλείσαμεν ἐξαίρετα εἶναι τῷ δήμῳ. Antiphanes ap. Athen. 8. p. 343 A: δεῖ νόμῳ κατακλεῖσαι τοῦτο, παραπομπὴν ποιεῖν τῶν ἰχθύων. Demosth. p. 648, 27. κατέκλεισεν ἴδιον πρᾶγμα ψηφίσματι. SAUPP. Haec Dobraeus comparaverat.

49, 17. ταμίαι καὶ πορισταὶ] Quaestores Athenis permulti erant, thesaurorum sacrorum, aerarii, pecuniarum singulis magistratibus publice expensarum, phylarum, demorum, gentium, societatum. πορισταί εἰσιν ἀρχή τις Ἀθήνησιν, ἥτις πόρους ἐζήτει, Bekk. Anecd. p. 294, 19. C. F. Herm. antiq. publ. §. 151. Hic vero orator ποριστὰς quasi et ταμίας Athenienses ipsos fieri oportere dicit, quod pecunias ad expeditionem necessarias publice quotannis suppeditari (cf. p. 47.) et per quaestores publice creatos (p. 101.) dispensari vult: plerumque enim tum imperatores pecunias necessarias non tantum ipsi dispensabant rationemque reddere debebant, sed saepe etiam acquirere ipsi coacti erant. Quanquam pecuniae prius suppeditantur quam dispensantur, tamen quaestorum nomen priore loco posuit, quod generale est, quo alterum fere continetur. SAUPP.

49, 22. ἐκείνου] Philippi.

49, 23. ἀπὸ τῶν ὑμετέρων—συμμάχων] Insulae et civitates maritimae, quarum incolae mercaturam in Ponto Euxino et mari Aegaeo faciebant, pleraeque cum Atheniensibus societate conjunctae erant. SAUPP.

49, 28. Γεραιστῷ] Promontorium australe et oppidum Euboeae cum portu peropportuno iis, qui ex Asia Athenas trajicerent; Eur. Cycl. 295. Strabo 10. p. 446. SAUPP.

49, 29. ἐξέλεξε] Magnam vim pecuniae a mercatoribus illis exegit, quibus se suaque redimerent. SAUPP.

50, 1. ἱερὰν—τριήρη] Salaminiam et Paralum fuisse triremes theoriis deducendis ab Atheniensibus destinatas ideoque sacras vocatas constat. Sed jam Demosthenis temporibus etiam plures fuisse naves sacras Boeckhius de rebus navalibus Atheniensium p. 76 sqq. bene videtur ostendisse. Hic Paralum intelligendam esse Philochoro et Androtione auctoribus Harpocratio docet (s. v. ἱερὰ τριήρης). De theoria Delica cogitandum esse conjeceris, recordatus eorum quae apud schol. Sophoclis (ad O. C. 1047.) de sacrificiis Marathone a Deliastis actis narrantur.—Sed nec de hoc Philippi facinore neque de iis quae antea commemorata sunt apud alium scriptorem nunc superstitem mentio exstat: nam quod Diodorus Sic. 16, 21. de insulis istis a Rhodiis eorumque sociis direptis narrat, huc non videri referenda esse bene statuit. Voemel Proleg. p. 73. De tempore ante hanc orationem proximo cogitandum esse videtur ex Aeschinis or. 2. p. 37. (251 R.) doceri posse. SAUPP.

50, 4. Παναθηναίων ἑορτὴν] De Panathenaeis eorumque curatoribus, decem athlothetis, et de Dionysiis magnis iisque, quibus cura eorum rite celebrandorum commissa erat, archonte eponymo et decem curatoribus (ἐπιμεληταῖς) cf. C. F. Herm. antiq. §. 161, 2. 7. 150, 1. 3.—Quum vero hic οἱ ἐπιμελούμενοι sorte creati esse dicantur, et hoc patet, de decem illis ἐπιμεληταῖς cogitari non posse (cf. Demosth. p. 519, 14.), sed Demosthenem Dionysiorum curam uni archonti tribuere, et illud consequitur, ἀθλοθέτας sorte creatos esse. Quod quum Hermannus propter locum Plut. Pericl c. 13. negaret, Pollucis locum (8, 87.) corrigi voluit. Sed Demosthenis auctoritate Pollucis testimonium satis confirmatur et Plutarchus vel erravisse putandus vel, quod malim, ita statuendum est, ut Periclem ad dirigenda certamina musica tum primum instituta extra ordinem creatum esse putemus. SAUPP. Conf. Schoemann. Antiq. publ. p. 260.

50, 8. τοσαῦτα—χρήματα] Olymp. 92, 3. athlothetis ex thesauro Minervae Poliadis ad Panathenaea magna celebranda quinque talenta et mille drachmas erogata esse legimus 147, 6. SAUPP. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 306.

50, 9. ὄχλον] De choreutis, tibicinibus, choregis, gymnasiarchis, omnibus iis qui ad varia certamina prodirent vel pompas ducerent, intelligendum est. παρασκευὴ vasa pretiosissima, vestitum, exercitationum varia genera, alia complectitur. SAUPP.

50, 19. τριηράρχους] De trierarchia accuratissime exposuit A.

Boeckhius oecon. publ. Ath. 2. p. 79 sqq. et de re navali Ath. p. 166 sqq. Eo tempore, quo haec oratio habita est, symmorias sumtibus praebendis institutas fuisse constat; trierarchos vero tum non certo quodam tempore in annos singulos creatos, sed quum expeditio suscipienda esset a strategis constitutos esse hoc loco docemur; cf. or. 14. p. 184. *καθιστάναι* et *καθίστασθαι* voces de his rebus solemni usu dicuntur. SAUPP.

50. 20. *ἀντιδόσεις ποιούμεθα*] Cf. Boeckh. de oecon. publ. Ath. 2. p. 122 sqq. Hanc bonorum permutationem trierarchis concessam differre ab ea, ad quam quotannis cives summo censu censi ab imperatoribus provocari solebant (Demosth. p. 1040.). ex eo apparet, quod trierarchi tum demum de ea cogitare poterant, quum urgente belli necessitate ab imperatoribus designati essent. Neque vero solum permutationem bonorum trierarchos designatos aliis obtulisse, sed etiam aliis excusationibus haud raro usos esse, quae utrum sonticae essent nec ne judices decernerent, discimus ex iis quae Demosth. habet p. 940: *τοὺς τριηράρχους καθιστᾶσιν οὗτοι (οἱ στρατηγοὶ) εἰσάγοντες εἰς τὸ δικαστήριον*, et ex titulo navali (apud Boeckh. l. d. p. 464): *ὅπως δ' ἂν αἱ σκήψεις εἰσαχθῶσι, τοὺς θεσμοθέτας παραπληρῶσαι δικαστήρια εἰς ἕνα καὶ διακοσίους τῷ στρατηγῷ τῷ ἐπὶ τὰς συμμορίας ᾑρημένῳ.* SAUPP.

50. 21. *ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους*] Hoc belli tempore interdum factum: v. Thucyd. 1, 143. Ammon. s. v. *ἰσοτελής*. Ab equitatu tamen exclusos eos fuisse e Xenoph. de mag. eq. 9. 6. colligi potest.

τοὺς μετοίκους] Citat h. l Harpocration s. v. *μέτοικοι*. REISK

50, 22. *χωρὶς οἰκοῦντας*] Harpocrat. s. v. *τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας, οἱ ἀπελεύθεροι καθ' αὑτοὺς ᾤκουν, χωρὶς τῶν ἀπελευθερωσάντων.* Bekk. Anecd. p. 316, 11: *χωρὶς οἰκοῦντες· οἱ ἀπελεύθεροι, ἐπεὶ χωρὶς οἰκοῦσι τῶν ἀπελευθερωσάντων. ἢ δοῦλοι χωρὶς οἰκοῦντες τῶν δεσποτῶν.* Hunc grammaticum sequitur Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. 1. p. 281. Sed posteriora, *ἢ δοῦλοι—δεσποτῶν*, vix probem. SCHAEFER. Libertinos intelligendos esse docent loci ab Dobraeo comparati Demosth. p. 1161, 14: *ἀφεῖτο γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐλευθέρα καὶ χωρὶς ᾤκει καὶ ἄνδρα ἔσχεν.* et p. 1156. 1. Quibus Sauppius addit p. 945. *ὁ Πασίων ἐμίσθωσε τούτῳ τὴν τράπεζαν—ἤδη καθ' ἑαυτὸν ὄντι.*

50. 23. *εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν*] Manifestum est sensum requirere aut *ἀντεμβαίνειν* aut, quod in annotatione critica ex editione Herwagiana annotavi *εἶθ' αὐτοὺς ἀντεμβιβάζειν*. Sed quum in S. scriptum sit *εἶτ' αὐτοὺς πάλιν εἶτ' ἀντεμβιβάζειν*, probabilius esse judico verba *εἶτ' ἀντεμβιβάζειν* delenda esse, intellecto ad *εἶτ' αὐτοὺς πάλιν* verbo *ἐμβαίνειν*. Nam quod aliis placuit scripturam codicis S. sic intelligere, ut primum metoeci, tum cives ipsi, tum rursus metoeci naves conscendere dicantur, non credo sic dicturum fuisse Demosthenem, sed hoc vel simili aliquo modo, *εἶτ' αὐτοὺς πάλιν, εἶτ' ἐκείνους αὖθις ἀντεμβιβάζειν.*

Vulgatum *μέλλετε* in *μέλλεται* mutatum ex S. Recte: alioqui

orator prima persona in toto hoc loco utens scripsisset μέλλομεν. Xenophon Anab. 3, 1. 47. ὡς μὴ μέλλοιτο, ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα. SCHAEFER.

50, 26. οὐ μένουσι καιροί] Thucyd. 1, 142: τοῦ δὲ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί. Aeschin. p. 77, 8. καίτοι ῥητορικὴν δειλίαν δημόσιος καιρὸς οὐκ ἀναμένει. Livius 31, 48: *non exspectare belli tempora moras et dilationes imperatorum.* DOBR.

50, 27. εἰρωνείαν] V. ad p. 42, 7.

ἃς —— ἐξελέγχονται] Paucas naves Athenienses, ut specularentur, mittere solebant easque, dum major expeditio pararetur, sufficere (τὸν μεταξὺ χρόνον ὑπάρχειν) putabant; sed si quid gerendum esset, tempore opportuno ipso apparebat (ἐπὶ τῶν καιρῶν ἐξελέγχονται), quam nihil prodessent. SAUPP.

51, 10. αἰσχρόν ἐστιν κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 365, 9. REISK.

51, 12. Quod ex S. restitui ὑστερεῖν pro vulgato ὑστερίζειν habet etiam Stobaeus.

51, 23. οὐδὲν δ' ἀπολείπετε] *Nihil reliquum facitis, quin, ut barbari luctantur, sic cum Philippo bellum geratis.* Isaeus p. 36, 2: οὐδὲν ἀπολείποντες τῆς αὑτῶν δυνάμεως. Plat. Phaedon. p. 69 D: ὧν δὴ καὶ ἔγωγε—οὐδὲν ἀπέλιπον—γενέσθαι. SAUPP.

51, 24. ὥσπερ οἱ βάρβαροι] Plat. Symp. p. 182 B: τοῖς γὰρ βαρβάροις—αἰσχρὸν τοῦτό γε, καὶ ἥ γε φιλοσοφία καὶ ἡ φιλογυμναστία. Krause de gymnastica et agonistica Graecorum vol. 1. p. 24 sqq. SAUPP.

51, 26. τῆς πληγῆς ἔχεται] Pugilis boni est ictus multos adversario infligere, sibi ipsi cavere ab omnibus; cf. Krause l. d. p. 509 sqq. Malus ictu perculsus manus parti corporis laesae admovet, partem laesam prehendit (ἔχεται), velut ictum illum repulsurus; dum admovet, novo ictu percellitur. SAUPP.

πατάξῃς] Conf. ad p. 711, 25.

51, 27. προβάλλεσθαι· ἀντὶ τοῦ προτείνειν τὰς χεῖρας ὡς εἰς μάχην, Harpocrat. Immo *protendere manus, ut plagas a se avertat.* Apollonius lex. Homer. p. 136, 14. Bekk.: προτιβάλλεαι (Hom. Il. 5, 879.) ὁ μὲν Ἀπίων προκωλύεις· οἱ γὰρ πυκτεύοντες τῇ προβολῇ κωλύουσι. Cf. Hesychius s. v. προτιβάλλεαι. Xen. Cyrop. 2, 3, 10: καὶ ἐγὼ—ἐκ παιδίου εὐθὺς προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτων, ὅ τι οἰοίμην πληγήσεσθαι· καὶ εἰ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τὼ χεῖρε προέχων ἐνεπόδιζον, ὅ τι ἠδυνάμην, τὸν παίοντα, καὶ τοῦτο ἐποίουν οὐ διδασκόμενος, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παιόμενος, εἰ προβαλοίμην. Parum accurate rem exponit Krausius l. d. p. 510, annot. 8. Malus pugil et oculis et manibus ictum ab adversario inflictum sequitur, bonus adversarium intenta oculorum acie contra intuetur, omnem ejus motum observat, omnes plagas praecavet. SAUPP.

52, 8. δοκεῖ δέ μοι—Φιλίππῳ] Citant Anecd. Bekk. p. 119, 15. ubi pro ἐμβαλεῖν legitur ἐμβάλλειν. SCHAEFER.

52, 16. εἴπερ—ἀπεγνώκατε] Citant Anecd. Bekk. p. 119. 19. ubi pro ἑαυτῶν est αὑτῶν. Conf. Zonaras p. 263. in. SCHAEFER.

52, 17. μήτ' ἐνθυμεῖται μήτε λογίζεται] Conf. ad p. 41, 1.

52, 28. ποῖ δὴ προσορμιούμεθα κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 347. et Longinus c. 18, 1. REISK.

53, 10. τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστόλους] Locutio τεθνάναι τῷ δέει quum nihil aliud significet quam μάλα δεδιέναι, cum accusativo constructa est. Similiter in locis ab Schaefero ad h. l. et ad p. 953. 17. comparatis, Demosthenis p. 366. 26. τεθνάναι τῷ φόβῳ Θηβαίους. Arriani Anab. 7, 9, 6. οὓς—ἐτεθνήκειν τῷ δέει. Aristidis vol. 2. p. 157. τεθνάναι περιῆν τοῖς βαρβάροις τῷ φόβῳ τοὺς Ἕλληνας.

ἀποστόλους] Citat Thomas M. s. h. v. REISK.

53, 13. ὑποσχέσθαι] Pollicitationum vanitate non unus, sed maxime insignis fuit Chares. Zenob. 2, 13: αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις· ἐπὶ τῶν προχείρως ἐπαγγελλομένων πολλά. Cf. Schneidewin. p. 34. SAUPP.

53, 16. ἀπομίσθων] ἀπόμισθοι οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες. Harpocrat. Aliter dicitur p. 671, ὡς ἀπόμισθος γίγνεται παρὰ τοῦ Τιμοθέου τότε. Cf. Bekk. Anecd. p. 431, 21: ὁ μισθοῦ πράξας ἔργον τι καὶ ἀφειμένος. SAUPP.

οἱ δ' —— ἐνθάδ' ὦσιν] H. e. ἐνθάδε δὲ ὦσιν οἱ ῥᾳδίως ψευδόμενοι πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ τούτων, ἃ ἂν ἐκεῖνος πράξῃ. Imperatores, ut calumnias oratorum effugerent, magnam saepe vim pecuniae iis distribuebant. Aeschin. p. 37. 17. Theopompus Athenaei 12. p. 532. C. SAUPP.

ἐκεῖνος—πράξῃ] Quod schol. August. dicit, haec ad Cephisodotum (Sievers hist. Graec. p. 302 sq.) pertinere, quo jure quave injuria dictum sit, non patet, sed saepissime talia evenisse docet §. 53. Scholiastam vero ea quae or. 23. p. 670 sq. narrantur facile poterant movere, ut etiam hunc locum ad eum referret. SAUPP. Conf. Kiessling. ad Lycurgi fragm. p. 113.

53, 26. δὶς καὶ τρὶς] Timotheum et Iphicratem plus semel accusatos esse constat; sed de illis ducibus fortissimis non videtur cogitavisse. Autoclem (p. 655.), Cephisodotum (p. 670), Leosthenem (Diod. 15, 95.), Callisthenem (Aeschin. p. 32. 14.), Charetem (Aeschin. p. 37. 17.) intelligi verisimile est. Cf. Olynth. 2. p. 26. SAUPP.

54, 3. μετὰ Λακεδαιμονίων] Lacedaemonios odium in Thebanos inveteratum habuisse et civitates ab optimatibus ut regenerentur efficere studuisse constat (Herm. antiq. Gr. §. 32, 8. Schoem. ant. 6. §. 29.). Philippus in expeditionibus Thessalicis odii caussas in Thebanos invenisse poterat; penes singulos eum summam potestatem in singulis civitatibus esse voluisse docent respublicae Euboeae, Thessaliae, Peloponnesi. SAUPP.

54, 5. τὰς πολιτείας] V. ad p. 10, 21.

54, 6. ὡς βασιλέα] Quo consilio legatos a Philippo ad regem Persarum missos esse opinati sint, parum liquet. Ex iis, quae deinde (§. 56.) dicuntur, superbiam Philippi in eo conspicuam fuisse apparet. Possis igitur de conditionibus foederis iciendi regi oblatis, vel de civitatibus Graecis Asiae maritimis ab impe-

rio Persico liberandis, vel de aliis rebus similibus cogitare. SAUPP.

54, 6. Ἰλλυριοῖς] Quinque annis ante tempus hujus orationis Illyrios, jam plus semel antea a Philippo ipsos victos, iterum a Parmenione fusos esse testatur Plutarchus Alexandri c. 3. SAUPP.

54, 8. μεθύειν—πεπραγμένων] Citant h. l. Hermogenes p. 198. et Thomas M. v. μεθύσῃ p. 603. REISK.

54, 16. ὅτι—ἀποστερεῖ] Citant Anecd. Bekk. p. 119, 8. ubi sic scribendum : κατὰ Φιλίππου πρώτῳ· "ὅτι—ἀποστερεῖ." SCHAEF.

54, 18. ὅσα — — καθ' ἡμῶν εὕρηται] Pollicitationibus Philippi ipsius, Charidemi Oritae (p. 671 extr.) Cersobleptae, aliorum, Athenienses saepissime jam decepti erant. Illi omnes Atheniensibus multa pollicendo suum ipsorum commodum secuti erant. Sensus igitur hic est: *Quae quidam videbantur pro nobis facere velle, ea illi contra nos fecisse reperti sunt.* πράξας enim cogitando addendum est verbo εὕρηται. SAUPP. Simillimus locus p. 771, 24. ὃ μηδεὶς μὲν ἂν αὐτὸς πεποιηκέναι φήσειεν, ἐν δὲ ταῖς ψήφοις εὑρεθήσεται. Subaudi πεποιηκώς. SCHAEFER.

54, 26. ἄλλοτε] Ex orationibus, quas prius habuit, exstant or. 14. περὶ συμμοριῶν, or. 16. pro Megalopolitanis habita, et or. 20. in caussa publica adversus Leptinem dicta. SAUPP.

55, 6. νικῴη — — συνοίσειν] Hanc sententiam, qua bonum civem tanquam summa norma omnia quae publice privatimque agat coercere oportet, haud raro Demosthenes repetit; cf. or. 3. extr. Plut. Demosth. c. 13: Μελάνωπος ἀντιπολιτευόμενος Καλλιστράτῳ καὶ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ χρήμασι μετατιθέμενος εἰώθει λέγειν πρὸς τὸν δῆμον· Ὁ μὲν ἀνὴρ ἐχθρὸς, τὸ δὲ τῆς πόλεως νικάτω συμφέρον. Speciem enim bonorum etiam mali induere amant. SAUPP.

V.

DE PACE.

Habita haec oratio est Olymp. 108, 3. Archia archonte, ut testatum habemus ab Dionysio Hal. Ep. ad Ammaeum 1. p. 737. μετὰ δὲ Θεμιστοκλέα Ἀρχίας, ἐφ' οὗ παραινεῖ τοῖς Ἀθηναίοις μὴ κωλύειν Φίλιππον τῆς Ἀμφικτυονίας μετέχειν, μηδ' ἀφορμὴν διδόναι πολέμου νεωστὶ πεποιημένους τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην. ἀρχὴ δὲ ταύτης τῆς δημηγορίας ἐστὶν ἥδε "Ὁρῶ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ παρόντα πράγματα." Vana est Libanii opinio scriptam quidem hanc orationem, sed non habitam esse; de qua v. ad p. 56, 14.

In argumentum Libanii.

55, 1. Μηκυνομένου τοῦ πολέμου τοῦ περὶ Ἀμφιπόλεως] Duravit enim ab Olymp. 105, 3. usque ad Olymp. 108, 1.

55, 3. κακῶς—φερόμενοι] V. Liban. in argumento Philipp. I. p. 39. VOEM.

55, 6. Ὀρχομενόν] Cf. p. 62, 15. Phocenses enim Orchomeno, Coronea et Corsiis, Boeotiae oppidis, potiti hinc reliquam Boeotiam depopulabantur. Cf. Diodor. 16, 58. FRANK.

55, 10. πρότερον] Olymp. 106, 4. V. ad p. 44, 28.

55, 16. ἀνάστατον πεποίηκε] I. q. ἀνεῖλε, *evertit*, fecit ut civitas esse desineret. Aesch. p. 65, 8. ὡς γὰρ τάχιστα εἴσω Πυλῶν Φίλιππος παρῆλθε καὶ τάς τε ἐν Φωκεῦσι πόλεις παραδόξως ἀναστάτους ἐποίησε κ. τ. λ. FRANK.

55, 17. χώραν] Locum, quem Phocenses in concilio Amphictyonum (ἐν τῷ συνεδρίῳ) tenuerant. FRANK.

55, 18. τὰς ψήφους] δύο γὰρ ψήφους ἕκαστον φέρει ἔθνος. Aesch. p. 43, 25. FRANK.

56, 4. συνιστάμενος] *Adstipulans.*

λέγων] Non haec ipsa quidem verba Demosthenes dixit, sed sententiam sophista recte paucis repetiit. Vid. orat. p. 60 sq. VOEM.

56, 14. Οὗτος δὲ ὁ λόγος—] Repetit hanc opinionem Photius Bibl. p. 492, 15: Ὁ δὲ περὶ τῆς εἰρήνης λόγος καὶ ἄλλοις μέν, μάλιστα δὲ Λιβανίῳ τῷ σοφιστῇ παρεσκευάσθαι μέν, οὐ μὴν εἰρῆσθαι

δοκεῖ. κατηγορῶν γὰρ ὁ ῥήτωρ Αἰσχίνου, οὐδὲν ἔλαττον αὐτὸν καὶ ἐπὶ τούτῳ αἰτιᾶται, ὅτι συνεβούλευσεν Ἀθηναίοις Ἀμφικτύονα εἶναι ψηφίσασθαι Φίλιππον. ἐν ᾧ οὖν ἐκεῖνον πικρῶς διέβαλλε, πῶς ἂν αὐτὸς ἐθάρρησε γενέσθαι σύμβουλος; Locus orationis de falsa legatione, tribus annis (Olymp. 109, 2.) post orationem de pace habitae, est p. 375. ubi Aeschines dicitur συνειπεῖν μόνος τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἀνθρώπων legatis Philippi psephisma postulantibus de Philippo inter Amphictyones recipiendo. Quae Jacobsius in Proleg. p. 240, sq. ita cum oratione de pace in concordiam redigere studuit ut in posteriore oratione Aeschinem non tam propter psephisma de Amphictyonia quam propter commendata ab eo fraudulenta legatorum Philippi argumenta reprehendi conjiceret. Quod est ejusmodi ut quum divinari ab auditoribus non potuerit, dici ab oratore disertioribus verbis debuerit. Nihil igitur relinquitur quam ut Demosthenes temporibus serviens alio tempore alia dixisse judicetur: quod aliis quoque oratoribus et veterum et recentium temporum accidit.

P. 57, 1. Ὁρῶ μὲν—πολλὴν δυσκολίαν] Solent oratores initio dicendi, quo majorem sibi favorem concilient, duras partes suas praedicare et caussae, quam agunt, demonstrare difficultatem. Talia sunt exordia Demosthenis de Cor.: πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ᾽ ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. Isocratis de pace: ἅπασι γάρ ἐστι φανερὸν ὅτι μᾶλλον ἥδεσθε τοῖς παρακαλοῦσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἢ τοῖς περὶ τῆς εἰρήνης συμβουλεύουσιν. Ciceronis pro P. Quinctio: Quae res in civitate duae plurimum possunt, hae contra nos faciunt. Salustii (ad Caesarem de ordin. rep. ep. 2. cap. 1. (vulg. 9) vol. 2. p. 1030. ibiq. Cort.): "Scio ego quam difficile atque asperum factu sit consilium dare—cuiquam mortali, cujus opes in excelso sunt." VOEM.

57, 10. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι] Haec repetit scriptor Philippicae IV. p. 139, 14. Sententiam similiter conformatam ex Prooem. p. 1450, 16. comparavit Dobraeus.

57, 12. μετὰ τὰ πράγματα] Comicus apud Lucian. vol. 1. p. 26. Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα. DOBR.

57, 15. τὰ δὲ πράγματα—ἐκφεύγειν ὑμᾶς] *Occasiones rerum gerendarum et* (eoque s. simulque) *ea de quibus* (vel defendendis vel occupandis) *deliberatis, perditis.* FRANK.

57, 22. καὶ τὰ προειμένα σωθήσεται] Plus pollicetur quam praestat. Nam de recuperandis amissis nihil dicit: tantum bellum Amphictyonicum caveri jubet. WOLF. Nullam hic jactantiam video. Hoc dicit Orator, si Athenienses nunc quiescant, fore ut rerum in meliorem statum conversio etiam amissa olim restituat. SCHAEFER.

57, 24. παρ᾽ ὑμῖν prudenter additum, apud alios enim homines odiosi sunt jactatores. Dem. Cor. p. 226. φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ᾽ αὐτοὺς ἄχθεσθαι. VOEM.

58, 2. *μικρὰ—μνημονεύσαντας*] Citant Anecd. Bekk. p. 156, 8. ubi pro *ῥηθέντων* legitur *μνημονευθέντων*. Statim sequitur: *ὑποκατιὼν δὲ πρὸς αἰτιατικήν· "ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐπὶ τοῦ βήματος ἐνταυθοῖ μνημονεύετε οἶδα ὅτι ῥηθέντα, καίπερ ὄντες οὐ δεινοὶ τοὺς ἀδικοῦντας μεμνῆσθαι."* ut credas, hunc etiam locum e nostra oratione petitum esse. Sed error est grammatici: leguntur enim illa in secunda Philippica p. 73, 10. SCHAEFER.

58, 4. *ἐπειδὰν τινες*] Midiam potissimum significari. Plutarchi amicum et hospitem. Demosthenis adversarium. monet Voemelius collata orat. Mid. p. 550. 579.

Εὐβοίᾳ—Πλουτάρχῳ] V. ad p. 550, 26.

58. 9. *ἁμαρτάνειν ὑμᾶς*] Revoca vulgatum *ὑμᾶς ἁμαρτάνειν*. Nam in S. scriptum quidem est *ἁμαρτάνειν ὑμᾶς*, sed superscriptis lineolis (v. annot. crit. ad p. 228, 11.), quae alterum ordinem verborum restituendum esse indicant.

58, 16. Νεοπτόλεμον] V. ad p. 344, 21.

ἀδείας] Scil. *τοῦ ἰέναι ὅποι βούλοιτο*. In Macedoniam autem ad Philippum cum Aristodemo profectus erat (§. 8.) indeque reversus Atheniensibus inprimis auctor legationis ad Philippum mittendae fuerat. FRANK.

58, 18. *πρυτανεύοντα*] Harpocration, *πρυτανεύοντα, κυρίως μὲν ἀντὶ τοῦ πρυτανέα ὄντα. ἀντὶ δὲ τοῦ διοικοῦντα Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς.* Est *χρηματίζοντα, πράττοντα*, quibus verbis interpretatur scholiastes ad Aristoph. Ach. 60. V. Albert. ad Hesych. vol. 2. p. 1066. SCHAEFER.

εἶπον] Subaudi *τοῦτο*. *indicavi hoc*, Neoptolemum esse Philippi emissarium. REISK.

58, 21. *οὐκέτ'*] *Non jam:* in hac re non jam faciam id quod supra feci. Nam supra non ipsum populum, sed eos, qui pro Plutarcho contenderant. ut populo de bello suscipiendo persuaderent, vituperavit. FRANK.

58, 22. *εἰ γὰρ—ἐθεᾶσθε*] Citat h. l. Herodianus in Philetaero pone Piersoni Moerin p. 438. REISK. Citatur illic non sine vitiis. quae Piersonus corrigere debuit: sunt enim scribarum. non ipsius grammatici. SCHAEFER.

58, 23. *ἐν Διονύσου*] Sc. *θεάτρῳ*.

58, 25. *ὁ λόγος*] Articulus de certa re positus: *si non de salute civitatis actum esset.* Nam non unam Demosthenis orationem, quam de clandestinis Neoptolemi machinationibus habuit. sed etiam Neoptolemi intelligendam esse proxima verba arguunt. FRANK.

59, 1. *λειτουργεῖν*] Post h. v. malim commatis signum ponere, ut *καὶ* (*etiam*) *τούτῳ τῷ λόγῳ—ἄγουσιν* cum antecedentibus nectantur. Docet enim Orator, quae histrio jactaverit, quo tempore *τὴν ἄφιξιν εἰς τοὺς πολεμίους ἐποιήσατο.* SCHAEFER. Qui mox post *ἐπειδὴ* addi volebat *δέ*.

59. 5. *οὐσίαν φανερὰν*] *ἀφανὴς οὐσία*. pecunia sive domi recondita. sive apud mensarios collocata. sive in negotiationem collata. *φανερὰ*. aedes. fundi. praedia. domesticum instrumentum.

WOLF. Harpocration, ἀφανὴς οὐσία καὶ φανερά· ἀφανὴς μὲν ἡ ἐν χρήμασι καὶ σώμασι καὶ σκεύεσι, φανερὰ δὲ ἡ ἔγγειος. οὕτω Λυσίας. REISK. V. Ind. Graecit. Lys. p. 767. SCHAEFER.

59, 6. ἀπάγων] Scil. pecuniam venditione bonorum coactam. SCHAEFER.

δύο μὲν] *Duo haec ex iis, quae ego praedixi* (de expeditione in Euboeam suscepta et de Neoptolemi proditione), *quia recte et juste, qualia erant,* (i. e. veritati congruenter), *a me declarata sunt, testantur pro orationibus tunc habitis.* FRANK.

59, 10. (καὶ μόνον—ἐρῶ,)] Bene Reiskius pro parenthesi habet. Alii, etiam Bekkerus, τρίτον δ'—ἐρῶ ut absolutam enuntiationem continuantes post ἐρῶ plene interpungunt. Sed τρίτον δ', ἡνίκα—cohaerent, ut p. 58, 8. πρῶτον μὲν, ἡνίκ'—. Similique constructione orator utitur, ubi de altera praedictione loqui incipit: πάλιν τοίνυν—κατιδὼν—p. 58, 14. SCHAEFER.

59, 12. ἥκομεν] Altera illa legatio (ἡ πρεσβεία ἡ ἐπὶ τοὺς ὅρκους, p. 78, 29.) Athenas rediit Scirophorionis die 13. Olymp. 108, 2. FRANK.

τινων] Aeschines inprimis (v. p. 375.) et Philocrates. Conf. p. 73. FRANK. Adde p. 208, 18.

59, 13. οἰκισθήσεσθαι] Nam Thebani eas civibus expulsis diruerant Olymp. 101, 3. FRANK.

59, 15. Ὠρωπὸν] Quae urbs Olymp. 103, 3. in Thebanorum potestatem venerat. Conf. p. 61, 7. FRANK.

59, 19. ἴσως] *Ex aequo.*

59, 20. οὐδὲν τούτων—φανήσομαι] Idem est ac si dixisset: οὔτ' αὐτὸς λέγων ἐξηπάτησα, οὔτε λεγόντων ἄλλων ἐσίγησα, καὶ οὕτως εἴασα ὑμᾶς ἐξαπατηθῆναι. REISK.

59, 25. δεινότητα] Interpretatur ipse Demosthenes p. 60, 1. δεινότητος καὶ σοφίας. V. Ind. Gr. s. v. SCHAEFER.

59, 27. πλὴν δι' ἃ ἂν ὑμῖν εἴπω δύο] *Nisi ob ea quaecunque vobis dicam, quae duo sunt.* FRANK.

60, 2. προῖκα] I. e. οὐ δωροδοκῶν. FRANK.

60, 4. προσηρτημένον] Contrarium ἀπηρτημένον vid. Phil. 1. p. 43. Ordo verborum: καὶ οὐδεὶς ἂν ἔχοι δεῖξαι οὐδὲν λῆμμα προσηρτημένον πρὸς τούτοις, ἃ ἐγὼ πεπολίτευμαι καὶ λέγω.—De integritate sua Demosthenes pluribus locis. Vid. prae aliis f. leg. p. 343. 7. de Cor. p. 325. VOEM.

60, 6. ἐπὶ θάτερα] In alteram partem, quasi in alteram lancem librae. In altera enim ὁ λογισμὸς sive τὸ κρίνειν καὶ λογίζεσθαι τὰ πράγματα positum cogitatur. FRANK.

60, 7. εἰς τρυτάνην] Eadem comparatio p. 325, 13. ὥσπερ ἂν εἰ ἐν τρυτάνῃ ῥέπων ἐπὶ τὸ λῆμμα συμβεβούλευκα.

60, 8. καθείλκυκε e libris melioribus restitutum pro καθείλκυσε. Est rarioris usus praeteritum, de quo v. Lobeck. Paralip. p. 8.

60, 10. ὁ τοῦτο ποιήσας] Id est, ὁ προσενέγκας ἀργύριον πρὸς τὸν τῶν πραγμάτων λογισμὸν καὶ διαχειρισμόν. REISK.

60, 20. τούτους] Quos proxime nominat Thessalos, Argivos, Thebanos et alios quosdam. VOEM.

60, 20. *φάσκοντας*] I. q. *asseverantes*. Inest notio falsi. Falsum enim erat asseverare, justum convenisse concilium Amphictyonicum, namque Athenienses aliique aberant, Phocenses ejecti erant, aderant Thessali olim a Phocensibus ejecti (Wessel. ad Diodor. 16, 60.), maximeque barbarus, qualis ab Oratore perhibetur Philippus, praeerat concilio. Cf. Dem. f. leg. p. 446. VOEM.

60, 22. *κοινοῦ πολέμου*] Haec est summa hujus orationis. Non esse cujusquam unius populi neque ipsius Philippi vim per se metuendam; illud pertimescendum, si universi bellum gererent, idque eventurum, si decreto Amphictyonum Athenienses intercederent. Neque socios hostium esse timendos; illas enim societates valere, quae vexatis adsint, ad bellum aliis inferendum nullos esse socios. Cf. Coron. p. 275: *πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσάγεις, Αἰσχίνη, πόλεμον Ἀμφικτυονικόν.* DOUNAEUS.

60, 25. *Θετταλοὶ—Θηβαῖοι*] Thessalos et Thebanos Atheniensibus infensos fuisse, favisse Philippo notum est. De Argivis vid. infra p. 61. VOEM.

60, 27. *καί μοι μὴ κ. τ. λ.*] Citat h. l. Alexander rhetor de figuris sententiae atque elocutionis p. 6. ed. Norrm. REISK.

61, 1. *ἀναισθήτους*] Dem. de Cor. p. 240: *οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο.*—Stupor Boeotorum in proverbium abiit. VOEM. V. Lennep. ad Phalar. p. 190. SCHAEFER.

61, 3. *ἕτερος*] Philippus.

61, 8. *τοὺς βοηθοῦντας ἂν βοηθεῖν, οὐ συνεπιστρατεύσειν*] I. e. *ὅτι οἱ βοηθ. βοηθοίησαν ἄν, εἰ μηδὲν κωλύοι, ἀλλ' οὐ συνεπιστρατεύσουσι*: nam illud dubium, num ii, quos utrique socios habent, invasione facta auxilium laturi sint, sed certum est eos non esse una in alienam terram invasuros. FRANK.

61, 11. *ὧν καὶ φροντ. ἄν τις*] I. e. *quarum quis etiam rationem habuerit*. VOEM. Intelliguntur societates cum potentioribus civitatibus, quarum auxilia in discrimine belli momentum facere possint, initae, quarum sane est cur quis rationem habeat. FRANK.

61, 12. *ἄχρι τῆς ἴσης*] *Adaeque*, sc. quod attinet *τὸ βοηθεῖν καὶ τὸ συνεπιστρατεύειν.*

61, 14. *σῶς*] Est accusativus. "Supple *τοὺς ἑαυτῶν συμμάχους ἡμᾶς ἢ Θηβαίους.*" FRANK.

61, 16. *τοὺς ἑτέρους*] Est subjectum verbi *ὑπάρχειν*, ut recte monet Frankius, non objectum verbi *κρατήσοντας*. Nolunt socii alteros ab alteris subigi, quia sic verendum est ne ipsi postea pro sociis sint dominos habituri.

61, 22. *τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκείαν*] Citat h. l. Harpocrat. v. *ἐπικηρυκεία.* REISK. V. Anecd. Bekk. p. 243, 27. SCHAEF. Lacedaemonii, quos bello paullo post pugnam Leuctricam usque ad Mantineensem cum Thebanis et cum plurimis Peloponnesiis gesto Athenienses adjuverant (Xenoph. Hell. 6, 5. et lib. 7.), Olymp. 106, 4 (a Chr. 352) Thebanis bello Phocensi detentis et in Peloponneso rebus perturbatis Peloponnesi denuo sibi sub-

jiciendae occasionem esse putantes, Messeniis (Pausan. 4, 28.) et Argivis bellum intulerunt victoresque evaserunt. Diodor. 7, 6, 34. Tum contenderunt cum Megalopolitis, in quorum agros Archidamo duce incursionem faciebant. Qua injuria exacerbati Megalopolitae, quum suis viribus hostem propulsare non possent, a sociis auxilia petierunt. Argivi, Messenii et Sicyonii cum omni robore confestim sunt opitulati et Thebani quattuor millia peditum ac quingentos equites auxilio miserunt. Diodor. 16, 39. Ab Atheniensibus quoque Megalopolitae auxilia petunt, petunt eadem Lacedaemonii; qui hanc conditionem proponunt, ut, si Megalopolis et Messene iterum diruerentur, non solum Thespiae, Orchomenus et Plataeae restituerentur, sed etiam Oropus Atheniensibus redderetur. Dem. pro Megalop. passim, praecipue p. 206. quae oratio habita est Olymp. 106, 4. Demosthenes quidem Megalopolim esse servandam contendens, sententiam non pertulisse, sed cum Lacedaemoniis transactum esse ex nostro loco videtur. Belli exitum narravit Diodor. l. c. VOEM. De legatione ad Lacedaemonios missa, quam h. l. tangit orator, nihil aliunde constat.

61, 23. *ἐχθρῶς σχήσουσι*] Subaudi *ἡμῖν*, quod e proximo tacite huc quoque est pertrahendum. REISK.

61, 24. *ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων*] Citat h. l. Harpocrat. v. *ἐκδεξάμενος*, quaerendum aiens esse quid sibi velit hoc verbum h. l., sive quae sit ejus vis atque significatio. *ἐπισκεπτέον δὲ πῶς ἔχει τὸ ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν λεχθὲν ὑπὸ τοῦ ῥήτορος· καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέξασθαί τι τῶν ἐκείναις* (lege *ἐκείνοις*) *πεπραγμένων*. Idem nempe significat atque *τοῖς ἀγαθοῖς ἐφεδρεύειν*, ut paulo ante versu 3. dixerat, sublegere ab altero omissa aut abjecta, aut si quae ipsi imprudenti et invito exciderint, sibique vindicare; vel, illo defatigato et despondente ex arena excedente, in vices ejus recentem succedere; vel insidiari fructui laborum ab aliis exantlatorum; quem fructum cum perceptum veniat labore defunctus, tum veniat insidiator eumque praeripiat, ipse nil operatus. REISK.

61, 26. *τοὺς παρ' ἐκείνων φεύγοντας*] Saepe quos Thebani ejecerant, receperunt Athenienses, ut nuperrime Orchomenios, Coronaeos, alios. Philippus enim finito sacro bello vastataque Phocide urbes Phocensium, quas in Boeotia tenebant, ut Orchomenum, Corsias et Coroneam (Diodor. 16, 56 et 58), Thebanis dedit (Dem. f. leg. p. 385.) in servitutem redactas et a Thebanis eversas (id. ib. p. 445). Ii exules ab Atheniensibus recepti h. l. significari videntur. VOEM.

61, 28. *Θετταλοὶ*] In Amphictyonico concilio Phocenses, quos delendos esse Thebani et Thessali jusserant, per Athenienses sunt servati (Aeschin. f. leg. p. 307 sqq. R. Cf. Dem. Cor. p. 230. extr.) aut potius per ipsum Philippum. Athenis autem Phocenses exules collecti erant. Aesch. l. c. VOEM.

61, 29. *κωλύομεν*] Dum legatos ad conventum Amphictyonum non mittimus. FRANK.

62, 3. ἀγάγωσι τὸν πόλεμον] *Invehant.* Sic p. 275: *πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσάγεις, Αἰσχίνη, πόλεμον Ἀμφικτυονικόν.* VOEM.

62, 4. προστησάμενοι] Προφασιζόμενοι, *praetexentes.* Sic p. 709: *τὴν διοίκησιν καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς προστησάμενος.* Id quod paulo ante ἐπὶ τῇ τῶν Παναθηναίων προφάσει. Quasi dicerent, nos magnis auctoribus hoc bellum suscepimus. DOUN. Schol. Aristid. p. 317. *Προστησάμενοι ἀντὶ τοῦ ποιησάμενοι. καὶ Δημοσθένης, τὰ τῶν Ἀμφικτυόνων δόγματα κοινῇ προστησάμενος.* VOEM.

62, 6. ὥσπερ καὶ περὶ Φωκέας] Scil. *συνέβη*: id quod etiam Phocensi bello usu venit, ut nonnulli semel implicati hujus belli societate ulterius, quam sua interesse intelligerent, progrederentur inviti, et, quod initio noluerant, deletis Phocensibus Philippum summum rerum arbitrum constitui paterentur. V. §. 23 extr. FRANK.

62, 8. *οὐχὶ ταὐτὰ—ἐσπουδακότες*] Quum non eadem singuli maxime agerent (quum non eadem essent quae singuli maxime cuperent), tamen eadem omnes effecerunt, i. e. omnes suum quisque commodum sequentes Philippi opes et gloriam auxerunt. FRANK.

62, 9. Φίλιππον—παρόδους] Phil. III. p. 119: *κύριος δὲ (Φίλιππος) Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστὶ καὶ φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει.* Ceterum nostro in loco non est *ὕστερον πρότερον*, namque antea intravit Philippus in Pylas (*παρῆλθεν εἴσω Πυλῶν.* Dem. Cor. p. 237. et 238), tum occupavit castella in angustiis sita. VOEM.

62, 11. *οὐδέ γε—δόξαν ἔχειν*] Quum Thebani maximam molem belli sustinuissent, Philippus sero tanquam *ἔφεδρος* (§. 15.) accedens bellum jam profligatum confecit eamque gloriam quae Thebanis debebatur ipse tulit. FRANK.

62, 12. πρὸς μὲν—πέπρακται] *Nunc Thebanis ad* (i. e. quod attinet ad) *terrae* (ejus, quam scitis Thebanis obtigisse, Orchomenum et Coroneam dicit) *recuperationem aliquid actum est* (res aliquem successum habuit). FRANK. Dem. f. leg. p. 384 sq.: *πρῶτον μὲν τοίνυν εἰρήνη γέγονεν αὐτοῖς (Θηβαίοις) πονοῦσι καὶ ταλαιπωρουμένοις ἤδη τῷ πολέμῳ καὶ ἡττωμένοις, εἶτα τῶν ἐχθρῶν Φωκέων ἄρδην ὄλεθρος καὶ ὅλων τῶν τειχῶν καὶ τῶν πόλεων ἀναίρεσις.—ἔτι πρὸς τούτοις Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Κορσιαὶ, τὸ Τιλφωσσαῖον, τῆς τῶν Φωκέων χώρας ὁπόσην βούλονται.* VOEM.

62, 14. εἰ γὰρ—ἐδόκει εἶναι] *Si non* transisset Philippus, nihil illis fore videbatur, id est, nihil erant habituri.—Demosthenes p. 1169, 10. *διελεγόμεθα ἡμῖν αὐτοῖς περὶ ὧν οὗτος ἠξίου ἑαυτῷ εἶναι.* DOUNAEUS. At non id affirmare potest orator, Thebanos tum nihil habituros fuisse: possidebant enim praeterea alias Boeotiae partes: sed tantummodo id, Thebanos eas urbes non recuperaturos et nacturos, neque omnino aliquid effecturos fuisse. Quae tamen sententia mihi nequaquam his verbis exprimi videtur. Vellem igitur sane *πλέον*, quod Reiskius inter *ἐδόκει* et *εἶναι* addendum esse conjecit, codicum auctoritate probari. BENSELER. de hiatu p. 67.

ταῦτα] Scil. quae ipsi effecerant nec potuerant impedire; nempe ut Philippi per Thermopylas penetrantis et Phocense finientis imperium et gloriam auxissent, suam gloriam diminuissent Philippo subjecti. VOEM.

62, 18. *Φίλιππον—*] Non dixit *τινὲς μὲν τολμῶσι λέγειν ὡς Φίλιππος κ. τ. λ.*, quia postquam de Thebanis dixit, par est nomen ejus quem Thebanis opponit in initio enunciationis collocari. Ceterum Demosthenes h. l., quid rex consilii secutus sit, exponens simul eos ridet, qui Philippum Thebanis male velle pertinaciter contendebant. Conf. or. 6. §. 16. FRANK.

62, 19. *Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν*] Ea oppida Boeotiae munita Phocensi bello Thebanis Phocenses eripuerant, e quibus praesidio firmatis emissi mercenarii Boeotiae agros populabantur et Thebanos incursionibus affligebant. Diodor. 16, 58 ibiq. Wess. Orchomeno Thebae fuerant vectigales et alia Boeotiae oppida. Quam urbem quum Thebani imperium Boeotiae appetentes Olymp. 104, 1. a. Chr. $\frac{364}{363}$ delevissent, iterum munivissent Phocenses Olymp. 108., reddidit Philippus temporibus coactus Thebanis Olymp. 108, 2. a. Chr. 346, a quibus iterum dirutam restituit idem rex post pugnam Chaeronensem Olymp. 110, 3. a. Chr. $\frac{338}{337}$. V. Mueller. in libro de Orchomeno p. 205 sqq. VOEM.

62, 24. *τοῦ δοκεῖν*] *Τοῦ δοκεῖν—εἰληφέναι* est expositio dictionis *τὴν δόξαν τοῦ πολέμου*, ab oratore ipso adjuncta, quasi dixisset: *ὥστε δοκεῖν τὸν πόλεμον δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι.* gloriam belli, id est, ut nempe bellum hoc videretur per ipsum (Philippum) debellatum et amputatum esse. REISK.

Πύθια θεῖναι] Sic p. 119, 11. *τιθέναι τὰ Πύθια*, i. e. *ἀγωνοθέτην, βραβευτὴν εἶναι.* Pythiorum *βραβευταὶ* erant Amphictyones, qui totam rem administrandam Philippo cum Boeotis et Thessalis dicis caussa conjuncto uni commiserunt. VOEM.

62, 25. *καὶ — ἐγλίχετο*] Citant Anecd. Bekk. p. 131. in. SCHAEFER.

62, 28. *τῆς πυλαίας*] *Jus Amphictyonicae dignitatis.* WOLF. *Πυλαία ἐκαλεῖτο ἡ εἰς τὰς Πύλας σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων.* Harpocr.

62, 29 *τῶν ἐν Δελφοῖς*] *Ἀγωνοθεσίας καὶ προμαντείας.* Ludorum Pythicorum et oraculi Delphici praesidii atque patrocinii, qua auctoritate et praeesset ludis et oraculi consulendi praerogativam haberet. Ita etiam Lucchesinius locum intellexit, qui haec: "Sacrorum auctoritas, de qua hic agitur, ea est, quam Amphictyones habebant in Apollinis templo et in Pythiis ludis." VOEM.

καὶ τῶν—κύριοι] Vulgo interpungitur: *καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς πλεονεκτημάτων, δυοῖν κύριοι.* Malui sic distinguere: *καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς,* (subaudi *δικαίων*) *πλεονεκτημάτων δυοῖν,* (id est, *ἅ ἐστι δύο πλεονεκτήματα*) *κύριοι.* geminum consectabantur emolumentum: alterum, communionem concilii Amphictyonici; alterum, jus ludos Pythicos participandi. REISK. V. de h. l. Wesseling. ad Diodor. 16. 60. SCHAEFER.

63, 1. τάδε] Haec, quae nunc facta sunt, imprimis Phocensium excidium, quo et Philippi et Thebanorum opes auctae sunt. FRANK.

63, 4. τὰ κελευόμενα κ. τ. λ.] Ὑποφορά: *imperata igitur facere nos oportet communis belli metu* (ταῦτα φοβ.)? τὰ κελευόμενα (i. q. ἃ ἂν κελεύωσιν οἱ Ἀμφικτύονες), non τὰ κελευσθέντα i. e. quae tum jusserunt Amphictyones ab Atheniensibus rata haberi, dicit, quia haec ipsa ut facerent cives, hac oratione suasit. FRANK.

63, 7. οὐδὲν ἀνάξιον] Nihil indignitatis habet parere Amphictyonum decreto, neque justum erat acta Amphictyonum rescindere, et omnium in se concitare odia, bellum denique movere tam levi de caussa minime certe sapientum. DOUNAEUS. Ad δεῖν ποιεῖν supplendum est ἡμᾶς. Enunciatum autem hoc ὡς οὔτε—δόξομεν πᾶσιν ἔχειν, quod ex verbis οἶμαι δεῖν ποιεῖν pendet, *relative* accipiendum est, ut sibi respondeant ὡς et τοῦτο. Saepius enim hae sibi formae, adverbium ὡς et adjectivum τοῦτο, respondent. Totum igitur enunciatum sic erit explicandum: τοῦτ' οἶμαι ἡμᾶς δεῖν ποιεῖν, ὡς οὔτε πράξομεν rel. i. e. τοιαύτας τὰς πράξεις ἡμῶν δεῖ εἶναι, οἷαι οὔτε ἀνάξιοι ἡμῶν ἔσονται οὔτε πόλεμον παρέξουσιν, ἀλλὰ ποιήσουσιν, ὡς νοῦν δόξομεν πᾶσιν ἔχειν rel. De finali hujus particulae, ὡς, significatione hoc loco non est cogitandum, quia haec μήτε—μήτε posceret. VOEM.

63, 10. πρὸς] *Adversus.*

ὑπομένειν h. l. est non tolerare, sustinere, sed audere, subire, conari, suscipere, aggredi. REISK.

63, 12. ἡμεῖς—Ὠρωπόν] Sententia est: parum et sapienter et constanter eos facere, qui, cum ad majora et sua conniveant, summum jus in minoribus et alienis velint persequi. WOLF.

63, 14. καὶ Φιλίππῳ—παρακεχωρήκαμεν] Citant Anecd. Bekk. p. 161, 23. male omisso articulo τάς. SCHAEFER.

63, 15. κατὰ τὰς συνθήκας] Pacis conditiones dicit. FRANK.

63, 17. τὸν Κᾶρα] Idrieum Cariae satrapam vel regem, Mausoli Ol. 106. 4. mortui fratrem, qui post Artemisiam Ol. 107. 2. regno potitus tum eas insulas, quas Demosthenes nominat, adoriebatur (καταλαμβάνει) *occupat* i. e. occupare tentat. FRANK. V. de eo Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 287.

63, 19. κατάγειν τὰ πλοῖα] *Navigia nostra* (τὰ σιταγωγά) *deducere* scil. ad oram s. in portum suum, ut vel vectigal exigant vel praedam faciant; nam κατάγειν τὰ πλ. est ληίζεσθαι καὶ κακοῦν καὶ μὴ ἐᾶν τοὺς πλέοντας, ὅποι βούλοιντο, πλεῖν, ἀλλ' εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία τοῖς ληστεύουσι κατάγειν (Suid.). Cf. or. 8. §. 9. 28. FRANK. Byzantii autem saepius rerum inopia laborantes (Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 139 sq.) tum fortasse eo libentius potestatem naves Atheniensium praedandi dabant (σύλας διδόναι, de quibus vid. Boeckh. l. c. p. 128.), quo infestiores erant Atheniensibus. Dem. de Chers. p. 93. Et fortasse pace cum Philippo constituta Byzantiis jus vectigalia exigendi a navigiis praetervehentibus concessum est. V. Reisk. in Ind. hist. s. v. Byzantii. VOEM.

63, 24. ἀναγκαιοτάτων] Nam navigiis, quae Byzantii intercipiebant, frumentum e Ponto invehebatur. FRANK.

63, 25. περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς] Citat h. l. Harpocrat. v. περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς. scholiastes Aristophan. Vesp. v. 191. REISK. Sedem in Amphictyonum consessu umbram appellat orator, rem contentione non dignam, cum ab eo tenenda esset, qui jam ante tantam potentiam consecutus fuisset. Atqui, hac umbra concessa, veterator ille Philippus auctoritatem viribus addere legibusque et decretis scelerata consilia adjuvare sperabat. SEAGER. Diar. Classic. 52. p. 236. V. Anecd. Bekk. p. 243. s. schol. Platon. p. 317. Bekk. SCHAEFER.

VI.

PHILIPPICA SECUNDA.

De tempore et argumento hujus orationis disseruit Winiewskius in Commentar. ad orat. de corona p. 138 sqq. "Cum Philippi legatione (ad Athenienses missa Olymp. 109, 1.) Argivorum quoque et Messeniorum legati Athenas venerunt, qui Athenienses accusarent, quod Lacedaemoniis Peloponnesi dominationem affectantibus faverent, aliis pro libertate certantibus resisterent. Per hanc occasionem Demosthenes orationem adv. Philipp. II habuisse fertur Libanio in argumento hanc ad or. Quae etsi ex oratione ipsa minus eluceant, aliis tamen testimoniis et argumentis comprobari facile posse videntur. Id tamen ipsa quoque oratio manifesto docet, recenseri in ea omnes, quas post ipsam pacem cum Atheniensibus factam Philippus injurias perpetraverit. Tum vero orationem coram legatis habitam esse extremae partis verba haud ambigue indicant haec: *περὶ μὲν δὴ τῶν ὑμῖν πρακτέων καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς ὕστερον βουλεύσεσθε, ἂν σωφρονῆτε· ἃ δὲ νῦν ἀποκρινάμενοι τὰ δέοντ' ἂν εἴητ' ἐψηφισμένοι, ταῦτ' ἤδη λέξω.* Quibuscum hoc denique quadrat, quod Messeniorum Argivorumque praecipua in oratione hac mentio fit, et de iis post expositum p. 71 orationis ad eos habitae, quum legationem in Peloponnesum obiret, argumentum orator p. 72 haec addit: *ταῦτ' ἀκούσαντες ἐκεῖνοι, καὶ θορυβοῦντες, ὡς ὀρθῶς λέγεται, καὶ πολλοὺς ἑτέρους λόγους παρὰ τῶν πρέσβεων, καὶ παρόντος ἐμοῦ καὶ πάλιν ὕστερον, ὡς ἔοικεν, οὐδὲν μᾶλλον ἀποσχήσονται τῆς Φιλίππου φιλίας, οὐδ' ὧν ἐπαγγέλλεται.* Libanii testimonium Dionysius quoque Hal. ex parte comprobat, quum orationem hanc coram Peloponnesiorum legatis habuisse Demosthenem dicat archonte Lycisco, id est Olymp. 109, 1. Epist. ad Amm. c. 11. Quibus omnibus perpensis et consideratis acquiescendum in eis videtur esse, quae de orationis hujus caussa dilucide a Libanio referuntur. Omnis vero dubitatio removetur or. de Halonn., Olymp. 109, 2 quamquam non a Demosthene habitae, loco hoc, quem majoris perspicuitatis gratia totum exscripsi: *βούλομαι δ' ὑμᾶς ὦ ἄ. Ἀ., καὶ γὰρ εὐδοκίμησεν ὁ Πύθων παρ' ὑμῖν ἐν τῇ δημηγορίᾳ ὁ τότε πρεσβεύων, αὐτοὺς τοὺς λόγους, οὓς ἔλεγεν, ὑπομνῆσαι. οἶδα γὰρ ὅτι μέμνησθε. παραπλήσιοι δ' ἦσαν οἷς καὶ νῦν ἐπέσταλκε Φίλιπ-*

πος. ἐγκαλῶν γὰρ ἡμῖν τοῖς διαβάλλουσι τὸν Φίλιππον, καὶ ὑμῖν ἐμέμφετο, ὅτι ὡρμηκότος αὐτοῦ εὖ ποιεῖν ὑμᾶς καὶ προῃρημένου μάλιστα τῶν Ἑλλήνων φίλους κεκτῆσθαι αὐτοὶ κωλύετε, ἀποδεχόμενοι τῶν συκοφαντούντων καὶ χρήματα ἐκεῖνον αἰτούντων καὶ διαβαλλόντων—ἐκέλευεν οὖν τοὺς λέγοντας ἐν τῷ δήμῳ τῇ μὲν εἰρήνῃ μὴ ἐπιτιμᾶν· οὐ γὰρ ἄξιον εἶναι εἰρήνην λύειν· εἰ δέ τι μὴ καλῶς γέγραπται ἐν τῇ εἰρήνῃ, τοῦτ' ἐπανορθώσασθαι, ὡς ἅπαντα Φίλιππον ποιήσοντα ὅσ' ἂν ὑμεῖς ψηφίσησθε. ἐὰν δὲ διαβάλλωσι μὲν, αὐτοὶ δὲ μηδὲν γράφωσι δι' οὗ ἡ μὲν εἰρήνη ἔσται, παύσεται δὲ ἀπιστούμενος ὁ Φίλιππος, μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις, de Halonn. p. 81. Haec quum Olymp. 109, 2 dicta sint, nonne ad amussim respondent eis, quae Libanio teste orationi adv. Philipp. II ansam dederint? Eadem si cum orationis de cor. verbis eo, de quo nunc agimus, loco, his conferantur: Πύθωνα Φίλιππος ἔπεμψε, ὡς ἐν αἰσχύνῃ ποιήσων τὴν πόλιν καὶ δείξων ἀδικοῦσαν, τότ' ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα οὐδ' ὑπεχώρησα, utraque quod ad finem legationis attinet, quam tum Pytho obibat, et orationem ejus Athenis habitam, adeo secum profecto congruunt, ut ad eandem rem referri posse videantur. Quodsi igitur Pythonis legatio in or. de Halonn. et illo or. de cor. loco memorata eadem est, cujus Libanius in argumento ad Dem. or. Phil. II meminit, ipsa fortasse hac oratione adv. Phil. II refutasse Pythonem Demosthenes videatur. Quae opinio quamquam minus inde confirmatur, quod non adversus Pythonem, sed ad Athenienses potius verba orator facit, argumento tamen orationis probabilis quodammodo reddi potest. Tota etenim oratio eo potissimum tendit, ut refellatur multorum opinio, qui Philippum non injuriis fraudulentisque machinationibus imperium appetere censeant. Extrema deinde orationis parte orator in eos praesertim invehitur, qui Philippi commodis inserviant, in pravos potissimum et perfidiosos legatos, quorum improbitate pax Olymp. 108, 2 facta tanta Atheniensibus detrimenta contraxerit. Inter eos vero primarias partes obtinuisse Aeschinem constat, quem ipsum Pythonis orationem adjuvasse h. or. de cor. l. Demosthenes refert: οὗτος δὲ συνηγωνίζετο καὶ τἀναντία ἐμαρτύρει τῇ πατρίδι." Quod hanc orationem Pythonis refutandi caussa, cujus nulla usquam in ea mentio fit, scriptam conjicit Winiewskius recte rejicit Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 298.

In argumentum Libanii.

64, 15. ἐπαγγειλάμενον] Et per legatos Atheniensium, qui eum Ol. 108, 2. de pace componenda adiverant (cf. §. 30.) et per literas, quas his ad populum Atheniensium perferendas dederat (cf. or. 7. §. 34. or. 19. §. 45). FRANK.

64, 18. ἐλέγχους ἀπαιτεῖ] Postulat se convinci vanitatis et insidiarum, si omnino tacere non possint. WOLF.

65, 4. ταῖς ἐπιστολαῖς] Certe iis literis, quas priori legationi Atheniensium dedit, multa infinite pollicitus est. Vid. ad §. 32. orationis. FRANK.

65, 16. ὕστερον] Olymp. 109, 2.

65, 2. βιάζεται] Scil. πράττειν, ut p. 518. ἢ καὶ ἄλλ' ὁτιοῦν τινος λαμβανόντων ἢ βιαζομένων scil. λαμβάνειν: *quae facit et vim adhibet* scil. ut faciat *contra pacem*, i. e. quae facit et quae facere conatur. FRANK.

65, 4. φαινομένους—δοκοῦντας] Ne haec variandae orationis caussa posita credas, alterum certum et manifestum est, quae pro Atheniensibus dicantur, justa et aequa esse, alterum ad judicium sive opinionem multitudinis refertur. FRANK.

65, 7. οὐδ' ὧν—ἄξιον] Scilicet ni aliquid saltem susciperetur adversus Philippum et gereretur, non erat operae pretium declamationes illas oratorum audire. FRANK.

66, 6. αἴτιον δὲ τούτων κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 270, 30. REISK.

66, 9. καὶ γράφειν καὶ συμβουλεύειν] De infinitivo sine articulo v. ad p. 31, 24.

66, 10. διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν] *Metu, ne vestram in invidiam incurramus.* Ἡ πρός τινα ἀπέχθεια duplicem habet significationem, subjectivam, *odium, quo aliquem prosequor*, objectivam, *odium, quod est contra me apud aliquem.* Utraque significatio in brevi spatio invenitur de Cor. p. 237. ταῦτα δ' ἀσμένως τινὲς ἤκουον αὐτοῦ διὰ τὴν τόθ' ὑποῦσαν ἀπέχθειαν πρὸς τοὺς Θηβαίους, subjective; objective contra illico: καὶ ἔτι πρὸς τούτοις (συνέβη) τὴν μὲν ἀπέχθειαν τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς τῇ πόλει γενέσθαι, τὴν δὲ χάριν ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων Φιλίππῳ. Objective etiam περὶ παραπρεσβείας p. 368, 3. ὑμῖν μὲν τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους μείζω, Φιλίππῳ δὲ τὴν χάριν πεποίηκε. BREMI.

66, 12. ὡς μὲν ἂν εἴποιτε] Ὡς si h. l. finalis particula esset, conjunctivi sequi debebant. Sed orator hoc dicit: *eo modo* (quasi eo genere apparatus), *quo justas orationes habere possitis, melius Philippo instructi et parati estis*, i. e. ad orationes habendas —parati estis. Δίκαιοι λόγοι autem eae orationes dicuntur, quibus jura Atheniensium adversus Philippum defenduntur. FRANK.

66, 20. λέγειν δικαιότερα] I. e. λέγειν τοὺς δικαίους ἐκείνους λόγους s. orationibus declarare justiorem caussam vestram esse quam Philippi. FRANK.

66, 24. ἐπιστήσεται] *Subito superveniet.* REISK.

67, 5. τοὺς λόγους—βραχέων] *Ut rationes meas paucis audiatis.* WOLF. Paullo insolentius dictum. Scilicet quia rationes suas paucis (διὰ βραχέων sive ἐν βραχέσι) expositurus est, *breviter audiri* vult. FRANK.

δι' οὕς] *Propter quas* (caussa remotior quae dicitur), δι' ὧν

per quas (caussa est instrumenti instar) i. e. *quibus permotus*—existimem. FRANK.

67, 10. ἐγὼ τοίνυν κ. τ. λ.] Hunc locum usque ad ποιήσασθαι v. 16. citat Tiberius p. 58. SCHAEFER.

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Omittit Tiberius. SCHAEFER.

67, 11. κύριος—κατέστη] Tiberius: πρῶτον γέγονε κύριος μετὰ τὴν εἰρήνην; SCHAEFER.

67, 12. τῶν ἐν Φωκεῦσι πραγμάτων] Rerum, quae in Phocensibus gerebantur. i. e. potestate belli sacri suo arbitrio componendi potitus est. FRANK.

67, 13. πράττειν προείλετο] προείλετο πράττειν Tiberius. SCHAEFER.

67, 15. τί δή ποτε;] Tiberius: τί δήποτ' ἄν; SCHAEFER.

τοὺς λογ. ἐξετ.] τοὺς λογισμοὺς ἀναφέρων ἐπὶ πλεονεξίαν. WOLF. i. e. rationes agendi s. consilia ad studium quo tenebatur opes suas quovis modo augendi (πρὸς τὴν πλεονεξίαν) *exigens* et emolumento suo metiens. FRANK.

67, 20. ἐνδείξαιτο] *Se ostentaturum esse.* V. Ind. Gr. s. v. SCHAEFER.

67, 21. τινὰς] De Phocensibus cogitasse oratorem existimo. FRANK.

67, 23. ἃ προσήκει] Scil. προορᾶσθαι. Etenim et justitiae et decoris et rerum futurarum ratio (ὅτι τὰ μετὰ ταῦτα προορᾶσθε, cf. §. 21.) Athenienses impeditura erat quominus Philippo alios Graecos proderent. Intelligebant enim futurum esse ut et ipsi in potestatem regis concedere cogerentur. FRANK.

68, 2. καθ' ὑμῶν ἐγκώμιον] κατὰ in bonam partem, *de vobis.* Sic p. 300. 3. ἔδειξαν ἐγκώμια Θηβαῖοι καθ' ὑμῶν τὰ κάλλιστα. Rarior hic usus praepositionis κατά tam solius quam compositae cum verbis. V. Ind. ad Apollon. Rhod. p. 662. b. et Elmslei. ad Euripid. Bacch. 334. Quod autem Wolfius scripsit, κατὰ v. 8. in malam partem dici, non assentior: nam ibi quoque κατὰ non est aliud quam quod praecedit περί. SCHAEFER.

68, 4. ἐκ τούτων τῶν ἔργων] Sc. Φιλίππου. Sic ille, quod quidem ex his factis appareat, de vobis judicavit, ut vos—prodituros esse censeret. FRANK.

μηδενὸς ἂν κέρδους—προέσθαι] Eadem constructione p. 107, 8. οἱ τῆς παρ' ἡμέραν χάριτος τὰ μέγιστα τῆς πόλεως ἀπολωλεκότες. Est *perdere aliquid, ut aliud lucreris.* SCHAEFER.

68, 5. τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων] V. ad p. 25, 2.

68, 8. ὡς ἑτέρως] Non abundat ὡς, sed auget vim adverbii, quasi dicas *ut aliter!* Vide de his locutionibus probabiliter disputantem Weiskium in libello de Pleonasm. Graec. p. 207. SCHAEF. De Cor. p. 254: ἐάν τε καλῶς ἔχῃ, χάριτος τυγχάνει, ἐάν θ' ὡς ἑτέρως, τιμωρίας. Ibid. p. 298. τῶν δ' ὡς ἑτέρως συμβάντων. VOEM.

68, 12. ὥστ'] Conjunctionem exspectaveris, quae *conditionem* exprimat, ἐφ' ᾧτε, *sub ea conditione ut*; atque etiam in quibusdam libris conjunctioni ὥστε haec significatio, ut aliae, quas non

habet, adscripta est: quod facilius est quam ostendere quem ad modum propria sine damno logicae veritatis locum habeat. Ὥστε significat *consequentiam*, eamque, etsi non ut conditio proponebatur, Athenienses respuebant. Ita Graeci interdum *effectum* exprimunt, ubi alii de consilio aut conditione loquerentur. Xenophon Cyrop. 3, 2. 16. καὶ τοῦτο ἐπίστω—ὅτι ἐγὼ, ὥστε ἀπελάσαι Χαλδαίους ἀπὸ τούτων τῶν ἄκρων, πολλαπλάσια ἂν ἔδωκα χρήματα ὧν σὺ νῦν ἔχεις παρ' ἐμοῦ. Ita etiam interpretanda sunt loca, quae Hermannus habet ad Vigerum p. 949. BREMI. Sic Latine: *cum possent ceteris Graecis ita imperitare, ut ipsi dicto audientes essent regi.* Cum Xenophonteis conf. Euripidea Phoeniss. 514. ss. ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' αἰθέρος πρὸς ἀντολὰς,—τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα. Plenissime, h. e. junctis conditione et effectu. ibid. 599. s. οὐ γὰρ ἂν ξυμβαίμεν ἄλλως ἢ 'πὶ τοῖς εἰρημένοις, ὥστ' ἐμὲ σκήπτρων κρατοῦντα τῆσδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός. SCHAEFER.

68. 14. Ἀλέξανδρος] Negant quidam Demosthenem h. l. veritati studuisse, quasi oratorie rem amplificaverit. At conditiones Alexander Philellen a Mardonio missus (cf. Harpocr. s. v. Ἀλέξανδρος, qui nostrum locum respexit, indeque Bekkeri Anecd. p. 375.) ante pugnam Plataeensem Atheniensibus proposuit has: τοῦτο μὲν τὴν γῆν σφι ἀποδοῦναι, τοῦτο δὲ ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἑλέσθων αὐτοὶ, ἥν τινα ἂν ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνομοι etc. Herodot. 8, 140. Et 9. 7 ab Atheniensibus additur: συμμάχους ἐθέλει (sc. βασιλεὺς ὁ Μήδων) ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ ποιήσασθαι, ἡμεῖς δὲ Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες καὶ τὴν Ἑλλάδα δεινὸν ποιεύμενοι προδοῦναι, etc. Consentit igitur orator noster cum scriptore fide dignissimo. Conf. Diodorus 11, 28: ἣν ἂν βούλωνται τῆς Ἑλλάδος. Ac perspicue idem tradidit Plutarchus Aristid. c. 10: πρὸς δὲ Ἀθηναίους ἔπεμψεν (Μαρδόνιος) ἰδίᾳ γράμματα καὶ λόγους παρὰ βασιλέως τήν τε πόλιν αὐτοῖς ἀναστήσειν ἐπαγγελλομένου καὶ χρήματα πολλὰ δώσειν καὶ τῶν Ἑλλήνων κυρίους καταστήσειν. Cum nostro loco cf. Lycurg. c. Leocr. cap. 17 p. 185 sq. R. et Demosth. de cor. p. 296. Accedit Aristid. Panath. vol. 1. p. 144: τοῦτο μὲν τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν αὐτοῖς ἀπεδίδου πᾶσαν, τοῦτο δὲ τὴν λοιπὴν Ἑλλάδα δωρεὰν προσετίθει etc. Easdem fere Isocrates Panegyr. cap. 26 ante Salaminiam pugnam conditiones oblatas esse exposuit: ἐξὸν αὐτοῖς (sc. τοῖς Ἀθηναίοις) παραχρῆμα καὶ Πελοποννήσου κρατήσειν. VOEM.

τούτων] Hujus universi generis, puta regum Macedonicorum, Philippi, Alexandri, et reliquorum cognatorum. REISK.

68. 21. τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι] Pleonastica locutio ad augendam gravitate orationem. Pseudo-Dem. Aristog. 2. p. 807: τοὺς μὲν φάσκοντας τούτους τῷ λόγῳ φιλεῖν ὑμᾶς. Sine articulo Eurip. Hel. 1050 (1059): βούλει λέγεσθαι, μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν. M. ἕτοιμός εἰμι μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν. VOEM.

τοὺς—προγόνους] Scil. εὑρίσκει καὶ ἀκούει, id quod e v. 10. huc tacite est pertrahendum. comperit legens in annalibus et accipit ab hominum fama. REISK.

68, 22. τοὺς μὲν συστρατεύσαντας] Thebanos cum Persis conjunctos contra Graecos pugnasse perfidissimeque egisse vulgo notum est. V. Herodot. 9. init. VOEM.

68, 22. τοὺς δ' οὐκ ἐναντιωθέντας] Argivi societatem Graecorum recusantes a neutra parte steterunt. Herodot. 7, 148—152. cf. 9, 12. VOEM.

68, 23. οἶδεν] Hoc. non εἶδεν s. ᾔδει dixit, quia haec extra narrationem posita sunt: *novit igitur* (cognitos habet) *et vestros mores et Thebanorum Argivorumque.* Narratio iterum incipit a verbis ἡγεῖτ' οὖν. FRANK.

ἰδίᾳ τὸ λυσιτελοῦν] I. e. τὸ ἰδίᾳ λ., ἰδίᾳ propter vim oppositionis praeposito, ut monet Frankius.

68, 26. ἐπὶ τοῖς δικαίοις αἱρήσεσθαι] Eam amicitiam justitiae limites non excessuram: vos neque ministros libidinum fore, neque adjutores ad injurias. WOLF.

68, 28. καὶ τότε] Scil. ᾑρεῖτο. REISK. Formulae καὶ τότε καὶ νῦν similibusque sola verborum praesentia addi solent. Sophocles Electr. 676. νῦν τε καὶ τότ' ἐννέπω. Ibid. 907. καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι. Antig. 181. νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ. SCHAEFER.

68, 29. οὐ γὰρ δὴ τριήρεις] Nam Athenienses etiamtum 300. triremes instruere poterant. V. p. 51. FRANK.

69, 1. οὐδ' ἐν μὲν—] Buttmannus in ind. or. Mid. p. 167. nostrum locum satis recte interpretatus est: *neque in mediterraneis subito praeclarum sibi visus est invenire principatum, cujus gratia maritimum illum jam missum faceret.* Nam primaria sententia continetur secundo enunciato: non destitit imperium maris appetere, ita ut ne haec quidem caussa esse possit, cur vestram ille classe pollentium amicitiam, quae quidem maris imperium affectanti utilissima foret, spreverit, destitisset enim fortasse, si satis amplum imperium in mediterraneis invenisset. FRANK.

69, 3. οὐδ' ἀμνημονεῖ] Hoc est: mavult fidem frangere quam nos, qui adjutores injuriarum non sumus, habere amicos et devincire sibi beneficiis. ἔτυχεν dixit, ut significaret Athenienses precibus et pollicitationibus Philippi victos pacem ei concessisse, quum ipsi bello essent superiores ac minime defatigati. WOLF.

οὐδ' ἀμνημονεῖ—ἔτυχεν] Citant Anecd. Bekk. p. 119, 23. ubi pro οὐδὲ τὰς ὑποσχέσεις legitur καὶ τ. ὑ. SCHAEF.

69, 5. πάντα ταῦτ' εἰδὼς] Et majorum nostrorum virtutis gnarus, nec oblitus pollicitationum. WOLF. Sensus verborum εἴποι—εἰδὼς (nam haec jungenda), nisi fallor, hic est: dicat aliquis quasi totum rerum hodiernarum statum penitus perspectum habens SCHAEFER. οἶδεν οὖν ἀμφοτέρους κ. τ. λ. §. 13. *At mehercule dixerit aliquis eum, quamvis haec omnia sciret* (i. e. si summam rerum spectas, quamvis sciret suum commodum Thebanorum amicitia augeri), *tamen non commodi sui caussa haec* (quae ei Thebanorum amicitiam firmatura erant) *fecisse, sed* cett. Qui post Δί' et εἰδώς interpungunt (ut Schaeferus), arroganter

loqui Demosthenem faciunt. FRANK. Recte interpretatur Frankius.

69, 7. τῷ ἀξιοῦν] Postulaverant autem Thebani ut Orchomenus, Coronea aliaque Boeotiae oppida in suam potestatem redigerentur. FRANK.

69, 8. νῦν] Postquam Lacedaemoniis imperavit ut Messeniam remittant. Citat hunc locum Hermogenes p. 310. τοῦ δ' αὖ κατὰ συστροφὴν σχήματος ἐν τούτῳ τῷ εἴδει παράδειγμα τόδε· ὁ γὰρ Μεσήνην—. et scholiastes Hermogenis ad h. l. πολλὰ μὲν πράγματα ἔχει ἐνταῦθα, συνεσφιγμένα δὲ καὶ σύντομα, ὡς μὴ δοκεῖν εἶναι πολλά. Rursus Hermogenes p. 366. μάλιστα δὲ τῆς ἰδέας ταύτης καὶ τὸ κατὰ συστροφὴν σχῆμα οἰκεῖον. δυνάμει γὰρ μεγάλῃ φύσει τε κέχρηται καὶ φαίνεται χρώμενον. οἷον· ὁ γὰρ Μεσ. etc. REISK.

69, 10. ἀφιέναι] Messeniam aliquo jure sibi Lacedaemonii vindicabant (ὄντος ἰδίου τοῖς Λακεδαιμονίοις τοῦ κτήματος. Schol. August.), de quo jure agitur in Isocratis Archidamo; Orchomenum et Coroneam ne specie quidem juris possidebant Thebani. VOEM.

69, 14. τῶν Θετταλῶν ἱππέων] Nam et Thessali Philippo in bello Phocensi aderant. Ceterum hi genitivi a vv. ἐν μέσῳ pendent. FRANK.

69, 17. ὑπόπτως ἔχειν] *Diffidere.* ὑπόπτως passim active usurpatur. Dem. f. leg. p. 381. ὑμᾶς—δυσκόλως τ' ἔχειν καὶ ὑπόπτως πρὸς τὸν Φίλιππον. Vide Porson. et Schaefer. ad Eurip. Hecub. vs. 1117. VOEM.

69, 18. Ἐλάτειαν] Ex decreto Amphictyonum eversa erat Elatea, quam si tunc Philippus restituisset et munivisset, suspectus fuisset Thebanis. VOEM.

μέλλει καὶ μελλήσει γε] Significat μέλλω et futurum tempus et moram. Eleganter igitur ludit amphibolia significationis. WOLF. *Quod fabulantur Philippum hostilia adversus Thebanos parare, scilicet ille haec parat et parabit* (sed nunquam faciet), *Messeniis autem et Argivis opem ferre non parat, sed jam fert.* FRANK.

69, 19. τοῖς Μεσσηνίοις δὲ καὶ τοῖς Ἀργείοις] Sunt dativi qui dicuntur commodi: *pro Messeniis Argivisque* s. in horum commodum *cum Lacedaemoniis confligere.* Nam συμβάλλειν (*manus conserere, congredi*) quum nihil denique aliud significet quam μάχεσθαι, interdum non cum dativo, quo debebat, sed cum praep. ἐπί vel πρός construitur. De impressione (συνεισβάλλειν) h. l. sermonem non esse et res et tempus verbi arguunt. FRANK.

69, 21. ἀλλὰ καὶ ξένους κ. τ. λ.] Idem est ac si dixisset: ἀλλ' ἤδη καὶ ξένους—. non parat facere, non minatur facturum—sed jam facit. REISK.

69, 23. τοὺς μὲν οὖν ὄντας κ. τ. λ.] Refutat fabulas quorundam ut absurdas et repugnantes. Sententia est: Cum hostes Thebanorum reliquos, Lacedaemonios, tollere studeat e medio, qui consentaneum est, cum Phocenses pene ad internecionem in gratiam Thebanorum deletos velle in integrum restituere? WOLF. Participium ὤν praeponitur substantivo cum vi. p. 58, 11. s. πα-

θεῖν οἷα τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες πώποτε πεπόνθασιν. p. 104, 5. s. *ἀνοητότατος πάντων ἂν εἴη τῶν ὄντων ἀνθρώπων.* Nostro loco significat *εἶναι existere*, oppositum *οὓς ἀπώλεσεν.* p. 93, 28. s. *ἂν μὲν τοίνυν ᾖ τὸ συνεστηκὸς τοῦτο στράτευμα*, ubi oppositum est *διαλύεσθαι.* p. 125, 12. *ὅτ' ἦν ἡ πόλις.* BREMI. Vere monet *εἶναι* hic significare *existere:* sed quod ait, participium praeponi substantivo *cum vi*, non assentior. Nihilo minori cum vi poterat postponi, dummodo iteraretur articulus: nam participium est loco epitheti. Solum participium *τῶν ὄντων*, omisso substantivo *ἀνθρώπων*, legas p. 141, 26. SCHAEFER.

69, 24. *ἀναιρεῖ—σώζει*] Utrumque de conatu intelligendum, sed alterum consilium vires Lacedaemoniorum affligendi reapse jam exsequitur, alterum, quod est de restituendis Phocensibus (nam *σώζειν* idem fere ac *ἀνασώζειν*), moliri cum quidam fingunt. FRANK.

69, 26. *οὐκ ἂν ἡγοῦμαι Φίλιππον*] Sententia haec est. Sive coactum et invitum Philippum illud prius ais fecisse, ut scil. Thebanis Orchomenum et Coroneam condonaret, sive nunc de constantia et fide Thebanorum desperare: non potest exputari caussa ulla probabilis, cur Thebanorum inimicos, Lacedaemonios atque Phocenses, odiis tam implacabilibus insectetur; id quod facit. Ergo neque olim coactus indulsit Thebanis, quae indulsit, neque nunc malevolo erga eos est animo, suspectosve habet. Falsa ergo sunt ea, quae nostrates de Philippi cum Thebanis rationibus suspicantur et jactant. REISK.

69, 27. *βιασθεὶς ἄκων*] Adverte abundantiam orationis: ne de glossemate cogites. SCHAEFER.

ἀπεγίγνωσκε] Si eos improbaret et suspectos haberet, si eis diffideret. WOLF. Vid. Ind. Graec. SCHAEFER.

70, 2. *ἐκ πάντων*] Ad *ἐκ πάντων* repete *δῆλός ἐστι*, et verte: *ex iis, quae nunc facit, elucet eum etiam illa* (prius facta) *dedita opera fecisse, ex omnibus autem, si quis recte reputet, elucet eum, quaecunque moliatur, contra urbem instruere et componere.* Chers. p. 100: *δεύτερον δ' εἰδέναι σαφῶς ὅτι πάνθ', ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευάζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν παρασκευάζεται.* Cicero Or. pro Roscio Amer. cap. 45: Quae jam facta sunt ex iis, quae nunc maxime fiunt, nonne quivis potest intelligere etc.? VOEM.

70, 4—14. Haec repetivit scriptor Philipp. IV. p. 134, 17—27.

70, 16. *διὰ ταῦτ' ἐγρήγορεν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Minucianus *περὶ ἐπιχειρημάτων* p. 146. de enthymemate *ἀπ' αἰτίας*, ubi sic ait: *σύνοιδεν ἑαυτῷ Φίλιππος πολλὰ ἠδικηκότι, καὶ διὰ τοῦτο μισοῦντας ὑμᾶς ἑαυτὸν, καὶ, εἰ καιροῦ λάβοισθε, τιμωρησομένους. διὰ ταῦτ' ἐγρήγορεν, ἐφέστηκεν ἐπὶ τῇ πόλει.* Sic ille, ut apparet, h. l. distinguebat. Sed rectius in libris nostris distinctus cernitur. In *ἐφέστηκεν* subauditur *τοῖς πράγμασιν*, aut *τοῖς κατὰ τῆς πόλεως καιροῖς*, aut *ταῖς κατὰ τῆς πόλεως ἀφορμαῖς*, aut simile quid. *ἐπὶ τῇ πόλει θεραπεύει*, alios colit, ambit, promeretur, officiis sibi obstringit, quo reipublicae nostrae noceant. REISK.

70, 17. *τινὰς, Θηβαίους καὶ κ. τ. λ.*] Sic interpungendum esse, quia Philippum cunctis Thebanis favisse constat. Funkhaenelius monuit. Ceterum commentarii instar est de cor. p. 324. *οἳ ὅτ' ἦν ἀσθενῆ τὰ Φιλίππου πράγματα καὶ κομιδῆ μικρά,—τῆς ἰδίας ἕνεκ' αἰσχροκερδείας τὰ κοινῇ συμφέροντα προΐεντο, τοὺς ὑπάρχοντας ἕκαστοι πολίτας ἐξαπατῶντες καὶ διαφθείροντες, ἕως δούλους ἐποίησαν.* Θετταλοὺς Δάοχος Κινέας Θρασύδαος, Ἀρκάδας Κερκιδᾶς Ἱερώνυμος Εὐκαμπίδας, Ἀργείους Μύρτις Τελέδαμος Μνασέας, Ἠλείους Εὐξίθεος Κλεότιμος Ἀρίσταιχμος, Μεσσηνίους οἱ Φιλιάδου τοῦ θεοῖς ἐχθροῦ παῖδες Νέων καὶ Θρασύλοχος, Σικυωνίους Ἀρίστρατος Ἐπιχάρης, Κορινθίους Δείναρχος Δημάρατος, Μεγαρέας Πτοιόδωρος Ἕλιξος Περίλαος, Θηβαίους Τιμόλας Θεογείτων Ἀνεμοίτας, Εὐβοέας Ἵππαρχος Κλείταρχος Σωσίστρατος. FRANK.

70, 18. *τούτοις οὓς*] Thebanos. Utrique idem (sc. suum commodum) spectabant. Thebani Orchomenum, Coroneam, Corsias cett. appetentes. Peloponnesii auxilium adversus Lacedaemonios postulantes. FRANK.

70, 20. *τρόπων*] H. l. non de moribus, sed de mente s. ingenio intelligendum. Conf. p. 805, 17. s. Hesychius vol. 1. p. 1425. Τρόπος—γνώμη. SCHAEFER.

70, 22. *πρὸς Μεσσηνίους*] Olymp. 108. 4. sive 109. 1. ineunte, quum legatus cum aliis in Peloponnesum missus esset, de quo v. Winiewsk. Comment. p. 152 seqq. Quae legatio diversa est ab altera, memorata in Phil. III. p. 129, 10.

70, 23. *βέλτιον δ' ἴσως—εἰρῆσθαι*] V. Aquila Romanus p. 150. ed. Ruhnk. SCHAEFER.

70, 24. *πῶς οἴεσθε δυσχερῶς ἀκούειν* est formula rhetorica notionem et gradum ex judicio auditorum augendi, ut Cicero ad Famil. 8, 3: Quomodo putas—tuum competitorem dolere? VOEM.

70, 27. *Ἀνθεμοῦντα*] Olymp. 105, 3. Philippus Olynthiis, quos contra Athenienses concitaret, Anthemuntem oppidum vicinum et Olynthiis omnibusque Macedoniae regibus controversum (*τῶν ταλαιπώρων Ὀλυνθίων δέλεαρ* Liban. vol. 4. p. 249, 24.) permisit et Potidaeam (de qua Diodor. 16, 8.) Atheniensium praesidio firmatam promisit. Ex nostro loco profecit Aristid. vol. 1. p. 478. *ἦν ὅτ' ἦσαν Ὀλύνθιοι τούτοις πῶς ἐχρῆτο Φίλιππος; ἐγὼ μὲν οἶμαι φιλανθρωπότερον ἢ 'κείνοις ἦν δεομένοις. καὶ πάντα μὲν τίς ἂν εἴποι; ἀλλ' εἶχον μὲν τὸν Ἀνθεμοῦντα τῆς ἐκείνου χώρας, ὃν μηδ' ἐπιβῆναι πρόσθεν αὐτοῖς ἦν* etc. VOEM. Citat h. l. Harpocration s. v. Ἀνθεμοῦς. REISK.

71, 1. *ἡμᾶς*] Male alii libri *ὑμᾶς*. Non enim hic alloquitur Athenienses Demosthenes, sed Messenios, referens in Atheniensium concione particulam alicujus orationis, quam ad Messenios a se ait habitam esse. Ad eos itaque de Atheniensibus praedicantem inconsentaneum sit *vos* usurpare, ubi res *nos* requirit. REISK.

71, 8. *ὑπ' ἀλλήλων*] A civibus Lasthene et Euthycrate et si qui alii Olynthiorum proditores erant. Cf. p. 426. FRANK.

71, 10. ὅτ' αὐτοῖς] Alio tempore tyrannos ejecit, Olymp. 106, 4; alio tempore (καὶ πάλιν cf. Olynth. 1. p. 11.) Thessalis Nicaeam tradidit et Magnesiam reddidit, Olymp. 108, 3. Anni praecedentis ultimo mense Nicaeam, Thermopylarum castellum recens ut videtur conditum, a Phocensibus acceperat. VOEM.

71, 12. δεκαδαρχίαν] V. Philipp. III. p. 117, 26, ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πόλεις, αὐτῶν παρῄρηται καὶ τετραρχίας κατέστησεν, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις ἀλλὰ καὶ κατ' ἔθνη δουλεύωσιν; Nempe Philippus Thessalia iterum in quatuor partes (Thessaliotidem, Phthiotidem, Pelasgiotidem et Hestiaeotidem) descripta singulis partibus singulos magistratus (tetrarchas), toti Thessaliae magistratum decemvirorum praefecisse videtur, ita ut Demosthenes et h. l. τετραρχίας pro δεδαδαρχίαν dicere potuerit, sed *prudenter invidioso nomine usus est in oratione apud Messenios et Argivos habita, qui Lacedaemoniorum Decadarchias diu experti erant et, ne idem jugum iterum imponeretur, tum maxime timebant* (VOEM.). FRANK. δεκαδαρχίαν ab oratore dictam reprehendit Harpocration s. h. v. Φίλιππος μέντοι παρὰ Θετταλοῖς δεκαδαρχίαν οὐ κατέστησεν, ὡς γέγραπται ἐν ϛ' Φιλιππικῷ Δημοσθένους, ἀλλὰ τετραρχίαν.

71, 13. πυλαίαν] Thessali olim a Phocensibus Amphictyonia privati (Wessel. ad Diodor. 16. 60) et Olymp. 108, 3. per Philippum recepti sunt. VOEM.

71, 16, ὑμεῖς κ. τ. λ.] Verte: vos autem largientem quidem et pollicentem Philippum contemplamini (consideratis), sed qui jam fefellerit et deceperit, eum (Philippum) deprecamini, siquidem sapitis, ne videatis (i. e. eum non vultis videre). Itaque (τοίνυν) eo vos praesidio adversus fallaciam regis munite, quod unum salutare est, diffidentia. FRANK.

71, 18. ἔστι τοίνυν κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 244, 10. REISK.

71, 22. χειροποίητα] Citat Pollux 2, 121. v. χειροποίητος. Imitatus est h. l. Philostratus p. 282, 26. REISK.

71, 23. ἕν δέ τι κοινὸν κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 188. σεμνότητα δὲ ἔχει, ὅταν μὴ εὐθὺς ἐπιτρέχῃς τῷ εἰσαγομένῳ, ἀλλὰ προλαμβάνῃς τὰς δυνάμεις αὐτοῦ καὶ προαναρτᾷς τὸν λόγον. ἓν δέ τι κοινὸν—. καὶ οὐκ εὐθὺς ἐπήγαγε καὶ εἶπεν ἀπιστίαν ἀλλὰ προλαβὼν τούτου τὰς δυνάμεις καὶ ἐναρτήσας (num ἐναρθρίσας ?[a]) ἣ πᾶσι μέν ἐστιν ἀγαθὸν—. καὶ ἄλλη ἐπανάληψις· τί οὖν ἐστι τοῦτο; εἶτα τὸ εἰσαγόμενον· ἀπιστία. Harpocration in v. ἀπιστεῖν num ad h. l. respexerit, in dubio relinquam. REISK.

71, 26. τοῖς πλήθεσι] Populis, i. e. liberis civitatibus. FRANK.

72, 1. καὶ τὰς προσηγορίας] Idem est ac si dixisset: καὶ αὐτὰς τὰς προσηγορίας. aut sic: οὐ μόνον τὰς γνώμας, ἀλλὰ καὶ τὰς προσηγορίας. REISK.

72, 7. παρὰ τῶν πρέσβεων] *A legatis*, nempe ab iis, qui una cum Demosthene ad Messenios legati fuerant, et quos Demosthenes

[a] Immo ἀναρτήσας. SCHAEFER.

illic reliquit prius discedens ob caussam nobis ignotam. AUGER. Haud dubie in alias Peloponnesi civitates festinans. Huc pertinere videtur Halonn. p. 84. VOEM.

72, 7. *καὶ πάλιν ὕστερον*] Subaudi *ἀπόντος ἐμοῦ*, me absente, cum rursus illinc discessissem. REISK.

72, 18. *τῶν ὑμῖν πρακτέων*] Casibus obliquis adjectivorum in *έος* perraro usi sunt scriptores antiquiores: quod observavit Spengelius in *συναγωγῇ τεχνῶν* p. 178.

72, 19. *καθ' ὑμᾶς αὐτούς*] *Soli.* Aderant enim in concione legati, ut videtur, Peloponnesiorum et Philippi, coram quibus consentaneum erat de consiliis adversus Philippum decernendis non deliberari, deliberari autem de responso regi dando. FRANK.

72, 22. *τοὺς ἐνεγκόντας τὰς ὑποσχέσεις*] Innuit Ctesiphontem, Philocratem, Iatroclem, inprimis Aristodemum ac Neoptolemum. (Dem. Or. de Pac. p. 58.) Ii enim omnes ante primam legationem (cf. §. proxima) laudaverunt Philippi amicitiam et humanitatem. VOEM.

72, 27. *ἑτέρους*] Socios legationis posterioris, cui Demosthenes ipse interfuit, illuc missae, ut a Philippo jusjurandum de pace servanda exigeret. REISK. Dicit Philocratem et Aeschinem. VOEM.

72, 28. *τοὺς λέγοντας*] V. ad p. 648, 21.

73, 3. *ὕδωρ πίνων*] V. ad p. 4, 16. et 355, 26.

73, 6. *παρέλθῃ*] Sc. per Thermopylas. VOEM.

Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς] De his urbibus et de toto loco vide Dem. Pac. p. 59 et Winiewskii Comment. in Dem. Coron. p. 24 sq. VOEM. Et Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 398.

73, 8. *τέλεσιν*] *ἀναλώμασιν.* Phot. Lex. s. v. *Τάλεσιν* (scr. *Τέλεσιν* et pone in suo loco) p. 567, 15. Bekkeri Anecd. p. 308, 7. VOEM.

διορύξει] Ut Chersonesus Atheniensium possessio ab impetu Thracum tutior esset. Cf. or. de Halonn. p. 86. FRANK.

73, 10. *ταῦτα γὰρ—μεμνῆσθαι*] Citant Anecd. Bekk. 156, 11. V. not. ad p. 58, 2. SCHAEFER.

73, 13. *καὶ τοῖς ἐκγόνοις πρὸς τὰς ἐλπίδας*] Etiam posteros, ad quos pertinet ejus spei, quam vos habetis, haereditas, isto foedere obstrinxistis. Amplificatio dedecoris a longitudine temporis. WOLF. Eas spes dicit, quibus inescati a perfidis legatis et consopiti pacem illam reipublicae utilem fore opinabantur. FRANK.

73, 16. *ἐψηφίσασθε*] Philocrate auctore in concione die 16. Scirophorionis haec clausula formulae pacis addita est. Lucem pete e Dem. f. leg. p. 356 et p. 358. VOEM.

73, 17. *οὐχ ἵν'—*] *Non ut cum conviciatoribus congressus mihi quidem eandem apud vos audientiam faciam*, quam, qua estis levitate, adversariis meis praebetis. SCHAEFER. Satis acerbe dictum: *in convicia adversariorum* (qui citati, ubi res ad verborum contentionem venerit, sat scio, conviciis me obruent) *illapsus* (sive convicia adversariorum subeundo) *mihi quidem nihil*

aliud, quam quod etiam adversariis meis praebetis, audientiam, non, ut par est, fidem vestram et voluntatem et gratiam aut laudem conciliabo, illis autem non odium vestrum aut supplicium quod merent contraham, sed denuo occasionem dabo pecuniae a Philippo accipiendae. FRANK.

73, 23. τὸ πρᾶγμ'] Intelligo de Philippi machinationibus. SCHAEFER.

74, 5. τοὺς ὑπὸ χεῖρα] τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας Olynth. I. p. 13: hos enim maxime sub manu i. e. in potestate sua habent, dum ii, qui ante rempublicam perdiderunt, effugiunt. FRANK.

74, 12. περὶ τῶν δικαίων] Non *res ad hegemoniam Graecorum pertinentes* (περὶ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων) sed *jura Atheniensium* (cf. orat. de Halonn. §. 1.) dicit, quae h. l. explicantur quodammodo verbis ὑπὲρ τῶν ἔξω πρ. (*de rebus foris gerendis* i. e. de tuendis provinciis vestris.) FRANK.

74, 24. ὡς δ' ἂν ἐξετασθείη] *Utinam ne fiat ut* ea, quae dixi de proditoribus, *accuratissime cognoscantur* s. eventu comprobentur. Quod si fiet, peribunt quidem proditores, quibus tum certe digna poena irrogabitur, sed peribunt una cum republica. Hanc igitur cognitionem et experientiam, quae cum reipublicae interitu conjuncta erit, Demosthenes deprecatur. Ceterum habet aliquid offensionis optativus cum ἂν h. l. non ea ratione, qua post modum optandi (cf. Aristoph. Av. 1338. γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας, ὡς ἂν ποταθείην i. e. *ut, si forte, volem* s. *ut volare possim*), sed qua in oratione obliqua poni solet (v. Hermann. de part. ἂν 3, 4.) usurpatus: exspectabas enim ὡς δ' ἂν ἐξετασθῇ sive ὡς δ' ἐξετασθείη. FRANK.

VII.

DE HALONNESO.

" Insula Halonneso, in Thermaei sinus effluvio sita, quum eam Athenienses, a quibus possidebatur, minus tuerentur, Sostratus praedo potitus est. Quo expulso Philippus insulam sibi eo praetextu asseruit, ut tutam his regionibus redderet navigationem. V. epist. Phil. inter Demosth. orr. p. 162. Athenienses igitur, ut surreptam injuria possessionem sibi Philippus restitueret, acriter postulabant. Ille vero gratificari se Atheniensibus velle *δοῦναι* insulam pollicitus est, quippe quam non eis, sed praedoni jure eripuisset. Haec vox arrepta ab oratoribus est et explosa, non dare Atheniensibus Halonnesum, sed reddere Philippum oportere dicentibus. Qua de re audienda sunt verba Philippi in epist. l. s. c. haec : *τοσαύτην δέ μου ποιουμένου πρόνοιαν τῆς ὑμετέρας πόλεως, καὶ διδόντος αὐτῇ τὴν νῆσον, οἱ ῥήτορες λαμβάνειν μὲν οὐκ εἴων, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλευον, ὅπως ὑπομείνας μὲν τὸ προστασσόμενον τὴν ἀλλοτρίαν ἔχειν ὁμολογῶ, μὴ προειμένος δὲ τὸ χωρίον ὕποπτος γένωμαι τῷ πλήθει. γνοὺς ἐγὼ ταῦτα προυκαλούμην κριθῆναι περὶ τούτων πρὸς ὑμᾶς, ἵν' εἰ μὲν ἐμὴ γνωσθῇ, παρ' ἐμοῦ δοθῇ τὸ χωρίον ὑμῖν, ἐὰν δὲ ὑμετέρα κριθῇ, τότε ἀποδῶ τῷ δήμῳ. ταῦτα δ' ἐμοῦ πολλάκις ἀξιοῦντος ὑμεῖς μὲν οὐ προσείχετε.* Sic igitur quum pertinaciter possessionem reposcerent Athenienses, Peparethii Halonneso vicini, ab eis haud dubie instigati captis Philippi, qui insulam tuebantur, mercenariis ipsi Halonnesum occuparunt. Cujus facinoris poenam repetens Philippus ea ratione Peparethum tractavit, quae verbis or. de cor. p. 248, 5., quibuscum ipse Philippus epist. l. c. conspirat, indicatur. Quo facto exacerbati jam Athenienses quem tum in Hellesponto copiis suis praefecerant imperatorem, ut vindictam de Philippo sumeret, impulerunt. V. Phil. epist. l. c. Tali modo res istae haud exiguum exardescenti bello momentum attulere.

" Jam quod ad tempora attinet, quibus et Halonnesus occupata sit a Philippo et Peparethus devastata, ea, quanquam non adeo accurate, definiri tamen possunt ex oratione de Halonneso, inter Demosthenis orationes recepta, et, quam saepius supra memoravimus, Philippi epistola. Prima etenim Halonnesi occupatae praecipuaque mentio in ea fit oratione, quae *περὶ Ἁλοννήσου*

inscribi solet. Eam autem Olymp. 109, 2 habitam esse Dionys. Hal. refert in Ep. I. ad Amm. c. 10. Brevi tempore ante quam oratio haec habita est, missi ad Philippum legati ab Atheniensibus erant, qui praeter alia postulasse id quoque a Philippo videntur, ut insulam hanc, injuria abreptam, Atheniensibus redderet (de Halonn. p. 77). Philippus responsum legatis datum, donare se Atheniensibus Halonnesum velle, per missos Athenas cum epistola legatos, repetiit, sin autem ut suam reposcerent, ut jure agerent secum, proposuit. V. Epist. Phil. l. c. Utrique proposito resistit orator de Halonneso, injustum primum esse dicens, insulam doni specie recuperare, ut vero jure disceptarent cum Macedone, Atheniensibus indignum. Unde consentaneum est, haud diu ante hanc orationem Halonnesum a Philippo occupatam esse, id est Olymp. circiter 109, 1.[a] Peparethum autem devastatam esse oportet tempore mox insequenti, Olymp. nimirum 109, 3 exeunte, vel ineunte quarto. Nam in orationibus de Chersoneso et Philipp. III nulla ejus rei fit mentio, sed in epistola demum Philippi (l. c.), quae in fine Olymp. 109, 4 collocanda est. In hac autem Philippus Peparethum ut recens punitam commemorat, una cum Atheniensium nupera ea de re indignatione.

" Verum Demosthenes eodem, de quo disputamus, loco (p. 248.), nullam in iis, quae Philippum inter et Athenienses de Halonneso acta sint et disceptata, partem se habuisse contendit, quum tamen Dionys. Hal. l. c. et de admir. vi dic. in Demosth. c. 9 et 13, sine ulla dubitatione orationem de Halonneso ut genuinum Demosthenis opus memoret. Orationis vero istius auctor non habuit eam solum, verum etiam decretum, quo ad Philippi epistolam responsuri erant Athenienses, conscripsit. V. or. de Halonn. p. 88. Accedimus igitur ad quaestionem de auctore orationis illius, quam a disputatione nostra non esse alienam censemus, quamquam quum pluries de eadem in utramque partem disputatum a recentioribus sit, nobis brevissime res erit expedienda. Confirmari igitur Dionysii testimonium eo videtur, quod in oratione illa notus ille verborum lusus occurrit: ἄν τε λάβητε, ἄν τ' ἀπολάβητε (p. 78), quo Philippus explosum se esse ab oratoribus refert, postquam dare insulam Atheniensibus voluisset. Et iisdem fere verbis usum esse Demosthenem Aeschines arguit: εἰ δ' ἐπιτρέπειν (Φίλιππος) ἐθέλοι πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ περὶ τῶν ἐγκλη-

[a] Voemelius in Proleg. p. 40 hoc factum putat post Potidaeam captam et ante Olynthum impugnatam sive inter Ol. 106, et Ol. 107, 4.—Haec sententia majori probabilitate se commendat. Mihi veri simillimum est Philippum eo circiter tempore, quo Potidaeam expugnavit, vel non ita multo post etiam Halonnesum cepisse. Demosthenes enim in orat. de cor. (p. 248, 2.) ubi Atheniensium possessiones, quas ante pacem Philippus ceperat, enumerat, Halonnesum cum urbibus Amphipoli, Pydna, Potidaea componit. Potissimum autem me ad hanc sententiam adducit, quod Theopompus controversiarum de hac insula mentionem fecit jam in libro quarto cf. Harpocr. v. Ἁλόννησος et Theop. fragm. ed. Wichers n. 56. Scilicet eo loco, quo Halonnesum a Philippo captam esse narravit, etiam de controversia postea inter hunc et Athenienses orta exposuisse videtur. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 440.

μάτων, οὐκ εἶναι κριτὴν ἴσον ἡμῖν ἔφη καὶ Φιλίππῳ. Ἁλόννησον ἐδίδου· ὁ δ' ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσι, περὶ συλλαβῶν διαφερόμενος. in Ctes. p. 65. Ad quem locum Taylorus aliorum quoque auctorum testimonia attulit, qui re vera verbis illis lusisse Demosthenem comprobant; inter eos maxime Plutarchum (vita Demosth. c. 9), qui sumpta verba illa esse refert ex oratione ὑπὲρ Ἁλοννήσου, ἣν Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευσε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν. Haec igitur argumenta vindicare Demostheni orationem illam videntur. Quod tamen ut vere efficiant, multum abest. Neque enim aliud quidquam comprobari eis video, quam Demosthenem de Halonneso a Philippo surrepta verba ad Athenienses fecisse, et ab ipso posse lusum illum verborum esse primum profectum, quem tamen quominus alii quoque oratores arripuerint repetierintque, postquam placuisse eum Atheniensibus intellexissent, nihil est quod impediat. At ne perorasse quidem Demosthenem de Halonneso concedimus, quum neque in or. de Cherson. neque in Phil. III neque in alia ulla orat. praeter hanc de cor. ullam Demosthenes Halonnesi faciat mentionem. In or. de cor. autem l. c. decreti certe de Halonneso nec lati nec conscripti ullam se partem habuisse diserte profitetur. Orationis tamen ejus, quae hodie de Halonneso inscribitur, auctor quum decretum quoque, quo responsuri Athenienses Philippo erant, exaraturum se dicat (de Halon. p. 88), primum id nec adeo exiguum argumentum esset orationis nostrae de Halonneso Demostheni abjudicandae. Accedunt ad argumentum illud alia ex interna orationis indole petita, quibus sagacissime a Libanio expositis in ὑποθέσει ad or. de Halonn. recentiorum etiam opinio de abjudicanda Demostheni oratione innititur. His igitur missis unum adhuc rhetoris illius argumentum diligentius persequar. Veteres jam enim dicit de oratione hac, an sit Demosthenis, dubitasse, fuisseque inter eos quosdam, qui eam Hegesippi opus esse contenderent. Eadem Suid. v. Ἡγήσιππος. Haec opinio aliis, quae historia suppeditat, argumentis omnino comprobari videtur. Certum est enim, quod jam Libanius animadvertit, Hegesippum ab eadem cum Demosthene parte in reipublicae gubernaculis adversus Philippum stetisse. Eum Demosthenes (de cor. p. 250) auctorem vocat decreti contra Philippum iisdem de rebus lati, quarum sibi ipsi ullam fuisse communionem negat. Idem cum Demosthene legationem ad civitates Peloponnesiacas a Philippi societate abalienandas obiit Olymp. 109. 2. Philipp. III. p. 129.[a] Primus ille pacem cum Philippo dissuasit (schol. ad Dem. π. παραπρ. p. 364), et propter infensum in eum animum tam parum exceptus Philippo fuit, ut Xenoclidem, hospitem ejus, ideo quod eum recepisset, Macedonia jusserit excedere. Dem. π. παραπρ. p. 447. Cf. Ruhnk. hist. crit. orr. Gr. p. 156 sq. l. c.

[a. De hac legatione Winiewskius pluribus dixit in alio commentariorum suorum loco p. 152 sqq.]

Auctor tum or. de Halonn. accusasse se Callippum Paeaniensem dicit (p. 87), quod psephisma scripsisset utile Cardianis, Atheniensibus damnosum, quod ipsum Libanius censet videri non a Demosthene, sed ab Hegesippo factum esse. Jam vero omnium clarissimum indicium veri orationis illius auctoris invenire mihi videor in ipsa de Halonn. or. p. 77. Ibi enim orator legatum se ad Philippum missum fuisse refert, quod haud diu ante ipsam orationem acciderit necesse est. Legatio igitur nimirum ea est, quam anno Olymp. 109, 1 ad Philippum missam esse pacis corrigendae caussa, loco proxime sequenti monstrabimus. Ejusdem certe mentionem Demosthenes facit in or. π. παραπρ. p. 447, qui locus cum verbis oratoris de Halonn. p. 77. pronunciatis adeo conspirat, ut eandem hic et illic significari legationem nulli sit dubitationi obnoxium, praesertim quum utraque oratio eodem Olymp. 109 anno 2 habita sit. [Or. π. παραπρ. verba haec sunt, τὸν γὰρ Ἡγήσιππον ὁρᾶτε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρέσβεις ὅπως ἐδέξατο. ubi v. annot. et ad p. 404, 28. Priori autem loco Demosthenes Hegesippum interfuisse legationi refert; ipsum non adfuisse, verba ipsa clare indicant. Praeterea post Olymp. 108, 2 ne obiisse quidem Demosthenem ullam ad Philippum legationem vel solo ex Aeschine constat, qui bis modo eum in Macedoniam esse profectum expresse testatur (in Ctes. p. 64), Ol. nempe 108, 2, quo tempore de pace ineunda actum est. Quae quum ita sint, exploratum id certe jam est, orationis de Halonneso Demosthenem auctorem non esse; Hegesippum esse ut statuamus, summa veri similitudo suadet." WINIEWSK. in Commentar. ad orat. de corona p. 128—133. (ad verba oratoris p. 248. Ἀλόννησον, Πεπαρήθου πόρθησιν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἡ πόλις ἠδίκητο οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα.) Denuo et longe copiosius hanc quaestionem tractavit Voemelius in Prolegomenis ad hanc orationem (Francofurti ad M. ab se editam a. 1833.), quam ipse quoque Hegesippo vindicat. Dissentit vero Voemelius (p. 36.) in eo ab Winiewskio, quod hic Demosthenem unquam de Halonneso perorasse negat, Voemelius vero Libanii accedens sententiae, vera Demosthenis oratione deperdita hanc Hegesippi de eodem argumento orationem adscribi Demostheni coepisse et a grammaticis Alexandrinis aut Pergamenis esse receptam conjicit. Similis grammaticorum quorundam de Rheso tragoedia hodie superstite opinio fuit, quam Euripidi esse adscriptam, quum genuina ejus fabula esset deperdita.

In Argumentum Libanii.

75, 1. περὶ Ἀλοννήσου] Dionysius de admir. vi Demosth. p. 994. ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς περὶ Φιλίππου ῥηθεὶς λόγος, ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἀλοννήσου, ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων τήνδε "ὦ ἄνδρες—αἰτιᾶται" ὅλος ἐστὶν ἀκριβὴς καὶ λεπτὸς καὶ τὸν Λυσιακὸν χαρακτῆρα ἐκμέμακται εἰς ὄνυχα, ἐξαλλαγῆς δὲ ἢ

σεμνολογίας ἢ δεινότητος ἢ τῶν ἄλλων τινός, ἃ τῇ Δημοσθένους δυνάμει παρακολουθεῖν πέφυκεν, ὀλίγην ἐπίδειξιν ἔχει. Idem in Epist. I. ad Ammaeum p. 737. Philippicam octavam numerat, μετὰ Λυκίσκον ἐστὶν ἄρχων Πυθόδοτος (Olymp. 109, 2.), ἐφ' οὗ τὴν ὀγδόην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν διέθετο πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις, ἧς ἐστιν ἀρχὴ "ὦ ἄνδρες—αἰτίαι." Harpocrationi aliisque grammaticis Philippica septima est. Mirum igitur quod a Photio Bibl. p. 491, 3. ὁ κατὰ Φιλίππου δεύτερος inscribi dicitur, quod Voemelius parum probabiliter sic explicat ut secunda earum esse dicatur quae post pacem contra Philippum habitae sint. Mihi δεύτερος aut librariorum aut ipsius Photii negligentia pro ἕβδομος scriptum videtur.

75, 7. ὑπὸ λῃστῶν] Sostrato duce.

ἐκβαλὼν] Ut puto, post Potidaeam captam (Olymp. 106, 1.) et ante Olynthum impugnatam (Olymp. 107, 4.). VOEM.

75, 10—24. οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους—Ἡγησίππου] Huic sententiae argumentis valde infirmis usus adversatur Photius Bibl. p. 491, 12. ἐγὼ δὲ εἰδὼς πολλάκις καὶ λόγους διαφόρων γεννητόρων πολλὴν ἔχοντας τὴν ὁμοιότητα καὶ διάφορον ἐργασίαν λόγων τὸν αὐτὸν ἐγνωκότων γεννήτορα. οὐ γὰρ ἀεὶ καθέστηκεν ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ πάντα, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτως οὐδὲ κατὰ τοὺς λόγους ἡ ἀνθρωπίνη δύναμις, ἄλλως τε δὲ οὐδὲ ἐν τοῖς καιριωτάτοις τῶν ἰδιωμάτων τοῦ ῥήτορος, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐπ' ὀλίγον ὁρῶν τὴν διαφορὰν, οὐκ ἔχω θαρρεῖν ἀποφήνασθαι, εἴτε Ἡγησίππου πόνος ὁ περὶ Ἁλοννήσου λόγος εἴτε τῆς Δημοσθενικῆς ἐλάττωμα καθέστηκε φύσεως. de quo recte Voemel. in Proleg. p. 26. "Si Photius reputavisset orationem, in qua inprimis elucet Demosthenis ingenium, de falsa legatione eodem anno habitam esse, argumentationem suam debilem esse intellexisset."

75, 25. ἀπὸ τῶν πραγμάτων] Res gestas dicit quarum in hac oratione mentio fit. FRANK.

76, 3. φαίνεται] Sic loquitur quoniam non ipsi licuit inspicere Hegesippi orationes, Libanii aetate haud dubie jam perditas: qui frequens usus verbi φαίνεται apud grammaticos. Neque enim ex verbis τοιαύτῃ γὰρ κέχρηται p. 75, 25. colligi potest quod collegit Voemelius, exstitisse eas Libanii temporibus.

76, 5. νὴ Δία] Est ὑποφορά.

76, 8. Αἰσχίνης] P. 65. H. St. Post Aeschinem perstrinxerunt comici ab Athenaeo memorati VI. p. 223.

76, 2. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι] ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι S. et Dionysius, de quo dictum ad p. 9, 1.

76, 22. αἰτιᾶται] Sc. τοὺς—λέγοντας, quod proximo verbo κωλύσουσι additum.

76, 24. δεινὸν γὰρ ἂν εἴη κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides de Dict. simpl. p. 422. REISK.

77, 6. Φίλιππος γὰρ ἄρχεται μὲν κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 140. REISK.

77, 6. λέγων] In epistola.

77, 11. ἐπρεσβεύσαμεν] Hermogenes ἐπρεσβεύομεν, et nescio an rectius, quam vulgata. REISK. Legationem autem dicit ad Philippum missam Olymp. 109, 1. cui interfuerat Hegesippus: v. orat. de f. leg. p. 447. de qua v. quae a Winiewskio dicta supra apposuimus.

77, 12. τοῦτον δὲ—ἀφελέσθαι] Idem est ac si dixisset οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι τοῦτον τὸν λόγον, δεικνύντα ὡς ἐστὶν ἄδικος, *non est difficile hanc ipsi causationem eripere, docendo injustam esse.* REISK. Non minus recte et aliquanto magis e Graecorum consuetudine poterat scribi: τοῦτον δὲ τὸν λόγον μὴ εἶναι δίκαιον οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι. V. Heindorf. ad Platon. Sophist. p. 426. SCHAEFER.

77, 15. ἐχυροὺς] ἰσχυροὺς Hermogenes.

77, 21. Λήμνου ἢ Ἴμβρου ἢ Σκύρου] Insulas post cladem ad Aegospotamos amissas ab Atheniensibus, sed recuperatas pace Antalcidea Olymp. 98, 2. V. Xenoph. Hellen. 5, 1, 31. et conf. Aeschin. de f. leg. p. 251. JACOBS.

77, 22. ἐκκόψαιεν] Ἐκκόπτειν translate non invenitur apud Demosthenem. H. l. i. q. *expellere, vi deturbare.* Xenoph. Hell. 7, 4, 26: ἐκκόπτουσι καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ λόφῳ καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβον. VOEM.

77, 26. Dele comma post ἄλλος.

77, 28. Verba καὶ πρὶν—πραττόντων sunt appositio, quam seorsum intellectam sic resolve: οἳ καὶ πρὶν ὑπέσχηνται (subaud. πράξειν), καὶ νῦν δὲ πράττουσι. SCHAEFER.

78, 3. ἄν τε λάβητε, ἄν τ' ἀπολάβητε] Citat et paraphrasi explanat h. l. (et p. 162, 16.) Eustathius ad Iliad. p. 62, 5. ed. Rom. REISK. Eustathius sua sumsit ex Athenaeo 6. p. 223. sic scribente, καὶ ἡμεῖς οὖν, ὦ Τιμόκρατες, ἀποδίδομέν σοι τὰ τῶν δειπνοσοφιστῶν λείψανα καὶ οὐ δίδομεν, ὡς ὁ Κοθωκίδης φησὶ ῥήτωρ (Aeschines p. 65, 28.) Δημοσθένην χλευάζων, ὃς Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἁλόννησον διδόντος συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν. ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεοττίδι παιδιὰν θέμενος, ἐρεσχηλεῖ τόνδε τὸν τρόπον·

> Ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
> ἀπέλαβεν, ὥσπερ ἔλαβεν. ἠγάπησεν ἂν
> τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

Quibus addit Alexidis, Anaxilae et Timoclis locos, quorum solus Timocles Demosthenem nominat. Antiphanis loco usus est etiam Plut. V. Demosth. c. 6. ὁ δὲ παρασκώπτων τῷ ἀντιθέτῳ φησὶν οὕτως·

> Ἀπέλαβεν ὥσπερ ἔλαβεν. ἠγάπησε γὰρ
> τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

ἐκτὸς εἰ μὴ νὴ Δία πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἁλοννήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης καὶ τουτὶ πέπαιχεν, ἣν (sc. Ἁλόννησον) Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου. "Ita

ludit in ἐπιδιδόναι et ἀποδιδόναι Aeschines p. 36, 26. in λαβεῖν et ἀπολαβεῖν orator c. Euerg. et Mnesib. p. 1162, 14." DOBR.

78, 5. ἀποδοῦναι dixit, non ἀποδεδωκέναι, re ipsa per se spectata, non ad tempus praeteritum relata. FRANK.

78, 11. διαδικάσασθαι] Proprie eam caussam significat, in qua duo eandem rem v. c. hereditatem petentes aut idem onus v. c. λειτουργίαν recusantes mutuo et certatim jus persequuntur, ac quaeritur, utri magis competat. VOEM.

78, 12. πρῶτον μὲν] Deest verbum oppositum, quod sequi debebat: ἔπειτα, non deest sententia opposita. Nam hoc dicit orator: *irridet vos, judicio rem de Halonneso transigi jubens: primum enim de insulis ridiculum foret Athenienses, maris dominos, cum Macedone litigare; deinde terram continentem videremur sic ultro concedere.* FRANK.

78, 13. τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμ.] I. e. Pellaeum, hominem Pella oriundum. Cf. p. 247, 16. καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν, ὡς τῷ μὲν ἐν Πέλλῃ τραφέντι, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ, τοσαύτην μεγαλοψυχίαν προσῆκεν ἐγγενέσθαι κ. τ. λ. Pellae enim nati Philippus ille et Alexander filius ejus habitabant. Strab. 16. p. 752 C. Mela 2, 3, 1. Quare Juvenalis Sat. 10, 168:

Unus Pellaeo juveni non sufficit orbis. VOEM.

78, 19. ἐὰν μὴ Φίλιππος αὐτοὺς πρίηται] χρήμασι διαφθείρῃ δωροδοκοῦντας καὶ πιπράσκοντας ἑαυτούς. Nam πρίασθαί τινα est corrumpere largitionibus: πιπράσκειν ἑαυτὸν, corrumpi. Est enim merces auctoramentum servitutis. WOLF.

78, 21. ἐν τῇ ἠπείρῳ] Lacedaemonii terra magis, mari Athenienses tyrannidem in Graecos exercuerunt; si ergo mari cedent Athenienses, quanto magis terra? WOLF. Apte citat Jacobsius Isocr. orationem de pace, inprimis p. 182 D: Τὰς μὲν τυραννίδας ἡγεῖσθε χαλεπὰς εἶναι καὶ βλαβερὰς οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔχουσιν αὐτὰς, τὴν δ' ἀρχὴν τὴν κατὰ θάλατταν μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, τὴν οὐδὲν οὔτε τοῖς πάθεσιν οὔτε ταῖς πράξεσιν τῶν μοναρχιῶν διαφέρουσαν. Conf. Xenoph. Rep. Ath. cap. 2. Vide Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 59 sqq. et passim. VOEM.

78, 25. συμβόλων] σύμβολα (a quibus differunt συμβόλαια, *contractus s. pacta privata*) sunt *pacta publica* ad juris praebendi repetendique commercium (δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν) pertinentia, quibus inter civitates, maxime eas, inter quas frequens commercium erat, de formula juris, qua singulis utriusque populi civibus in rebus repetendis utendum esset, convenit. *His conventis quum constitutum esset ut iisdem mercaturae commodis cives utriusque civitatis fruerentur, portubus, facultate mercium importandarum vel exportandarum, liberoque commercio; deinde ne libertas neve bona peregrinantium ibi laederentur, necesse erat etiam modus describeretur, quo, qui laesi essent, jus suum peterent, regulaeque constituerentur, secundum quas in singulis litibus cautum esset ut jus aequum diceretur; denique legitimus ordo judicii expo-*

nendus erat, quo foro, quibus magistratibus, judicibus, rationibus et actionibus litigatores uti deberent (ex Voem.). FRANK. Citat h. l. Harpocration s. v. *σύμβολα*.

78, 26. *τοὺς ποιησομένους*] Sc. *σύμβολα*.

78, 27. *ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ὑμῖν*] Athenienses enim imperio maris freti hanc legem observabant, ut pacta conventa cum exteris civitatibus ineunda Athenis a thesmothetis (i. e. in judicio Heliastarum, cui thesmothetae praesidebant) confirmarentur, contra quod Philippus postulavit ut pacta non prius, quam ad ipsum relata et a se comprobata essent, rata haberentur. Pollux 8, 88. *καὶ τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσιν* (*οἱ θεσμοθέται*). V. Schoemann. de lite Attica p. 775 sqq. VOEM.

78, 28. *ἐφέσιμον—ποιούμενος*] *Dum ita vestram cognitionem* (i. e. *ἃ ἂν ὑμεῖς γνῶτε* s. quae vos censueritis s. decreveritis) *ad se* (tamquam arbitrum) *referendam curat.* Non agitur h. l. de provocatione s. appellatione quam dicunt. FRANK.

79, 2. *ὑμῶν*] Genitivus pendet a *τοῦτο*: *hanc vestram concessionem ante capere* (sc. quam pacta confirmentur) *vult.* Non agitur de capta olim (Ol. 105, 3.) Potidaea, quam rem nihil ad juris commercium pertinere patet, sed de bonis, quae rex privatis et singulis eripuerat. Etenim ejectis Atheniensium agripetis agrum Potidaeensem (cum fundis illorum Atheniensium) Olynthiis tradiderat (cf. p. 70 sq. et 105); post expugnatam autem Olynthum non solum Potidaeam urbem agrumque publicum suae dominationi vindicavit, sed etiam Atheniensium, qui olim in ea urbe habitaverant, rem familiarem ac privatam tenuit, quam cives frustra postulabant. Itaque si Philippus conventis illis, priusquam confirmaret, tale quid addidisset: si bona alicujus fuerint in possessione tertii, dominus in jus vocato eum, unde tertius accepit, illa civium Atheniensium bona, quia ab Olynthiis repeti non poterant, ex jure retinuisset (ex Voem. p. 54. et 125). FRANK.

ὁμολογούμενον— καταστῆσαι] Citat Thomas M. p. 819. SCHAEFER.

79, 5. *αὐτὴν ἐκεῖνον λαβεῖν* intellige non solum urbem, sed etiam agrum urbanum et fundos, qui in eo florebant. Ut Phil. 2. p. 70. *Ποτίδαιαν δ' ἐδίδου* sc. *'Ολυνθίοις*, i. e. *τὴν χώραν δ' ἐκείνοις ἐδεδώκει καρποῦσθαι*, ut ibidem explicatur. VOEM.

79, 8. *συμμαχίας καὶ ὅρκων ὀμωμοσμένων*] Neque de foedere Potidaeatarum cum Philippo facto neque de jurejurando a Philippo praestito quidquam innotuit. FRANK.

79, 11. *ταῦτα δὴ βούλεται κ. τ. λ.*] *Φίλιππος δὴ βούλεται βεβαιώσασθαι πανταχόσε παρ' ὑμῖν, ὅτι οὔτε ἐγκαλεῖτε αὐτῷ ταῦτα τὰ ἀδικήματα, οὔτε ἡγεῖσθε ἀδικεῖσθαι.* WOLF.

79, 13. *συμβόλων—'Αθηναίους*] Citant h. l. Harpocration et Thomas M. p. 819. in v. *σύμβολα*. REISK.

79, 19. *ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερον*] V. ad p. 35, 7. "Liban. vol. 4. p. 241, 30. *ἐγὼ* (Philippus) *παῖς ὢν 'Αμύντου φόρους 'Αθηναίοις φέροντος.* et similiter ib. p. 972, 9. Conf. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 443." JACOBS.

79, 23. *αἱ κατὰ μῆνα*] I. q. *αἱ ἔμμηνοι*, non quod singulis mensibus instituerentur, sed quia intra triginta dies dirimendae erant. FRANK.

79, 24. *τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας*] Μακεδόνας καὶ Ἀθηναίους. Sed cur hanc clausulam addit? Quia Atheniensibus in Macedonia, Macedonibus Athenis jus suum persequi grave erat. Macedo in Atheniensem in Macedonia negotiantem Macedonicis legibus agat, nec necesse habeat Athenis illum accusare, etc. WOLF.

79, 25. *οὐδενὸς τοιούτου*] *οἷον νῦν αἱ ἐμπορικαὶ δίκαι εἰσίν.* FRANK.

οὐκ ἐλυσιτέλει] Propter itinerum longinquorum sumptuosorumque necessitatem, quam illa pacta et actori, cui forum rei sequendum erat, et reo, si actor amissa caussa ad domesticos judices provocasset. imponebant. Itaque illo tempore ea quisque in terra, qua litem contraxerat, in jus vocabatur. Ceterum orator, si accurate loqui voluisset, aut *ἡμεῖς τε τοῖς παρ' ἡμῖν νομίμοις ἐκεῖνοί τε τοῖς ἐκεῖ τὰς δ. ἐλαμβ.*, quia *τὰς δίκας λαμβάνειν* actoris est jus suum persequentis, aut *ἡμεῖς τε τοῖς ἐκεῖ νομίμοις ἐκεῖνοί τε τοῖς παρ' ἡμῖν τὰς δίκας ἐδίδοσαν* scribere debuit; nunc maxime de actore cogitans. cui molestior haud dubie illa proficiscendi necessitas quam reo erat. negligentius scripsit. Nam ne vv. *τὰς δίκας ἐλάμβ.* interpretere *poenas dabant* impediunt proxime antegressa verba. FRANK.

80, 2. *ὑποδοχήν* i. e. *ὑπόληψιν*, *ad impetrandum, ut homines opinentur, vos* etc. REISK. Pseudo-Dem. Epist. 3. p. 1482: *ἐργολαβοῦσι καθ' ὑμῶν εἰς ὑποδοχὴν πραγμάτων, ὧν διαψεύσειεν αὐτοὺς ὁ λογισμός.* VOEM.

80, 6. *εἰς τὴν θάλατταν*] I. e. *εἰς τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχήν*: *induci in maris arbitrium atque velut in provinciam a legitima potestate immitti.* REISK.

80, 12. *καὶ μὴ μόνον*] Pendent a partic. *ἀξιῶν*. Perfectum (*κεκομικέναι*) de re quae facta est (*ἐλεγχθέντες γάρ τινες τῶν Θασίων, ὡς μέλλουσι Φιλίππῳ προδιδόναι τὰ πράγματα, ἐφυγάδευνται ἐκ τῶν πολιτῶν. τούτους ὁ Φίλιππος πείσας τοὺς περὶ τὸν Χάρητα κατήγαγε.* SCHOL.), aoristum (*οἰκειώσασθαι*) de re, quam rex cuperet fieri. positum esse patet. neque offendit particula *μὴ*. quam infinitivus a v. *ἀξιῶν* aptus efflagitabat. Non est autem cur *ἀξιῶν* *aequum censens* interpretere: vult rex non tantum exsules Thasum reduxisse. sed etiam reliquas insulas sibi vindicare. i. e. non contentus eo, quod—reduxit, majora affectat. FRANK.

80, 18. *ὁ δ' οὐδὲν—οἰκοδομεῖται*] Citat h. l. Thomas M. v. *κατασκευάζω* p. 509. et Minucianus p. 156. ubi sub enthymemate *ἀπ' ἀφορμῶν* cum locum hunc recitasset. haec addit: *ἐκ γὰρ τούτων τὸ ἐπιβουλεύειν τῇ θαλάττῃ τὸν Φίλιππον συνέστηκεν* (id est *συνέστησεν*). *collegit.* vel *argumentis demonstravit.* orator puta. REISK. Phil. II. p. 74 negat Demosthenes Philippum Olymp. 108. 2 classem habuisse, quae Atheniensi par esset. VOEM.

80, 22. *προτιμᾷ*] Photius s. v. Προτιμᾶν· τὸ φροντίζειν. καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Ironice variatur ὁ δ' οὐδὲν δεόμενος τῆς θαλάττης. VOEM.

οἴκαδε λαμβάνειν] οἴκαδε λαμβάνειν dicitur is dona, qui ab amico foris vel peregre agente missa accipit ultro delata, ex insperato, nullo suo promerito, et citra obligationem referendae gratiae. Sententia est: Illi autumant, Philippum dona ad se Athenas mittentem mittere dona in Macedonia nata; at ille nihil aliud ipsis mittit quam exiguam particulam fortunarum patriae, quas ipsi antea Philippo vendiderunt. Conf. p. 157, 7. REISK. οἴκαδε λαμβάνειν δωρεὰς intelligo *dona accipere domum transferenda*. AUGER. Simpliciter est *rem familiarem augere*. Id tantum abest ut illi homines consequantur, ut etiam quae prius possidebant disperdant. Conf. p. 157, 10. οἱ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς οἴκαδε λαμβάνειν νομίζοντες οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες οὐδ' αἰσθάνονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες. SCHAEFER.

80, 29. Περὶ δὲ—πρὸς ὑμᾶς] *Jam de pace, cujus emendationis legati ab eo missi licentiam nobis dederunt, quia id emendavimus, quod apud omnes mortales justum censetur, ut utrique sua teneant, eam se licentiam dedisse et de ea legatos ad vos dixisse negat.* AUGER. Ad δεδωκέναι subaudias τοῦτο τὸ ἐπανόρθωμα. SCHAEFER.

81, 2. ὅτι ἐπηνωρθωσάμεθα] His verbis caussa, cur Philippus se haec concessisse negaverit, continetur; ἐπηνωρθωσάμεθα autem praegnanter dictum est: *quia corrigendo pacis formulam hoc posuimus, ut* cett. FRANK. Ol. 108, 2. auctore Philocrate hoc tanquam fundamentum pacis erat constitutum: ἑκατέρους ἔχειν ἃ ἔχουσιν p. 83, 12: unde patet, cur orat. de pace p. 63, 15. dicatur, Amphipolim ex pace Philippo cessisse (conf. h. l. p. 82, 23. p. 83, 10.), Cardiam αὐτόνομον mansisse. Nunc vero, quum Philippus promissis quibusdam non stetisset, multaque in Thracia, in Phocide, alibi novasset, Athenienses, impetrata a Philippo pacis corrigendae venia, Olympiade, ut videtur, 109, 1. suasu oratoris nostri (h. l. p. 81, 15. 82, 25.) decreverunt, ἑκατέρους ἔχειν τὰ ἑαυτῶν p. 81, 3; quam conditionem Philippus ratam esse non jussit. WEISKIUS.

81, 7. ἐν τῷ δήμῳ] Coram tot hominum millibus palam et clare dicta, quorum si qui dictorum sint obliti, tot tamen alios superesse necesse sit eorum adhuc memores. Arguit et ridet cum impudentiam adulatorum Philippi, tum absurditatem commentorum, quibus eum ductent. REISK. Atheniensium oblivione oratores abutebantur. Dem. f. leg. p. 342: τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν δέδοικα μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποιήκῃ. Cf. Cor. p. 303. Aeschin. c. Ctes. p. 614. VOEM.

81, 11. παραχρῆμα] Ad χειροτονῆσαι referendum: fieri non potest ut in re praesenti, statim post habitas a legatis ora-

tiones, quum illico senatusconsultum recitaretur, illam, quae in legatos mentitur (i. e. quam Philippus in legatos suos mentiri simulat) sententiam decreveritis. FRANK.

81, 13. τὴν καταψευδομένην γνώμην τῶν πρέσβεων] Non ementitum decretum, sed γνώμην τὴν καταψευδομένην τῶν πρέσβεων, decretum, quod de legatis mentitur. Sic infra [v. 18.] αὐτοὶ, ὧν κατεψεύδετο τὸ ψήφισμα, ipsi, in quos mentiebatur decretum. Haec intelligenda sunt de confictis querelis et falsis excusationibus Philippi, qui dicat, Athenienses alia perscripsisse in suo senatusconsulto quam quae legati sui habuerint in mandatis aut Atheniensibus polliciti fuerint. WOLF. Plebiscitum, quod ait Philippus de legatis suis falsa comminisci, mendacia perhibere. REISK. Add. v. 20. SCHAEFER.

81, 14. τοῦτο μὲν] Non sequitur quod respondeat particulae μέν. Nempe intelligebant alia a Philippo contra ipsum oratorem, legis de emendanda pacis formula rogatorem, scripta esse (cf. §. 34.) FRANK.

81, 18. ὅτ' ἀπεκρίνασθε αὐτοῖς ἀναγιγνώσκοντες] Id est ὅτε ἀνεγιγνώσκετε αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν ἀπόκρισιν. REISK.

81, 19. ξενίαν] Unus ex amplissimis honoribus erat (Cicero de Orat. 1, 54), quod legati exterarum civitatum, sicut Atheniensium legati post munus renunciatum aliique de populo bene meriti, publice atque e psephismate tanquam ad signum hospitalitatis ad epulas in Prytaneo sive Tholo exstructas invitabantur. ἐπὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν, Aeschin. fals. leg. p. 208, vel ἐπὶ ξενικὴν τράπεζαν, Aeschin. c. Ctes. p. 616. VOEM. Libri alii ξενίᾳ, unus ξενια sine accentu, quod ξένια esse videtur. Perpetua haec est librorum inconstantia in hac formula, cujus exempla collegit L. Dindorfius in Thesauro Steph. vol. 5. p. 1643. 1647. ex quibus apparet ἐπὶ ξενίαν minimum habere fidei, apud veteres certe, plus ἐπὶ ξενίᾳ, plurimum ἐπὶ ξένια, quod loci qui τὰ articulum habent adjectum, quales nulli sunt in ceterarum formarum exemplis, omnem prohibent mutationem iisque insuper inscriptionum (v. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 123. n. 84, 17. p. 126. n. 87, 26.) accedit auctoritas. Quamobrem nostro quoque loco praeferendum ἐπὶ ξένια.

81, 24. ὁ Πύθων—ὁ τότε πρεσβεύων] Quam Olymp. 109. 1 Pytho obibat legationem, ea Philippus Athenienses, ut de controversiis secum convenirent, provocavit. Ad componendam igitur omnem discordiarum materiam Athenienses primum, ut Amphipolin sibi Philippus redderet, postulabant. (v. hujus orat. p. 82, 83), tum ut ceterae quoque Graeciae civitates, magnae parvaeve, etiamsi non essent in pacem foedusque receptae, et pace tamen et libertate ita fruerentur, ut si quando in discrimine versarentur, ii, qui essent pacis participes facti, liberam civitatem in potestatem alienam redigi non sinerent (l. c. p. 84), deinde ut omnes in Thracia possessiones, quas inter pacis cum Atheniensibus pactionem occupasset Philippus, Serrhion, Ergisce, Hieronoros, reliquae rursus sibi restituerentur, l. c. p. 86;

denique ut Cersobleptes quoque ad pacem foedusque admitteretur. Dem. or. π. παραπρ. (Olymp. 109, 2 habita) p. 398, quo loco de ἐπανορθώσει τῆς εἰρήνης sermo est, eadem nimirum ipsa, quam Athenienses Olymp. 109, 1, quum Pytho legati munus obibat, proposuerunt. Haec continuisse Atheniensium decretum videtur, quod conscripsisse se fert auctor or. de Halonn. ad illam Pythonis legationem de Hal. p. 82. Eodemque haud dubie et Halonnesus repetita est. V. l. c. p. 77. Id igitur responsum retulisse Philippo legatio Atheniensium videtur ea, quam auctor or. de Halonn. memorat p. 77. Legati vero nec amice a Philippo excepti sunt, nec eum ad explenda Atheniensium desideria propensum invenerunt. Dem. π. παραπρ. p. 447. Insequenti igitur statim anno, Olymp. 109, 2, Philippus novam Athenas legationem misit cum epistola, cujus argumenta singula in or. de Halonneso recensentur. Coram his enim legatis habita haec oratio est, secundum Dionys. Hal. Ep. 1, ad Amm. §. 10. (πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις), Olymp. 109, 2. Huic tamen legationi non interfuit Pytho. Ejus enim ut absentis meminit auctor de Halonn. p. 81. Πύθων, ὁ τότε πρεσβεύων. WINIEWSKI Comment. p. 140, 141. De Pythone conf. ad p. 272, 15.

82, 3. χρήματα ἐκεῖνον αἰτούντων] Oratores Philippo adversantes dicuntur sycophantae, facile tacituri, si rex eorum silentium pecunia numerata emere vellet. SCHAEFER.

82, 8. ἐκέλευσεν—ἐπιτιμᾶν] Citantur in Anecd. Bekk. p. 136, 12. SCHAEFER.

82, 10. ἐν τῇ εἰρήνῃ] In pacis formula. VOEM. Sic iterum ἐκ τῆς εἰρήνης v. 19.

82, 25. τῷ δὲ Φιλοκράτους ψηφίσματι] Orator h. l. et p. 83, 17. se dicit decretum rogasse, quo lex Philocratea contra ratas leges perlata abrogaretur et pax cum Philippo constituta emendaretur. Tres sunt autem leges Philocrateae de pace: 1) Olymp. 108, 1, quam subscripsit Demosthenes et παρανόμων Lycinus accusavit. Quae a nostro non significatur; nec magis 2) quae Olymp. 108, 2 de legatis ad Philippum mittendis assentiente Demosthene sancita est. Intelligenda igitur 3) lex, quam Aeschine suadente 16. Scirophorionis ejusdem anni Philocrates pertulit, quum pacis constituendae rationem haberet. Quamquam autem Demosthenes concionem, qua id actum erat, singulariter accurateque recensuit (p. 346. 365.) et decretum toties tetris contumeliis confodit, tamen a sese formulam Philocrateam emendatam esse nusquam dixit neque auctorem tam leniter quam noster orator tractavit. Cum lenitate Hegesippi confer Demosthenis vehementiam in Philocratem irrumpentis Cor. p. 310. f. leg. p. 345. VOEM.

82, 29. καθ' ἃ ἐκτήσασθε] *Per quae acquisiveritis* (pluralem ponit, quia pluries ex decreto coloni missi sunt qui illam partem Thraciae occuparent); non *per quae possidebatis* (ἐκέκτησθε). FRANK.

83, 6. ἐξήλεγχον] Quia rogatione sua effecit ut Philippus, quod per legatos promiserat nihil tale rogatum iri sperans, id jam per literas infitiaretur. FRANK.

83, 18. τῆς δ' ἐπιστολῆς—ἐπιλέλησται] Citantur in Anecd. Bekk. p. 136, 17. SCHAEFER.

83, 22. τῶν ἐχόντων] Amphipolim Olynthii tenebant, quum Philippus occuparet. VOEM.

κἀκεῖνος—κέκτηται] Ironicum orationis colorem arguit ipsum illud ὡς ἔοικεν, quod eodem modo usurpatum legitur infra p. 85, 20. SCHAEFER.

83, 26. Ἀπολλωνίαν] Apolloniam remotissimam Chalcidicensis societatis urbem et Pallenem regionem meridionalem Philippus occupavit bello Olynthiaco Olymp. 107, 4. a. Chr. 348. VOEM.

84, 2. σφόδρα καταπεφρονηκέναι] Subaudiendum, non addendum, ὑμῶν, quod etiam Augero placet. Sic hoc verbum passim ponitur absolute. In Prooem. Demosthen. p. 1448, 8. ὅσῳ γὰρ ἂν μᾶλλον καταφρονήσωσι, τοσούτῳ θᾶττον ἁμαρτήσονται. Xenophon Cyrop. 2, 4. 22. νῦν δ'—καταφρονεῖ. Quanquam vix repugnem, si quis in talibus locis quicquam oportere subaudiri neget: καταφρονεῖν enim ita positum nihil aliud videtur significare quam εἶναι φρονηματίαν, *fastu turgere, efferri*. SCHAEFER.

84, 3. ἐψηφίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν] Ol. 102, 1, quum Lacedaemone in consessu Graecorum compellente per legatos Artaxerxe pax Antalcidea renovaretur, ut civitates sociae (Amphipolitae autem coloni Atheniensium erant) libertate fruerentur suique juris essent. Ceterum orator post aoristum ἐψηφίσαντο, quo decrevisse aliquando Graecos, non item adhuc ratum haberi illud decretum (ἐψηφισμένοι εἰσί), indicat, perfectum ὡμολογήκασι ponit, ut hanc confessionem Graecorum, cujus illud decretum documentum erat, adhuc durare significet. FRANK.

84, 6. περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπανορθώματος] Apodosis seu restauratio et completio sententiae hic coeptae habetur versu 17. in illis, τοῦτο δὲ τὸ ἐπανόρθωμα. REISK.

84, 11. μὴ μόνον] *Non jungenda, sed μή solum per se intelligendum, μόνον autem referendum ad sequentia, cum sit i. q. μόνους.* SCHAEFER. Sed tum opinor μόνους scriptum oportuit. Μὴ μόνον refertur ad vv, ἀλλὰ καὶ τούτους—σωτηρίαν, quorum loco si omissis verbis τοὺς δὲ—ἀπόλλυσθαι scriptum esset sic: ἀλλὰ καὶ τοὺς μηδετέρων ὄντας συμμάχους (scil. εἰρήνην ἄγειν), nihil quidquam offenderet. FRANK.

84, 19. Φεραίων] Pheras expugnavit Olymp. 109, 1. (s. 344. a. Chr.) FRANK.

84, 21. δή] Ironicum. V. Markland. ad Euripid. Supplic. 521. SCHAEFER.

Ἀμβρακίαν—Ἀλεξάνδρῳ] Epirum aggressus est Olymp. 109, et dum Elide ii, qui ab ipsius parte stabant, adversarios supprimebant suosque ipsorum cognatos ac cives interficiebant (f. leg. p. 424). Eleorum colonias Pandosiam, Bucheta et Elateam

sive Elatriam in Cassopia igne vastata Alexandro affini tradidit, qui dimidium Molossorum regnum tenebat, dum Arymbas avunculus proximo tempore (Olymp. 109, 3 Diodor. 14, 72) mortuus est (Winiewsk. Comment. p. 156. male secutus est Justinum 8. c. ult. fortasse corruptum.) Simul autem Philippus in Ambraciam Molossis finitimam et in Leucadem, inter quas Corinthiorum colonias Acarnania interjecta erat, expeditionem paravit, ut sibi in Euboeam et Peloponnesum penetraturo omnia a tergo tuta essent. Conf. Phil. III. p. 120. Ex oratione de Halonneso patet narrata evenisse post Thessaliam compositam et ante eam orationem, quae Olymp. 109, 2 habita est. Conf. Phil. III. p. 118: *ἐφ' Ἑλλήσποντον οἴχεται, πρότερον ἧκεν ἐπ' Ἀμβρακίαν.* Atqui in Hellespontum profectus est Olymp. 109, 2 exeunte. Diodor. 16, 71. VOEM. Proleg. p. 42. 43.

84, 22. Κασσωπίᾳ] In meridionali parte Epiri. FRANK.

Πανδοσίαν] Harpocration, Π. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν ἐν Κασσωπίᾳ πόλεων, ὧν ἐστὶ καὶ Πανδοσία, Θεόπομπος ἐν τρίτῃ ἱστόρηκεν. Cf. Steph. Byz., Hesych. VOEM.

84, 23. Βούχετα] Harpocrat. Βούχετα, Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῶν ἑβδόμῳ. πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, πληθυντικῶς οὐδετέρως λεγομένη, ἥν Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ὠνομάσθαι φησὶ διὰ τὸ τὴν (Λητῶ ἤτοι Etym. M.) Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖσε κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.

84, 24. εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος] *Irruptione facta in urbes.* SCHAEFER.

84, 25. Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ] Erat enim Olympiadis, uxoris Philippi, frater. V. Harpocrat. s. v. Ἀλέξανδρος.

84, 26. σφόδρα γε] Ironice.

85, 1. πρὸς τοὺς Ἕλληνας] Inprimis apud Peloponnesios, quos orator cum Demosthene aliisque legatus adiverat Ol. 109, 1. FRANK.

85, 3. ἐν ἐπιστολῇ] Epistola Philippi cum reliquis literis publicis servabatur in Metroo, tunc autem ob aliquam caussam, fortasse ob caussam de falsa legatione, in curiam lata est, ideo dicitur ᾗ ἐστι νῦν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Conf. f. leg. p. 381. Aedes matris deorum curiae vicina erat. Aeschin. c. Ctes. p. 576. Pausan. 1, 3. 4. VOEM. Orator eam epistolam dicit, quam rex decem legatis e priore legatione domum redeuntibus ante pacem, juramento confirmatam et ante societatem initam tradidit civibus perferendam Anthesterione fere Olymp. 108, 2. Conf. Demosth. p. 443. Aeschin. f. leg. p. 227. 231. VOEM. in Proleg. ad Philipp. II. p. 24.

85, 6. ἃ γράφειν ἂν ἤδη] Conf. de f. leg. p. 353. *ὁ γὰρ εἰς τὴν προτέραν γράψας ἐπιστολήν, ἣν ἠνέγκαμεν ἡμεῖς, ὅτι ἔγραφον δ' ἂν καὶ διαρρήδην ἡλίκα ὑμᾶς εὖ ποιήσω, εἰ εὖ ᾔδειν καὶ τὴν συμμαχίαν μοι γενησομένην, γεγονυίας τῆς συμμαχίας οὔ φησιν εἰδέναι τί ἂν ποιῶν χαρίσαιτο οὐδ' ὃ αὐτὸς ὑπέσχετο.* Infinitivus est orationis obliquae. FRANK.

85, 7. *δῆλον ὡς—γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης*] Haec Tiberius p. 42. sic citat: *δῆλον γὰρ ὡς προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων τῶν ἀγαθῶν, ἐμέλλομεν ὑπ᾽ ἐκείνου, τῆς εἰρήνης γινομένης· γινομένης δὲ τῆς εἰρήνης.* Verte: *nimirum quasi in promtu parataque essent bona, quae percepturi essemus, si pax convenisset.* SCHAEFER.

85, 10. *ἐκποδών*] Anecd. Bekk. p. 244. 1[illegible]. *Ἐκποδών: ἀφανής, ἐκ μέσου.* SCHAEFER.

85, 16. *τὰ μέντοι εὐεργετήματα—αἱ δωρεαὶ ἔσονται*] Citat Tiberius p. 34. sic scripta: *τὰ μέντοι Φιλίππου εὐεργετήματα τοιαῦτα ἔσται· οὔτε τὰ ὑμέτερα ὑμῖν αὐτοῖς ἀποδώσει, οὔτε ἐν τῇ οἰκουμένῃ αἱ τιμαὶ ἔσονται.* ad q. l. Boissonadus: "Vat. non *μέντοι*. Gal. non *αὐτοῖς*." SCHAEFER.

85, 17. *τῇ οἰκουμένῃ*] H. l. de tota Graecia intelligendum, quam late patuit. Sic etiam p. 242, 1. Scholiastes ad Aristophan. Equit. 739. *λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην.* V. L. Bos. Ellips. p. 431. SCHAEFER.

85, 18. *ἵνα μὴ διαβληθῇ*] Ne apud Graecos (Thessalos puta, Thebanos, Messenios, alios) in calumniam atque suspicionem veniat, quasi jam non amplius in fraudem Atheniensium acturus. FRANK.

85, 21. *περὶ δ᾽ ὧν—ἐχόντων*] I. e. *περὶ δὲ τῶν χωρίων, ἃ—εἴληφεν ὑμέτερα ὄντα.* Castella autem, quorum h. l. mentio fit, in ora Thraciae sita quum non Atheniensium, sed eorum socii Cersobleptis, regis Thracum, essent, tamen Atheniensium praesidio firmata erant. Cf. Philipp. III. p. 114. FRANK.

85, 27. *τίνι μηνὶ καὶ τίνι ἡμέρᾳ*] Elaphebolionis die 19. sive 20 Martii *pax et societas in concione Athenis facta et confirmata*, ejusdemque mensis die 24 sive 25 Martii jurejurando mutuo per legatos regis exacto pax foedusque sancitum est et eodem die aut postridie Hieron-Oros, quo Cersobleptes confugerat, a Philippo expugnatum.—Munychionis 3. die sive Aprilis 2. legati Atheniensium denuo profecti sunt. Thargelionis die 22. sive 21 Maii *castellis* Thraciae expugnatis et Cersoblepte devicto cum ejusdem filio obside Philippus Pellam rediit; Scirophorionis (Junii) initio Pheris ipse juramento pacem sanxit. VOEM.

τίνι ἡμέρᾳ] Alii libri *ποίᾳ ἡμέρᾳ*, et recte fortasse. Aeschin. de f. leg. p. 57. (416. Reisk.) a Frankio comparatus, *ἀνάγνωθι, ἐπὶ τίνος ἄρχοντος καὶ ποίου μηνὸς καὶ ἐν τίνι ἡμέρᾳ καὶ ἐν ποίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐχειροτονήθη κ. τ. λ.*

86, 5. *τὸν μὲν Καρύστιον*] Res prorsus ignota est; sed si hariolari licet, Philippus videtur turbis eo tempore in Euboea excitatis quum Geraesto prope Carystum insidiaretur (v. Philipp. I. p. 49.) hujus urbis incolam quendam, Atheniensium proxenum, interfecisse. *Καρύστιον* enim putamus etiam h. l. esse nomen gentile. VOEM.

86, 6. *πρόξενον*] *πρόξενός ἐστιν ὁ προστάτης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει ἄλλης πόλεως.* Schol. Aug. Recte proxenus a scholiasta dicitur e peregrinis civibus electus esse, neque urbis fuisse civis, cujus

negotia procurabat et cujus legatos, negotiatores omnesque cives adjuvabat (*Handel consul*). Vide Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 55. VOEM. Add. Meier. in comment. de proxenia Graecorum Halis edita a. 1844.

86, 13. ἔξω Ἀγορᾶς] *Ultra Agoram.* Est urbs Chersonesi: v. schol. et quos interpretes citant Herodot. 7. 58. Scylac. p. 28. Steph. Byz. s. h. v.

86, 14. Ἀπολλωνίδῃ τῷ Καρδιανῷ] Per quem olim (Olymp. 106. 4.) Charidemus Orita Philippo Cardiam obtulerat. V. e. Aristocr. p. 681, 27. FRANK.

86, 15. καίτοι Χερρονήσου οἱ ὅροι κ. τ. λ.] Scholiastes ad Hermogen. p. 401. Τιβέριός φησιν ὅτι ἐνάργεια γίνεται κατὰ μὲν ἔννοιαν, ὅταν μὴ μόνον λέγῃς τόπον, ἀλλὰ τὰ παρακολουθοῦντα τῷ τόπῳ σημεῖα. οἷον ἐν τῷ τῆς Ἀλοννήσου· καίτοι τῆς Χερρονήσου οἱ ὅροι εἰσὶν οὐκ ἀγορὰ, ἀλλὰ βωμὸς Διὸς τοῦ Ὁρίου. καὶ ποῦ ὁ βωμός; ὅς ἐστι μεταξὺ Πτελεοῦ καὶ Λευκῆς ἀκτῆς. εἶτα πάλιν ἄλλο σημαντικόν· οὗ ἡ διωρυχὴ Χερρονήσου ἔμελλεν ἔσεσθαι. REISK.

86, 16. τοῦ Διὸς τοῦ ὁρίου] Plat. Leg. 8. p. 842 fin.: Διὸς ὁρίου μὲν πρῶτος ὅδε νόμος εἰρήσθω· μὴ κινείτω γῆς ὅρια μηδείς etc. Dionys. Hal. A. R. 2. 74. Κελεύσας γὰρ ἑκάστῳ περιγράψαι τὴν ἑαυτοῦ κτῆσιν καὶ στῆσαι λίθους ἐπὶ τοῖς ὅροις, ἱεροὺς ἀπέδειξεν (sc. Numa) ὁρίου Διὸς τοὺς λίθους. VOEM.

86, 17. Πτελεοῦ] De Pteleo hoc locus noster singulus esse videtur. Alia sunt multa oppida ejusdem nominis. VOEM.

διωρυχὴ] De perfossione Chersonesi v. Phil. II. p. 73. VOEM.

86, 22. Λευκῆς] Subaud. ἀκτῆς. Quae ellipsis notanda. SCHAEF.

86, 23. ἀμμορίης] Ἀμμορίη *disjunctio, discretio*. i. q. limites, quibus Chersonesitae utrimque discernantur. Genitivus autem pendet a substantivo μέσος, i. q. μεσίτης, ita ut Jupiter h. l. *medius limitum* (v. Göller. ad Thuc. 4. 83.) i. e. arbiter sive sequester limitum dicatur. FRANK. ἀμορία *disjunctio*, ut συμμορία *conjunctio*. SCHAEFER.

87, 1. πρὸς Καρδιανοὺς] Non cohaeret cum ἐπιστέλλει, sed cum διαδικάζεσθαι. Constructio paulo intricatior ita est expedienda: ἐν τῇ νῦν πρὸς ὑμᾶς πεμφθείσῃ ἐπιστολῇ ἐπιστέλλει ὑμῖν, ὅτι δεῖ ὑμᾶς διαδικάζεσθαι πρὸς Καρδιανοὺς, *vobis in jure agendum esse cum Cardianis.* Tum rursus veluti suspirans et indignans atque fremens iterat πρὸς Καρδιανοὺς, *cum Cardianis, me miserum!* REISK. Post διαδικάζεσθαι pone subdistinctionem. SCHAEF. Conf. Philippi Epist. p. 161, 20. Καρδιανοῖς δέ φημι βοηθεῖν, γεγονὼς αὐτοῖς πρὸ τῆς εἰρήνης σύμμαχος, οὐκ ἐθελόντων δ' ὑμῶν ἐλθεῖν εἰς κρίσιν, πολλάκις μὲν ἐμοῦ δεηθέντος, οὐκ ὀλιγάκις δ' ἐκείνων. Quod factum olymp. 109, 2. V. Winiewsk. Comment. p. 197 sq.

87, 9. Κάλλιππον Παιανιέα] V. Libanii argumentum p. 76, 4. Fuit discipulus Isocratis, quem v. de antid. p. 442, ed. Bekk.

88, 1. τὸν ἐγκέφαλον κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 250. Eustathius ad Iliad. p. 1015, 44. REISK. Reprehendit non

solum Hermogenes, sed etiam Longinus de subl. 38, 1. loco non integro . . . στοι (καταγέλαστοι Dobraeus) καὶ αἱ τοιαῦται (sc. ὑπερβολαί) "εἰ μὴ—φορεῖτε."

88, 4. *γράψαι τὴν ἀπόκρισιν*] Hoc psephisma in ipsis comitiis adhibito scriba publico conscriptum esse ab oratore putat Schoemannus Comit. p. 118. Id quidem nonnunquam factum esse probat supra §. 19. Sed videtur esse similius veri, responsionem jam ante conscriptam, et in comitiis a praecone recitatam fuisse; *γράψαι τὴν ἀπόκρισιν* non interpretamur *scribere responsionem*, sed *rogare*. VOEM.

VIII.

DE CHERSONESO.

"Orationes de Chersoneso et Philippicam tertiam Dionysius Hal. Ep. I. ad Ammaeum p. 737. 738. in Olymp. 109, a. 3. (archonte Sosigene) confert, quo anno re vera eas habitas esse ipsarum orationum argumenta apprime confirmant. Habitae enim sunt, dum Philippus in Thracia versabatur, et expeditionem jam in Hellesponti regiones moliebatur, per quam, brevi post susceptam, Olymp. 109, 4 Perinthum obsidione clausit, deindeque Byzantium. V. or. de Cherson. p. 90, 93, 94, 98, 100, 104, 105. Phil. III. p. 115, 118, 120. Accuratius tempora exploraturus, orationem de Cherson. hieme habitam esse, quae doceant, multa invenies, eorumque primum et clarissimum continent verba haec: *οὐ γὰρ οὕτω γ' εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν οὐδεὶς ὃς ὑπολαμβάνει τὸν Φίλιππον τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν—ἐπιθυμεῖν, καὶ ὑπὲρ τοῦ ταῦτα λαβεῖν καὶ πόνους καὶ χειμῶνας, καὶ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ὑπομένειν, τῶν δὲ Ἀθήνησι λιμένων καὶ—οὐκ ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσειν ὑμᾶς ἔχειν, ὑπὲρ δὲ τῶν μελινῶν καὶ τῶν ὀλυρῶν τῶν ἐν τοῖς Θρᾳκίοις σιροῖς ἐν τῷ βαράθρῳ χειμάζειν.* p. 100. Ibid. p. 90 (coll. 98) undecimum jam mensem cum Thracia expeditione occupatum esse Philippum Demosthenes dicit. Hanc igitur praecedentis anni vere susceperat, quod idem loco proxime praecedenti aliis ex argumentis probavimus. In Thraciam igitur si Anthesterione mense aut Elaphebolione movit Philippus, oratio de Cherson. Olymp. 109, 3 Posideone aut Gamelione habita sit [a]. Quo in tempore alia quoque orationis argumenta conspirant. Etenim p. 94 Demosthenes auditorum animos advertit ad imminens ver: *ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε, ὦ ἀ. Ἀθ., τὴν ἐπιοῦσαν ὥραν τοῦ ἔτους, εἰς ἣν ἔρημόν τινες οἴονται δεῖν τὸν Ἑλλήσποντον ὑμῶν ποιῆσαι καὶ παραδοῦναι Φιλίππῳ;* p. 93 novas ex Macedonia Thessaliaque copias accire Philippum dicit, nimirum ut incipiente vere continuo in Hellesponti regiones moveret; eodemque loco orator veretur ne Philippus' exspecta-

[a] Conf. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 145.

tis Etesiis Byzantium invaderet, quo tempore Atheniensibus opitulandi facultas nulla esset futura. Etesias autem oriente cane spirasse satis constat.

"Post orationem de Cherson. orationem Philipp. III. Dionysius Hal. l. c. constituit. Illam Demosthenes habuit ad defendendum Diopithem, Atheniensium in Chersoneso praetorem, contra criminationes Philippi. Is enim conducto sua sponte mercenariorum exercitu et mare latrociniis infestabat (de Cherson. p. 92), incursabatque Cardianos, Atheniensium in Chersoneso ex pristinis temporibus adversarios. His patrocinium implorantibus Philippus copias auxiliares misit (de Cherson. p. 104), postquam Olymp. 109, 2 Atheniensibus, ut de sua dissensione lege cum Cardianis agerent, incassum proposuerat. Quo facto Diopithes, Philippo inde a vere Olymp. 109, 2. in mediterranea Thracia bellum gerente, maritimam Thraciae partem invasit et devastavit (v. argum. ad or. de Cherson.) eam nimirum, quae Philippi facta est Olymp. 108. a. 2. exeunte, Cersoblepte debellato. Quam ob rem Philippus epistolam Athenas misit, in qua et Diopithem accusabat, et, nisi coercerent eum Athenienses, in Chersonesum velle se invadere minabatur (de Cherson. 93 sq.). Una tum Atheniensium factio, ut Diopithes conductas mercenariorum copias dimitteret, postulabat. Demosthenes contra oratione de Cherson. Diopithem defendit, imminentiumque periculorum descriptione Athenienses dehortatur, ne Chersonesum privare velint praesidiariis, quos sibi comparare Diopithes temporum necessitate et ipsis Philippi injuriis coactus fuerit.—Jam oratio adv. Phil. III. habita videtur esse ad epistolam legationemve ipsis ab Chersonesitis missam, rogantibus ut sibi pecunia aliisque subsidiis opem ferrent Athenienses: *τοῖς μὲν ἐν Χερρονήσῳ χρήματ' ἀποστέλλειν φημὶ δεῖν καὶ τἄλλα ὅσα ἀξιοῦσι ποιεῖν.* Phil. III. p. 129. Quae Chersonesitarum rogatio consecuta videtur esse, postquam Diopithes a Philippo accusatus, defensusque a Demosthene erat. Nam p. 114: *ὁ τοίνυν Φίλιππος*, orator ait, *ἐξ ἀρχῆς, ἄρτι τῆς εἰρήνης γεγονυίας, οὔπω Διοπείθους στρατηγοῦντος οὐδὲ τῶν ὄντων ἐν Χερρονήσῳ νῦν ἀπεσταλμένων, Σέρριον καὶ Δορίσκον κατελάμβανε καὶ τοὺς ἐκ Σερρίου τείχους καὶ ἱεροῦ ὄρους στρατιώτας ἐξέβαλλεν.* Quae verba si conferantur cum verbis orationis de Cherson. his: *φαίνεται δ' ἀπ' ἀρχῆς ὁ Φίλιππος, πρὶν Διοπείθην ἐκπλεῦσαι καὶ τοὺς κληρούχους οὓς νῦν αἰτιῶνται πεποιηκέναι τὸν πόλεμον, πολλὰ μὲν τῶν ἡμετέρων ἀδίκως εἰληφώς*, manifesto docent cogitare oratorem de injuriis eis, quarum Diopithem accusavit Philippus, Demosthenes oratione de Cherson. immunem praestare conatur. Ceterum Cardiam possidere Philippus dicitur in orat. adv. Phil. III. p. 120, sicuti etiam in orat. de Cherson. In Chersonesum tamen novas etiam copias misisse Philippus videtur (qua de re v. de cor. p. 252): *φέρε δὴ νῦν, ἡνίκ' εἰς Χερρόνησον, ἣν βασιλεὺς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες ὑμετέραν ἐγνώκασιν εἶναι, ξένους εἰσπέμπει καὶ βοηθεῖν ὁμολογεῖ καὶ ἐπιστέλλει ταῦτα, τί ποιεῖ*; p. 114;—nisi ipsa haec

etiam ad subsidia Cardianis missa potius referenda videantur; —et adversus Byzantios profectionem jam instituisse. V. l. c. coll. p. 118. Quamobrem Demosthenes hac in oratione Athenienses excitat ut missis consultationibus continuo jam Chersonesitis Byzantiisque auxilia mittant, ne quid inexspectati patiantur, provideant, quem in Hellesponto alant exercitum, augeant et necessariis instruant: p. 115. In reliquis nihil oratio Phil. III. differt ab illa de Cherson.; in utraque orator animos Atheniensium advertit ad instantem Byzantii obsidionem; in utraque ad mittendos quovis gentium legatos imminente jamjam periculo excitat; in utraque denique tristem Euboeensium conditionem miseratur, inque Atheniensium securitatem indignatus invehitur, ita ut sine ulla dubitatione brevi post orationem de Cherson. habitam etiam Philipp. III. esse, possimus statuere. Et accuratius quidem orationis Philipp. III. tempus possit non nemo indicatum suspicari in verbis: *τίθησι μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει*, p. 119. Philippus enim Olymp. 109, 3 in Thracia versabatur, ideoque non poterat Pythicis ludis adesse, ita ut verba: *κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους* etc. referri posse videantur ad Munychionem Olymp. 109, 3. Sed respicere haec eo, quo illic afferuntur contextu, etiam possunt ad res Olymp. 108, 3 gestas." WINIEWSKI Comment. p. 174—177. Orationem hanc non ante Philippicam tertiam, quod Dionysius loco supra memorato dicere videtur, sed post eam habitam esse probare studuit Voemelius in dissertatione Francofurti ad Moenum a. 1837 edita, eademque Zimmermanni sententia fuit in dissertatione de Demosthene a. 1828. edita p. 95 sq. et Droysenii est in commentatione de actis orationi de corona insertis, contra quem dixit Spengelius in Actis Acad. Bavar. classis philos.—philol. a. 1840. T. III. P. I. p. 167.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΧΕΡΡΟΝΗΣΩΙ] Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 130, 16. hanc orationem dicit *τὸν περὶ τῆς ἐν Χερρονήσῳ μάχης*, et *κατ' ἔλλειψιν* p. 136, 19. *περὶ τῆς ἐν Χερρονήσῳ*. SCHAEFER.

In argumentum Libanii.

88, 4. *κατὰ τοὺς Φιλίππου καιροὺς*] Post pacem factam (Olymp. 108, 2.) et ante orationem de Halonneso habitam (Olymp. 109, 2.) FRANK.

88, 5. *κληρούχους ἑαυτῶν*] I. e. *κληρούχους, ὄντας πολίτας Ἀθηναίους*. WOLF. *Agripetas* (Cic. N. D. 1, 26.), qui agrum in peregrina terra assignatum vel ipsi vel per alios colebant. FRANK. V. ad p. 91, 15.

89, 4. *τὴν ἄνω Θρᾴκην*] Per epexegesin addita ad vv. *τὴν μεσόγειαν*, i. q. *τὴν μεσόγειαν τῆς Θρᾴκης*. Superiorem Thraciam dicit eam, quae est intra Pangaeum montem et Haemum. FRANK.

90, 1. Ἔδει μὲν κ. τ. λ.] Hermogenes p. 234. locum hunc allegat in exemplum *εὐκρινείας* seu perspicuitatis orationis. REISK. Verba Ἔδει μὲν — ἀποφαίνεσθαι citat Rufus p. 78. SCHAEFER.

Ἔδει μὲν κ. τ. λ.] Tale fere est exordium Caesaris apud Sallustium: "Omnes homines, patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet (malim *pervidet*), ubi illa officiunt, neque quisquam omnium libidini simul et usui paruit." WOLF.

ἄνδρες] Deest cod. Harlei. REISK. Omisit etiam Rufus. SCHAEFER.

τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν] Ordo est, *ἅπαντας τοὺς λέγοντας ἐν ὑμῖν.* Neque enim jungo *ποιεῖσθαι ἐν ὑμῖν λόγον*, etsi id quoque hic fieri posset. Verum aliquando fit ut hujusmodi verborum trajectiones non animadversae diversam gignant sententiam. Sic paulo post: *οὓς κατὰ τοὺς νόμους ἐφ' ὑμῖν ἔστιν, ὅταν βούλησθε, κολάζειν*: rectius jungitur *κολάζειν κατὰ τοὺς νόμους*, quam *ἔστιν ἐφ' ὑμῖν κατὰ τοὺς νόμους*, *legibus vobis licet.* WOLF.

ἐν ὑμῖν] Omisit Rufus. SCHAEFER.

90, 2. *λόγον*] Rufus *τοὺς λόγους*. SCHAEFER.

μήτε] Pro secundo *μήτε* Rufus habet *μηδέ*. SCHAEF.

90, 8. *ὑμᾶς—τοὺς πολλοὺς*] I. e. *ὑμᾶς τὸν δῆμον*. FRANK.

ἀφέντας] *ἀφελόντας* S. quocum Frankius comparavit p. 627, 2. *ὅταν μὲν λέγω περὶ τῶν νόμων, ἀφελὼν ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται καὶ ποίῳ τινὶ, σκοπείσθω (ἕκαστος ὑμῶν) κ. τ. λ.* Huic tamen loco aptius est *ἀφέντας*.

90, 11. *ἑνδέκατον μῆνα τουτονὶ*] Posset intelligi, si verba sola spectes, *mense abhinc undecimo*, ut infra *τρίτον ἢ τέταρτον τουτὶ ἔτος*, *anno abhinc tertio aut quarto.* Sed sententia cogit ut sic accipias: Philippum jam undecimum mensem versari in Thracia. Sequitur enim post (p. 98): *δέκα μῆνας ἀπογενομένου τἀνθρώπου.* WOLF. Explica *τουτονὶ τὸν μῆνα ἑνδέκατον ὄντα.* FRANK.

90, 17. *κἂν ἤδη—ἡγοῦμαι*] *Existimo licere vobis de iis deliberare, sive jam nunc placeat, sive moram interponere velitis.* Conf. v. 22. s. SCHAEFER.

90, 20. *δυνάμει πολλῇ*] Xenophon Hellen. 3. 5. 9. *ἀφικόμενοι πολλῇ δυνάμει.* SCHAEFER.

91, 1. *περὶ τῶν ἄλλων*] De ceteris rebus minus necessariis, sc. *περὶ ὧν Διοπείθης πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν.* FRANK.

91, 3. *πολλὰ δὲ θαυμάζων—ἐν τῇ βουλῇ*] Citant non sine scripturae vitiis Anecd. Bekk. p. 148, 17. SCHAEFER.

91, 7. *ἔστι δὲ*] *ἀνακολούθως.* Demosthenes enim quum *εἰρήνην ἄγειν* (*licet autem—pacem habere*) subjecturus esset, interpositis verbis *οὐκέτι δεῖ λέγειν* structuram mutavit. FRANK.

91, 10. *οὐκέτι δεῖ λέγειν*] *Non est amplius* (de ea re, bellumne an pacem esse oporteat) *dicendum.* FRANK.

91, 12. *ὠμόσαμεν*] Sc. *ἡμεῖς καὶ ὁ Φίλιππος.* Male libri plerique *ἡμεῖς* vel ante vel post *ὠμόσαμεν* inferunt. SCHAEFER.

91, 15. κληρούχους] Harpocration, κληροῦχοι, Δημοσθένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν. κληροῦχοι ἐκαλοῦντο, οὓς Ἀθηναῖοι ἔπεμπον ἐπὶ τὰς πόλεις, ἃς ἐλάμβανον, κλήρους ἑκάστοις διανεμοῦντας: imo διανεμοῦντες referendo ad Ἀθηναῖοι. Praestat διανέμοντες, quod habent Anecd. Bekk. p. 267, 32. SCHAEFER.

91, 18. ὑπὲρ ὧν—ταυτὶ] ὑπὲρ ὧν, scilicet ἀδικημάτων τοῦ Φιλίππου. κύρια non sine caussa additur. Multa enim fiebant irrita decreta. Vult Athenienses suo ipsorum gladio jugulare, quasi dicat: Vos ipsi decrevistis, pacem esse a Philippo violatam: et tamen dubitatis adhuc an pro hoste sit habendus? WOLF.

91, 19. πάντα τὸν χρόνον συνεχῶς compara cum ἀεὶ συνεχῶς similibusque formulis, de quibus v. not. ad Gregor. Corinth. p. 169. s. SCHAEFER.

τὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων] Terras opesque ceterorum Graecorum et barbarorum (Thracum opinor) vel vi vel fraude sibi jungit et conciliat. FRANK.

91, 28. ἐκ τούτων] I. e. ἐκ τοῦ ἀπέχεσθαι τῆς Ἀττικῆς etc. ex hac re aequum (repetentes) sibi ponunt, i. e. ex hac re quid aequum sit metiuntur et statuunt. FRANK.

92, 3. οὐ μὴν ἀλλ' ἐναντία συμβαίνει κ. τ. λ.] Verbum verbo: *Quin etiam ita fit ut contraria accusationibus, quibus Diopithen invadunt, etiam haec ipsa dicant*, hoc est, dum accusant, excusant hoc ipso, quod Philippum atrociora designantem non accusant. WOLF.

92, 11. κατάγειν τὰ πολλὰ] Harpocration, κ. τὰ π. Δημοσθένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν. κατάγειν τὰ πλοῖα λέγεται ἀντὶ τοῦ βιάζεσθαι καὶ κακοῦν καὶ μὴ ἐᾶν τοὺς πλέοντας ὅπου βούλονται πλεῖν, ἀλλ' εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία τοῖς λῃστεύουσι κατάγειν, ὡς καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους δηλοῖ. REISK.

92, 19. παρελθόντα] παρόντα A. S. Y. quod Schaeferus interpretatur *quae nunc fiunt, rempublicam disperdiderunt*, τὰ παρόντα πράγματα pro nominativo, ἅπαντα autem pro accusativo habens, quod in hac verborum collocatione valde displicet. Manifestum est hoc dici, cavendum esse ne iterum accidat quod prius acciderit. Hoc autem significatur verbis τὰ παρελθόντα πράγματα, *res praeteritae, res prius gestae*, in quibus non mirum est librarium ad frequentius illud τὰ παρόντα πράγματα (v. p. 29, 18. 95, 5. 125, 3.) aberrasse.

92, 20. ἀπολώλεκεν] Sc. ἡ πόλις: nisi quis librorum praeter S. omnium scripturam praeferat ἀπόλωλεν.

92, 23. δύναμιν συνεστηκυῖαν] Perpetuum exercitum, quem alibi (p. 49, 2.) nominat συνεχῆ παρασκευήν. WOLF.

93, 4. τἄλλα] Id est πάντα. Vim vocabuli sic ferme sentias, si Latine sic reddas: Reapse quod agunt, hoc est, ut Philippum secundent et amplificent. Caeterum, in Diopithem quae criminantur, eae merae sunt offuciae: fumum vobis vendunt: veram suam designationem atque contentionem his nugis obscuratum eunt atque celatum. REISK.

93, 11. ὥς φασιν οἱ παρόντες κ. τ. λ.] *Ut ii dicunt, qui adsunt.*

μεταπέμπεται ἀπὸ Μακεδονίας, accersit e Macedonia. Sic malo quam *οἱ παρόντες ἀπὸ Μακεδονίας, qui e Macedonia huc venerunt*, vel, qui apud Philippum fuerunt, *ἀντὶ τῶν παραγενομένων* accipere. WOLF. Vocabula *ἀπὸ Μακεδονίας καὶ Θετταλίας* ita stant in bivio, ut tam ad *μεταπέμπεται* sint legenda quam ad *παρόντες*. Hoc volo. Philippus adhuc plures arcessit copias e Macedonia Thessaliaque, cujus rei auctores nobis sunt, quicunque illinc, e Macedonia Thessaliaque, huc adveniunt. REISK.

93, 13. *ἐπὶ Βυζάντιον*] Quo tempore haec oratio et Philippica tertia perorabantur, Philippus in Thracia quidem adhuc versabatur, ita tamen ut in Propontidis regiones jamjam invasurus videretur. Decem jam enim menses Philippus in Thracia consumpserat: de Cherson. p. 90 et 98. Priori autem loco orator eum magnis viribus Hellesponto imminere jam Philippum dicit, p. 106, ad Byzantium appropinquare, p. 93, novas ex Thessalia et Macedonia copias accire eum contendit, ut exspectatis etesiis continuo urbem illam obsidione claudere possit. Eademque Philippi molimina repetit in orat. adv. Philip. III. p. 130; immo hic adversus Byzantios jam eum proficisci dicit. Quam ob rem orator in utraque oratione acerrime Athenienses exsuscitat, ut qua possint celeritate et intentione arma parent, Graecas civitates ad belli societatem provocent, in eumque finem legatos mittant ad Peloponnesios, Rhodios, Chios, ad ipsum etiam regem Persarum: Phil. III. p. 129. de Cherson. p. 109. WINIEWSK. Comment. p. 187.

93, 15. *ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀνοίας*] Scil. repudiantes foedus et societatem Atheniensium: quod temere eos fecisse proximo post hanc orationem anno apparuit, quum Philippus ad Byzantii obsidionem converteretur, quam irritam fecerunt auxilia ab Atheniensibus, Chiis, Cois, Rhodiis aliisque nonnullis Graecorum missa: v. Diodor. 16, 77. JACOBS.

93, 17. *εἰσφρήσεσθαι*] Harpocration. *εἰσφρήσειν· εἰσάξειν, εἰσδέξασθαι* (scr. *εἰσδέξεσθαι*)· *Ἀντιφῶν καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῷ. πολὺ δὲ τοὔνομα ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ.* Similiter in Bekk. Anecd. p. 244, 11, ubi additur, *ἐμφαντικῶς δὲ εἶπε· διὰ γὰρ τοῦ ῥήματος τὴν φορὰν τῶν εἰσιόντων ἐδήλωσεν.* Activae formae futurum habet Aristophanes Vesp. 892. Sed in nostro loco propria medii vis videtur obtinere. SCHAEFER.

93, 20. *οὐκοῦν ἡμῶν μὲν κ. τ. λ.*] Aristides de D. C. p. 234. *τοῦτο μὲν οὖν εἰς πρόσωπα ἐστὶ μερίσαι τὸ νόημα. ἕτερον δὲ μερισθὲν εἰς πρόσωπον καὶ τόπον, οἷον· οὐκοῦν ἡμῶν μὲν μὴ δυναμένων—βοηθείας.* REISK.

μὴ δυναμένων ἐνθένδ' ἀναπλεῦσαι] Scilicet ob etesias. V. p. 94, 5. SCHAEFER.

93, 22. *κακοδαιμονοῦσι*] Hermogenes Aldinus sic recitat: *κακοδαιμονοῦσι Βυζάντιοι. σφόδρα γε. ἀλλ' ὅμως δεῖ σῶς αὐτοὺς εἶναι.* V. p. 306. ed. Crisp. et p. 347. Schol. ejusdem p. 406, 27. haec habet: *τὸ δὲ περὶ Βυζαντίων παράδειγμα, ὃ τέθεικεν ἐν τῷ περὶ μεθόδου γοργότητος* (locum designat modo indicatum p. 306.) *διπλῆν*

ἔχει τὴν ταχεῖαν ἀπάντησιν. πρὸς μὲν γὰρ τὸ, κακοδαιμονοῦσι Βυζάντιοι, ὡς παρ' ἑτέρου εἰρημένον, ἀπήντησεν ὀξέως κατ' ἐπίκρισιν εἰπών· σφόδρα γε. πρὸς δὲ τὸ, ἀλλ' ὅμως δεῖ σῶς αὐτοὺς εἶναι, παρὰ τοῦ ῥήτορος αὐτοῦ τεθὲν, ἄλλη ταχεῖα ἀπάντησις γέγονεν, κατασκευαστικὴ τοῦ λεχθέντος· συμφέρει γὰρ τῇ πόλει. Idem scholiastes p. 404, 12. v. κακοδαιμονοῦσι interpretatur per ἀχάριστοί εἰσι: quam interpretationem nescio an paucis sit probaturus. REISK.

93, 29. ᾖ] I. e. ὑπάρχῃ. τὸ συνεστηκὸς στράτευμα est is qui jam conflatus et compositus extat (Diopithis in illa regione) exercitus (cf. p. 101, 7.), quem συνέχειν oportere p. 108, 29. dicit. FRANK.

94, 3. τί ποιήσομεν—ἐγγυητής ἐστι τούτου] Citat Tiberius p. 58. SCHAEFER.

94, 4. αὐτῷ] αὐτοῖς Tiberius.

94, 6. ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 260. κατὰ σχῆμα γίνεται ἀξιοπιστία οὕτως· ὅταν τις τοῖς ὁμολογουμένοις ἀντὶ τῶν ζητουμένων σχήμασι χρῆται, ὡς ἐκεῖ· ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε —ὑμῶν ποιῆσαι. REISK.

94, 7. τὴν ἐπιοῦσαν ὥραν] I. e. *hiemem*. Ceterum licuit eandem sententiam sic proferre: ἆρα—λογίζεσθε, εἰς τίνα ὥραν τοῦ ἔτους ἔρημον κ. τ. λ. i. e. reputatisne, in quamnam tempestatem quidam (ii, qui Diopithem cum exercitu domum arcessi jubent) Hellespontum vestris praesidiis destitui velint? Scil. in eam anni tempestatem, qua sociis vestris nullo modo opem ferre poteritis. FRANK.

94, 12. Μέγαρα] Conf. ad p. 248, 13.

94, 13. πρώην ἐπ' Ὠρεὸν] Orei expugnatio facta Olymp. 109, 2. aut 3. V. ad p. 248, 11.

94, 20. ταύτην—πειρᾶσθαι] Citat h. l. Thomas M. v. βασκαίνειν p. 148, nec non vetus Lexicon apud Montfaucon Coisl. p. 496. (in Bekk. Anecd. 130, 17.) nec non locum p. 95, 10. REISK.

94, 21. καὶ συνευποροῦντας ἐκείνῳ χρημάτων] Citant Anecd. Bekk. p. 136, 20. SCHAEFER.

95, 1. εἶθ' ἃ Φίλιππος κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogen. p. 310, 25. καὶ πάλιν ἡμεῖς ἐροῦμεν ὅτι κἀκείνοις (adversariis) δοκεῖ βέλτιστον εἶναι τοῦτο εἰ ποιήσαιμεν, ὡς Δημοσθένης ἐχρήσατο εἰπών· σκεψώμεθα δὲ, τί ἂν εὔξαιτο Φίλιππος τοῦτο γενέσθαι τὸ στρατόπεδον. ἆρ' οὐ διασπασθῆναι καὶ λυθῆναι; ἔπειτα συναγαγὼν τὸ νόημα φησίν· εἶθ' ἃ ἂν Φίλιππος εὔξαιτο τοῖς θεοῖς καὶ ἑξῆς. REISK.

95, 6. χρώμεθ' αὐτοῖς] Sc. τοῖς πράγμασι. Sic p. 47, 6. ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. αὐτοῖς Reiskius, cum hac annotatione "id est ἡμῖν αὐτοῖς. *quomodo nos nobismet ipsis utamur*, h. e. consiliis, animis, corporibus, copiis et opibus nostris."

95, 7. τῶν κοινῶν] De pecunia publica recte intellexit Augerus.

95, 8. τὰς συντάξεις] Stipendia, pacta condicta. REISK.

95, 11. ἐπειδήπερ] Sensus: neque, quoniam his animis sumus, ut Diopithem nostris officiis fungi aegre feramus, ipsi id quod consentaneum est facere nostrasque res agere volumus. REISK.

95, 15. τοῖς ἐναντιουμένοις τούτοις] Recte Augerus: *horum adversariis*. Nota hunc concursum duorum dativorum, quorum utrique sua est σύνταξις. SCHAEFER.

95, 27. λέξω δὲ μετὰ παρρησίας κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 176. καὶ ἑτέρωθι δὲ ἐπαγγελίᾳ χρησάμενος· λέξω δὲ μετὰ παρρησίας· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην. εἶτα ἀποστήσας ἐπάγει· πάντες, ὅσοι πώποτε. REISK.

95, 28. ἅπαντες, ὅσοι πώποτ' κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 414. REISK.

96, 1. ἢ] Id est, *aut alias, si mendax deprehendar*. Citat h. l. Thomas M. cum aliquo assumento suo v. τιμῶ p. 854. REISK. Nempe grammaticus sic citat: ἢ ἐγὼ πάσχειν ὁτιοῦν τιμῶμαι, ἂν μὴ τὰ δίκαια φῶ πρὸς ὑμᾶς. quod additamentum, monente Oudendorpio, habet etiam Phavorinus. Ab interprete profectum est. SCHAEFER.

τιμῶμαι] Aut (i. e. si mendax deprehendar) quovis me supplicio dignum fateor. Nam τιμᾶσθαι accusatoris est poenam quam reus meruisse videatur proponentis. Cf. Aesch. p. 29, 1. κἂν τἄλλα πάντα μηδὲν ἀδικῶν φαίνωμαι, θανάτου τιμῶμαι. FRANK. ἕτοιμός εἰμι Hermogenes p. 414. REISK.

96, 2. Ἐρυθραίων] Cives dicit Erythrae, urbis Ionicae. WOLF.

96, 3. τούτων—λαμβάνουσι] Hermogenes l. c.: παρὰ τούτων τὰς νήσους οἰκούντων χρήματα λαμβάνουσι. REISK.

96, 5. ἔχοντες] Thomas M. p. 815. dat κεκτημένοι e memoria. REISK. Locum in grammatico frustra quaesivi. SCHAEFER.

96, 10. τὰ τοιαῦτα] Saepius Demosthenes, ubi res aliquot enumeravit, hoc pronomen in cumulum addit, articulo nunc praeposito, nunc omisso. p. 123, 27. ψιλοὺς, ἱππέας, τοξότας, ξένους, τοιοῦτον—στρατόπεδον. SCHAEFER. Adde p. 436, 5.

εὐνοίας] *Largitiones*. Conf. p. 432, 2. τίς εἰσφορά; τίς εὔνοια; Quod si εὐνοίᾳ servas, commodo sensu caret quod continuo sequitur, καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχει τὰ λήμματα ταῦτα. SCHAEFER. Pluralis εὖνοιαι exempla ex Isocrate p. 299 C. aliisque scriptoribus v. in Thesauro Steph. ed. Paris.

96, 17. ἀγείρει—δανείζεται] Syrianus ad Hermogen. p. 211, 13. κατηγοροῦντας μὲν ἢ αὐταῖς ταῖς λέξεσι τῶν ἐγκλημάτων δεῖ χρῆσθαι, οἷον ἱεροσυλίᾳ καὶ τῷ δημοσίῳ ἀδικήματι, ἢ καὶ πικροτέραις. ἐὰν συνώμεθα, ἀπολογουμένους δὲ συστέλλειν τὰ ὀνόματα, καὶ κλοπὴν μὲν τὴν ἱεροσυλίαν ὀνομάζειν, ἀδίκημα δὲ (videtur hic ἰδιωτικὸν deesse) τὴν δημοσίαν ὁρίζεσθαι βλάβην. οὕτω καὶ Δημοσθένης τῶν ἐγκλημάτων τὰ μέγιστα μετριωτέροις ὀνόμασι συνεσκίασε περὶ τοῦ Διοπείθους λέγων, ἢ (id est ὀγδόῳ) τῶν Φιλιππικῶν, τὸ μὲν λῃστεύειν ἀπείργειν (lege ἀγείρειν) προσειπὼν, τὸ δὲ ἁρπάζειν προσαιτεῖν καὶ δανείζεσθαι. REISK. Sed talis συσκιασμὸς tam parum probabilis est, ut Syrianus Oratori injuriam fecisse videatur. Esto, εὐνοίας illas saepe invitis extortas fuisse: tamen ne ab adversariis quidem potuerunt dici λῃστεῖαι καὶ ἁρπαγαί. SCHAEFER.

96, 18. διάγει] διαζῇ interpretatur Thomas M. p. 214. ubi citat verba ἀφ' ὧν ἀγείρει—διάγει. SCHAEFER.

96, 18. προλέγουσιν] κελεύουσιν. Xenophon Anab. 7, 7. 3. προλέγομεν οὖν ὑμῖν—ἀπιέναι ἐκ τῆς χώρας. Glossar. *Edico.* προλέγω, παραγγέλλω. Sic προειπεῖν p. 114, 8. SCHAEFER.

96, 20 ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι] Hoc est, περὶ ὧν ἂν φασι μέλλειν αὐτὸν ποιεῖν, ut supra (p. 95, 24.) dixit. WOLF.

96, 21. δώσοντι—ποιήσαντι—συγκαταπραξαμένῳ] Demosthenes jam p. 90, 13. p. 95, 10. affirmabat Athenienses etiam iis insidiari, quae Diopithes aliquando facturus sit, eaque poena notare. Huc spectant nostra verba. Quod si Athenienses tam stulte agunt, ut Diopithem etiam eorum poena afficiant, quae futuro tempore facturus esse censetur, non solum eorum, quae vel solus fecit vel alios adjuvit, quis illi quidquam praestabit? Haec est Demosthenis mens. BREMI. Sic jam Wolfius intellexit. V. not. ad v. 20. SCHAEFER.

τοῦτ' εἰσὶν οἱ λόγοι] Hoc est, τοῦτο δύνανται, quo verbo supra usus est. WOLF. Id est, ταῦτα λέγουσιν οἱ κατήγοροι, haec jactant Diopithis inimici: aut. ταῦτα δύνανται αὐτοῖς οἱ ἐκείνων λόγοι, haec sibi volunt, huc spectant et tendunt sermones ab illis jactati ad hunc modum: Verumtamen Diopithes parat hoc vel illud oppidum obsidione premere? Verumtamen Graecos (Asiaticos) prodit (regi Persarum puta?) REISK.

96, 22. μέλλει—Ἑλλήνων] Citat Tiberius p. 46. SCHAEF.

μέλλει — μέλει] Quamquam certus sum Demostheni nunquam in mentem venisse tam frigidae et umbratilis puerilitatis, ut in vocabulis μέλλει et μέλει luderet, Hermogenes tamen docet fuisse in vetustis Technicis, qui sibi visi fuissent in hoc commento acrimoniam (δριμύτητα) nescio quam reperisse. Verba sunt p. 333. τὸ καθ' ὁμοιότητα λέξεως ἐμφαίνει τινὰ δριμύτητα, οἷον· μέλλει πολιορκεῖν. τοὺς Ἕλληνας ἐκδίδωσι. μέλει γάρ τινι τούτων τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων Ἑλλήνων; ἐγὼ μὲν σφόδρα εὐλαβῶς εἶχον θεῖναι ὡς παράδειγμά τινος δριμύτητος· ἐπεὶ δὲ τῶν σφόδρα εὐδοκιμησάντων τινὲς κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἀνθρώπους καὶ νῦν δ' εὐδοκιμούντων ἐπὶ θεωρίᾳ λόγων ἐν οἷς ἀπολελοίπασι βιβλίοις οὕτως τεθεωρήκασι καὶ τοῦτο, καὶ τεθείκασί γε ὡς παράδειγμα δριμύτητος τοιαύτης, εἰρήσθω καὶ ἡμῖν. καίτοι τάχ' ἴσως οὐδ' ἡ τοιαύτη δριμύτης, εἴπερ οὕτω γένοιτο, ἐκφεύγει τὴν ψυχρότητα. REISK. Sic p. 122, 13. ἔμελεν—ἔμελλεν. Tiberius l. c. hanc figuram dicit τῆς παρονομασίας εἶδος χαριέστερον, ὃ παρὰ γράμμα γίνεται. SCHAEFER.

96, 23. μέλει γάρ τινι—κήδεσθαι] *Quippe his hominibus, qui ejusmodi sermones jactant, curae cordique sit Graecorum in Asia salus.* (Est haec subsannantis oratoris responsio.) *Melius quippe hi homines de alienis, quam de patria, studeant mereri.* REISK. Augerus: *Numquid enim istis curae sunt Graeci Asiatici? Ergo aliis melius quam patriae consulerent.* Seagerus (Diar. Class. 52. p. 237.): *Does any one of you then care about the Greeks who inhabit Asia? Truly, were that the case, they (who interest themselves about the Asiatic Greeks) would take much more care of others than of their own country.* ambo probantes Hermogenis interpunctionem, qui post Ἑλλήνων posuit signum interrogationis. Haec inter-

pungendi ratio mihi quoque perplacet : ut quae continuo sequuntur responsionem contineant. Conf. Aristophan. Acharn. 161. s. et Dionys. Halic. de C. V. c. 25. p. 402. meae edit. Sed multum fallitur Seagerus post *τινι* subaudiens *ὑμῶν*. Verissime Wolfius : "*τινι τούτων. τῶν διαβαλλόντων Διοπείθην.*" coll. p. 97, 11. Imposuit Seagero duorum concursus genitivorum, *τούτων* et *τῶν*, quorum utrique sua est constructio. Conf. not. ad p. 95, 15. SCHAEFER. Post Ἑλλήνων ponatur signum interrogandi.

96, 23. Ἑλλήνων] Tiberius l. c. Ἑλλήνων λέγω, sic ut post *οἰκούντων* subdistinctio ponatur. SCHAEFER. *λέγω* ex p. 96, 3. DOBR.

96, 25. *καὶ τό γε—τοῦτ' ἐστιν*] Hoc volunt, huc tendunt adversariorum criminationes : submoto Diopithe, suffectum eunt alium imperatorem, sive ignavum et imbellem tardumque strenuo et acri, sive eadem cum Diopithe factitaturum et vestigia ejus pressurum. Hic erit fructus tantorum sumtuum in novam classem expediendam faciundorum. Subaudi : Stultus et vanus foret ejusmodi conatus ; eodem enim quo illi tendunt, multo minore contentione pervenire licet. REISK. Recte, ut puto. Reiskius de imperii abrogatione intellexit. Hoc consilio Diopithis adversarii jactabant alium imperatorem mittendum, sumtus faciendos, classem instruendam, scilicet ut ille, si dicto non esset audiens, vi cogeretur : non illi quidem sperantes, Athenienses hoc facturos esse, ac ne volentes quidem hoc fieri, sed nihil non moventes, quo populum adversus Diopithem irritarent. Tali autem molimine in re tam facili haudquaquam opus esse Demosthenes expositis rationibus docet. SCHAEFER.

96, 27. *δεινὰ ποιεῖ Διοπείθης καὶ κατάγει τὰ πλοῖα*] Idem est ac si dixisset *δεινὰ ποιεῖ κατάγων* (vel *ἐν τῷ κατάγειν*) *τὰ πλοῖα*. REISK. Supra p. 92, 11. *Διοπείθης ἀδικεῖ κατάγων τὰ πλοῖα*. SCHAEFER.

96, 28. *μικρὸν πινάκιον*] Interpretor de epistola a S. P. Q. A. ad Diopithen missa, qua successori dato decedere de imperio jubeatur et in urbem redire ad caussam capitis dicendum. Aliter accepit Harpocratio v. *πινάκιον*, scilic. de libello accusatorio, quo Diopithes ad populum de majestate appellaretur. Verba ejus haec sunt : *ἐν δὲ τοῖς Φιλιππικοῖς ὅταν λέγῃ, μικρὸν, ὦ ἄ. Ἀ., μικρὸν πινάκιον πάντα ταῦτα.* (sic enim legendum et distinguendum est.) *ἐνταῦθα τυχὸν πινάκιον λέγεται, εἰς ὃ ἐγγράφεται τὰ ἐγκλήματα κατὰ τῶν εἰσαγγελλομένων* etc. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 288. 32. 299. 3. SCHAEFER. Recte Harpocration.

97, 1. *ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας*] *τοὺς ἀδικοῦντας ταῦτα*, ne quem inversus ordo verborum turbet. WOLF. Emenda distinctionem ad hunc modum ; *λέγουσιν οἱ νόμοι*, *praecipiunt leges*, *ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας* (vocabulis oratorio more transpositis, pro vulgari loquendi more *τοὺς ταῦτα ἀδικοῦντας*) *εἰσαγγέλλειν*, *deferre horum criminum reos*. Verum vidit Wolfius quoque. REISK. Comma post *ταῦτα* me nolente reliquit typotheta.

97, 4. λαβεῖν ὑπὸ τοῖς νόμοις] I. e. λαβεῖν ὥστε εἶναι ὑπὸ τοῖς ν., *legibus coercere*, ut ἔχειν ὑπὸ τῇ ψήφῳ Lycurg. 2. FRANK.

97, 6. δεῖ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι] δεῖ, quia aliter recte fieri nequit (*mittendi sunt*), ἀναγκαῖόν ἐστι, quia omnino non potest aliter fieri (*necesse est*). Aristot. Pol. IV, 12. p. 145 G. ἐὰν οὖν ἔχωμεν λέγειν, πόσας (ἀρχὰς) ἀναγκαῖον ὑπάρχειν πάσῃ πόλει, καὶ πόσας οὐκ ἀναγκαῖον, δεῖ δ' ὑπάρχειν, ῥᾷον ἄν τις εἰδὼς ταῦτα συνάγοι κ. τ. λ. FRANK.

97, 8. πάραλος] Πάραλον sacram triremem fuisse scribit Suidas, tum ad alios publicos usus accommodatam, tum vero etiam ad duces peregre accersendos. WOLF.

97, 14. Ἀριστοφῶν] Collytensis, de quo v. ad p. 248, 8.

97, 20. ὡς μὲν οὐκ—ἀντιλέγειν] Idem est ac si dixisset: οὐκ ἔχετε τούτοις ἀντιλέγειν, οὔτε φάσκειν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀληθῆ. REISK.

97, 21. ὥσπερ ἀπολλύναι τι] *Eum, qui verum dicat, rempublicam laedere.* Et coarguisse et opinionem sibi praeconceptam extorqueri jacturam quandam esse putant. Tenerius amant opiniones suas quam pecunias. WOLF.

97, 23. ἔστω παρρησία] Alexander de Figuris sententiae p. 22. locum hunc recitans ad παρρησία addit τοῦ λέγειν, de suo nempe: quod ipsi est relinquendum. REISK.

97, 28. ὃν ἴστε ὅτι λήψεσθε] *Quem vos capturos scitis.* id est, si civis aliquis accusetur, qui vobis elabi non potest. WOLF.

φατὲ καὶ βούλεσθε] φατὲ τοῦτον εἶναι τὸν αἴτιον καὶ βούλεσθε αὐτὸν λαμβάνειν, h. e. κολάζειν. vel: φατὲ λήψεσθαι, *aitis, vos eum ad poenas dandas esse retracturos*, καὶ βούλεσθε, *et parati estis hoc facere.* REISK.

98, 1. ὃν κρατήσαντας τοῖς ὅπλοις] Sententia est: Philippum, malorum omnium auctorem, non minis aut decretis, sed armis vincendum esse et puniendum. WOLF.

98, 12. ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις—κινδυνεύειν] Eadem leguntur p. 111, 15. SCHAEFER.

98, 14. ἐν δὲ—γιγνομένοις] Τὰ πράγματα sunt *res publicae, administratio reipublicae*, τὰ γιγνόμενα ea *quae forte fiunt vel accidunt.* FRANK.

98, 16. φέρε γὰρ—ῥᾳθυμίαν] Citat Tiberius p. 25. s. Sed p. 29. initium hujus loci, inter praeclarissimos Demosthenicorum numerandi, insigni cum varietate sic scriptum affert: ἐὰν οὖν οἱ Ἕλληνες πέμπωσι πρὸς ὑμᾶς καὶ λέγωσι, πέμπετε, ὦ Ἀθηναῖοι, πρὸς ἡμᾶς ἑκάστοτε πρέσβεις λέγοντας, ὡς ἐπιβουλεύει Φίλιππος ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι. En exemplum inprimis notabile diversitatis scripturae, cujus sola caussa est labans memoria citantis. Conf. quae nuper scripsi ad Euripid. Hecub Porsoni p. 12. Citat etiam scholiastes ad Aristophan. Nub. 219. usque ad v. καιρῶν: neque ille sine scripturae diversitate. SCHAEFER.

εἰ λόγον—] Apodosis hujus sententiae est in illis p. 99, 7. ἂν ταῦτα λέγωσι, τί ἐροῦμεν—; REISK. Adverte, conditionem in illis sic iterari, ut nullo ad sensum discrimine pro particula εἰ ponatur ἄν, pro optativo ob mutatam particulam conjunctivus.

Scholiastes ad Aristophan. Nub. l. c. etiam hic habet *ἂν—ἀπαι-τήσωσιν*, quod debetur memoriter citantis errori. SCHAEFER.

98, 22. *εἶτ', ὦ πάντων ἀνθρώπων φαυλότατοι*] Citat Tiberius p. 26. post *πάντων* addens *τῶν*. Pergit idem: *πικρῶς γὰρ καθικνεῖται τῶν Ἀθηναίων διὰ τοῦ προσώπου τῶν Ἑλλήνων*. ubi notanda locutio rarior, *καθικνεῖσθαί τινος*. Multo frequentior altera illa, *κατατρέχειν τινός*, de qua v. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 401. SCHAEFER.

98, 23. *δέκα μῆνας*] Olymp. 107$\frac{4}{3}$. V. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 142.

ἀπογενομένου] Opponitur infra v. 28. *οἴκοι μενόντων*. SCHAEF. V. ad p. 90, 11.

98, 26. *τὴν Εὔβοιαν*] In qua insula Philippus nuper (Ol. 109, 2.) duos tyrannos, alterum (Clitarchum) Eretriae, alterum (Philistidem) Orei constituerat. FRANK.

98, 29. *ὑγιαίνειν*] Acerbe deflexum verbum ad sanitatem mentis indicandam. V. Plutarch. 6. p. 799. ed. Reisk. SCHAEF.

φήσαιεν] *φήσαιμεν* Aristides p. 204.

99, 1. *τὸν μὲν—ἐπιτειχίσας*] Alterum (Eretriae) Atticae tamquam propugnaculum opposuit. FRANK.

99, 2. *ἐπιτειχίσας*] Audacule dictum *τύραννον ἐπιτειχίζειν*: verum si metonymiam assumens aias, tyrannum usurpatum esse pro potestate tyranni, evanescit omnis illa, quae videtur, durities dictionis. *populo cuidam ad latus opponere, velut arcem quandam, tyrannum*, h. e. in mandatis ei dare, ut populum vicinum armorum suorum terrore atque aculeo reprimat, molitiones atque excursiones ejus observet atque coërceat, invitum cogat, rebellantem domet. REISK. Conf. p. 133, 22. *τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ*. Alia ejusdemmodi congessit Hemsterhusius ad Lucian. 1. p. 63. SCHAEFER.

ἐπὶ Σκιάθῳ] Diodorus 12, 81. *ἐπιτειχίσαντες δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ἐπὶ τῆς Ἀργείας*. Malim *ἐπὶ τῇ Ἀργείᾳ*. SCHAEFER. Recepi *ἐπὶ Σκίαθον* ex S. ad quod intelligendum *ἐπιτειχίσας*, *qui Sciathum observaret*. Sic *ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν* p. 248. 13. Frankius "*τὸν δ' ἐπὶ Σκίαθον* i. e. *τὸν δ' ἀπαντικρὺ Σκιάθου* alterum (Orei) versus (adversus) Sciathum (insulam parvam Euboeensibus ad septentrionem prope a litore Thessaliae sitam), in qua insula Atheniensium praesidia fuisse videntur. Cf. p. 49, 4." Conf. Winiewsk. Comment. p. 180. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 451.

99, 3. *ταῦτα*] I. e. *τοὺς τυράννους* sive potius *τὰ ἐπιτειχίσματα*: *vos autem ne hinc quidem vos expedivistis*. FRANK.

99, 4. *ἀφέστατε αὐτῷ*] Sc. *τούτων*, i. e. *τῆς Εὐβοίας*. FRANK.

99, 5. *ὅτι οὐδ'—κινήσ.*] I. e. *ὅτι, καὶ ἂν δ. ἀποθάνῃ, οὐ κινήσεσθε*, sed cum vi iteratur negatio *οὐδὲν μᾶλλον* (*nihilo magis*). FRANK.

99, 6. *κινήσεσθε*] Loco non movebimini, sed domi sedebitis otiosi. Cf. p. 112, 5. FRANK.

99, 7. *τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν*] Augerus: *quid aiemus nos, quid respondebimus?* Parum probabile mihi est discriminis aliquid inter haec verba intercedere, putoque Demosthenem nihil aliud

quam duo verba idem significantia junxisse, sive ut vim augeret interrogationis, sive ut numeris auribusque consuleret. Conf. p. 579, 18. οὐδαμοῦ πώποτε Μειδίας τῶν συνηδομένων οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ἐξητάσθη τῷ δήμῳ. ubi συνηδομένων a συγχαιρόντων non magis differt quam h. l. ἐροῦμεν a φήσομεν puto differre. Neque inepte compares p. 24, 25. μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν. p. 32, 23. τίνα—χρόνον ἢ τίνα καιρόν. quod contulit Ernestius cum Callimacheo τίνα χρόνον ἢ πότε Hymn. in Del. init. p. 123, 25. οὐδὲν δ' ἐκ παρατάξεως οὐδ' ἐκ μάχης γινόμενον. Add. p. 108, 15. τί χρήσεσθε καὶ τί δεῖ ποιεῖν. SCHAEFER.

99, 9. ἐξελέγχειν τὸν παριόντα] Redarguere eum, qui ad dicendum prodierit, priusquam verba fecerit, i. e. perturbare et efficere ut obmutescat. FRANK.

99, 10. ἐρωτήσωσι] ἐρωτήσῃ S. quod ex ἐρωτηθῇ corruptum videri potest. Sed probabilius est librarii errorem esse.

99, 16. βεβαίως—λέλυκε] Citant Anecd. Bekk. p. 161, 29. ubi verbo λέλυκε additur littera paragogica. SCHAEFER.

γνῶναι] Pendet a verbo χρή. WOLF.

99, 20. τῷ τῆς πόλεως ἐδάφει] Significatur acerrimus hostis, qui urbem adducat, si possit, εἰς κίνδυνον ὑπὲρ αὐτῶν τῶν ἐδαφῶν, quod periculum summum est. V. p. 803. extr. et Aeschines p. 525. med. R. Conf. infra p. 104, 17. SCHAEFER.

99, 22. εἰ δὲ μὴ] Scil. πιστεύουσιν ἐμοὶ ταῦτα φάσκοντι. vel, εἰ δὲ μὴ φασὶν ἀληθῆ ταῦτ' εἶναι. REISK.

Εὐθυκράτην καὶ Λασθένην] Proditores Olynthiorum. V. ad p. 241, 25.

99, 25. οὐδενὶ] Generis neutrius est. FRANK.

99, 28. πράττει] Libri nonnulli νῦν γε δὴ πράττει, interpolatum ex p. 70, 4. et 134, 18.

100, 3. ἥξει] Sc. πρὸς ὑμᾶς ex insequentibus. REISK.

τὰ νῦν συμβεβιασμένα] Quaecunque nunc a Philippo coacta i. e. undecunque vi collecta et in unum (Philippi regnum) conjuncta sunt. Neutrum dum ponit, minus definite loquitur, et homines et civitates et quaequae sunt, quibus ille regnum suum composuit et coagulavit, complectens. FRANK.

100, 8. οὔκουν—ἐφεδρεύειν] Citant Anecd. Bekk. p. 136, 23. SCHAEFER.

100, 10. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] S. λόγου. *neque multis est opus.* Alii interpretantur, quasi esset πολλοῦ γε καὶ δεῖ, *multum certe abest.* Huic similem locutionem, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, eodem modo intelligo, scilicet λόγου. *ne paucis quidem verbis opus est,* hoc est *supervacaneum prorsus est hac de re dicere.* WOLF. Idem est ac si sic struxisset orationem: οὐ κακῶς οὐδ' ἀργῶς ταῦτα λογιζόμενος. οὐ τοῦ πολλοῦ δεῖ πρὸς τὸ ταῦτα ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ τοῦ παντός. *non male sic autumans neque segniter degeneremque in modum: quod qui de Philippo suspicatur,* (cum scilic. istas rationes malas ducere, aut motum segnitie et ignavia), *nae is non parum, sed toto coelo sit aberraturus a vero.* Quare non male feceris sic distinguens: οὐδὲ (πολλοῦ δεῖ) οὐ κακῶς— : ubi οὐδὲ possit pro simplici οὐ accipi et insequens οὐ pro supervacaneo haberi. REISK. Eadem Reiskius

in Ind. Graecit. s. v. δεῖν. Augerus sic interpunxit: οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ. "Ad οὐδὲ" inquit, "sub. βούλεται, et intellige. οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ, *non sane vult, multum abest.*" Quae interpunctio etsi non est probanda, continuo enim spiritu haec pronuntiantur, tamen apparet Augerum formulam recte intellexisse, vehementer errasse Wolfium et Reiskium. Scilicet πολλοῦ δεῖ ubique valet *multum abest*, i. e. *minime gentium*. Haec autem formula si subjicitur enuntiationi neganti, ut h. l. factum est, solet ei οὐδὲ sic praeponi, non ut tollatur vis formulae affirmans, sed ut augeatur negans enuntiationis. Anecd. Bekk. p. 284, 29. Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ: ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως. quibus verbis grammaticus solum πολλοῦ δεῖ interpretatur. Sic Hesychius 2. p. 982. Πολλοῦ γε καὶ δεῖ, οὐδ' ὅλως. Simile Euripidis Phoeniss. 1640. Pors. οὐκ ἂν προδοίην, οὐδέ περ πράσσων κακῶς. ubi quod duo codd. dant καίπερ πράσσων κακῶς, debetur interpreti οὐδὲ perinde negligenti ut grammaticus in Anecd. Bekk. negligit. SCHAEFER. Cf. p. 116, 28. 350, 11. 370, 1. 463, 7. 795, 24. 796, 7. et annot. ad p. 463, 7.

100, 11. ἀργῶς] *Temere*, re non accurate cognita. SCHAEF.

100, 22. Δρογγίλου—Μάστειραν] Citat h. l. Harpocrat. in voce. Δρογγίλον, Καβύλη, Μάστειρα. ubi suspicatur legendum esse Βάστειρα. REISK. Thraciae locorum, quae Demosthenes his verbis commemorat, nonnisi Cabyle aliquantum nota est. Hic enim locus, quem Strabo Calyben vocat, Astorum urbs fuit, eam mediterraneae Thraciae partem incolentium, quae e septentrione Byzantii ad Pontum Euxinum porrigebatur. V. Strabo VII. cap. 6. extr. p. 330. ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. (quae ad hanc Philippi expeditionem Thraciam sunt referenda.) Conf. Berkel. ad Steph. Byz. v. Καλύβη. Atque in mediterranea Thracia Olymp. 109, 3 bellasse Philippum, docet etiam auctor argumenti ad Dem. or. de Cherson. p. 89: τοῦ Φιλίππου περὶ τὴν μεσόγειαν τὴν ἄνω Θρᾴκην πολεμοῦντος πρὸς τὸν Ὀδρυσῶν βασιλέα. WINIEWSK. Comment. p. 184.

100, 27. τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων] Argentifodinas Lauricas dicit. FRANK.

100, 29. μελινῶν] Harpocration. Μελίνη, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. ὀσπρίου ἐστὶ σπέρμα καὶ ἀρσενικῶς λέγουσι· θηλυκῶς δὲ Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ· "κνήμη μελίνης." καὶ Ἡρόδοτος (3, 117.) "σπείροντες μελίνην." Ξενοφῶν ἀναβάσεως πρώτῳ (5, 11.) "καὶ σίτου καὶ μελίνης." ἐν δὲ τῷ αὐτῷ (2, 22.) "πολὺν δὲ σήσαμον καὶ μέλινον." καὶ ἐν ἕκτῃ (4, 6.) "καὶ ὄσπρια πάντα καὶ μελίνη." ἔνιοι μὲν οὖν εἶδος κέγχρου νομίζουσι τὴν μελίνην, ὅπερ τινὰς καλεῖν ἔλυμον. Θεόφραστος δὲ ἐν ἑβδόμῳ περὶ φυτῶν ὡς διαφέροντα ταῦτα ἀναγράφει "κέγχρον ἢ μελίνην ἢ ἔλυμον." V. Schneider. ad Theophr. vol. 5. p. 445 sq.

101, 1. σιροῖς] *Quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant σειρούς, ut in Cappadocia et Thracia.* Varro R. R. 1. 57, coll. 1, 63. FRANK.

101, 1. ἐν τῷ βαράθρῳ] Locus Athenis, in quem praecipitabantur malefici, ut Spartae Κεάδας, Romae Scalae Gemoniae. Sic appellat Thracici coeli inclementiam per translationem, οἷον ἐν τῷ ὀλέθρῳ, perinde ac si *in peste* vel *interitu* dixisset, ut Suidas annotat. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. βάραθρον. REISK. Item Etymolog. M. p. 187. extr. SCHAEFER.

101, 7. ἀξιοῦν] Scil. χρήματα εἰσφέρειν. REISK.

τὸ συνεστηκὸς τοῦτο—στράτευμα] Diopithis copias designat. REISK.

101, 12—18. οὐ γὰρ ἔστι—τοῦ στρατηγοῦ] Haec omnia (fortasse et proxima usque ad ἴσου v. 21.) Dobraeo delenda videbantur ut illata ex Phil. IV. p. 137. 7. quae ipsa sunt consarcinata ex Phil. I. p. 49. init. 46. fin. 47. init. 49, 18. sq.

101, 15. ταμίας καὶ δημοσίους] καὶ ex codd. additum omittunt editiones veteres. "Vulgata copulam omittens quaestores cum diribitoribus (juvat ita appellare, seu lictoribus, convenientiore appellatione statim non succurrente) miscet, honoratos magistratu fungentes publice demandato cum servis publicis. Citat h. l. Harpocrat. v. δημόσιος." REISK. Reiskio assentitur Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. 1. p. 195. SCHAEFER.

101, 22. εἰ δέ τῳ δοκεῖ κ. τ. λ.] Aristides de C. D. p. 262. ἀξιοπιστίας δὲ (scilic. ἐργαστικόν ἐστι) καὶ ὅταν τις συνδρομαῖς (provocationibus ad consensum auditorum secum, aut concessione argumenti, quo adversarius nos premat) χρῆται, ὡς ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς, οἷον· εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα καὶ δαπάνης πολλῆς καὶ πραγματείας εἶναι. νῦν ἡ συνδρομή (assensus oratoris ipsius)· καὶ μάλα ὀρθῶς δοκεῖ. τὸ γὰρ καθ' ἑαυτοῦ δοκοῦν τὴν πρώτην συγχωρεῖ, ἵνα τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ εἰσάγῃ. Sopater ad Hermogen. p. 312, 3. πρῶτον μὲν, ἐὰν ἐγχωρῇ, τῷ μὴ χαλεπὸν εἶναι (utendum est argumento), ἔπειτα τῷ, εἰ καὶ χαλεπὸν εἴη, ἀλλ' οὖν ἀναγκαῖον, καὶ ὅτι δεῖ ὑπὲρ τῶν χρημάτων καὶ πόνους καὶ κινδύνους ὑπομένειν, καὶ ὅτι ὑπὲρ τοῦ μὴ περιπεσεῖν χαλεπωτέροις ἀντιληπτέον τῶν πραγμάτων. ὡς Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς· εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα—εὑρήσει λυσιτελοῦν τὸ ἑκόντι [scr. ἑκοντί. SCHAEFER.] ποιεῖν τὰ δέοντα. καὶ ἑξῆς. et Marcellinus p. 313. ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς Δημοσθένης αὐτίκα τὴν πλατύτητα (id est τὴν πλάτυνσιν, amplificationem, diductionem argumenti) τοῦ κατὰ ἀντιπαράστασιν, οὕτως αὐτὸ ἐργασάμενος, ὡς, εἰ καὶ χαλεπὸν, ἀλλ' ἀναγκαῖον. εἶπε γάρ· εἰ δέ τῳ δοκεῖ—. REISK.

101, 26. ἐγγυητὴς—θεῶν] Imitatus est Pseudophalaris Epist. LXXXI. in. SCHAEFER.

102, 2. τῶν ὑπαρχόντων τῇ πόλει] τοῦ ἀξιώματος καὶ τῆς δυνάμεως τῆς πόλεως. Sunt enim τὰ ὑπάρχοντά τινι ea omnia ornamenta et praesidia et facultates, quibus aliquis nititur: itidemque in malam partem incommoda et impedimenta omnia, etsi de his τὰ ἐνόντα, τουτέστι τὰ δυνατὰ, saepius dicuntur. WOLF. Explicantur haec verba iis quae statim subjiciuntur: καὶ πεπρ. τοῖς προγ.: *decora civitatis majorum virtute parta*. 257. 95. ἐν ᾗ δύο βούλομαι τῶν καθ' ὑμᾶς πεπραγμένων καλῶν τῇ πόλει διεξελθεῖν, καὶ ταῦτ' ἐν βραχέσιν· καὶ γὰρ ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ πόλιν κοινῇ πρὸς τὰ

κάλλιστα τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ δεῖ πειρᾶσθαι τὰ λοιπὰ πράττειν. FRANK.

102, 6. τεθνάναι—βουλοίμην] Aristides de D. C. p. 198. βαρύτης γίνεται καὶ ὅταν ἄτοπόν τι σεαυτῷ ἐπαράσῃ, οἷον· τεθνάναι μᾶλλον ἢ ταῦτ' εἰρηκέναι βούλομαι. REISK.

ταῦτ' εἰρηκέναι] *Hujus sententiae auctor factus esse.* REISK.

βουλοίμην] βούλομαι Aristides l. c. e memoria recitans. REISK.

102, 12. ποῖ ἀναδυόμεθα; κ. τ. λ.] Sopater loco paulo ante (ad p. 101, 22.) recitari coepto sic pergit: εἶτα, ἐπειδὴ ἀντέπιπτεν αὐτῷ, ὅτι, εἰ καὶ χρήσιμον τὸ πολεμεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖον, ἐπήνεγκεν εὐθὺς τὴν τοῦ ἀναγκαίου κατασκευήν, λέγων· τί οὖν ἀναδυόμεθα; ἢ τί μέλλομεν; ἢ πότε σὺν θεῷ (sic) τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσομεν; ὅταν ἤδη ἀνάγκη τις ἦν; (sic) et caetera ad ὅπου μὴ γενέσθαι. (sic, sine δεῖ.) REISK.

102, 21. πάντα τοίνυν—καταπολιτεύονται] Citant Anecd. Bekk. p. 149. s. SCHAEFER.

102, 23. ἀλλ' ἐπειδάν—] Idem est ac si dixisset: ἀλλ' ἓν τοῦτο μόνον ἐρῶ, *sed hoc unum modo dicam.* Tum incipit nova sententia: ἐπειδάν—. REISK. V. p. 146, 1. SCHAEFER.

ἐπειδὰν ἐμπέσῃ] *Si qua rerum ad Philippum pertinentium mentio incidat.* REISK.

102, 26. τινές] Ne Diopithem cum suis intelligi credas (§. 9.), vetat jam articulus τά ante χρήματα. Intelliguntur suasores et auctores belli, quos criminantur eo consilio bellum excitare, ut occasionem diripiendi aerarii habeant. FRANK.

102, 27. ἀναβάλλουσι] ὀκνεῖν καὶ ἀναδύεσθαι ποιοῦσι καὶ τῶν καιρῶν ὑστερεῖν. WOLF. Eadem fere verba Phil. III. p. 114, 9. De activo ἀναβάλλειν v. ad p. 44, 5.

103, 2. ἐπὶ πολλῷ] S. τόκῳ, ut in prima Olynthiaca. WOLF. V. ad p. 13, 22.

103, 3. αἱ χάριτες καὶ ὁ μισθὸς] Sc. παρὰ Φιλίππου.

ὁ τούτων] Sc. τοῦ ἀναβάλλειν ὑμᾶς καὶ ἡσυχίαν ποιεῖν etc. FRANK.

103, 9. διαρπασθήσεται—ἀφεστάναι] Et aerarii direptionem, quam futuram crepant, caveri oportere rogando magistratum, qui pecuniae publicae curam et custodiam habeat (§. 47.), non abstinendo ab eo consilio (belli puta), quod civitati utile et salutare habetur. FRANK.

103, 17. τὸ—μηδένα—εἰπεῖν] Fere i. q. ὥστε μηδένα εἰπεῖν. Cf. p. 127, 6. Plat. Lach. p. 190 E. ἀλλ' ἴσως ἐγὼ αἴτιος—τὸ σὲ ἀποκρίνασθαι μὴ τοῦτο κ. τ. λ. Xen. Anab. 2. 5, 22. ὁ ἐμὸς ἔρως τούτου αἴτιος τὸ (sic optimi codd. pro τοῦ) τοῖς Ἕλλησιν ἐμὲ πιστὸν γενέσθαι. Cf. de rep. Lac. 5, 7. Luc. Necyom. 2. Pisc. 4. FRANK.

103, 19. μηδένα] Positum pro οὐδένα. Qui usus ut in posteriorum scriptoribus temporum est pervulgatissimus, sic in classicis perraro reperitur: ac videtur a Demosthenis inde aetate serpsisse latius. Infra p. 146, 22., ubi eadem leguntur, est οὐδείς. Sed illic est oratio recta, h. l. obliqua. Dicemusne hanc

caussam discriminis? Hoc quidem in pluribus enuntiationibus observasse mihi videor, in recta constructione οὐ etc., in obliqua μὴ etc. poni, idque nullo ad sensum discrimine. SCHAEFER.

103, 23. ἄν τι λυπῆσθε τῷ πολέμῳ] *Si quam e bello molestiam ceperitis.* Interpretatur hunc locum p. 147. ἡγοῦνται γάρ, ἐὰν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνησθε, κἀκείνου κρατήσειν ὑμᾶς καὶ αὐτοῖς οὐκέτ' ἔσεσθαι μισθαρνεῖν, ἂν δ' ἀπὸ τῶν πρώτων θορύβων αἰτιασάμενοί τινας πρὸς τὸ κρίνειν τράπησθε, αὐτοὶ μὲν τούτων κατηγοροῦντες ἀμφότερ' ἕξειν, καὶ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμήσειν καὶ παρ' ἐκείνου χρήματα λήψεσθαι, ὑμᾶς δ' ὑπὲρ ὧν δεῖ παρὰ τούτων δίκην λαβεῖν, παρὰ τῶν ὑπὲρ ὑμῶν εἰρηκότων λήψεσθαι. FRANK.

103, 26. ἵνα κατηγορῶσι] Ut ipsi (nos) accusent, non accusentur (a nobis) poenasque proditionis dent, id quod certo futurum vident, si vobis Philippum hostem esse persuaserimus. FRANK.

104, 6. εἰ τοῦτ' ἐξελέγχοι] Hoc est, si, nostra de pace opinione refutata, palam profiteretur, se bellum nobis intulisse. WOLF.

104, 8. ὥσπερ] Ad ὥσπερ subaudi ἔφησεν. REISK.

104, 9. οὐδὲ Φεραίοις πρότερον κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogen. p. 312. εἶτα τῇ εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῇ κατεσκεύασεν οὕτως· οὐδὲ γὰρ Φεραίοις πρότερον πρὸς τὰ τείχη προσβάλλων etc. REISK.

πρότερον] Pheraeos enim, qui Ol. 108, 2 defecerant, prius quam Oritas, Ol. 109, 1. in potestatem suam redegit. Cf. p. 113, 21. Πρότερον enim et ἐξ ἀρχῆς adjecta sunt, ut ordo rerum temporis notatione definiretur. FRANK.

104, 16. οὐ γὰρ—Φίλιππος] In Phil. IV. p. 147, 28. post Φίλιππος additur οὔ, de quo Alexander de Figuris sententiae p. 36, 1. (vol. 8. p. 445. ed. Walz.) ἐπαναλέγεται (repetuntur) τὰ ὀνόματα. οἷον· ἦν ποτε, ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν τῇ πολλῶν ψυχῇ. κἀκεῖνο· οὐ γὰρ ὑφ' αὐτῷ ποιήσασθαι τὴν πόλιν βούλεται Φίλιππος, οὔ. *nequaquam.* Alia exempla hujus constructionis, etiam Demosthenica, congessit Elmsleius ad Soph. Aj. 970. SCHAEF.

104, 25. ἀποτυμπανίσαι] Reiskius in Ind. Graecit. vertit *fustigatione necare.* Anecd. Bekk. p. 198, 20. Ἀποτυμπανίσαι: τὸ τυμπάνῳ ἀποκτεῖναι, ὅ πέρ ἐστι ξύλον ὥσπερ ῥόπαλον. Add. ibid. p. 438, 12—16. SCHAEFER.

104, 28. προβόλοις] Citat h. l. Harpocrat. v. πρόβολοι, Pollux 5, 134. REISK. V. etiam Anecd. Bekk. p. 289, 25. SCHAEF.

104, 29. ὑβρίζειν ὑμᾶς] H. l. improprie dictum arguunt verba statim sequentia, quae excusationem hujus dictionis habent: οὐδὲν γὰρ—τοῦτο. Cf. Lucian. Soloec. c. 10. ὅτι τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν τὸ σῶμά ἐστι τὸ σόν, ἤτοι πληγαῖς ἢ δεσμοῖς ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· τὸ δὲ εἰς σὲ, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις. καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σήν, εἰς σὲ ὑβρίζει κ. τ. λ. FRANK.

105, 1. πόθεν] Subaudias ἄλλοθεν. V. not. ad Soph. Trach. 390. coll. not. ad Oedip. C. 474. Nec tamen haec veri nominis ellipsis est. Dicas *dialecticam.* V. quae nuper monui in Ind. Gr. ad noviss. edit. Lips. Hecubae Porsoni p. 111. b. SCHAEF.

105, 2. *εἰ μηδὲν ἄλλο, ἐξαπατᾶν*] Reliquos benefaciendo si nihil aliud (quam decipit), decipit tamen, dum vobis aperte minatur. FRANK.

105, 3. Θετταλοὺς—Ὀλυνθίους] V. ad p. 19, 29. et 20, 3.

105, 7. *πόλλ' ἕτερα*] Ut Anthemuntem: v. p. 70, 27. FRANK.

105, 8. *πολέμου πολλοῦ καὶ χαλεποῦ*] Bellum Phocense seu sacrum dicit.

105, 11. *οἱ δ' ὅ τι ἂν ποτε συμβῇ πείσονται*] Id est, non dubium est, quin eos male tractaturus sit: quo autem modo, id est incertum. WOLF.

105, 15. *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης*] Scrib. *τἀπὶ Θρᾴκης*. Sic enim semper Attici. Aristophanes Av. 1358. *εἰς τἀπὶ Θρᾴκης ἀποπέτου*. Plenius Pac. 283. *ἐς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία*. quomodo Synesius Epist. 43. *ἔγνωκε πλεῖν εἰς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία*. SCHAEFER. Restitui *τἀπὶ* ex S.

τὰ ἐπὶ Θρᾴκης] Nam Doriscus (Herod. 7, 59.), Serrium, aliaque castella, quae Philippus paullo post pacem Ol. 108. 2. factam expugnavit (cf. p. 85. 114.) in ora maritima Thraciae sita erant. FRANK.

105, 17. *ὁμολογεῖ*] Sc. *ἔχειν*.

105, 20. *λαβόντα—αὐτὸν*] *Quum ipse* (scil. is cui *λέγειν δέδοται*). *pecuniam acceperit.* *Αὐτόν* cum vi adjectum, ut opponerentur Athenienses *τὰ σφέτερα αὐτῶν ἀφῃρημένοι*. FRANK.

105, 23. *λέγειν—τὰ Φιλίππου*] Statim recurrit. Bene Augerus: *caussam Philippi agere*. Infra p. 106, 5. *λέγειν ὑπὲρ Φιλίππου*. Notanda haec phrasis: *λέγειν τά τινος*, i. e. *λέγειν τά τινι συμφέροντα*, *patrocinari alicui*. Similia dedi in Bosii Ellips. p. 171. ad quae omnia fallitur qui aliquid subaudiendum putat. SCHAEFER.

μὴ συνευπεπονθότων τῶν πολλῶν Ὀλυνθίων] Cum [imo Si] vulgus Olynthiorum nondum accepisset beneficium omnibus commune eoque exaequatum esset cum paucis seu optimatibus hujus civitatis, qui dudum antea Philippo sua studia vendidissent. Illud *σὺν* (in *συνευπεπονθότων*) redit ad *τοὺς ὀλίγους τῶν Ὀλυνθίων*, quibus *οἱ πολλοὶ* opponuntur. REISK.

σὺν εὖ πεπονθότων] Sic Thucydides 3, 13. *ξὺν κακῶς ποιεῖν αὐτούς*. SCHAEFER.

106, 3. *ἐπιτείχισμα*] V. ad p. 99, 2.

106, 5. *ἐκ πτωχῶν ταχὺ πλούσιοι*] V. ad p. 36, 19.

106, 8. *πόλεως γὰρ—εὔνοιαν*] Aristides de D. C. p. 109. *καὶ οἱ ἀφορισμοὶ δὲ ἐν τῷ καθόλου σεμνότητα ἔχουσιν, οἷον· πόλεως γὰρ ἔγωγε πλοῦτον ἡγοῦμαι συμμάχους, πίστιν, εὔνοιαν*. REISK.

106, 10. *πίστιν, εὔνοιαν*] Puta sociorum et aliorum populorum. FRANK.

106, 11. *φέρεσθαι*] Est *οἴχεσθαι, ἀπιέναι*. REISK.

106, 12. *εὐδαίμων—βαρβάροις*] Aristides de D. C. p. 192. *καὶ τὸ κατὰ πλῆθος λέγειν καὶ τὰ ὀνόματα ἐφεξῆς παρατιθέναι σεμνότητός ἐστιν, οἷον· εὐδαίμων καὶ μέγας καὶ φοβερὸς ἅπασιν Ἕλλησιν καὶ βαρβάροις*. REISK.

πᾶσιν] ἅπασιν Aristides. REISK.

106, 25. πολλῷ πάνυ] Rarior hic ordo quam inversus. SCHAEFER.

106, 27. κρίνει, δημεύει, δίδωσι, κατηγορεῖ] Miratus aliquando sum perturbationem ordinis: nam prima loco est accusatio, tum condemnatio, tum denique confiscatio. Visum quoque fuit δίδωσι supervacaneum post δημεύει. Sed in hoc falsus fui, et ordinis subtilitatem, quem scholae tradunt et exigunt, ab oratore ne poscito: umbram ludi rhetorici ad lucem fori ne afferto. Et aliud est δημεύειν, aliud διδόναι. Illud est *confiscare, bona proscripta aerario addicere*, hoc idem est atque χαρίζεσθαι, quo noster utitur in loco simili, qui hujus velut interpres est, p. 107, 17. *amicis aliena bona condonare, quo eos tibi devincias*. REISK. Toties scribae verborum ordinem inverterunt, ut malim h. l. culpam perturbati vereque ἀλόγου ordinis in illos quam in Oratorem conferre. Recte procedet locus, si κατηγορεῖ primo loco posueris, quo loco hoc verbum legitur p. 107, 17. SCHAEFER. Merito offendit κατηγορεῖ ultimo loco positum, quod, nisi forte ordo verborum librariorum culpa perturbatus est (nam τὴν κατηγορίαν sequitur ἡ κρίσις), ita excusaveris, ut oratorem, quo fortius istorum hominum cupiditatem ligitandi (cf. §. 58.) denunciaret auribusque audientium imprimeret, eo opprobrio et inchoare sententiam et claudere voluisse statuas. FRANK.

107, 4. τὴν τοιαύτην] Hanc talem reipublicae administrandae rationem sequitur, in qua plus valet fortuna quam prudentia, quia id quod optimum est amplexus ad tuendam reipublicae salutem et dignitatem non potest quin bellum, *periculosae plenum opus aleae*, jubeat. FRANK.

107, 7. ἐστ᾽—ἐστιν] De hac verbi iteratione v. Dorvill. ad Charit. p. 322. ed. Lips. SCHAEFER.

107, 8. τῆς παρ᾽ ἡμέραν χάριτος] Pro diaria gratia, quae, cum hodie floret splendidissima, cras, si fortuna volet, concidet, nulla erit. Ita vis illius gratiae in unius diei momento et fortuna stat caditve. REISK. παρ᾽ ἡμέραν h. l. non est *alternis diebus*, sed *unius diei*. ἡ παρ᾽ ἡμέραν χάρις, *gratia diurni*. Hinc παρήμερος, quo utitur Pindarus Ol. 1, 160., ubi Heynius confert ἐφήμερος. V. schol. ad h. l. SCHAEFER.

107, 15. φιλανθρωπίας] *Humanitatis officia*. Notetur usus pluralis. SCHAEFER.

107, 23. μείζους ἂν] Subaudi ἢ νῦν. SCHAEFER.

οὐδέ γ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ—] Locum hunc citat Stobaeus p. 246, 18. REISK.

108, 1. ἐκεῖνο—τοῦτο] Contra syntaxin solitam ἐκεῖνο refer ad propius, τὸ ῥᾷστον, τοῦτο ad remotius, τὸ βέλτιστον. Monuit etiam Reiskius Ind. Graecit. s. v. ἐκεῖνος. Dicas relationem logicam, non grammaticam: quippe τὸ ῥᾷστον removendum, amplexandum τὸ βέλτιστον. SCHAEFER.

βαδιεῖται] Est aoristus futuri: *ire solet s. propensa est ad eundem*. p. 296, 20. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων τὸν

της εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει, ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἰδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει καὶ φοβερωτέρας ἡγήσεται τὰς ὕβρεις—τοῦ θανάτου. FRANK.

108, 2. *προάγεσθαι*] *προσάγεσθαι* Stobaeus p. 246. REISK. *προάγεσθαι* active sumitur et regit verbi gratia *τοὺς ἀκούοντας*, quae voces debent subaudiri. AUGER.

108, 5. *πράξεώς τινος*] Hinc Prooem. p. 1443, 1. DOBR.

108, 7. *λέξω—καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι*] Sic *ἐρῶ—καὶ οὐκ ἀ.* p. 73, 17.

108, 11. *ποτε—Εὐβοέας σώζειν*] Olymp. 105, 3. V. ad p. 259, 9.

108, 13. *εἰπέ μοι—*] Citat h. l. Hermogenes p. 253. et 346. Ad priorem locum scholiastes p. 395. haec annotat: *τοῦτο οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ φησὶ Δημοσθένης, ἀλλὰ Τιμοθέῳ τῷ στρατηγῷ περιτίθησι τὴν ἐρώτησιν. διὸ καὶ ὡς παράδειγμα ληφθὲν οὐκ ἔστι τραχύ. ἦν δ' ἂν τραχὺ, εἰ ἐν ὑποθέσει τῇ παρούσῃ Δημοσθένης ἤ τις ἄλλος ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο ἔλεγεν.* REISK.

108, 14. *ἐν νήσῳ*] Sc. *τῇ Εὐβοίᾳ*, sed non addidit articulum indefinite loquens: in insula enim quum essent Thebani, facile classe Atheniensium circumveniri devincique poterant. FRANK.

108, 17. *οὐ καθέλξετε τὰς ναῦς*] Citat h. l. Thomas M. v. *ἕλκω* p. 297. REISK.

108, 24. *οὕτω τοίνυν*] Schaeferus *ἔχει* supplet, ita ut post *λέγω* colon ponendum sit. Mihi *περὶ* h. l. *quod attinet ad* significare videtur. FRANK.

108, 26. *τὰ δὲ βέλτιστα ἐπιστήμῃ λέγειν*] *Ἐπιστήμῃ* accipi fortasse potest pro *ἐπιστημόνως*. Sed malim hunc locum sic legere: *τὸ δὲ τὰ βέλτιστα λέγειν*, omisso nomine *ἐπιστήμῃ* et articulo *τὸ* addito. WOLF. Legi possit *ἐπιστήμην*, ut constructio sit: *παρὰ δὲ τοῦ παριόντος* (*ζητεῖτε*) *ἐπιστήμην* (*τοῦ*) *λέγειν τὰ βέλτιστα.* SEAGER. Diar. Class. 52. p. 238. Hanc rationem nemo, ut opinor, probabit. Interpreter: *ἃ* (s. *ὡς*) *ἐπίσταται.* Vernacule: *nach besstem Wissen.* Sic intellexit etiam Reiskius Ind. Graecit. SCHAEFER. Anglice *to the best of my knowledge.*

108, 28. *ὑπάρχουσαν*] Intelligendus Diopithis exercitus. SCHAEFER.

109, 1. *οἷς*] Id est *ἐφ' οἷς*, vel *ἐπὶ τούτοις, ἃ—*, *ob ea, quae quis incuset—*. REISK. Simplicius et verius resolvas sic: *τούτοις, ἃ—*. Saepissime caussa solo dativo indicatur. SCHAEFER.

109, 2. *καταλύοντας*] Aut *καταλύειν* in infinitivo legendum est, aut, servato participio, deest aliquis infinitivus. Nam qui secum constare poterunt *συνέχειν τὴν δύναμιν καταλύοντας*! Qui continet atque tuetur aliquid, qui potest idem ille id ipsum destruere? REISK. Haec vero est cavillatio dialectica. Talia oratores non curant: omnium minime quando abrepti feruntur dicendi fervore. Advertenda h. l. sola oppositio participiorum, *ἐπανορθοῦντας, μὴ καταλύοντας*, non syntacticus eorum cum infinitivo *συνέχειν* nexus. SCHAEFER.

109, 5. παρὰ πάντα ταῦτα] *Praeter haec omnia.* p. 506, 3. s. παρὰ πάντα δὲ ταῦτα ἐκεῖνο ἔτι ἀκούσατέ μου. SCHAEFER.

109, 6. ἵν'—ἑαυτοῖς] *Ut boni patriaeque amantes cives non solum ceteris* (i. e. civitati, quam, si proditores non audiuntur, suis consiliis ad pristinam dignitatem et potentiam se restituturos sperant), *sed etiam sibimet ipsis* (quia cessantibus proditorum calumniis insidiisque neque periculum erit optima suadenti et honor ab omnibus habebitur) *bene consuluisse videantur.* FRANK.

109, 11. ἄχρι τοῦ θορυβῆσαι καὶ ἐπαινέσαι σπουδάζοντες] *Usque ad applausum et laudationem rebus intenti*, hoc est, si tantum laudabitis oratorem, ejus vero consilium non sequemini. WOLF.

IX.

PHILIPPICA TERTIA.

De argumento et tempore (Olymp. 109. 3.) hujus orationis, quam τὴν μεγίστην τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν dicit Dionysius Halic. vol. 6. p. 947., in initio annotationum ad orationem praecedentem dictum est ab Winiewskio. Ejus duplex antiquitus exstitit editio, altera brevior, quae servata est in codice S., locos multos, quos manus recentior in margine adscripsit, omittente, altera copiosior, quam exhibent codices reliqui, nisi quod ab horum quoque uno alteroque nonnulla istiusmodi additamenta vel plane absunt vel in margine scripta reperiuntur. Breviorem recensionem, ad quam spectat numerus versuum in S. aliisque codicibus subscriptus (v. ad p. 130, 20.), secutus est, quantum ex paucis quos affert hujus orationis locis colligi potest, Aristides in Rhetoricorum libris: alteram quum alii rhetores et grammatici tum Harpocration (s. v. δυσωποῦμαι et ὑπάγουσιν ex p. 127, 25. 127, 27. loco valde suspecto, qui non solum ab S., sed etiam ab aliis codicibus nonnullis abest et fortasse ne est quidem ex hoc peculiari additamentorum genere, sed ad vulgare referendus est interpolationum genus, quales etiam in aliis orationibus reperiuntur): quanquam idem Harpocration s. v. ἄτιμος (ex p. 122, 11.) cum breviore editione consentire reperitur, ut conjecturae locus sit haec ex diversis grammaticis diversa secutis exemplaria esse excerpta. Additamenta ipsa pleraque omnia ita sunt comparata ut dubitari plane non possit quin aut ab Demosthene, orationem quacunque de caussa retractante, aut ab alio scriptore non multo recentiore, Demosthenica amplificante, sint profecta: nam plura sunt in his additamentis quae nemo facile sibi persuadeat ab recentiore aliquo rhetore aut grammatico scripta esse, velut Eurylochi, Parmenionis, Clitomachi et Lycurgi nomina p. 126, 1. 129, 19. Priorem sententiam defendit Leonardus Spengelius docta commentatione, quae inserta est Actis Academiae Bavaricae classis philosophico-philologicae vol. 3. p. 157—197., alteram alii, nihil tamen illi in additamentis, de quibus quaeritur, monstrantes, quod non scribi potuerit ab Demosthene, excepto loco illo suspecto quem paullo ante memorabam. Quum nec probabilis

reddi ratio possit cur retractandam orationem sibi sumserit Demosthenes, nec, si sumsisset, valde verisimile sit utramque editionem foras ab eo datam esse, credibilius fortasse videatur pleniorem editionem ab Demosthene esse perscriptam, mature autem ab rhetore aliquo compendifactam eamque in formam redactam quam prima codicis S. manus repraesentavit. Verum hanc quoque opinionem parum probabilem esse intelliget qui additamenta illa paullo diligentius considerare volet. Nam qui orationem in compendium voluisset redigere, aliquanto plura, ut opinor, erat omissurus, alia autem servaturus, velut quattuor illa nomina virorum, supra memorata. Apparet igitur quaestionem hanc ab nemine ita esse tractatam ut acquiescere in ejus sententia liceat, nec puto rem ad liquidum perductum iri, nisi nova reperta fuerint subsidia. Quodsi additamenta illa sint Demosthenis, duplicem orationis editionem non puto ab ipso esse factam, sed ab aliis esse compositam quae in margine scripta ab oratore reperissent vel omittentibus vel in continuationem verborum inferentibus, quemadmodum diversa earundem orationum, velut Philippicae primae (de qua v. ad p. 1418, 1.), prooemia ex schedis oratoris ad nostra tempora pervenerunt. Quod non mirum foret in hac oratione, in qua plurimum operae posuisse videtur Demosthenes.

110, 1. Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κ. τ. λ.] Hermogenes p. 281. *ἀλλ' οὖν ὅ γε πλαγιασμὸς πλεῖστον ἔχει περιβολῆς, ὥσπερ κἀν τῷδε· Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων γινομένων* etc. Idem p. 310. *παραδείγματα δ' αὐτῶν θήσομεν ἑκάστου, ἵνα καὶ σαφὴς ὁ λόγος ᾖ. τοῦ μὲν οὖν τέμνοντος τὰ πράγματα λόγου, οὐ μὴν δοκοῦντος τέμνειν, παράδειγμα, οἷον· Πολλῶν—. τοῦτο μὲν οὖν ἐκ πλαγιασμοῦ τοιοῦτον ἐγένετο.* Aristides de D. C. p. 184. item h. l. pro exemplo obliquae orationis cum proposuisset, pergit: *καὶ ἄλλο τι πεπλαγιασμένον ἐπὶ τούτῳ· καὶ πάντων εὖ οἶδ' ὅτι φησάντων γ' ἄν.* Citat etiam Dionysius Halicarn. h. l. t. 6. p. 947. s. et 976. REISK.

110, 3. Ἕλληνας] Abest ab exemplo Dionysii. REISK. Librariorum, ut videtur, errore: nam rhetor vocem posuit in loci metaphrasi p. 977. SCHAEFER. In metaphrasi omisit *ἄλλους*. Sed paullo post cum vulgata consentit scriptura *τοὺς ἄλλους Ἕλληνας*. Similiter alibi quoque libri fluctuant inter *ἄλλοι* et *Ἕλληνες* et *ἄλλοι Ἕλληνες* apud Demosthenem (v. p. 123, 15.) et, quem Spengelius memoravit, Isocratem, cujus codex Urbinas saepe *Ἕλληνες* sine *ἄλλοι* habet. *τοὺς ἄλλους Ἕλληνας* libri omnes apud Demosth. p. 130, 1. idque hic quoque in limine orationis servandum putavi, licet *Ἕλληνας* omittat pr. S.

110, 5. *καὶ πάντων—φησάντων γ' ἂν*] *Et cum satis sciam, neminem negare posse.* S. si serio rogetur et, quod sentit, verbis prae se ferat. WOLF.

οἶδ'] *εὖ οἶδ'*, ut codices aliquot, Dionysius et Aristides.

110, 6. *πράττειν* ex S. restitutum pro vulgato *πράττειν ἅπασι*

προσήκειν, quocum consentit Dionysius p. 948., contra p. 976. solum habet πράττειν pariterque in metaphrasi p. 978.

110, 7. ὅπως—δώσει] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 14. SCHAEF.

110, 8. ὑπηγμένα] Citat h. l. Harpocrat. v. ὑπάγειν. REISK.

110, 11. ἐβούλοντο] Sic Dionysius p. 976. Sed p. 948. ἐβούλονθ'. SCHAEFER.

110, 12. ἔμελλε τὰ πράγμαθ'] τὰ πράγματα ἔμελλεν Dionysius p. 977. SCHAEFER.

110, 15. παρ' ἓν οὐδὲ δύο] *Ob unam alteramve caussam.* παρὰ enim i. q. διὰ v. 17. SCHAEFER.

110, 20. δύνανται] δυνατοί εἰσι. Hoc sensu Demosthenes verbo δύνασθαι saepius utitur. V. Reiskius in Ind. Graecit. falsus in eo, quod μέγα censet subaudiendum. Utuntur etiam alii. Euripides Orest. 879. Pors. ὑπὸ τοῖς δυναμένοισιν ὢν ἀεί. mox 887. ὃς ἂν δύνηται πόλεος. Pausanias 7. 1. 3. δυνηθέντων δὲ ἔν τε Ἄργει καὶ Λακεδαίμονι τῶν Ἀχαιοῦ παίδων. SCHAEFER.

110, 22. ἕτεροι δὲ—ποιοῦσιν] Citant Anecd. Bekk. p. 119. s. SCHAEFER.

ἐπὶ τοῖς πράγμασιν] ἐπὶ τῶν πραγμάτων Anecd. Bekk. Sic p. 309. 10. διαφθείρειν τοὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων. SCHAEFER. τῶν ἐν τοῖς πράγμασι τινὲς dixit p. 125, 7. Sunt qui in republica gerenda versantur. FRANK.

110, 24. παρ' αὐτῆς] De se, i. e. de civibus suis, non de Philippo. FRANK.

111, 3. τοιαῦται πολιτεῖαι] I. q. τοιαῦτα πολιτεύματα. FRANK.

111, 4. In annot. critica b. post γρ. F. excidit "τῶν κακῶν καὶ τῶν ἁμαρτημάτων A."

111, 7. ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων] *In ceteris quidem rebus.* SCHAEF. Scil. extra concionem; nam peregrini quidem et servi quam libertatem habebant de rebus publicis loquendi, eam in cauponis, in vicis, in foro familiari confabulatione exserebant. FRANK.

111, 11. οἰκέτας] De servorum apud Athenienses ἀκολασίᾳ v. Xenoph. de rep. Ath. 1, 10. ubi hunc Demosthenis locum et Aristot. Polit. 5. 11. et 6. 4. comparavit Schneiderus. Attigit etiam Schoemannus Antiq. publ. p. 189.

111, 12. ἢ πολίτας] Non dicit ἢ τοὺς πολίτας, de oligarchiis cogitans, in quibus parti tantum civium libertas dicendi concessa est. FRANK.

111, 15. ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις—κινδυνεύειν] Eadem legimus supra p. 98, 12. SCHAEFER.

111, 16. τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς γιγνομένοις] V. not. ad p. 98, 15. SCHAEFER.

111, 18. εἰ μὲν οὖν καὶ νῦν οὕτω διάκεισθε] S. ὥστε τρυφᾶν καὶ κολακεύεσθαι βούλεσθαι. Si his animis estis: si haec vobis cordi sunt: si in hac sententia permanetis: nisi aliam audiendi rationem inieritis. WOLF.

111, 25. τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι κ. τ. λ.] Simillima legimus p. 40. 13. ss. Quales locos inter se diligenter compara-

bis, ut discas quomodo Demosthenes sua repetat. Multum diversa ratione simiae Oratoris Demosthenica suffurati centones suos consuunt. SCHAEFER.

112, 5.—112, 20. Εἰ—πολεμεῖν] Absunt haec ab S. Serius ab Demosthene inserta esse nec satis convenire cum reliquis Spengelius p. 172. duobus argumentis probari posse opinatur. Primo enim verba ἐγὼ δὴ τοῦτο πρῶτον ἁπάντων λέγω καὶ διορίζομαι (p. 112, 18.) facere ut inutilia et molesta sint quae mox sequuntur ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι, quae non posse ad solam priorem sententiae partem referri εἰ μὲν—τοῦτο, sed ad totam pertinere periodum εἰ μὲν—πλὴν ἀμύνεσθαι: quod ego non video quo jure contendat. Deinde repugnare sibi oratorem ait, qui in exordio orationis omnes, nemine excepto, concedere dixerit Philippi, qui pacem violaverit, injurias esse reprimendas, hic vero multos narret culpam in Athenienses conferre. At neque in exordio *omnes nemine excepto* dixit, sed simpliciter πάντων φησάντων ἄν, neque hoc loco contrariam opinionem *multorum* esse dixit, sed *paucorum*: ἐπειδὴ δ' οὕτως ἀτόπως ἔνιοι διάκεινται—.

112, 15. ἀνάγκη—περὶ τούτου] *Cautione vehementer est opus, et ut hoc recte constituatur.* Quod hic διορθοῦσθαι, paulo post διορίζεσθαι, *distinguere*, dicit. WOLF.

112, 23. τὸν ταῦτα λέγοντα] I. e. τὸν λέγοντα, ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἐστιν εἰρήνην ἄγειν. FRANK.

πράττειν] *Operam dare s. id agere*, ut quod rogaverit decernatur ratumque fiat. FRANK.

112, 24. ἕτερος] Non dixit Φίλιππος, quia in universum loquitur. FRANK.

112, 25. εἰ δ' ἕτερος κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 194. qui in v. ἕτερος sibi visus est exquisiti quid et venerabilis, σεμνότητα, reperisse. καὶ πάλιν ἑτέρωθι βουλόμενος δεῖξαι ὅτι Φίλιππός ἐστιν ὁ τὸν πόλεμον ποιῶν, ἀντὶ τοῦ οὕτως εἰπεῖν· εἰ δὲ Φίλιππος τὰ ὅπλα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων καὶ δύναμιν πολλὴν περὶ αὑτόν· ὁ δὲ ἕτερος εἶπεν. REISK. Nihil hic σεμνόν. Orator in universum loquitur. Sed Technici illi passim videre sibi visi sunt quae fugiant vel Lyncei oculos. SCHAEFER.

113, 1. οὐ διαφέρομαι] Reiskius in Ind. Graecit. recte vertit: *nil curo, haud intercedo, mea nil refert.* Usu congruit, etsi significatione differt, quod vulgo dicunt οὐδέν μοι διαφέρει. V. ad Dionys Halic. de C. V. p. 294. s. SCHAEFER.

113, 3. ἐκείνῳ—λέγει] Id est, nos servare pacem cum Philippo jubet, Philippo nostri oppugnandi dat potestatem. WOLF.

ὑμῶν—ὑμῖν] Malim ἡμῶν—ἡμῖν. Eadem Reiskio videntur placuisse. V. notam proxime sequentem. SCHAEFER. Non opus.

113, 4. τὴν εἰρήνην λέγει] Idem est ac si dixisset: is loquitur (h. e. crepat, jactat) pacem, τὴν ἐκείνῳ παρ' ἡμῶν οὖσαν, a parte nostra, a nobis ad illum proficiscentem, h. e. quam observantes nos quieti sedemus, cauti eum vexationibus lacessere, οὐχὶ τὴν

ἡμῖν παρ' ἐκείνου οὖσαν, non pacem ab ejus parte erga nos. h. e. quamquam ille interim pacem insuper habens hostilia plurima in nos audet. REISK.

113, 4. *τοῦτο δ' ἐστὶν—ὠνεῖται*] Citant Anecd. Bekk. p. 180, 9. SCHAEFER.

113, 12. *'Ολυνθίοις*] Olymp. 107, 4.

τετταράκοντα ἀπέχων τῆς πόλεως στάδια] I. e. οὐ πρότερον πρὶν ἢ ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ τὸ στράτευμα παρεῖναι ἔχων p. 104. FRANK.

δυοῖν θάτερον, ἢ—ἢ—] Ante particulas disjunctivas *ἢ—ἢ* verbum generale interdum omittitur, quod facile ex ipsa disjunctione suppletur, ut hoc loco *γενέσθαι*. de Cor. p. 274, 10. ss. *καίτοι δυοῖν αὐτὸν ἀνάγκη θάτερον, ἢ, μηδὲν τοῖς πραττομένοις ὑπ' ἐμοῦ τότ' ἔχοντα ἐγκαλεῖν, μὴ γράφειν παρὰ ταῦθ' ἕτερα, ἢ, τὸ τῶν ἐχθρῶν συμφέρον ζητοῦντα, μὴ φέρειν εἰς μέσον τὰ τούτων ἀμείνω*, ubi post *θάτερον* supplendum *ποιεῖν*. Plato Charm. p. 160. C. *δυοῖν γὰρ δὴ τὰ ἕτερα, ἢ οὐδαμῇ ἡμῖν ἢ πάνυ που ὀλιγάκις αἱ ἡσύχιοι πράξεις ἐν τῷ βίῳ καλλίους ἐφάνησαν ἢ αἱ ταχεῖαί τε καὶ ἰσχυραί.* BREMI. Supplendum esse verbum mihi non persuasit; nec probo eorum rationem, qui *δυοῖν θάτερον* habent pro accusativo absoluto. Non improbarem, si dicerent nominativum absolutum: nam mihi haec formula videtur esse de numero earum, quae reliquae orationi sic interseruntur, ut nexu cum ceteris syntactico solutae notionem per se conficiant: cujusmodi est illud *τὸ τοῦ λόγου*, de quo v. Bos. Ellips. p. 429. 917., *τὸ μὲν μέγιστον* Euripid. Med. 559. Pors., aliaque numero plurima. Eodem modo dicimus vernacule *Eins von beiden, entweder—oder*—, de ellipsi non cogitantes. SCHAEFER.

113, 20. *ἤριζον*] *Sponsione certabant.* REISK. Immo simpliciter verte *contendebant*, ut Augerus vertit. Rarus hic usus verbi *ἐρίζειν*: longe frequentior idem significantis *ἀμφισβητεῖν*, de quo v. Reiskii Ind. Graecit. et Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 337. Sed tenendum, haec non dici nisi de re, de qua homines inter se dissentiant. SCHAEFER.

113, 21. *Φερὰς—'Ωρείταις*] V. ad p. 104, 9.

πάροδον] S. *εἴσω τῶν Πυλῶν*, ingressum intra Pylas. WOLF.

113, 24. *τοῖς—'Ωρείταις*] Dativus a verbo *πεπομφέναι*, non a verbo *ἔφη* pendet: dictabat Philippus satis acerbo verborum lusu, se Oritis morbo affectis ob benevolentiam milites misisse qui eos viserent iisque assiderent curandi caussa. FRANK.

113, 26. *νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς*] *ἐν αὐτοῖς* omittunt A. (quae sigla excidit in annot. critica) et S. et potest illatum videri ex p. 123, 29. *νοσοῦντας ἐν αὑτοῖς καὶ τεταραγμένους*, quemadmodum in Olynth. II. p. 22, 7. ubi nunc e libris melioribus editum *Θετταλοῖς στασιάζουσι*, alii lectione ex nostro loco interpolata praebent *Θετταλοῖς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσι*. Frequentissima sunt *νόσος* et *νοσεῖν* de intestinis civitatum turbis dicta: v. exempla in Stephani Thes. ed. Paris. allata.

113, 27. *εἶτ' οἴεσθ' αὐτόν, οἳ ἐποίησαν μὲν οὐδὲν ἂν*] Sic ex S. editum pro vulgato *εἶτ' οἴεσθε οἱ μὲν οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἐδυνήθησαν*

ποιῆσαι. Scripturam codicis S. in γρ. habent B. et haud dubie F. "Locum hunc citat Dionysius Halic. vol. 5. p. 610. 6. p. 948. οἴεσθε, εἰ οἱ μὲν Dionysius p. 610. Sed p. 948. consentanee cum vulgata. Sunt et alia in illo priore Dionysii exemplo a vulgari discedentia, ut εἰ οἱ μὲν αὐτὸν οὐδὲν ἠδυνήθησαν ποιῆσαι κακὸν, αὐτοὶ δὲ μὴ παθεῖν ἐφυλάξαντ' ἂν ἴσως, τοὺς μὲν ἐξαπατᾶν, et πολεμῆσαι. Conf. etiam p. 978." REISK.

114, 3. ἕως ἂν] *Dum, tandis que.* AUGER. Diverso sensu p. 115, 8. ubi additum ἤδη tollit omnem sensus ambiguitatem. Nostro loco addi potuisset ἔτι. SCHAEFER.

114, 9. ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς] Activi ἀναβάλλειν usum, de quo dictum ad p. 44, 5., ex hoc loco annotavit Pollux 9, 136. Ceterum eadem fere verba leguntur in or. de Cherson. p. 102, 27.

114, 14. ἐξ ἀρχῆς] *Statim ab initio*, i. e. statim post factam pacem (ἄρτι τῆς εἰρήνης γεγονυίας, quibus verbis illud explicatur). Paullo rectius p. 105, 12. ἐν αὐτῷ τῷ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι. Nam Philippus, dum de pace agebatur, in Thraciam expeditionem fecit, post subactam demum Thraciam pacem suo jurejurando confirmavit. FRANK.

114, 19. στρατηγὸς] Chares.

114, 20. τί ἐποίει] Subaudi εἰ μὴ ἐπολέμει, aut ἄλλο ἢ ἐπολέμει. *quid aliud faciebat, si non bellabat?* Nam pace quidem posteriora sunt illa eventa ab ipso jurejurando sancita, qua pace ista facta omnia illegitima pacique adversa declarantur et in facinoribus hostilibus numerantur. REISK.

114, 22. εἰ μὲν γὰρ μικρὰ κ. τ. λ.] Nam si hoc quaereretur, num minuta illa et vilia oppidula sint, et num vos nullam eorum habeatis rationem, agitaretur alia quaestio, diversa ab hac, quae nunc agitur. Nunc nempe quaeritur, justa an injusta sint illa facinora Philippi. De natura disputatur seu de qualitate, non de modo seu de quantitate, quae nunc est extra controversiam. Violationem hanc esse juris jurandi constat: quanta sit, nil ad rem attinet quaerere. Religio deorum semper violatur a jus juratum infringente, sive in re minuta, sive in magna faciat. REISK.

115, 2. Μεγάρων—Εὐβοίᾳ—Θρᾴκην—Πελοποννήσῳ] Quae omnia ad vos minus pertinent quam Chersonesus. SCHAEFER.

Μεγάρων] V. ad p. 248, 13.

115, 3. Εὐβοίᾳ] V. ad p. 99, 1.

τυραννίδα] Malim in plurali τυραννίδας. Plures enim numero tyrannos Euboeae Philippus imposuerat. REISK. Singularem ne mutes: τυραννὶς enim h. l. dicitur in universum complectiturque duos illos tyrannos, de quibus p. 99. in. Verte *dominationem tyrannorum*. SCHAEFER.

115, 4. τὰ ἐν Πελοποννήσῳ σκευωρούμενον] Dum Peloponnesios, inprimis Argivos et Messenios (Phil. II. p. 69.) ad bellum contra Lacedaemonios instigat. FRANK. Conf. p. 252, 2.

115, 7. εἰ μὴ καὶ τοὺς—φήσετε] Citat Tiberius p. 45. s. SCHAEFER.

115, 7. *καὶ*] Omittit Tiberius. Idem pro *ἐφιστάντας* habet *ἐπιστήσοντας*. SCHAEFER.

ἐφιστάντας] I. e. *ἐφ' ὑμᾶς ἱστάντας*, qui machinas contra urbem vestram statuunt. FRANK.

115, 10. *ὁ γὰρ—τοξεύῃ*] Citat h. l. Dionysius Halicarn. de structura orat. p. 64. ed. Upton. (p. 106. ed. Schaef.). Celebris sententia a multis celebrata. ut Hermogene p. 178. et 180. item p. 287. ubi ait: *τὸ κατὰ συστροφὴν λεγόμενον σχῆμα σφόδρα ἐμπερίβολον, οἷον· ὁ γὰρ, οἷς ἂν ἐγὼ—.* Minuc. p. 144. *οἱ μὲν τὰ συμπεράσματα ἐπάγουσιν, οἱ δὲ τὸ συμπεραινόμενον ἐκ τῶν προτάσεων τῷ δικαστῇ προσενθυμηθῆναι καταλείπουσιν, οἷον· ὁ γὰρ, οἷς—. ἡ ἐπαγωγὴ λείπει εἰς τὸ τέλειον συλλογισμὸν εἶναι. ἀλλὰ Φίλιππος ταῦτα πράττει, ἐξ ὧν ἁλωσόμεθα ἡμεῖς· Φίλιππος ἄρα ἡμῖν πολεμεῖ.* item Apsines p. 703. c. fin. REISK.

115, 12. *τίσιν—κινδυν. ἂν*] Cave i. q. *περὶ τίνων κινδ. ἂν* esse putes. Hoc dicit orator: quibusnam rebus efficietur ut, si bellum aperte exarserit. periclitemini (in periculo versemini)? eo. quod Hellespontus abalienatus erit. eo quod ille Megaris et Euboea potitus erit cett.; his quasi machinis vos urgebit et expugnabit. REISK.

115, 13. *τὸν Ἑλλήσποντον*] De f. leg. p. 397. *δυο χρησιμωτέρους τόπους τῆς οἰκουμένης οὐδ' ἂν εἷς ἐπιδείξαι τῇ πόλει, κατὰ μὲν γῆν Πυλῶν, ἐκ θαλάττης δὲ τοῦ Ἑλλησπόντου.* FRANK.

ὑμῶν omittit etiam A., quae sigla excidit in annot. critica.

115, 16. *εἶτα τὸν τοῦτο τὸ μηχάνημα κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes Aldinus p. 334. Aristides p. 192. REISK. Item Tiberius p. 46. SCHAEFER.

μηχάνημα] V. Anecd. Bekk. p. 278, 20. SCHAEFER.

115, 19. *ἡμέρας*] Olymp. 108, 2. Scirophorionis die 23. FRANK.

116, 5. *ληρεῖν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ*] Citat h. l. Thomas M. v. *τετυφωμένος* p. 842. REISK.

116, 6. *δοκῶ*] *δόξαιμι* Thomas M. l. c. REISK.

μήτε νῦν μήτ' αὖθις κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 252. REISK.

116, 16. *ἀφ' ὑμῶν ἀρξαμένους*] V. Ind. Graecit. *initio a vobis facto*. Idioma haud infrequens linguae Graecae. V. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 83. et p. 551.. it. ad Sophist. p. 366. SCHAEF.

116, 19. *λωποδυτεῖν*] V. Hermogenis locum ad p. 37, 2. allatum.

116, 20. *καταδουλοῦσθαι*] *δουλοῦσθαι* simplex Harl. REISK. Fortasse sic legit etiam Thomas Mag. Nam p. 250. haec habet: *Δημοσθένης· δουλοῖται τὰς πόλεις.* quae Reiskius Ind. Graecit. minus recte refert ad p. 249. in. SCHAEFER.

προστάται] Eodem utitur nomine Isocrates Panegr. c. 30. Idem c. 2. *τοὺς προεστῶτας* dicit. Atque hoc intelligendum est *γενικῶς*: *εἰδικῶς* altera vox de hac re frequentius usurpata, *ἡγεμονία*, h. e. summa imperii adversus barbaros. V. Isocrates ibid. c. 18. SCHAEFER.

116, 21. *ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία*] Principatum Atheniensium alii diuturniorem faciunt, alii breviorem. WOLF. V. ad p. 35, 5.

116, 22. *προστάται δὲ τριάκοντα ἑνὸς δέοντα Λακεδαιμόνιοι*] Eundem numerum ponit Dionysius Hal. Antiq. Rom. 1, 3. *ἐπαύθησαν δὲ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ὑπὸ Θηβαίων οὔτε* (scr. *οὐδὲ*) *ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατασχόντες.* Alii horum quoque principatus tempus aliquanto brevius faciunt: de quo dixit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. Append. c. 7. p. 252. 253. recte observans triginta annos qui posuerint computasse a pugna ad Aegospotamos (Olymp. 93, 4.=405. A. Chr.) usque ad pugnam ad Naxum (Olymp. 101, 1.=376. A. C.), qua Lacedaemonii a Chabria sunt victi.

116, 25. *τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην*] Olymp. 102, 2.=371. A. Chr.

116, 27. *ποιεῖν*] *τὸ ποιεῖν* A: quo non opus: "Sic de Halonn. p. 80. *οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτ' ἀξιῶν, ὑφ' ὑμῶν εἰς τὴν θάλατταν κατασταθῆναι.* Cherson. p. 107. *οὐδὲ ἔμοιγε δοκεῖ δικαίου τοῦτ' εἶναι πολίτου, τοιαῦτα πολιτεύμαθ' εὑρίσκειν.* c. Leptin. p. 460. *τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα.* Mid. p. 569. *οὐδενὶ πώποτε τούτων ἐδώκατε τὴν δωρεὰν ταύτην οὐδ' ἂν δοίητε, ἐξεῖναι τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς ὑβρίζειν αὐτῶν ἑκάστῳ.* Fortasse etiam post *ἐκεῖνο* in orat. de fals. legat. p. 432. *ἐκεῖνο δὲ μὴ προσῆν, τὸ δικαίως καὶ προῖκα πεπρεσβευκέναι.* articulus *τὸ* cum Parisino libro S. omittendus est." WEBER. ad orat. c. Aristocr. p. 667, 17.

116, 28. *οὐδὲ πολλοῦ δεῖ*] V. ad p. 100, 10.

116, 29. *μᾶλλον δὲ τοῖς τότ' οὖσιν 'Αθηναίοις*] Vide quo artificio orator captet auram popularem. SCHAEFER.

117, 1. *τισιν*] Dativus pendet a verbo *προσφέρεσθαι*. Orator rem attenuans non moderate tractatos esse dicit, in quos notum est crudeliter ab Atheniensibus animadversum esse. FRANK.

117, 3. *Λακεδαιμονίοις*] Dativus regitur a phrasi *εἰς πόλεμον κατέστησαν* i. e. *ἐπολέμησαν*. FRANK.

ἄρξασι] Explicant continuo sequentia. *ἄρχειν* enim h. l. non est *imperare*, sed *imperium capessere.* Herodotus 1, 14. *ἐπεί τε ἦρξε.* Recte interpres: *postquam regno est potitus.* Eodem modo usurpantur *βασιλεύειν, ἡγεῖσθαι, τυραννεύειν*, ut significent *fieri regem, ducem, tyrannum.* SCHAEFER.

117, 5. *πλεονάζειν*] Raro usu i. q. *πλεονεκτεῖν*: *insolescere, plus sibi quam oportebat arrogare.* WOLF. Conf. p. 998, 20. *καὶ τοὺς πάνυ δεινοὺς ἑκάστοτε, ὅταν πλεονάζωσιν, ἐπίστασθ' ὑμεῖς κοσμίους ποιεῖν.*

117, 6. *καὶ*] Malim positum post *μετρίου*. SCHAEFER.

τὰ καθεστηκότα ἐκίνουν] *ἀναγκάζοντες τοὺς συμμάχους ἐπιτηδείως σφίσι πολιτεύεσθαι, τουτέστιν, ὀλιγαρχεῖσθαι, μᾶλλον δὲ δεκαδαρχίας καθιστάντες.* Vide Isocratis Paneg. et Panathen. WOLF.

117, 13. *τριάκοντα—ἑβδομήκοντα*] Numeros rotundos ponit pro veris 29. et 73., quibus supra usus erat p. 116, 21. 22.

117, 16. *ἐν τρισὶ καὶ δέκα*] Inde ab Ol. 106, 3., quo tempore Philippus jam apertius bello sacro se immiscere et in Graecorum libertatem grassari coepit. FRANK. V. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 144.

117, 17. *ἐπιπολάζει*] Invidiose et cum contemtu dictum. Augerus: *coepit esse aliquid.* V. Ind. Graecit. s. v. SCHAEF.

117, 18. *πολλοστὸν* ex A. alioque codice Augustano (secundo) et ed. Aldina restitutum a Reiskio pro plerorumque librorum scriptura *πολλοστὸν πέμπτον*. In S. est solum *πέμπτον*. Recte Reiskius "Expunxi *πέμπτον*, natum e varia lectione, libris aliis *πολλοστὸν*, aliis ejus loco *πέμπτον* exhibentibus, quae ambae lectiones postmodum errore coaluerunt: vel debetur scholio nescio cujus sciti et subtilis hominis, dignum habentis, de quo admoneret, tredecim annos nondum esse quintam partem annorum 73. Verum hic non temporum spatia, sed injuriarum modi inter se comparantur. Potest quoque fieri, ut sciolo illi, cui vitiosa lectio h. l. debetur, illa Demostheni crebro usurpata versaretur in memoria dictio, *οὐδὲ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων λαβεῖν*."

117, 20. *Ὄλυνθον μὲν δὴ κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 342. *τῇ μεθόδῳ χρῆται τῇ παραλειπτικῇ, καὶ οὐδὲν ἧττον λέγει τὰ πράγματα, οἷον· —Ὄλυνθον μὲν δὴ* etc. Aristides de D. C. p. 230. *περιβολὴν οὖν ποιοῦσιν αἱ τοιαῦται* (scil. *παραλείψεις*) *ἐν τῷ ἀορίστῳ. αἱ δὲ κατ' εἶδος παραλείψεις, οἷον Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Ἀπολλωνίαν—.* Citat item Dionysius Halic. t. 6. p. 1119 R. et Stephanus Byzant. p. 119. edit. Berkel. v. *Ἀπολλωνία*. et Strabo 2. p. 121. REISK.

καὶ Μεθώνην] Omittit Aristides. REISK. Methone intelligenda Thraciae, non Macedoniae. V. ad p. 11, 17.

Ἀπολλωνίαν] Societate cum Olynthiis conjunctam. FRANK.

καὶ δύο (*καὶ δύο* om. Dionysius) *καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης*] Urbes Chalcidicas dicit, Olynthiorum imperio subjectas. De numero earum consentiunt Callisthenes in Macedonicis apud Stob. Floril. 7. 65. aliique scriptores, quorum locos collegit Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 154. Idem de earum nominibus dixit quatenus ea novimus: plurium enim obliterata memoria est.

117, 22. *ὥστε—εἰπεῖν*] Dionysius Halic. l. c. sic recitat mendose: *ὥστ' εἰ μηδεπώποτε ᾠκίσθησαν ῥᾴδιον ἦν προελθόντα εἰπεῖν.* REISK. Strabonis codices *ὥστ' εἰ μηδὲ* (codex unus a correctore *ὥστε μηδ' εἰ*) *πώποτε ᾠκίσθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα.*

ὥστε—προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν] Scil. *τινά*: ut ne id quidem, num unquam habitatae fuerint, facile quisquam quum in eum locum accesserit dicere possit. FRANK.

ᾠκήθησαν] *ᾠκίσθησαν* Dionysius et Strabo.

117, 23. *προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν*] Sic etiam A. (quae sigla excidit in annot. critica), nisi quod *προσελθόντα.*

τὸ Φωκέων ἔθνος κ. τ. λ.] Citat h. l. Harpocrat. v. *ἔθνος.* REISK.

ἔθνος τοσοῦτον] Invertit Dionysius. REISK.

117, 25. *τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας*] Per urbes intelligo Paga-

sas et Magnesiam: per πολιτείας libertatem. WOLF. Nunc inverso ordine ex A. S. τὰς πολιτείας καὶ τὰς πόλεις. Alter verborum ordo est ap. Harpocrat. s. v. ἔθνος. "Ego vero non dubito, hunc in locum διττογραφίαν irrepsisse, delendaque esse quae Dionysius non legit tria vocabula, τὰς πόλεις καὶ. De sola autem Thessalia oratorem loqui tam manifestum est, ut Reiskium ambigere potuisse vehementer mirer." SCHAEFER. De significatione vocabuli πολιτεία dictum ad p. 10, 21. Buttmanno Mythol. vol. 2. p. 290. scribendum videbatur τὰς κατὰ πόλεις πολιτείας, quae oppositae sint τετραρχίαις. Quae conjectura minus quam Schaeferi probabilis est.

117, 26. παρῄρηται] ἀφῄρηται Dionysius. ἀφῄρηνται Harpocrationis codices, ἀφῄρηται editiones.

τετραρχίας—δουλεύωσιν] Totam Thessaliam in quatuor praefecturas divisit. ut non modo oppidatim, sed etiam regionatim (ut ita dicam) serviant. Vide calumniam. Athenae divisae fuerunt non servitutis sed boni ordinis caussa in decem tribus et municipia seu curias complures. WOLF. V. ad p. 71, 12.

τετραρχίας] τετραδαρχίας alii libri et Harpocration.

117, 27. ἔθνη] ἔθνος juxta Harpocrationem non modo magnum et frequens hominibus genus vocatur, sed etiam peculiari notione pars quaedam civitatis; et hunc ipsum locum commemorat cum alio loco ex ejusdem Demosthenis oratione contra Aristocratem. AUGER.

117, 28. αἱ δ' ἐν Εὐβοίᾳ πόλεις κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides p. 174. REISK.

118, 4. ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσποντον οἴχεται κ. τ. λ.] Alexander de figuris p. 42. Ἐπιτροχασμὸς—τὰ πολὺ διεστηκότα συνάγει, καὶ ἀξιοπιστίας ἕνεκα λέγεται, ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικόν· ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσποντον—πρώην. Aristides de D. C. p. 190. σχῆμα δὲ καὶ τοῦτο τῆς σεμνότητος, καὶ [καὶ delet Schaeferus] τὸ ἀσύνδετα παρατιθέναι τὰ νοήματα, ἐφεξῆς ἐπιτιθέντα ἀλλήλοις, οἷον· ἐφ' Ἑλλήσποντον—χωρεῖ τοῦ ἀνθρώπου. item p. 270. Schol. Hermogen. p. 399. τὸ ἐπιτρέχον (v. Hermogen. p. 283, 16.) καλεῖται καὶ κατ' ἐπιδρομήν, ἀπ' ἐννοίας μεταπηδῶν εἰς ἔννοιαν, οἷον· ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσποντον—. REISK.

118, 5. πρότερον] Olymp. 109, 1 vel 2, quo anno Philippus expeditionem in Ambraciam et Leucadem parabat. Conf. p. 120, 1. 129, 21. et de Halonn. p. 84, 21. FRANK.

Ἦλιν ἔχει] Auctoritate et gratia, non foedere adjunctam. FRANK.

118, 6. Μεγάροις] V. ad p. 248, 13.

118, 7. ἡ βάρβαρος] Sub. γῆ. AUGER. Rarior haec locutio. Euripideum Phoeniss. 1524. Pors. τίς Ἑλλὰς ἢ τίς βάρβαρος de terra interpretatur unus scholiastarum. Plene Xenophon Anab. V. 5. 16. εἰς βάρβαρον γῆν. V. Melet. Crit. p. 41. SCHAEF.

118, 8. τὴν πλεονεξίαν χωρεῖ] χωρεῖ τὴν πλεονεξίαν Dionysius. REISK. Avaritiam hominis *capit*, i. e. sufficiet ad explendam avaritiam. Cf. p. 579, 3. ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ. FRANK.

118, 10. *καὶ ἀκούοντες*] Verba *καὶ ἀκούοντες* et v. 11. *πρὸς ἀλλήλους* omittit Aristides h. l. citans Artis p. 270. REISK.

118, 12. *διορωρύγμεθα*] Reiskius Ind. Graec.: "confossi, perforati sumus, h. e. corrupti, pessumdati." Rectius Wolfius: "tanquam fossis interjectis et vallis separati." SCHAEFER. Cf. p. 245, 16. *παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν—φορὰν προδοτῶν—συνέβη γενέσθαι—· οὓς συναγωνιστὰς καὶ συνεργοὺς λαβὼν καὶ πρότερον κακῶς τοὺς Ἕλληνας ἔχοντας πρὸς ἑαυτοὺς καὶ στασιαστικῶς ἔτι χεῖρον διέθηκε τοὺς μὲν ἐξαπατῶν, τοῖς δὲ διδούς, τοὺς δὲ πάντα τρόπον διαφθείρων, καὶ διέστησεν εἰς μέρη πολλὰ ἑνὸς τοῦ συμφέροντος ἅπασιν ὄντος, κωλύειν ἐκεῖνον μέγαν γίγνεσθαι.* FRANK.

118, 16. *τὸν χρόνον κ. τ. λ.*] Sensus est: *unusquisque Graecorum constituit tempus istud in lucro sibi ponere, quo perit alius: ipse autem pace fruitur, tanquam non cogitans, dum domus proxima ardet, incendium ad se brevi pervasurum. Talis est hominum ex momento pendentium levitas.* BREMI. Cf. p. 240 sq. FRANK.

118, 20. *περίοδος ἢ καταβολὴ*] Citant h. l. Harpocrat. v. *καταβολὴ* et *περίοδος*, item Aristides de D. C. p. 186. cujus haec sunt verba: *ἔτι δὲ καὶ τὸ εἰκόσι χρῆσθαι σεμνότητα καὶ ἀξίωμα ἔχοντα τὸν λόγον ἐργάζεται, οἷον· ἐπεὶ ὅτι γε ὥσπερ περίοδος—οὐδεὶς ἀγνοεῖ.* REISK.

περίοδος] S. *πυρετοῦ.* Galenus: *περίοδός ἐστι χρόνος ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως ἐν νοσήματι γινόμενος.* WOLF.

καταβολὴ] *εἰσβολή*, *accessio et impetus. παρὰ τὸ καταβάλλειν τὸν πυρέττοντα. ταὐτὸν σχεδὸν τῷ παροξυσμῷ.* WOLF. *μεταβολὴ* Aristides Artis p. 186. REISK.

118, 21. *ἀφεστάναι*] S. *τὴν καταβολὴν ἑαυτοῦ*, vel *ἑαυτὸν τῆς καταβολῆς τοῦ πυρετοῦ.* WOLF. Rectius Augerus *abesse a periculo.* scil. quod Philippus intentat. SCHAEFER.

προσέρχεται] Sc. *ὁ Φίλιππος.* FRANK.

118, 23. *γνησίων—τῆς Ἑλλάδος*] Notanda locutio *γνήσιοι τῆς Ἑλλάδος*, i. e. *Ἕλληνες ἰθαγενεῖς.* SCHAEFER.

118, 28. *ἄξιον*] Constructio haec est: *ὥσπερ ἄν τις ὑπέλαβεν—ἄξιον μὲν εἶναι τὸν τοιοῦτον υἱὸν μέμψεως—οὐ μέντοι ἐνεῖναι λέγειν, ὡς οὐκ ἔστι προσήκων. perinde quis hoc de negotio statuat, ac si de filio familias—statuat, eum in hoc quidem esse reprehendendum—verumtamen ideo non licere negare, ipsum eorum esse cognatum—.* REISK.

προσήκων] Subaudi *ὢν εἰς τὰ κτήματα τοιούτως ἠδίκει.* REISK.

119, 6. *οὐ μόνον οὐχ—πρίασθαι*] V. Valckenar. Diatr. de Phil. p. 273. Wyttenbachii Julianea p. 200. ed. Lips. SCHAEF.

119, 9. *ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον—πρίασθαι*] Citat h. l. scholiastes Aphthonii p. 18. 14. Scytha. Cappadox. Thrax. Phryx. Aegyptius servus qui esset. is honeste saltem serviebat. Nam ex his populis mancipia sua petebant Athenienses. E Macedonia autem nulla exportabantur. Hoc nequius interpretatus Demosthenes colligit, tam improbos esse natura Macedonas, ut nemo Athenis illinc habere velit servum. et Macedonici generis servos omnium servorum esse nequissimos et teterrimos. REISK.

Conf. p. 43, 9. Lucianus De paras. c. 42. vol. 2. p. 866. *ὁ κορυφαιότατος αὐτῶν* (oratorum) *ὁ ταυτὶ λέγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συνεχῶς "Φίλιππος γὰρ ὁ Μακεδὼν ὄλεθρος, ὅθεν οὐδ' ἂν ἀνδράποδον πρίαιτό τις ποτε."*

119, 10. *τί τῆς ἐσχάτης ὕβρεως ἀπολείπει;*] Aristides p. 266. *σφοδρότητός ἐστιν, ὅταν τις ὑπεραγανακτῇ. οἷον· τοῦτο μὲν γὰρ οὐκ ἔχον ἐστὶν ὑπερβολὴν ἀκαθαρσίας* [v. p. 553, 12. SCHAEFER.] *καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· τοῦτο γὰρ ἤδη τοὔσχατόν ἐστι* (v. p. 119. ult.). *καὶ πάλιν· τῆς ἐσχάτης ὕβρεως οὐδὲν ἐλλείπει.* REISK.

119, 11. *πόλεις*] Phocensium. FRANK.

τίθησι μὲν τὰ Πύθια] V. ad p. 62, 4.

119, 12. *κἂν*] I. e. *καὶ, ἐὰν*—. Vox pronuntiantis particulam hic non acuenda. V. Devarius de Gr. L. Partic. p. 197. ed. Reusm. SCHAEFER.

κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει] Hoc factum est Ol. 109, 3. quum rex ipse in Thracia versaretur. E verbis *κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ* colligi debet, eum prius in Pythiorum celebritate ipsum jam affuisse, scilicet Ol. 108, 3. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 316.

τοὺς δούλους] Nova Graecorum contumelia. Intelligendi autem Macedonum proceres, quos orator *δημοκρατικῶς* lasciviens dicit *δούλους*. Enimvero Philippi malles quam plebis Atticae fuisse *δοῦλος*. SCHAEFER.

119, 13. *ἀγωνοθετήσοντας*] E grammaticorum praecepto debebat esse *ἀθλοθετήσοντας*. V. Anecd. Bekk. p. 333, 28. et Ammonius p. 4. cum nota Valckenarii. Sed talia vocum discrimina, magnam partem figmenta hominum otiosorum, scriptores parum curant. SCHAEFER.

119, 16. *τὴν προμαντείαν*] *μαντεία*, *divinatio*, *oraculum*. *προμαντεία* videtur *τὴν πρωτομαντείαν*, *principem locum in accipiendis oraculis*, significare. Exempli gratia, si Athenienses, Spartani, Thebani, etc. una cum Philippo simul oracula petiissent, primo loco Philippo responsa data essent. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 289, 18. Praerogativa fuit longe gravissima, cum et oracula essent maximi momenti ad res gerendas, nec Pythia possit quovis tempore aut saepius deinceps adire cortinam: quippe entheus ille furor non minus frangebat corporis vires quam nunc abusus *τῶν ψυχικῶν*, quae vulgo nomine parum apto usurpant magnetica. SCHAEFER. Conf. p. 446, 12.

119, 21. *Πορθμὸν*] V. §. 68. p. 125. et annot. ad p. 248, 11.

ἐκβαλοῦντας] I. e. *καταλύσοντας*, qui ejectis civibus libertatis studiosis tyrannos constituerent. FRANK.

119, 25. *καθ' ἑαυτούς*] Non est cum v. *ἕκαστοι* (*singuli per se*), sed cum v. *γενέσθαι* conjungendum: *grandinem a suis quisque agris procul haberi optant.* FRANK.

120, 1. *Λευκάδα*] Citat h. l. Harpocrat. v. *Λευκάς*. REISK.

120, 2. *Ἀχαιῶν*] Naupactum Locris ereptam Messenii ii, qui ab Atheniensibus acceptam tenuerant, post pugnam ad Aegospotamos (Olymp. 93, 4.) reliquerant ab Lacedaemoniis expulsi.

Postmodum Achaeorum in potestatem venerat (v. Diodor. 15, 75. sub Olymp. 103. 2.). invitis Aetolis. qui pridem (Olymp. 97, 2.) eam appetiverant. V. Xenoph. Hellen. 4. 6. 14. JACOBS.

120, 3. Ἐχῖνον] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἐχῖνος. REISK. Est urbs Thessaliae ab aliis sic. ab aliis Ἐχινοῦς vocata: v. L. Dindorf. in Thes. Steph. vol. 3. p. 2612.

120, 4. οὐχ ἡμῶν] Orator quum praeter Cardiam alias urbes Atheniensibus a Philippo ereptas commemoraturus esset. subito mutata mente orationem inchoatam abrupit. Cf. p. 733, 26. ὃς —τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ, ἀλλὰ τοὺς τῷ γήρᾳ βοηθοὺς λυμαίνῃ. FRANK.

120, 7. μαλακιζόμεθα] Harpocration, μαλακίζομεν (corrige μαλκίομεν, quod est apud Photium p. 244. 19., qui Harpocrationem exscripsit). Δημοσθένης θ' Φιλιππικῶν φησὶ (reliquam glossae partem omisit Photius) "μένομεν καὶ μαλακιζόμεθα." ἐν ἐνίοις γράφεται μαλκίομεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄρρον φρίττειν. Αἰσχύλος "ἔλα, δίωκ' ἀκμῆτι μαλκίων ποδί." Recte, ut arbitror, Schaeferus. "Non dubito, μαλκίομεν h. l. genuinam esse scripturam, quam interpretamentum sede sua sic depulit, nullum ut ejus vestigium in libris Demosthenicis reperiatur." Vera autem hujus verbi, multiplices corruptelas in codicibus experti, forma non est μαλκιῶ cum infinitivo μαλκιᾶν, quae quorundam opinio est, sed μαλκίω, ut μηνίω, de quo quae alibi dixi propediem edentur.

120, 11. τί ποιήσειν] τί recte abesse videtur ab A. (quae sigla addenda in annot. critica) et F.

120, 12. τί οὖν αἴτιον τουτωνί;] Aristides p. 176. εἶτα ἡ αἰτιολογία ἐπὶ πᾶσι. τί οὖν τὸ αἴτιον τούτων; ἐνταῦθα πρόσεχε ἤδη τῷ τῆς ἀποστάσεως σχήματι. σαφηνείας γὰρ εἵνεκά σοι πάντα πρότερον ἐπεξῆλθον. εἰ μὲν συμπλέξας τὸ κατασκευαστικὸν νόημα ἐβούλετο ἐξενεγκεῖν, οὕτως ἂν ἐποίησεν· ὅτι ἐκεῖνοι μὲν τοὺς παρὰ τῶν ἄρχειν βουλομένων ἢ διαφθείρειν τὴν Ἑλλάδα χρήματα λαμβάνοντας ἅπαντες ἐμίσουν. οὗτος δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ διακόψας τὴν συμπλοκὴν τῶν νοημάτων καὶ ἀποστήσας ἀπὸ τοῦ συνῆφθαι αὐτὸν αὑτῷ, εἰς ἀρχὴν ἀναγαγὼν λέγει· ἦν τι τότε, ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις. τί οὖν ἦν τοῦτο; τοὺς παρὰ τῶν ἄρχειν βουλομένων—. REISK.

120, 16. ὃ καὶ τοῦ Περσῶν κ. τ. λ.] Aristides p. 188. locum hunc cum altero, qui est p. 71. circa finem, comparans sic ait: ὅμοιον δὲ τούτῳ κἀκεῖνο· ὃ καὶ τοῦ Περσῶν ἐκράτησε πλούτου—πράγματα. καὶ τοσούτων προεκκειμένων οὔπω εἴρηται τὸ τί, ἀλλ' ἐπαναλήψει χρησάμενος νῦν εἰσάξει· τί οὖν ἦν τοῦτο; εἶτα τὸ εἰσαγόμενον καθ' ἑαυτὸ, ὡς ἐκεῖ ἀπιστία, οὕτως ἐνθάδε· τοὺς παρὰ τῶν ἄρχειν βουλομένων—ἅπαντες ἐμίσουν. REISK.

120, 17. πεζῆς μάχης] ἀντὶ τοῦ, ἐν πεζομαχίᾳ. WOLF. ἡττᾶσθαι μάχης notanda locutio. SCHAEFER.

120, 18. οὐδεμιᾶς] Abest ab Aristide p. 188. REISK.

120, 20. ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε] Id est, perturbavit, confudit, permiscuit, invertit omnia. WOLF.

πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα] πεποίηκε πάντα πράγματα Aristides. REISK.

120, 21. *οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφὸν*] *οὐδὲν ποικίλον* sic est ap. Platon. in Gorg. p. 491 D. ubi vid. Heind. p. 151. Phileb. p. 53 E., cum *οὐδὲ σοφόν* conjunctum ad imitationem Demosthenis apud plures. Aristid. in Cyzic. p. 246. *ὡς δὲ καὶ ἡμεῖς νῦν οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφὸν λέγομεν πρὸς ὑμᾶς.* Liban. vol. 4. p. 4. *τουτὶ γὰρ μόνον τῶν ἁπάντων οὐδὲν ἀπαιτεῖ ποικίλον οὐδὲ σοφόν.* Themist. Or. 23. p. 301 A. *Σωκράτης δὲ οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφὸν, ἀλλὰ ἁπλᾶ τινα καὶ συνήθη καὶ ὅπως ἔτυχε διεξῄει.* JACOBS.

120, 26. *τὸν οὖν καιρὸν κ. τ. λ.*] Sensus est: occasionem rerum gerendarum, quam fors Atheniensibus dedisset, non licebat tum hostibus reipublicae ab oratoribus aut praetoribus nundinari; nunc cauponantur rempublicam et si quam opportunitatem rei gerendae urbs invenerit, eam hostibus vendunt, i. e. pecunia corrupti efficiunt ut omittatur. FRANK.

121, 5. *ἐκπέπραται*] *πέπραται* p. 145, 25., libris tamen nonnullis *ἐκπέπραται* praebentibus. "*Tamquam e foro divendita sunt*, ita ut jam forum (respublica) his mercibus vacuum habeatur." FRANK.

121, 7. *ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν*] *ἀπόλωλε* gravius cum sit, antecedit, sed *νενόσηκεν* sequitur, ut significet et principium mali et exitium a corruptelis profectum. WOLF.

121, 11. *ἐπεὶ κ. τ. λ.*] Sensus est: nam ni omnia a corruptela penderent, melius de nobis ageretur, quum quovis genere apparatus nunc multo magis quam olim polleamus. FRANK.

σωμάτων] I. e. *ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων.* FRANK.

121, 12. *κατασκευῆς*] Postquam *bellicum* apparatum (*τὴν παρασκευήν*), qui triremibus militibus pecunia constat, commemoravit, generaliore vocabulo ceteram supellectilem militarem (ut *κατασκευὰς ὅπλων* p. 369.) comprehendit. Cf. Goeller. ad Thuc. 1. 10. FRANK.

121, 14. *ἅπασι*] Nam de Graecis, non de solis Atheniensibus loquitur. FRANK.

τῶν τότε] I. e. *ἢ τοῖς τότε* (tempore belli Persici). FRANK.

121, 17. *τὰ μὲν νῦν ὁρᾶτε*] Sequi debebat *τὰ δ' ἐν τοῖς ἄνωθεν χρόνοις ἐγὼ δηλώσω*, sed gravitatis caussa inceptam structuram mutavit. Ceterum observa concisum genus dicendi pro: *ἵν' εἰδῆτε ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, τὰ μὲν νῦν κ. τ. λ.* FRANK.

121, 19. *οὐ λόγους—τῶν ὑμετέρων προγόνων*] Citat h. l. Aristides p. 190. REISK.

121, 20. *γράμματα*] *Literae*, i. e. *γράμματα δημόσια*, documenta publica, quae columnis *inscribi* (i. e. incidi) solebant. FRANK.

121, 27. *Ἄρθμιος*] Decretum, quo Arthmius Zelita hostis est declaratus Atheniensium Demosthenes in oratione de falsa legatione anno ante Philippicam tertiam habita memoravit p. 427. seq. his verbis. *τί οὖν ἐκεῖνοι (οἱ πρόγονοι) περὶ τούτων ἐφρόνουν; ταυτὶ λαβὼν ἀνάγνωθι, γραμματεῦ· δεῖ γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἔργοις ῥᾳθυμεῖτε, ὧν θάνατον κατεγνώκασιν οἱ πρόγονοι. λέγε.* ΣΤΗΛΗ. *ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν γραμμάτων λεγόντων Ἄρθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην ἐχθρὸν εἶναι καὶ πολέμιον τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτὸν καὶ γένος*

πᾶν. διὰ τί; ὅτι τὸν χρυσὸν τὸν ἐκ τῶν βαρβάρων εἰς τοὺς Ἕλληνας ἤγαγεν. οὐκοῦν ἔστιν, ὡς ἔοικεν, ἐκ τούτων ἰδεῖν ὅτι οἱ πρόγονοι μὲν ὑμῶν, ὅπως μηδ᾽ ἄλλος ἀνθρώπων μηδεὶς ἐπὶ χρήμασι μηδὲν ἐργάσεται κακὸν τὴν Ἑλλάδα, ἐφρόντιζον, ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τὴν πόλιν αὐτὴν ὅπως μηδεὶς τῶν πολιτῶν ἀδικήσει προορᾶσθε. Porro Dinarchus in orat. contra Aristogitonem p. 108, 7. καλῶς γὰρ, ὦ Ἀθηναῖοι, καλῶς οἱ πρόγονοι περὶ τούτων ψηφισάμενοι στήλην εἰς ἀκρόπολιν ἀνήνεγκαν, ὅτε φασὶν Ἄρθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην κομίσαι τὸ χρυσίον ἐκ Μήδων ἐπὶ διαφθορᾷ τῶν Ἑλλήνων. πρὶν γὰρ λαβεῖν τινὰς καὶ δοῦναι τὸν τρόπον πεῖραν, φυγὴν τοῦ κομίσαντος τὸ χρυσίον καταγνόντες ἐξήλασαν αὐτὸν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας. καὶ ταῦθ᾽, ὥσπερ εἶπον, εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες ἀνέθεσαν, παράδειγμα ὑμῖν τοῖς ἐπιγενομένοις καθιστάντες, καὶ νομίζοντες τὸν ὁπωσοῦν χρήματα λαμβάνοντα οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῶν διδόντων βουλεύεσθαι. καὶ μόνῳ τούτῳ προσέγραψαν τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν ὁ δῆμος ἐξέβαλεν αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως, γράψαντες διαρρήδην Ἄρθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην πολέμιον εἶναι τοῦ δήμου καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸν καὶ γένος, καὶ φεύγειν Ἀθήνας, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον. καίτοι εἰ τὸν ἐν Πελοποννήσῳ χρυσὸν ὁ δῆμος πολλῶν κακῶν αἴτιον ἡγεῖτο τοῖς Ἕλλησιν εἶναι, πῶς χρὴ ῥαθύμως ἔχειν ὁρῶντας ἐν ταύτῃ τῇ πόλει δωροδοκίαν γιγνομένην; καί μοι σκοπεῖτε ταύτην τὴν στήλην. ΣΤΗΛΗ. Aeschines p. 90, 22. Ἀριστείδην—ἐπερωτῶντα εἰ οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ οἱ μὲν πατέρες ὑμῶν Ἄρθμιον τὸν Ζελείτην κομίσαντα εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον ἐπιδημήσαντα εἰς τὴν πόλιν, πρόξενον ὄντα τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, παρ᾽ οὐδὲν μὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι, ἐξεκήρυξαν δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐξ ἁπάσης ἧς Ἀθηναῖοι ἄρχουσιν, ὑμεῖς δὲ Δημοσθένην, οὐ κομίσαντα εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον, ἀλλὰ δωροδοκήσαντα, καὶ ἔτι καὶ νῦν κεκτημένον, χρυσῷ στεφάνῳ μέλλετε στεφανοῦν. Plutarch. V. Themistoclis c. 6. ἐπαινεῖται δ᾽ αὐτοῦ (τοῦ Θεμιστοκλέους)—καὶ τὸ περὶ Ἄρθμιον τὸν Ζελείτην· Θεμιστοκλέους γὰρ εἰπόντος καὶ τοῦτον εἰς τοὺς ἀτίμους καὶ παῖδας αὐτοῦ καὶ γένος ἔγραψαν ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε. Aristides Demosthenis verba reddens, vol. 1. p. 190, 13: Ἀρθμίου τοῦ Ζελείτου—ὃν, ἐπεὶ τῷ βασιλεῖ διακονῶν χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον, πολέμιον τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων ἐψηφίσαντο αὐτὸν καὶ γένος καὶ ἀτίμους. et vol. 2. p. 218. ἡ στήλη, ἣν—ἔστησαν λέγουσαν τάδε, Ἄρθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην ἄτιμον καὶ πολέμιον εἶναι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων αὐτὸν καὶ γένος, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. et paullo brevius p. 303, 6. quorum locorum ad primum mira est narratio scholiastae (vol. 3. p. 327.) ὅτε κατὰ τῆς Ἑλλάδος ἐστράτευσε Ξέρξης, θέλων χρυσίον πέμψαι πρὸς Λακεδαιμονίους, ἵνα δι᾽ αὐτοῦ παραχθέντες συμπράττωσι κατ᾽ Ἀθηναίων αὐτῷ, ἄκοντα ἠνάγκασεν Ἄρθμιον ἀγαγεῖν· ὁ δ᾽ ἐν Ἀθήναις ᾤκει, καὶ κατὰ τύχην ἑάλω τότε ὑπὸ Περσῶν. denique Nonnus in schol. Greg. Naz. apud Kusterum ad Suidam s. v. στήλη et Tzetz. ad Lycophr. vol. 2. p. 1033. qui ipsi quoque ἀτίμωσιν memorant. Integra haec adscripsi ut ex iis error appareret Demosthenis monstratus ab Spengelio in appendice ad commenta-

tionem de hac oratione p. 198—206. et a Funkhaenelio et Boeckhio in Zimmermanni Diario studiorum antiquitatis a. 1841. p. 305—315., de quo statim dicetur.

121, 28. ἔστω] A manu rec. supra versum scriptum est in S. et suspectum est, quum nec psephismati nec columnae conveniat, ut aliorum hujusmodi monumentorum comparatione docuit Funkhaenelius p. 310. Nam in psephismate scriptum esse debuit, Θεμιστοκλῆς εἶπε—Ἄρθμιον—πολέμιον εἶναι τοῦ δήμου etc., in columna vero solus poni debuit nominativus intellecto ἀνεγράφη: ἔστω vero in legibus locum habet. Quod praecedit vocabulum ἄτιμος etsi ab Demosthene scriptum esse sequentia arguunt, tamen dubitari potest an in decreto et columna hoc an alio loco positum fuerit, si omnino positum fuit. Nam in altero Demosthenis loco et apud Dinarchum et Aeschinem non diserte memoratur ἀτιμία, neque opus erat, quum qui πολέμιος τοῦ δήμου psephismate et columna publice proposita esset declaratus, eo ipso ἄτιμος fieret, ut monuit Funkhaenelius p. 307.

122, 1. ὅτι τὸν χρυσὸν κ. τ. λ.] Tangit h. l. Aristides p. 194. ὁ Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὁ Ἄρθμιος ἐκολάσθη, ἐπειδὴ διέφθειρέ τινας χρήμασιν ἐν Πελοποννήσῳ, ὁ δ' ἐν γένει εἰπὼν, ὅτι χρυσίον ἐκόμισε παρὰ βασιλέως, σεμνότητα εἰργάσατο. REISK.

122, 6. ἀξίωμα] I. q. φρόνημα. SCHAEFER. *Dignitatem* appellat dignam republica sentiendi agendique rationem. FRANK.

122, 11. τοῦτο δ' ἐστὶν—ἀτιμίαν—ἄτιμος—τεθνάτω] Mirabilem hanc et inauditam vocabuli ἄτιμος interpretationem annotavit Harpocration s. h. v., τοῦτο ἰδίως ἔταξε Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. ἤγουν ὃν ἄν τις ἀποκτείνας οὐχ ὑπόκειται ἐπιτιμίῳ. etc. secutique sunt recentiores, non dissentiente Schoemanno Antiq. publ. p. 199. Non minus mirabilia sunt quibus defenditur argumentis, manifestis nixa erroribus, quos jam Spengelius notavit. Nam quod ἀτιμίαν usitata accipi significatione posse negat orator, quia hominis Zelitae nihil interfuerit juribus frui civium Atheniensium, aut non cogitavit aut ignoravit quod Aeschines refert, cujus verba supra apposuimus, Arthmium proxenum fuisse Atheniensium, eoque nomine juribus et privilegiis προξενίας[a] esse usum, quibus privaretur quum fieret ἄτιμος. Deinde infamia etiam posteris Arthmii infligi poterat, ut recte dixerit Demosthenes ἐχθρὸν—ἀνέγραψαν—αὐτὸν καὶ γένος καὶ ἀτίμους: illa vero immanis crudelitas fuisset, si Athenienses decrevissent ut non solum Arthmium ipsum, sed etiam posteros ejus impune liceret occidere. Denique plane incredibile est in νόμοις φονικοῖς verba ἄτιμος τεθνάτω eo sensu dicta fuisse quo νηποινὶ τεθνάτω in lege apud Andocidem p. 13, 7. πολέμιος ἔστω Ἀθηναίων καὶ νηποινὶ τεθνάτω: unde fortasse conjicias in lege illa ἄτιμος non cum τεθνάτω conjunctum fuisse, sed scriptum ἄτιμος ἔστω καὶ νηποινὶ τεθνάτω vel simile quid. Hos igitur tam pudendos errores commisisse Demosthenem tanto majorem facit mirationem, quod

[a] De his v. Meieri Comment. de proxenia, Halis editam a. 1843., p. 14.

ipse in oratione priore (de falsa legat. p. 427.) ita de hoc facto dixit ut veram ejus rationem non minus perspectam se habuisse ostenderet quam ceteri quos supra memoravimus scriptores. Quamobrem quaerendum esse puto an totum hoc τοῦτο δ' ἐστὶν—ἀποκτείναντα εἶναι ab Demosthene sit scriptum an veteris sit additamentum falsarii, Harpocratione antiquioris.

122, 11. τοῦτο δ' ἐστὶν οὐχ ἣν κ. τ. λ.] *Ea vero est non simplex ignominia*, id est, alia est ejus ignominiae ratio quam qua cives notantur. WOLF. Idem est ac si dixisset: αὕτη δὲ, ἡ ἐνταῦθα λεγομένη ἀτιμία, οὐκ ἔστιν ἡ ἁπλῶς καὶ κοινῶς οὑτωσὶ λεγομένη ἀτιμία. REISK.

122, 15. ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει· ἀλλ'—] Id est, ἀλλ' ἡ στήλη οὐ λέγει τὸ δεῖν τὸν Ἄρθμιον μηδενὸς τῶν κοινῶν Ἀθήνησι δικαίων μετέχειν, ἀλλὰ τοδὶ λέγει. Hic tacite penes se lector quisque insistet paulisper et velut a novo exorsus sic tum perget: ἐν τοῖς φονικοῖς γέγραπται νόμοις—. REISK.

122, 16. διόφ] Scil. ὁ νομοθέτης, legislator, Draco. REISK.

καὶ ἄτιμος] καὶ non est copula, sed pars legis cum formula legis recitata, tametsi καὶ h. l. in constructione redundat. In contexto legis, cum integram formulam coram oculis habes, καὶ non redundat: at hic in particula legis excerpta redundat. REISK.

122, 17. φησὶ] Pleonastice positum, cum γέγραπται praecesserit. Verumtamen h. l. sensum paulo magis juvat quam ubi post εἶπον, εἶπε, contin. o sequitur ἔφην, ἔφη. Ad φησὶ subaudi ὁ νομοθέτης. SCHAEFER. Cf. Aeschin. p. 71, 31. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ψηφίσματι—γράφει τὸν ἱερομνήμονα, φησὶ, τῶν Ἀθηναίων —μὴ μετέχειν. et φησὶ post γέγραπται id. p. 69, 12. FRANK.

τούτων τινὰ] Arthmium vel suorum aliquem. FRANK.

122, 22. μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν] I. e. εἰ μὴ τοῦθ' ὑπελάμβανον. WOLF.

ἐκόλαζον—ἐτιμωρ.] Hoc ad poenam legibus debitam, illud ad castigationem emendationemque peccantium refertur. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 40. FRANK.

122, 23. ὥστε καὶ στηλίτας ποιεῖν] ὥστε ἐγγράψαι τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐν στήλαις ὡς κακούργων καὶ καταδικασθέντων. WOLF.

122, 26. οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς] Scil. τὴν διάνοιαν (cf. p. 22, 20.), ne de statu atque conditione civitatis cogites. FRANK.

122, 28. ἴστε—τίνος om. pr. S. quo indicio Spengelius p. 185 sq. duplicem constituit hujus loci recensionem Demosthenis, priorem, ἀλλὰ πῶς; εἴπω, κελεύετε καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε; ΕΚ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΟΥ ΑΝΑΓΙΓΝΩΣΚΕΙ. ἔστι τοίνυν—. alteram, ἀλλὰ πῶς; ἴστε αὐτοί· τί γὰρ δεῖ περὶ πάντων ὑμῶν κατηγορεῖν; παραπλησίως δὲ καὶ οὐδὲν βέλτιον ὑμῶν ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἕλληνες. διόπερ φημὶ ἔγωγε καὶ σπουδῆς πολλῆς καὶ βουλῆς ἀγαθῆς τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι. ἔστι τοίνυν—. quas postmodum ab alio, inserto τίνος pronomine, in unam esse conjunctas inepte, quum consilia de eo quid in posterum sit faciendum non potuerint ex γραμματείῳ recitari, quo nihil aliud potuisse contineri quam rerum prius gestarum memoriam. Quae quum ejusmodi fuerint ut earum

mentio bilem movere potuerit Atheniensibus, oratorem quae primo scripsissit abolevisse verbis substitutis paullo mitioribus. Quae speciose magis quam vere disputata esse mihi videntur. Neque enim expuio quae illa esse potuerint documenta et qua forma perscripta, quibus ex *γραμματείῳ* recitatis orator probaverit Graecos nunc aliter atque olim esse animatos. Nam si in *γραμματείῳ* nihil aliud perscriptum fuit quam rerum quarundam gestarum narratio ipsius Demosthenis, non erat haec de scripto recitanda, sed orationi ipsi inserenda, ut paullo ante in narratione de Arthmio Zelita et tot aliis in locis fecit orator ubi vel vetera vel recentia memorat facta Atheniensium. Sin vero plebiscita vel alia quaecunque documenta publica recitata esse ex *γραμματείῳ* statuas, sciendum est non esse ab oratoribus hujusmodi acta usquam recitata quin rerum de quibus agerent mentio praecesserit. Non magis altera sententia locum habet ut consilia sua de scripto recitare credatur orator, quod non potest defendi *ὑπομνήμασι τῶν Μειδίου ἀδικημάτων* in or. Midiana p. 557, 18. aut *πράξεσι Χαβρίου* in orat. Leptin. p. 480, 26. aut *πόρου ἀποδείξει* orationi Philippicae I. p. 48, 15. inserta, quae quum maximam partem e numeris esset composita, non poterat postulari ut memoriter ab oratore recitaretur. Recte igitur illud jam ab Reiskio est rejectum, cujus haec est annotatio ad verba *ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγιγνώσκει*, "Mirifice me perturbat hic titulus, qui ab hoc loco est alienissimus. Rationes pecuniariae, plebiscita, testimonia, leges et alia talia documenta caussae solent ab oratoribus recitanda tradi scribis et ab his recitari. Ecqui autem unquam fuit unus orator omnium, qui, quorum auctor populo fieri vellet, ea non ipse ore suo inculcaret, sed de scripto recitanda scribae traderet? Ejusmodi auctoritatum ea est natura, ut ore alieno prolatae, praeterquam ejus, a quo proficiscantur, prorsus exspirent atque irritae occidant." ad quae satis leviter respondit Schaeferus, "Τὸ *ἀναγιγνωσκόμενον*, opinor, fuit formula plebisciti, quam mos erat a scriba recitari. Quibus autem illud rationibus coronae commendaretur, omnes orator jam peregerat. Quae Reiskium perturbarunt, *sunt ineptiae tricaeque et si quid vilius istis*." Mihi rationes supra expositae sufficere videntur ut verba *ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγιγνώσκει*, quibus aliquot quamvis minoris auctoritatis libri carent, et quae Dobraeus quoque deleri voluit, temere adjecta esse putemus ab grammatico verbis *τίνος εἴπω; κελεύετε καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε*; decepto neque intelligente in iis quae infra dicit orator Atheniensium castigans segnitiem et levitatem plura esse ejusmodi ut ira audientium deprecanda videri potuerit oratori.

123, 2. *ἔγωγε—προσδεῖσθαι*] Verba in A. sic collocata *ἔγωγε πολλῆς σπουδῆς τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι καὶ βουλῆς ἀγαθῆς.*

123, 8. *γῆς ἁπάσης*] Puta Graecorum, quotquot socii erant Lacedaemoniorum. FRANK.

123, 10. *ἀνηρπάσθη*] *Funditus perdere, pessumdare, ut si arborem radicitus humo evellas.* REISK. Cf. Aesch. c. Ctesiph. p. 72, 30.

Θῆβαι δὲ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων, μεθ' ἡμέραν μίαν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται. FRANK.

123, 16. *τὴν ὡραίαν αὐτὴν*] Aestatem dicit, qua sola tempestate olim bella gerebantur. Cf. p. 1292, 5. *ἐνταῦθα δ' ἐπιδημήσαντες παραχειμάζειν ἔδει καὶ περιμένειν τὴν ὡραίαν.* FRANK. In annotatione critica i. ante verba "*γρ.* Υ." excidit sigla codicis A.

123, 18. *ὁπλίταις καὶ πολιτικοῖς στρατεύμασιν*] Gravis armaturae militibus et civilibus exercitibus, id est, in quibus ipsi cives militarent. WOLF. Sola pedestri militia, quae, quod gravis et lenta est, late excurrere incendiaque stragesque late circumferre nequit, ideo minus est metuenda quam equestris. Deinde nil utebantur Lacedaemonii mercenariis militibus, sed solis civibus, quibus diu domo abesse soloque hostili continenter incumbere non liceret. Praeterea tantus esse numerus civium in castris agentium esse non poterat, quantum mercenariorum contrahere potest, si cui numorum satis suppetat, praesertim cum parti civium alteri domi remanendum sit ad patriam tuendam, altera in aciem exeunte. REISK.

123, 20. *οὕτω δ' ἀρχαίως εἶχον κ. τ. λ.*] Id est, tanta erat eorum simplicitas, vel potius civilitas, id est, integritas. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. *ἀρχαίως*. REISK. Item Etymolog. M. p. 151, 5. et Zonaras p. 310. SCHAEFER.

123, 21. *ὥστε—οὐδὲν*] Citant Anecd. Bekk. p. 180, 11., sed male dant *ὠνεῖσθε*. SCHAEFER.

123, 27. *ἐξηρτῆσθαι*] Non sine contemptu dictum: sed quod a se suspensum s. sibi adjunctum habet, quod—*pone se trahit.* FRANK.

124, 6. *τὴν εὐήθειαν*] Quia sine proditionibus et statis anni temporibus ea bella gerebantur, hoc nomine utitur: *καίτοι καὶ τοῦ Περικλέους ιε' τάλαντα εἰς δέον ἀνηλωκέναι φήσαντος. Ἀρχίδαμος ἔφυγε προδοσίας, ὥς φασιν οἱ ῥήτορες.* WOLF. Bene Augerus *simplicitatem:* nam bono sensu vox h. l. usurpatur perinde ut supra p. 123, 20. *ἀρχαίως*. SCHAEFER.

124, 7. *ἐκτραχηλισθῆναι*] Citat h. l. Etymolog. M. v. *ἐκτραχηλισθῆναι* p. 324, 47. REISK.

124, 10. *οὐχὶ συμπλακέντας διαγωνίζεσθαι*] Idem est ac si plenius dixisset: *οὐχὶ δεῖ συμπλακέντας ὑμᾶς Φιλίππῳ διαγωνίζεσθαι αὐτῷ.* cavere oportet atque hoc machinari, ut domi eum suae retineatis constrictum atque prodire impeditum, nequaquam vero cum eo acie congredi, qua salutem vestram in discrimen sitis daturi. REISK. Recte ad *οὐχὶ* supplevit *δεῖ*: cave enim hanc particulam jungas infinitivo *διαγωνίζεσθαι*. SCHAEFER.

124, 11. *πολλὰ*] Harum commoditatum unam (*τὴν φύσιν τῆς ἐκείνου χώρας*) pro exemplo subjicit, reliquas omnes verbis *ἄλλα μυρία* complectens. FRANK.

124, 18. *τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ*] S. *ratione et animo* propter verba *τοῖς λόγοις* addidit: non solum belli operibus, sed etiam odio proditorum Philippum ulciscuntur, simul odium illud ra-

tione, non temere conceptum significat; μισῆσαι enim est *odium concipere*, μισεῖν *odisse*. FRANK.

125, 2. καὶ οὐχί πω τοῦτο δεινὸν, καίπερ ὂν δεινόν] Πω libri nonnulli post τοῦτο ponunt, quo loco legit Libanius Progymn. 19. p. 491. καὶ οὐ τοῦτό πως (scr. πω cum Wyttenb. Epist. Crit. p. 274. ed. Lips.) δεινὸν, καίπερ ὂν δεινόν. Ceterum compara Demosth. p. 375, 15.

125, 7. τῶν ἐν τοῖς πράγμασι] Reiskius in Ind. Graecit. vertit *ad clavum reip. sedentium*. Thucydides 3, 28. οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν. Scholiastes: οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες. SCHAEFER.

125, 8. Φιλίππου] Genitivus pendet a v. ἦσαν: *Philippo addicti erant*. Infra τοῦ βελτίστου ἦσαν i q. *saluti patriae addicti erant*. Cf. ἕνεκα τοῦ βελτίστου p. 97, 23. ἕνεκα τοῦ βελτίστου τῆς πόλεως Aeschin. p. 48, 17. FRANK.

125, 9. ὅπως μὴ—πράττοντες] Citant Anecd Bekk. p. 159, 15. SCHAEFER.

125, 11. τοὺς ἱππέας—ἀπώλετο] V. orat. de f. leg. p. 426, 16. ubi quingenti equites proditore ipso duce in Philippi potestatem traditi esse dicuntur. V. Thirlwall. Hist. Gr. vol. 5. p. 318.

125, 15. Ἀπολλωνίδην] Hic iterum memoratur p. 128, 9. et civitate donatus ab Atheniensibus in or. in Neaeram p. 1376, 5. Diversus est ab Apollonide eo qui p. 681, 27. memoratur, quem Cardianum fuisse constat ex p. 86, 14., qui locus fugerat Thirlwallum Hist. Gr. vol. 5. p. 314.

125, 18. ἀπαλλαγέντος Πλουτάρχου] Plutarchus tyrannus erat Eretriensium et Athenis contra adversarios, quibus Philippus opem ferebat, auxilia flagitaverat. Phocion auxilio missus in Euboeam cum copiis, resistente quamvis Demosthene (cf. περὶ εἰρήνης p. 68.), magnis premebatur angustiis et Plutarchus adversariis cedere cogebatur. Igitur Ulpianus ἀπαλλαγέντος explicat ἀπελαθέντος. BREMI.

125, 20. Πορθμὸν] V. ad p. 119, 21.

125, 28. ἐξελήλακεν] Scil. Eretrienses, quum tandem *servari* i. e. inito Atheniensium foedere populare imperium restituere vellent. FRANK.

126, 2. καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν;] Forma loquendi multo usu trita, inprimis a similis classicorum. V. Wyttenbachii Julianea p. 142. ed. Lips. SCHAEFER.

126, 3. ἔπραττε Φιλίππῳ] *Favebat Philippo, in Philippi gratiam* ἐπολιτεύετο. Plenius p. 365, 15. Θηβαίοις τὰ πράγματα πράττει. Conf. p. 128, 1. SCHAEFER.

126, 6. Εὐφραῖος] Citat h. l. Harpocrat. v. Εὐφραῖος. ubi dicitur aliquamdiu Platonem frequentasse. REISK.

126, 15. πρυτανευόμενοι] Citat h. l. Harpocrat. v. πρυτανεύοντα, ubi πρυτανευόμενοι interpretatur per διοικούμενοι καὶ διατρεφόμενοι: nam sic ibi legendum est, non, ut vitiose ibi vulgo circumfertur, διαστρεφόμενοι. *alimentis aliisque vitae quotidianis necessitatibus instructi a Philippo*. REISK.

126, 17. ὁ δῆμος — παθεῖν ἔφη] Citat Tiberius p. 56. non sine scripturae diversitate. SCHAEFER.

τῷ μὲν] τούτῳ μὲν Tiberius. SCHAEFER.

126, 18. τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο κ. τ. λ.] Citat h. l. Alexander de figuris p. 66. ubi pro verbis τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο dat editio Aldina καὶ τοῖς μὲν ὅμως ὠργίζετο. unde suspiceris in libris quibusdam Demosthen. olim fuisse τοῖς μὲν οὐδαμῶς (vel οὐδ' ὅλως) ὠργίζετο. REISK.

ἐπιτήδειον] ἄξιον. Sic Latine *idoneus* pro *dignus*. SCHAEF.

ἐπιτήδειον — ἔφη] ἐπιτήδειον ταῦτα παθεῖν ἔφασαν Tiberius. SCHAEFER.

126, 20. ἐπέχαιρε] *Insultabat Euphraeo, delectabatur ejus calamitate.* WOLF. Vulgarem interpretandi hujus compositi rationem secutus est Reiskius in Ind. Graecit. s. v. Veriorem tradidisse mihi videor in edit. noviss. Lips. Euripidis Porsoni ad Med. 136. p. 26. ἐπιχαίρειν et ἐφήδεσθαι *gaudere ob aliquid*. συνήδεσθαί τινι *una gaudere ob aliquid*, qualecunque sit ob quod gaudeas. SCHAEFER.

126, 21. ὅπως ἡ πόλις ληφθήσεται] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 16. SCHAEFER.

126, 26. ῥῆξαι φωνήν] Significanter dictum. *loqui, tanquam ruptis vinculis, quibus timor vocem constrinxerat.* SCHAEFER.

126, 27. διασκευασάμενοι] Reiskius in Ind. Graec.: *succincti, armati, instructi.* Augerus: *instructa acie.* SCHAEFER.

126, 29. οἱ μὲν ἄρχουσι — ἀποκτείναντες] Scribendum et distinguendum: οἱ μὲν ἄρχουσι καὶ τυραννοῦσι τοὺς τότε σώζοντας αὐτούς, (illos, quorum opera incolumes conservati fuissent, quum accusasset Euphraeus.) καὶ τὸν Εὐφραῖον ἑτοίμους ὁτιοῦν ποιεῖν ὄντας· (eosdem illos, qui nihil non in Euphraeum maleficii admittere parati essent:) τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποκτείναντες. Alludit ad illa supra p. 126, 16. ὁρῶν δὲ ταῦθ' ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὠρειτῶν, ἀντὶ τοῦ τῷ μὲν (Euphraeo) βοηθεῖν, τοὺς δ' (proditores) ἀποτυμπανίσαι, τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο, τὸν δ' ἐπιτήδειον εἶναι ταῦτα παθεῖν ἔφη καὶ ἐπέχαιρε. Hujus loci sensum nec Wolfius nec Reiskius cepit: id quod ex illius nota, ex hujus interpunctione manifestum est. SEAGER. Diar. Classic. 52. p. 238. Recte locum interpretatus est, erravitque Wolfius, quem Augerus in vertendo sequi non debebat. In Reiskiana locus sic interpunctus est: οἱ μὲν ἄρχουσι καὶ τυραννοῦσι τοὺς τότε σώζοντας αὐτούς, καὶ τὸν Εὐφραῖον, ἑτοίμους ὁτιοῦν ποιεῖν ὄντας, τοὺς μὲν ἐκβαλόντες· τοὺς δὲ ἀποκτείναντες. ὁ δ' Εὐφραῖος κ. τ. λ. quam interpunctionem, ut vides, mutavi. Reiskium autem eodem modo intellexisse, quo Wolfius interpretatus erat, non potest dubitari: alioqui Wolfium correxisset. Ceterum Seagerus post ὄντας non debebat coli sed commatis signo interpungere. SCHAEFER.

127, 1. τυραννοῦσι] Absolute accipiendum, quod sequitur, τοὺς τότε σώζοντας (pro τῶν τότε σωζόντων) αὐτοὺς καὶ τὸν Εὐφραῖον, ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν ποιεῖν, τοὺς μὲν etc. *imperant: eos, qui tum* (cum urbs oppugnaretur) *et se tuebantur*, id est, defendebant

patriam, *et Euphraeum*, id est, vinculis liberabant, *qui pro defensione patriae nullum periculum recusabant, partim ejecerunt, partim occiderunt.* WOLF. Non absolute accipiendi illi accusativi: satis enim constat regi eos a participiis ἐκβαλόντες, ἀποκτείναντες. SCHAEFER.

127, 1. τότε] Quum ab Euphraeo proditionis accusati essent. FRANK.

αὐτοὺς] Sic etiam Bekkerus. Et potest servari, modo recte intelligas. Sed praestat cum Seagero scribere αὑτοὺς. SCHAEF. Recte praefert αὑτούς, quo ambiguitas vitatur.

127, 2. ὁτιοῦν ποιεῖν] *Omnibus modis vexare.* SCHAEFER.

127, 8. ἢ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν] Plene ἢ πρὸς τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν. Sic passim post particulam ἢ praepositio ex antecedentibus subaudienda est. Plato Ion. p. 531 C. ἢ Ὅμηρος περὶ ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧν περ σύμπαντες οἱ ἄλλοι ποιηταί; i. e. ἢ περὶ ὧν περ —. SCHAEFER.

127, 20. τὰ τελευταῖα] *Postremo.* SCHAEFER.

οὐχ οὕτως—ἀλλ'] Pro ἀλλὰ exspectes ὡς. Sed ita saepius Graeci. Non multum differt οὐ μᾶλλον, ἀλλὰ, de quo v. not. ad Aesopum Heusingeri p. 97. SCHAEFER. Conf. p. 1458, 26.

127, 22. τοῖς ὅλοις] *In summa re*, quod summam rempublicam perditam putabant. FRANK.

127, 23. ἐπειδὰν εἰδῆτε ἐκλογιζόμενοι] *Ubi ratiocinantes* (statum rerum exputantes) *intellexeritis* nihil vos proficere. Nam quod dicit μηδὲν ὑμῖν ἐνόν, id e superioribus verbis explicandum est; metuit enim orator ne Athenienses, ubi pristinam potentiam et gloriam recuperari atque in integrum restitui non posse intellexerint, succumbant penitusque se Philippi fautoribus tradant. Vulgo legitur ἐκ λογισμοῦ (*ubi videritis consilio nihil vos proficere*), quasi consiliis bella gerantur. FRANK.

127, 24. Post ἐνόν A. et editiones Bekkeriana priores addunt verba in annotatione posita καὶ τοὺς—τὴν πόλιν, quae quum a B. abesse annotasset Reiskius, Bekkerus autem uncis inclusisset, Schaeferus hoc de iis judicium tulit, " Non valde repugnarem, si quis vel unius auctoritate libri deleret: adeo languet, adeo frangit vim reliquorum, ut vix dubitem pannum esse ab ineptissimo homine olim assutum purpurae oratoris. Egregium vero quod dicitur, istos homines talia machinari ἢ ἐξεπίτηδες ἢ δι' ἄγνοιαν! Taceo alia, quae nemo non rationi et orationi Demosthenicae satis adsuetus per se facile intelligat: cujusmodi est usus verborum ὀρρωδεῖν et δυσωπεῖσθαι." Recte reprehendit illud ἢ ἐξεπίτηδες ἢ δι' ἄγνοιαν, pro quo dici debuisse καὶ γὰρ ἐξεπίτηδες, οὐ δι' ἄγνοιαν, monuit Spengelius p. 189.

127, 26. δυσωποῦμαι] Citat h. l. Harpocrat. v. δυσωποῦμαι, interpretans per φοβοῦμαι. Atqui sic discriminis nil video inter ὀρρωδῶ et δυσωποῦμαι. Sententia est: non metuo quidem illos, verumtamen reverentia et pudore eorum comprimor, conticesco. REISK. δυσωποῦμαι interpretatur φοβοῦμαι Harpocratio; cui non assentior, nam δυσωποῦμαι auget vim vocis ὀρρωδῶ: itaque

mihi videtur significare *aversor*, *detestor*. AUGER. V. Anecd. Bekk. p. 234, 23. Ruhnken. ad Timaei Lexic. p. 90. et inprimis Lobeck. ad Phrynich. p. 190. SCHAEFER.

127, 27. *ὑπάγουσι*] Citat h. l. Harpocrat. v. *ὑπάγειν*, per *προάγουσι* explicans. REISK. Sic etiam Photius p. 620, 12. et Zonaras p. 1781. SCHAEFER.

καίτοι μὴ γένοιτο κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 200. *βαρύτητος δὲ καὶ τὸ ἀπεύχεσθαι τὰ ἄτοπα· καίτοι μὴ γένοιτο* —. REISK. In annot. critica u. pro "*γένοιτο* A. S." lege "*γένοιτο μὲν* A. S."

127, 28. *γὰρ*] *δὲ* Aristides *Τέχν.* p. 200. REISK.

128, 1. *κολακείᾳ*] *κολακίᾳ* A.

ποιῆσαι Φιλίππῳ] Subaudi *πρὸς χάριν*. REISK. Conf. not. ad p. 126, 3. SCHAEFER.

128, 2. *καλήν—μαστιγούμενοι*] Aristides de D. C. p. 200. pen. *κατὰ δὲ σχῆμα οὕτω βαρύτης γίνεται, ὅταν τις τῷ τῆς διανοίας σχήματι χρῆται. οἷον· ὅμοιός γε, οὐ γάρ; Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης. καὶ πάλιν· καλήν γε οἱ πολλοὶ ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν* etc. REISK.

νῦν] Omittit Aristides l. c. REISK.

128, 4. *ἐώθουν*] *ἐμίσουν*, quod est in A. et *γρ.* Y., etiam apud Aristidem legitur.

128, 6. *μὲν* om. Aristides.

ἀπήλασε] *ἀπήλασαν* Aristides. REISK.

ἐνέδωκεν] Pro *ἐνέδωκεν αὐτόν* dat Aristides *ἐνέδωκαν ἑαυτούς*. REISK.

128, 7. *γε*] Aristides dat *καὶ δὴ δουλεύουσί γε μαστιγούμενοι*. Quae lectio, praeterquam quod contemnenda non est, etiam exquisita possit haberi. REISK.

128, 10. *τὰ τοιαῦτα ἐλπίζειν*] Qualia illi, quum Philippo se tradebant, sperabant, sc. *οὐδὲν δεινὸν πείσεσθαι*. FRANK.

128, 8. *Λασθένην*] V. ad p. 241, 25.

128, 9. *Ἀπολλωνίδην*] V. ad p. 125, 11.

128, 13. *ὥστε μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ δεινὸν πείσεσθαι*] Nunquam, quod sciam, vox *δεινὸς* per se *τῷ πάσχειν* adjungitur, nisi in plurali numero. Malim igitur: *ὥστε μηδὲν, ἂν ὁτιοῦν ᾖ, δεινὸν πείσεσθαι*. vel: *ὥστε μηδὲν, μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ, δεινὸν πείσεσθαι*. SEAGER. Diar. Classic. 52. p. 239. *δεινόν τι* scribi posse annotavit Schaeferus, nihil tamen caussae esse addens cur vulgata mutetur scriptura. Qui si in promptu habuisset locos similes ab Dobraeo comparatos, p. 488, 27. *περὶ τοῦ μηδενὶ δεῖν μηδὲν διδόναι, μηδ' ἂν ὁτιοῦν πράξῃ*. p. 458, 25. *ἐκ τοῦ μηδενὶ μηδὲν, μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ, διδόναι*, fortasse non dubitasset alteram probare conjecturam Seageri, ab Dobraeo quoque laudatam, qui prius conjecerat *ὥστε, μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ, μηδὲν δεινὸν πείσεσθαι*, quod eodem redit. Formula *μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ* legitur etiam p. 445, 16. Similiter *οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο* p. 248, 17.

128, 14. *ὥστε—πείσεσθαι*] Adverte constructionem particulae *ὥστε* cum infinitivo futuri *πείσεσθαι*. Herodotus 1. 189. *ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς*

μιν εὐπετέως τὸ γόνυ μὴ βρεχούσας διαβήσεσθαι. V. not. ad Theogn. p. 17. SCHAEFER.

128, 16. νὴ τὸν Δία κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 264. et 348. ubi sic ait: καθόλου τὸ χωρὶς καταστάσεως εἰς ἀρχὴν ἀσυνδέτως ἀνάγειν τὸν λόγον ἐνδιάθετον καὶ ἀληθινόν. οἷον· νὴ τὸν Δία, ἔδει γὰρ τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι. εἶτα ἐξ ἐπεμβολῆς, οὐ καταστήσας, ἐπήγαγεν ἀσυνδέτως καὶ σφόδρα ἐνδιαθέτως· πολλὰ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν Ὀλύνθιοι —. καὶ τὸ ἐφεξῆς δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος; εἶτ' ἐπήγαγεν ὁμοίως ἐξ ἀσυνδέτου, μὴ καταστήσας, σφόδρα ἐνδιαθέτως· ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος — μάταιος ἡ σπουδή. Citat item Stobaeus p. 377, 38. REISK.

128, 17. καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι] Malim καὶ τὸ καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι, quomodo citat Reiskius in Ind. Graecit. s. v. ὁ. Etiam Augerus sic vertit. SCHAEFER.

πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν—πολλὰ Φωκεῖς] Citat Tiberius p. 59. SCHAEFER.

128, 18. νῦν] Omittit Tiberius. SCHAEFER.

προείδοντο] I. e. προὐσκέψαντο: quo sensu medii usus est legitimus. SCHAEFER.

128, 21. ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος αὐτοῖς;] Tiberius p. 60. sic scripta citat: ἀλλὰ τί τοῦτο ὄφελος τῇ πόλει; SCHAEFER.

ἕως—εἶναι] Citat Tiberius l. c. SCHAEFER.

ἕως ἂν] ἕως γὰρ ἂν A. (quae sigla excidit in annot. critica) et rec. Y. "Addidi γὰρ ex Aug. primo, cujus penes me magna est auctoritas. Verum ex praecepto Hermogenis modo (ad v. 16.) recitato debueram omittere." REISK. γὰρ omisit etiam Tiberius et recte quidem. Nam τὸ ἀσύνδετον hujus loci, quem ut illius figurae exemplum Technici ponunt, in hoc ipso cernitur, quod sine particula vinciente, qualis est γὰρ, antegressis adhaeret. SCHAEFER.

σώζηται] I. e. σῶν ᾖ. SCHAEFER.

σκάφος] Vox propria orationis altius surgentis. SCHAEF.

128, 22. ἄν τε μεῖζον, ἄν τ' ἔλαττον ᾖ] Omisit Tiberius. SCHAEFER.

128, 23. ἑξῆς] ἐφεξῆς Tiberius. Conf. ἑξῆς πάντα p. 722, 29. SCHAEFER.

129, 6. παρεσκευασμένοι—φανερά] Apparatum belli confectum absolutumque esse vult prius quam ceteri Graeci ad societatem belli invitentur. FRANK.

129, 8. ταῦτα] ταυτὰ A.

129, 10. ὡς βασιλέα] Epistola Philippi p. 160, 7. εἰς τοῦτο παρανομίας ἀφῖχθε καὶ δυσμενείας ὥστε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεστάλκατε πείσοντας αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν. JACOBS.

129, 16. αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι αἱ περὶ τὴν Πελοπόννησον] Altera haec est in Peloponnesum legatio (Olymp. 109, 2.), cui Demosthenes pariter ut priori (Olymp. 108, 4., memoratae in Phil. II. p. 70, 22.) interfuerat. De qua v. Winiewsk. Comment. p. 152 seqq. Numero autem plurali utitur quia diversas in terras proficiscendum legatis fuit.

129, 17. καὶ κατηγορίαι] πρεσβεῖαι καὶ κατηγορίαι ut ἓν διὰ δυοῖν *criminosas legationes* interpretantur, ita ut quod sequitur ἃς—περιῄλθομεν habeat quo referatur. Probabile tamen est verba καὶ κατηγορίαι (καὶ Ἀκαρνανίαν conjec. Winiewsk. Comment. p. 158. καὶ Ἀμβρακίαν Droysen) corrupta est. FRANK. καὶ κατ' Ἤπειρον Sauppius.

129, 18. ἐκεινοσὶ] Δεικτικῶς dictum: sedebat enim homo in coetu audientium Demosthenem. SCHAEFER.

Ἡγήσιππος] Citat h. l Harpocrat. v. Ἡγήσιππος. REISK.

130, 5. τὰ πράγματα] I. e. rerum gerendarum molestias. FRANK.

130, 6. ἀγαπητὸν] Demosthenes hoc vult: Tam imbecilli sunt illi, vix ut se ipsos tueri possint: Graeciam universam servatum iri illorum opibus si quis sperat, insanit. SCHAEFER.

130, 8. γέρας] τάξιν dixit p. 38, 25.

130, 9. καὶ καλῶν, quod libri multi post πολλῶν inserunt, in S. quoque est adscriptum a m. rec. Interpolatum ex p. 38. 26.

130, 10. ὃ βούλεται ζητῶν] Id, quod cupit s. quod ipsi gratum est, non quod e republica faciendum est, quaerens. FRANK.

130, 13. Verba post γένηται (vel γενήσεται) vulgo lecta εἰ γὰρ ἦσαν—ἀλλ' οὐκ εἰσίν ab interpolatore non hoc loco, sed post τοὺς ποιήσαντας addita fuisse viderunt Dobraeus et Schaeferus. Errorem animadvertisse videtur scriba codicis recentis Dresdensis, qui verba ἔπειτα—γενήσεται post οὐκ εἰσίν repetivit, delevit autem superiore loco post ποιήσοντας.

130, 20. Qui in codicibus quibusdam subscriptus est numerus versuum 580. ad breviorem hujus orationis editionem spectat, quod animadvertit Sauppius in praefatione p. III. Nam comparatis qui orationibus I—XIX. sunt subscripti numeris hanc intelligimus eorum esse proportionem ut triginta circiter versus exemplaris antiqui, ex quo ducti sunt, pares sint paginae Demosthenis Reiskianae uni, quae undetriginta versibus constat. Jam Philippicae tertiae in editione Reiskiana paginae sunt prope una et viginti. Exspectes igitur subscriptum numerum versuum esse circiter 630: sunt vero non plures quam 580., qui numerus satis accurate respondet, detractis amplioris editionis additamentis. Similiter numerum versuum 2768. orationi de corona subscriptum intelligi oportet detractis quae orationi illi sunt inserta actis publicis. Nam his additis numerus esse deberet versuum circiter 3210., respondens paginis editionis Reiskianae centum et septem, quemadmodum orationis de falsa legatione, quae in editione Reiskiana paginas implet 110½. versus fuisse dicuntur 3280; exclusis, ut opinor, quinquaginta sex Sophoclis et Solonis versibus, quos recitari jussit orator p. 418. 421.

X.

PHILIPPICA QUARTA.

Quartam hanc Philippicam jure pro spuria primus inter recentiores, quod sciam, habuit Valckenarius Diatr. de Phil. p. 251. Eum secuti sunt F. A. Wolfius Proleg. ad Leptin. p. 70. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. t. 1. p. 195. 235. s. 466. Bremius in Symbol. Philol. Helvet. 1. p. 28. aliique. SCHAEF. Adde Brueckner. Histor. Philippi p. 353 seqq. Composita magna ex parte ex aliis Demosthenis orationibus est, quae suis quaeque locis notabimus, et jam veterum quibusdam suspecta fuit: de quo sic scribit Joannes Sicel. Comm. ad Hermog. π. ἰδεῶν ap. Walz. Rhett. Gr. vol. 6. p. 253. Ἀναστάσιος δὲ ὁ Ἐφέσιος καί τινες τῶν τεχνογράφων ἐκ τῆς λέξεως ταύτης (sc. ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν p. 133, 1.) νοθεύουσι τὸν λόγον (Phil. IV.). προσεκτέον δὲ μᾶλλον Ἑρμογένει. Defendit Ulpianus p. 105, e. Ἠγνοήκασιν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐξηγησάμενοι καὶ διελόντες τὸν δέκατον λόγον ὅτι πρός τινα ἐξαίφνης ἀπαγγελίαν, ἤκουσαν ἐκ τῆς Θρᾴκης, δυσχερῆ ποιεῖται ὁ Δημοσθένης τὸν λόγον. ὅθεν αὐτῷ καὶ πρὸς σπουδὴν διὰ τὴν χρείαν τὴν παροῦσαν τότε ἐκπεφώνηται ὁ λόγος. καὶ τοῦτο αἴτιον γέγονε τοῦ μὴ σκεψάμενον ἴδιον σκέμμα ἐπὶ τῇ ὑποθέσει ταύτῃ τότε παρελθεῖν, τῶν καιρῶν μὴ ἐνδιδόντων αὐτῷ. δῆλος γάρ ἐστι Φίλιππος ἐπαμύνων Καρδιανοῖς, Διοπείθους αὐτοῖς ἐπιόντος. et paucis interjectis: κοινότητος δὲ οὔσης πολλῆς ἐν τοῖς πράγμασιν τῷ πρὸς Φίλιππον γενέσθαι τὸν λόγον ἀδικοῦντα καὶ παραβεβηκότα τὴν εἰρήνην, ἐξ ἑτοίμου μὲν τὰ πολλὰ ἐκ τῶν εἰρημένων λόγων λαμβάνει· ὅμως δὲ τοῖς παροῦσιν ὡς οἰκειότατα αὐτὰ ἐφαρμόζει. Pro genuina habet etiam Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 453. qui Olymp. 109. anno tertio exeunte vel quarto ineunte habitam esse conjicit, quo tempore oratores quosdam postulasse videri ut publico psephismate Philippo bellum indiceretur. Quibus adversatum Demosthenem populo suasisse ut non aperte bellum regi inferret, sed eadem ratione qua hic bellum gereret, se defenderet (v. orat. p. 136, 18. et Ulpian. ad h. l.). Olympiadis 109. anno quarto adscripsit Dionysius Epist. 1. ad Ammaeum c. 10. p. 738. μετὰ Σωσιγένην ἄρχων ἐστὶ Νικόμαχος, ἐφ' οὗ (i. e. ineunte ejus anno v. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 145.) τὴν ἑνδεκάτην δημηγορίαν διελήλυθε περὶ τοῦ λελυκέναι τὴν εἰρήνην Φίλιππον, καὶ τοὺς Ἀθηναίους πείθει

Βυζαντίοις ἀποστεῖλαι βοήθειαν, ἧς ἐστὶν ἀρχὴ "Καὶ σπουδαῖα — περὶ αὐτῶν εἰπεῖν." Quae ex Callimachi tabulis transscripsit, genuina an spuria sit oratio hic non magis quam alibi quaerens.

131, 1. *Καὶ σπουδαῖα νομίζων κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 309. *αἱ ταχεῖαι καὶ δι' ἐλαχίστου συμπλοκαὶ, οἷον· Καὶ σπουδαῖα νομίζων—.* Aristides de D. C. p. 310. *ἡ δὲ κατὰ περίοδον* (scil. *σύνθεσις*), *ἥτις ἐστὶ συντάξει κώλων καὶ κομμάτων εἰς διάνοιαν ἀπηρτισμένη φράσις, οἷον· Καὶ σπουδαῖα νομίζων—.* Schol. Hermogen. p. 384. *ποιότητα πράγματος, οἷον ἐν ἐκείνῳ· Καὶ σπουδαῖα νομίζων—.* et paulo post: *συμπλέξας δὲ, οἷον· Καὶ σπουδαῖα νομίζων—.* REISK.

σπουδαῖα] *σπουδῆς ἄξια.* ut Isocrates de pace: *Ἅπαντες μὲν εἰώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύειν.* WOLF.

131, 5. *οὐδέν ἐστιν—ἀφεστήκατε τῶν πραγμάτων*] Citant Anecd. Bekk. p. 120, 5. SCHAEFER.

131, 7. *ὅτι ταῖς γνώμαις—τῶν πραγμάτων*] *ὅτι οὐ σπουδάζετε περὶ τὰ πράγματα.* Supra (p. 43, 22.) *ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς γνώμαις καὶ ταῖς παρασκευαῖς.* WOLF.

131, 15.—132, 10. Efficta ex Philippica secunda ab initio usque ad p. 66, 20. et Olynth. secunda p. 21, 20. DOBR.

132, 2. *περίεσμεν τῷ λόγῳ*] *τῇ δικαιολογίᾳ, τῷ δοκεῖν δικαιότερα λέγειν τῶν ἄλλων, ἀλλὰ μὴ, τῇ δεινότητι τῶν λόγων.* Nam hic non de eloquentia praecipue agitur, sed de aequitate caussae et jure reipublicae. WOLF.

132, 5. *μετὰ ταῦτα*] I. e. post has *δικαιολογίας καὶ δημηγορίας.* SCHAEFER.

πᾶσι—κινδυνεύσων] *πᾶσι τοῖς οὖσιν ἑτοίμως κινδυνεύων, in belli discrimen omnes fortunas et opes suas adducere nihil dubitans.* WOLF.

132, 7. *τὰ ἔργα*] Philippi facinora. REISK.

τοὺς λόγους] Titulos juris a nobis jactatos. REISK.

132, 8. *παρέρχεται*] *διέρχεται* Aldina Taylori, Bavar., sed cum superscripta vulgata. REISK. *praevertit.* Hoc est quod Demosthenes dicit, Athenienses *ὑστερεῖν* s. *ὑστερίζειν τῶν ἔργων* s. *τῶν καιρῶν.* SCHAEFER. Inepte confudit Philipp. II. init. et Olynth. II. p. 21, 20. vel similem locum DOBR.

132, 11. *οὐδὲν γὰρ—λέγειν*] Juvat enim atrocitati orationis temperare: quamquam gravius et vehementius vos increpare licebat. REISK.

132, 12. *τοιγάρτοι*] Est *συμπερασματικόν*: docet enim orator quae ex illa Atheniensium *ῥᾳθυμίᾳ* consequantur. Ceterum talia, qualia hic legimus, *τοιγάρτοι—παρεῖναι* (v. 27.), Demosthenes, opinor, non erat scripturus. SCHAEFER.

τοιγάρτοι, διεστηκότων κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 244, 10. REISK.

132, 18. *ἐκείνου*] Philippi. SEAGER. Diar. Classic. 52. p.

239. Immo ἐκείνου est generis neutrius: nam orator loquitur in universum. ἐκείνου, τοῦ ἄρχειν τῶν πολιτῶν ἐπιθυμεῖν. Eodem modo intellige δι' ἐκείνου v. 21. Seagerus autem Augerum secutus est, qui ἐκείνου hic, ut infra, de Philippo interpretatur. SCHAEF. Mira locutio pro ἐκείνης τῆς προαιρέσεως. DOBR.

132, 18. οἱ τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες] Sintne haec verba pro epexegesi seu superenarratione ab ipso oratore addita, an e scholiis in textum irrepserint, in dubio relinquam. REISK. E scholiis in textum irrepsisse facile crederem, si haec scripsisset Demosthenes: nunc ab oratore, siquidem talis homo dignus est qui orator dicatur, addita puto. SCHAEFER.

132, 23. τῷ τοὺς βουλομένους—ὑπὲρ αὐτῶν] οἱ βουλόμενοι λαμβάνειν χρήματα sunt proditores urbium: ὁ δώσων est Philippus: τὸ ὑπὲρ αὐτῶν intelligatur de iis, qui regnum affectant. WOLF.

133, 1. ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 250, 9. referens ad τὰς τραχείας ἐννοίας, et Aristides ad τοὺς ἀτόπους εἰκασμοὺς p. 266. orationem reddentes vehementem et concitatam. REISK.

μανδραγόραν] Sunt ista ὑπνωτικὰ, pleraque etiam ναρκωτικὰ καὶ δηλητήρια, nisi opportunis remediis mature illis occurratur. ὁ μανδραγόρας, sicut ὁ χάρτης, ὁ καταράκτης, ὁ μαργαρίτης, apud Latinos in foemineum genus transeunt. Descriptionem vide in Dioscoride Matthioli. WOLF. V. Anecd. Bekk. p. 280, 20. SCHAEF.

133, 2. ἐοίκαμεν ἀνθρώποις] Hermogenes Ald. p. 250, 9. (ed. Crisp.) dat ἐοίκατε μὲν ἀνθρώποις, referens ex antiquis libris geminam lectionem, alteram ἐοίκατε in secunda persona, alteram ἐοίκαμεν in prima. REISK.

133, 5. τῶν ἐν αὐτῷ τῷ κινδυνεύειν ὄντων] Fortassis ad Lacedaemonios haec pertinent, quos oppugnaturus putabatur Philippus. Nam neque de Thebanis, neque de Thessalis, neque de Argivis, neque de Megalopolitis, de Megarensibus vero multo minus, οἵτινες οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, ἀλλ' οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ, intelligenda videntur. Sed historiae fides sit penes auctorem. τὸ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ κινδυνεύειν εἶναι est *in ipso discrimine versari, periculo esse proximum.* WOLF.

133, 6. ὑπὲρ τοῦ ποῦ συνεδρεύσουσι] *De concilii* seu *conventus loco*, id est, utrum ipsi Athenas, an nos alio una cum ipsis venire debeamus. WOLF.

133, 9. Totus locus usque ad p. 134, 5. ex Olynth. I. p. 12, 22.—13, 25. et Phil. III. p. 117, 20. etc. conflatus. Confer etiam de f. leg. p. 412, 12.—lin. 10. ἀπεχθάνεσθαι ex Olynth. III. p. 34, 11. lin. 23. ἐπετείχισεν ex Chers. p. 99, 2. Porro p. 134, 3. οὐ στήσεται ex Phil. I. p. 52, 21. Denique σύμμαχον ὄντα ὑμῶν l. 20. inepte intrusa, ut suspicor, ex Phil. III. p. 120, 4. DOBR.

133, 14. τὴν αἴσθησιν] Scil. τῆς ἀμελείας vel potius τῆς ζημίας. REISK.

133, 15. Δορίσκον] Citat h. l. Harpocrat. v. Δορίσκος. REISK.

133, 18. Κερσοβλέπτην] De hoc contentiones sunt inter Aeschinem et Demosthenem, utrius ille culpa sit foedere Philip-

pico exclusus. Vide τοὺς ἀντιπάλους λόγους καὶ τοὺς περὶ τῆς παραπρεσβείας. WOLF.

133, 26. Ἀντρῶνας ἐπρίατο] I. e. διὰ προδοσίας ἐκτήσατο. τὸ πρίασθαι, ὠνεῖσθαι, πωλεῖν, πιπράσκειν, προπίνειν, προδοτικὰ καὶ δωροδόκα ῥήματ' ἐστὶ παρὰ Δημοσθένει. Stephanus Ἀντρῶνα ἑνικῶς ponit πόλιν Θετταλίας, διὰ τὸ τοὺς τόπους ἀντρώδεις εἶναι, ἐξ οὗ καὶ παροιμία, Ἀντρώνιος ὄνος. WOLF. Citat h. l. Harpocrat. v. Ἀντρῶνας. REISK. Anecd. Bekk. p. 409, 11. Ἀντρῶνες: πόλις ἐν Θετταλίᾳ. V. Etymolog. M. p. 114. f. SCHAEFER.

133, 28. τὴν ἐπ' Ἀμβρακίαν ὁδὸν] Hanc ejus expeditionem legatione Peloponnensi fuisse impeditam, in fine 3. Philippicae scripsit. WOLF.

134, 1. τὰς ἐν Ἤλιδι σφαγὰς] V. ad p. 424, 22.

ἐξαριθμήσωμαι] Adverte usum aoristi medii. SCHAEFER.

134, 3. οὐ στήσεται—ποιούμενος] Non ideo, quod haec rapiat, a nobis conniventibus praetervisa et dissimulata, insistet, neque modum ponet cupiditati suae, universum genus humanum vexanti. REISK.

πάντας ἀνθρώπους ἀδικῶν] Conf. Phil. III. p. 112, 11. 120, 9. DOBR.

134, 6.—17. Haec ex Cherson. p. 99, 9.—27. Notavit Wolfius.

134, 16. οὐδ' ἐπιβουλεύει—καταλύσῃ] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 18. SCHAEFER.

οὐδ' ἐπιβουλεύει] Arete jungenda antecedentibus, sic ut μᾶλλον etiam ad ἐπιβουλεύει referatur. SCHAEFER.

134, 17.—27. Haec ex Philipp. II. p. 70, 4.—14.

134, 18. νῦν γε δὴ] Conf. ad p. 99, 28.

134, 22. οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις etc.] Citat h. l. Hermogenes p. 179, 3. REISK.

134, 23. βεβαίως] ἀσφαλῶς Hermogenes. REISK.

134, 27.—136, 1. Haec ex Cherson. p. 99, 29.—101, 3.

136, 1—19. ταῦτα τοίνυν—ἀμύνεσθαι] Vide Cherson. p. 91, 1—25. DOBR.

136, 2. etc. Vide Cherson. p. 103, 18. unde infra p. 146, 20. DOBR.

136, 5. ὅτῳ πολεμήσετε] *Civem in quem impune saeviatis.* Vide mox l. 14. E Cherson. p. 97, 27. etc. sublecta suspicor. Omnino conf. Prooem. 21. p. 1432, 1. et 35. p. 1445, 7. DOBR.

136, 9. Conf. Cherson. p. 104, 1. unde infra p. 147, 11. DOBR.

136, 19.—27. Adumbrata ex Cherson. p. 94, 18.—95, 2. DOBR

136, 23. τριήρεις etc. ex Phil. I. p. 49, 16. et alibi ibid. DOBR.

136, 27. γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασι] Ex Phil. I. p. 47, 6. DOBR.

136, 29. ἀλλήλους αἰτιᾶσθε] Ex Olynth. II. p. 25, 16. DOBR.

137, 4.—7. Efficta ex Phil. I. p. 51, 14.—52, 5. DOBR.

137, 7.—19. Ex Cherson. p. 101, 12—21. nisi ibi delenda, οὐ γάρ ἐστι βοηθείαις—τοῦ στρατηγοῦ, lin. 12—18. ut primum huc

convecta sint ex Phil. I. p. 49, 1. et 15. p. 47, 2.—6. (πρόφ. etiam Olynth. II. p. 26, 2.) deinde illuc intrusa. DOBR.

137, 19. *πυνθάνεσθε τί ποιεῖ Φίλιππος καὶ ποῖ πορεύεται*] Haec fortasse ex orat. de f. leg. p. 434, 3. *νῦν δ' ἤδη περιερχόμεθ' ἡμεῖς —ὠτακουστοῦντες—ποῖ πάρεισι Φίλιππος, ζῇ ἢ τέθνηκεν.* DOBR.

137, 23.—138, 23. Ex Cherson. p. 101, 22.—102, 22. Monuit Wolfius.

137, 23. *καὶ πόνων πολλῶν*] Absunt ab Aristide p. 262. REISK.

139, 3. seqq. Conf. Cherson. p. 92, 24. DOBR.

139, 14. *οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι*—] Ex initio orationis de pace. DOBR.

139, 18. *οὐδενὸς τῶν πάντων*] Eadem fere verba alicubi apud Lysiam, ni fallor. DOBR.

139, 20. *ἀπὸ ταὐτομάτου*] Vide Olynth. I. p. 11, 27. sqq. DOBR.

139, 21. *οἷς βασιλεὺς πιστεύει*] Videtur Thracas designare. REISK.

140, 5. *προτέροις*] Subaudi *ἢ αὐτῷ*. prius nobis quam sibi, regi Persarum. REISK.

140, 10. *ὁ δὴ—ἐχθρός*] Haec materialiter accipienda sunt, conviciorum exempla, quae Athenienses in regem Persarum jactabant. REISK.

140, 19. *ληστοῦ τῶν Ἑλλήνων*] Adumbratum ex Philip. III. p. 116, 19. *καθ' ἕνα οὑτωσὶ περικόπτειν καὶ λωποδυτεῖν τῶν Ἑλλήνων.* DOBR.

141, 2. *εἰ ἀνέλοιμεν ἐκ μέσου κ. τ. λ.*] Hunc de theoricis locum, manifesto repugnantem iis, quae Demosthenes de illa pecunia identidem suasit, Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. vol. 1. p. 235. s. recte numerat in argumentis *τῆς νοθείας* nostrae orationis. SCHAEFER.

141, 3. *τὸν φόβον, ὡς*—] Passim *ὡς* post verba metum significantia ponitur. V. Melet. Crit. p. 113. Talia quomodo intelligi oporteat indicavi ad Porsoni Med. p. 39. ed. tert. Lips. Add. p. 185, 5. SCHAEFER.

οὐ στήσεται—κακοῦ] Laciniam esse Demosthenicam discas e Prooemiis p. 1450, 3. *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ταῦτ' ἄνευ μεγάλου τινὸς στήσεται, μηδενὸς ἀντιλαμβανομένου.* ubi post *τινὸς* videtur excidisse *κακοῦ*. SCHAEFER.

141, 5. *οὗ—τὴν πόλιν*] *οὗ*, scilicet *τοῦ ἀνελεῖν ἐκ μέσου τὰς βλασφημίας καὶ τὸν φόβον, ὡς οὐ* etc. *si sustulerimus e medio calumnias etc. et metum seditionis, nullum reipublicae majus tributum pendere poterimus, neque facere quicquam, quod totius civitatis tranquillitatem magis constabiliat.* *εἰσενεγκαίμεθα* fit ab *εἰσφέρω*, *ἐπιρρώσειε* ab *ἐπιρρώννυμι*, *confirmo*. WOLF. *οὗ* si ad proximum *φόβον* redit, necesse erit ut ad *οὐδὲν* subaudiatur *κακόν*. *quo metu majus aliud malum facile non afferamus ad rempubl.* Sin autem, id quod probabilius multo est, *οὗ* ad universam rem, de qua agitur, refertur, scil. ad *τὸ ἀνελεῖν τὰς βλασφημίας καὶ τὸν φόβον*, tum ad *οὐδὲν* subaudietur *ἀγαθόν*: et hoc modo Wolfius quoque locum hunc in

annotatis egregie exposuit. Et posteriorem interpretandi modum h. l. solum obtinere posse et de priori cogitare non licere, liquet ex additis. οὐδ' ὅ τι κοινῇ μᾶλλον ἂν ὅλην ἐπιρρώσειε τὴν πόλιν. REISK.

141, 11. τὰ καθήκοντα] Harpocratio καθήκοντα: Δημοσθένης ἐν ια' (corr. ι' cum Valesio) Φιλιππικῶν φησιν· "ὅστις οὐκ ἠξίου τὰ καθήκοντα ἐφ' ἑαυτὸν ποιεῖν," ἀντὶ τοῦ τὰ ἥκοντα ἐφ' ἑαυτόν.

141, 17. τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων delet Dobraeus.

141, 18. εὔποροι] ἄποροι Dobraeus.

τούτου] Scil. τοῦ θεωρικοῦ ἀργυρίου, vel τοῦ περιόντος, vel τοῦ κέρδους, vel τοῦ φθονουμένου καὶ ὀνειδιζομένου κέρματος. REISK.

τί οὖν—ἀλλήλοις] Citant Anecd. Bekk. p. 160, 3. ubi perperam legitur μανθάνοντες et ὀνειδίζοιμεν. SCHAEF.

141, 24. ἀξιῶ] Subaudiendum τινὰ αἰτιάσασθαι. SCHAEF.

οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις] Vide an hanc comparationem sumserit sophista e Lysia c. Agorat. p. 138, 28.—33. DOBR.

τῶν Reiskius. Libri τόν.

141, 26. τῶν ὄντων] V. ad p. 69, 23.

141, 27. ὅσ' ἂν αὐτὸς] Sc. ποιήσῃ. V. not. ad Porson. Med. 1150. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

142, 6. ὥσπερ τοίνυν—] Totus hic locus, si quis alius hac in oratione, prodit colorem sophisticum. Tales autem argutiolas turbo Demosthenicus in theorica irruens ut paleam est difflaturus. SCHAEFER. Ineptiae merae: quibuscum conf. Pseudo-Demosth. Epist. 3. in fine. DOBR.

142, 12. τὸ γὰρ τῶν ἀναγκαίων κ. τ. λ.] Hoc est: unius ordinis offensio periculosa est toti civitati. WOLF.

142, 14. τὸ πρᾶγμα] Id est τὴν διανομὴν τῶν θεωρικῶν. *rursus, ex altera parte, pauperibus auctor ego fiam ut rem illam de medio tollant, ob quam fortunati jure merito distributionem pecuniarum moleste ferunt atque reprehendunt.* REISK.

142, 18. οἶμαι post τῶν ἄλλων collocant duo codices. Quod aptius videtur. De civibus suis orator rem affirmat, de ceteris loquitur dubitanter. SCHAEFER.

142, 25. εὐθέως τὸν λέγοντα] Malim τὸν τοῦτο λέγοντα, scil. ὅτι δεῖ μεταβιβάζειν τὸ ἔθος. qui auctor est publicandi bona divitum, aeque ut vectigalia civitatis populo distribuuntur. τὸν λέγοντα etiam sine pronomine intelligi potest de certo quodam oratore, populi assentatore et seditioso. Sed quid est ἡ κρύβδην ψῆφος; Diripiendas locupletiorum opes, aut, condemnari a pauperibus solere divites, non propter culpam, sed ex invidia et injusta alieni cupiditate. Nam sycophantae in jus vocabant locupletes: hos condemnabant judices, homines plebeii et inopes, penes quos erant judicia. Vide Areopagiticum Isocratis. Quid ὁ φανερῶς θόρυβος; Querelae, quod divites theatralem pecuniam pauperibus ereptum veniant. WOLF. Aut non intelligo locum hunc, aut sic duco interpretandum, ut Wolfius fecit; ut haec sit sententia. Pauperes causam injustam adversus locupletem in foro agunt, cum orator palam divitis

caussam adjuvat, acclamante tota corona, constat tamen testulis effusis et dinumeratis, divitem ex invidia opum a judicibus esse condemnatum quamvis bona caussa nitentem; pauperem contra, utut iniquissima caussa gravatum, tamen a judicum iniquitate absolutum, sorti tenuiori contra editiorem faventium. Ad *φανερῶς* subaudi *γιγνομένου* vel *συμβαίνοντος*. REISK. Recte Wolfius Reiskiusque locum interpretantur de bonis opulentorum expilatis per fraudes et calumnias. Sed in Wolfiana annotatione sunt quae corrigi poscant. Primum enim *ὁ λέγων* non est neque auctor publicandi bona divitum neque orator populo assentans et seditiosus, sed dives coram populo caussam agens. Deinde *ὁ φανερῶς θόρυβος* non significat querelas, quod divites pauperibus theorica eripere velint, sed plausum coronae manifestum, qui divitem caussam agentem nihil non sperare jubeat, quam spem post frustretur *ἡ κρύβδην ψῆφος*. Sic haec Reiskius quoque intellexit, quem vide etiam in Ind. Graecit. SCHAEFER. *Κρύβδην ψῆφον* judiciorum esse puto, non concionis: per *χειροτονίαν*, quantum nunc memini, res illic agebantur (v. Leptin. p. 458, 11.) Quantum per orationis turbidae obscuritatem licet hunc sensum extrico: *quum videant suasorem gratia florere poenae securum, quippe qui judicum suffragiis absolvatur, etsi clamore condemnetur.* Alludit ad *παρανόμων γραφάς*. DOBR.

142, 25. *εὐθέως*] *Statim, ab initio caussae orandae.* SCHAEF.

ἀθάνατον δ' ἕνεκ' ἀσφαλείας] *Immortalem, si spectes securitatem*, quam plaudentium *ὁ φανερῶς θόρυβος* polliceri videatur. Sed *ἡ κρύβδην ψῆφος* capitis damnat. SCHAEFER.

143, 9. *ὡς δὲ—δεῖ*] Sensus: *ὑπὲρ δὲ τοῦ τρόπου, ᾧ καὶ γένοιτ' ἂν ἐννόμως, διορθώσασθαι δεῖ*. Sic p. 895, 22. *καὶ ἐγὼ μὲν—διωρθωσάμην ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ τοῦ ξένου*, *prospexi mihimet ipsi et peregrino.* SCHAEFER.

143, 10.—29. Conf. Phil. III. p. 110, 14. Olynth. III. p. 36, 3. DOBR.

143, 11. *εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστὶν*] Locutio plenior. Sic p. 229, 3. *ἂν βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τούτοις*. Sed saepius dicitur *κατ' ἔλλειψιν* infinitivi, ut p. 202, 21. *ἂν ὑμῖν βουλομένοις ᾖ*. SCHAEFER.

143, 12. *ἐξέστητε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 264. *καὶ μὴν καὶ σχήματα ἀκμαστικὰ, ὅσα καὶ ἐν λαμπρότητι καὶ σφοδρότητι. κατὰ μὲν γὰρ λαμπρότητος σχῆμα ἀκμὴ γέγονεν, ὡς ἐν τῷ· ἐξέστητε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς τάξεως—*. Aristides p. 264. *σφοδρότης γίνεται, ὅταν τις προσώποις ἐνδόξοις ἐπιτιμᾷ, οἷον· ἐξέστητε—*. REISK.

143, 15. *ὑποθέσεως*] *τάξεως* Aristides et Hermogenes. REISK. Compares p. 1397, 13. *τῆς ὅλης πολιτείας ὑπόθεσις*. Quod hic *ὑπόθεσιν*, mox v. 22. noster dicit *τάξιν*. SCHAEFER.

143, 23. *εὐδαίμων καὶ μέγας*] Conf. Cherson. p. 106, 13. DOBR.

143, 27. *Λακεδαιμονίων—*] Conf. Olynth. III. p. 36, 4. DOBR.

144, 5. *μηδ' ὅτι χρὴ—εἶναι*] Conf. Philipp. II. p. 66, 6. DOBR.

144, 6. *ὄντων δ' etc.*] Citat h. l. Aristides p. 184. REISK.

144, 10. *ἀργότατα*] Conf. Phil. II. p. 66, 16. DOBR.

144, 11. *ὠνίων*] Conf. Cherson. p. 106, 15. DOBR.

144, 16. *πόλιν δ'—δοκιμάζειν δεῖ*] Ordo hic est: *οὐ μὰ Δία δοκιμάζειν δεῖ ἐκ τῶν ὠνίων, εἰ ταῦτα καλῶς ἔχει, πόλιν, ἣν ἐκεῖνος, ὃς ἂν ἀεὶ βούληται ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων, ὑπείληφε μόνην ἂν ἐναντιωθῆναι* etc. *τὸ ἀεὶ* peculiarem vim hic habet et refertur ad omnia ea tempora, quibus existunt oppressores libertatis. WOLF.

145, 3. *ἄχρις οὗ—διεπιστεύετο*] *Tantisper ei fides habebatur, donec victos victoribus exaequasset.* Persici reges beneficia in se collata in commentarios referebant, ut nulla temporis longinquitas gratiae statueret modum. Sed Graeci certe nimis ingratos, ut hoc loco Demosthenes et in Panegyrico Isocrates meminit, et ex historiis apparet, se illis praebuerunt: etsi insidiosa (ut verum fatear) illorum fuit liberalitas nec alia fortasse remuneratione digna. WOLF.

145, 6. *οἰκείως*] Comparatur hodiernus rerum Graecarum status cum pristino. Olim Persarum rex omnibus Graecis invisus et suspiciosus erat, neque erat civitas, quae cum eo societatem iniret, nisi coacta et ad breve tempus: nunc e contrario amicitia inter eum totamque Graeciam coaluit, scilicet ob communem metum Macedonis. SCHAEFER.

καὶ πάντων ἥκιστα ἡμῖν] Exspectes *ἀλλὰ πάντων ἥκιστα ἡμῖν*. Sed Graeci scriptores enuntiationes negantes, quarum de genere nostra est, aientibus persaepe jungunt per copulativam *καί*. V. quae congessimus ego ad schol. Apollon. Rhod. p. 218. et Jacobsius ad Antholog. Palat. p. 726. SCHAEFER.

ἥκιστα] *ἥκιστα* etiam in Bavarici texto est, sed in margine *πάνυ*, dubium, utrum varians lectio, an scholium. REISK. Est scholium: sed addenda ei negatio *οὐ*, qua idem scholium etiam alibi caret. Timaeus Lex. Platon. p. 131. *Ἥκιστα. οὐ πάνυ.* Ruhnkenius: "Negationem, quae exciderat, restitui." Nisi forte ipsorum grammaticorum turpis est error, quibus *ἥκιστα* idem esse videretur quod *πάνυ*. Scilicet in Anecd. Bekk. p. 147. 9. haec leguntur permira prorsusque absona: *Ἥκιστα: ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐν διαφόροις χωρίοις ἐχρήσατο αὐτῷ ἀντὶ τοῦ πάνυ.* Velles citata *διάφορα* illa *χωρία*: qui enim citatur locus p. 252, 23., ejusmodi est, ut grammaticum illa aut ebrium aut male sanum scripsisse suspiceris. SCHAEFER.

145, 8. *ἀφεστᾶσι*] Nisi fallor, est *sejunxerunt se a ceterorum societate*: ut sit idem quod *γεγόνασι καθ' αὑτοὺς* v. 11. SCHAEFER.

145, 10. *οὐχ ὡς ἔδει*] Recte Augerus: *secus quam oportebat.* De hac formula, *οὐχ ὡς*, v. Heindorf. ad Platonis Gorg. p. 259. et ad Protagor. p. 574. Nos eodem modo: *nicht wie.* SCHAEFER.

145, 13. *τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων*] P. 144. 27. *τὰ τῶν Ἑλλήνων.* Statim recurrit eadem locutio: cujusmodi repetitionibus Demosthenica oratio abstinet. SCHAEFER.

145, 15. οὐδέσι] Vulg. οὐδενί. Jure praetulerunt pluralem: loquitur enim orator non de singulis Graecis, sed de singulis Graecorum civitatibus. P. 23, 6. οὐδένων εἰσὶ βελτίους. Recte οὐδένων: nam comparantur οἱ τοῦ Φιλίππου ξένοι καὶ πεζέταιροι cum alio quolibet συστήματι στρατιωτικῷ. Sic p. 58, 11. τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες non de singulis hominibus intelligendum, sed de singulis hominum coetibus. SCHAEFER. Adde p. 14, 19.

145, 21. μεταθεῖναι] Subaudi εἰ ἓν μόνον ἦν τὸ ἁμάρτημα. REISK.

145, 22. τὸ καθ' ἕκαστον] Subaudi λέγειν. SCHAEFER.

145, 25. πέπραται—] Ex Phil. III. p. 120, 27. sqq. DOBR.

πέπραται—τῶν καιρῶν] ὑπὸ τῶν προδοτῶν ἀφείθησαν οἱ παραπεπτωκότες καιροί. *Perfidia proditorum singulae occasiones rei bene gerendae et parandarum utilitatum sunt amissae.* WOLF.

145, 26. μετειλήφατε ὑμεῖς μὲν—ἕτεροι δὲ—ἔχουσι] Proba verborum constructio, sed minus concinna. SCHAEFER. Conf. Cherson. p. 102, 29. DOBR.

145, 28. τὰς τιμὰς] Vertendum *pretia*, quibus τὰ συμφέροντα ἐκπέπραται. ὁ μισθὸς dicitur p. 103, 3. ἕτεροι autem intelligendi sunt proditores a Philippo corrupti. SCHAEFER.

145, 29.—150, 5. Omnia paucis hic illic mutatis e Cherson. p. 102, 23.—106, 20. DOBR.

146, 2. γράφειν πόλεμον] V. p. 104, 1. 136, 3. 10. 147, 11. P. 136, 8. ἔγραψέ τις αὐτῷ πολεμεῖν. SCHAEFER.

147, 1. ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης] V. Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 754. qui satis congessit talium pleonasmorum. SCHAEFER.

147, 3. ἀπὸ τῶν πρώτων θορύβων] *a primis tumultibus*, id est, cum primum tumultus aliquis fuerit ortus, vel cum primum ipsi tumultum concitarint et nos calumniati fuerint. WOLF.

147, 5. τούτων] Scil. τῶν οἰομένων δεῖν ἑαυτοὺς τὰ βέλτιστα λέγειν ὑπὲρ ὑμῶν p. 146, 28. Amicos patriae designat, inimicos Philippi. REISK.

ἀμφότερ' ἕξειν] Quae sequuntur, ἐξηγητικῶς accipio: ἡγοῦνται δηλονότι εὐδοκιμήσειν. WOLF.

147, 7. τούτων] Scil. τῶν κατηγορούντων. V. versu 5. ab his, qui illos bonos et frugi cives, vestri amantes, accusant et insectantur. REISK. Notabile exemplum pronominis οὗτος bis deinceps in eadem periodo diversa significatione positi. Sed error facile cavetur, modo attendas tenorem orationis. SCHAEFER.

147, 16. ὅταν γὰρ—προσήκει;] Citant Anecd. Bekk. p. 161. extr. SCHAEFER.

οἱ ἀδικούμενοι ἀρνῶνται] Plene οἱ ἀδικούμενοι ἀρνῶνται ἀδικούμενοι. Euripides Alcest. 1177. οὐ γὰρ εὐτυχῶν ἀρνήσομαι. ad q. l. Monkius: "Hanc constructionem habet ἀρνεῖσθαι in Orest. 1597. ἀρνεῖ κατακτὰς, κἀφ' ὕβρει λέγεις τάδε;" SCHAEFER.

147, 17. προσήκει] Videri possit ὁμολογεῖν vel tale quid deesse. *cur hostis ipse id ultro fateatur?* Sed licet vulgatam alia quoque ratione vindicare, aiendo, projectam et veluti suspensam esse

interrogatione, sine responsione, quo lector vel auditor quisque tacite eam subjiciat. Quo nil est factu facilius, re ipsa cuique non tardissimo subjiciente: *καὶ αὐτῷ ἀρνεῖσθαι*, vel *καὶ αὐτὸν ταὐτὸ ποιεῖν*. REISK. Simplicius Augerus: "*προσήκει*, sub. *ποιεῖν*." Quanquam ne hoc quidem opus est subaudiri. SCHAEFER.

147, 28. *Φίλιππος, ἡμῶν, οὗ*] V. ad p. 104, 16.

150, 26. *ἀλλὰ νὴ Δία κ. τ. λ.*] Ὑποφορὰ, quam v. 28. sequitur *ἀνθυποφορά*. SCHAEFER.

150, 27. *καταλῦσαι*] Scilicet *σεαυτὸν*, ἢ *ἀντὶ τοῦ καταλυθῆναι*. WOLF.

150, 28. *σοὶ—σοι*] Hermogenes *κύκλον* appellat hanc figuram. WOLF. Ad hunc versum adscriptum est in Bavar. *σημ. κύκλος*. Hermogenes p. 194. *κύκλος γίνεται, ὅταν, ἀφ' οὗ τις ἄρξηται ὀνόματος ἢ ῥήματος, εἰς τὸ αὐτὸ καταλήξῃ πάλιν, μήτε πτῶσιν ἀλλάξας—, οἷον σοὶ μὲν γὰρ ἦν κλέπτης ὁ πατὴρ, εἴπερ ἦν ὅμοιος σοί. ἀπὸ γὰρ οὗ ἤρξατο μορίου, τῆς ἀντωνυμίας εἰς ταὐτὸ ἔληξεν*. P. 255. idem dictionem hanc in exemplis *τῆς σφοδρότητος* enumerat. REISK.

151, 1. *τῇ πόλει δ' ἡμῶν*] Scilicet *ὑπάρχει πατρῴα καὶ παππῴα δόξα*. Nisi placeat: *τῇ πόλει οἱ Ἕλληνες ὑπάρχουσι σεσωσμένοι ὑπὸ τῶν προγόνων, ὡς πάντες ἴσασι*. WOLF. Et ad hunc modum distinguit etiam index Lambini: *ἴσασιν, οἱ Ἕλληνες δὶς—*. REISK. Subaudi ex praecedentibus *ἦσαν*, et totum hunc locum sic intellige: *tibi fuit pater fur et latro, civitati autem nostrae fuerunt* (patres), *ut* (quales) *sciunt omnes Graeci ex maximis—*. AUGER. Vidit Augerus quid sensus loci poscat. Sed hunc sensum vulgata nonnihil obscuravit. Lenissime corrigas: *οὓς πάντες ἴσασιν οἱ Ἕλληνες κ. τ. λ.* SCHAEFER. Recte.

151, 12. *ὅταν*] Usus est enuntiatione *χρονικῇ*, cum exspectes *αἰτιολογικὴν*, qualis haec foret: *ἀλλὰ τῷ πάντ' ἀκούσαντας ὑμᾶς— καθῆσθαι ἀκροωμένους—*. Quod si quid subaudiendum, ante *ὅταν* subaudi *τῷ* s. *τούτῳ*. Conf. quae congessi in not. ad Porsoni Hecub. p. 13. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

XI.

AD PHILIPPI EPISTOLAM.

Spuriam esse hanc orationem intellexit Taylorus, quem v. in Reiskii praefat. ad Annotatt. p. 118. (ubi sic scribit: "Mihi fides hujus orationis valde suspecta est propter locos communes, quibus referta est. Imo tota paene consarcinata est ex Philippicis et Olynthiacis.") et in ejusdem not. ad p. 23, 23. Eadem Valckenarii fuit sententia Diatr. de Phil. p. 270. et est Boeckhii de Oecon. polit. Athen. vol. 1. p. 335. 443. SCHAEFER. Hanc quoque oratiunculam, ab sophista aliquo maxime ex oratione Olynthiaca secunda compositam, una cum Philippi quae ei annexa est epistola, ad quam hac oratione respondetur, defendendam suscepit Boehneck. Quaestion. vol. 1. p. 461. seqq. nec procul a vero nos aberrare arbitratur, si Philippi epistolam vere Olymp. 109, 4. scriptam, orationem autem hanc incipiente aestate habitam esse statuamus. Olympiadis 110. anno primo, cujus eponymus fuit Theophrastus, adscripsit Dionysius Hal. Ep. 1. ad Ammaeum c. 10. p. 738. ἐπὶ Νικομάχῳ Θεόφραστος ἄρχων, ἐφ' οὗ πείθει τοὺς Ἀθηναίους γενναίως ὑπομεῖναι τὸν πόλεμον, ὡς κατηγγελκότος αὐτὸν ἤδη Φιλίππου. καὶ ἔστιν αὕτη τελευταία τῶν κατὰ Φίλιππον δημηγοριῶν, ἀρχὴν ἔχουσα ταύτην "Ὅτι μὲν—φανερὸν γέγονεν." "*After* the Persian succours had been sent to relieve Perinthus: Demosth. p. 153. οἱ σατράπαι—ἔναγχος μὲν ξένους μισθοφόρους εἰσπέμψαντες ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον. And just before the Athenians sent a force to relieve the towns; which was done in consequence of this oration: Dionys. p. 741. Δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον καὶ ψηφίσματα γράψαντος, ἐχειροτόνησαν τὴν στήλην καθελεῖν κ. τ. λ. Spoken, therefore, in the beginning of B. C. 339. (Olymp. 110. 1.)" CLINTON. Fast. Hell. vol. 2. p. 147.

152, 4. Ἐπειδὴ] I. e. opinor ἐξ οὗ, quomodo ἐπεὶ tragici: v. Porson. ad Eur. Med. 138. DOBR.

152, 7. τῷ μὲν ἔργῳ—, τῷ δὲ λόγῳ—] Verte: *ut re—, ita verbis—*. Nam quae antecedunt, ἐπειδὴ γὰρ—ἐξευρὼν, referuntur ad solum posterius membrum oppositionis, τῷ δὲ λόγῳ—. SCHAEFER.

152, 8. *ὅτι δὲ χρὴ—*] Citat h. l. Harpocrat. v. *ὀρρωδεῖν.* REISK.

153, 6. *οἷς πρότερον ηὐξήθη*] Ex Olynth. II. p. 19, 17. DOBR.

μεγάλα—εὐεργετήσειν] Conf. Halonn. p. 85, 1. et 15. DOBR.

153, 7. *καὶ γιγνώσκεται μὲν κ. τ. λ.*] Alexander de figuris p. 64. *συνωνυμία ἐστὶν, ὅταν τῷ χαρακτῆρι διαφόροις ὀνόμασι, τῇ δυνάμει δὲ τὸ αὐτὸ δηλοῦσι χρώμεθα πλείοσιν, ἐν μέντοι καὶ ταὐτὸ βουλόμενοι δηλοῦν. ὡς καὶ Δημοσθένης· καὶ γινώσκεται μὲν ὑπὸ τῶν Περινθίων —ὑποπτεύεται δὲ ὑπὸ Θηβαίων.* REISK.

καὶ γιγνώσκεται μὲν—ὑπὸ Θετταλῶν] Tiberius ut pleonasmi s. synonymiae exemplum sic contracta et perversa citat p. 54. s.: *καὶ γινώσκεται μὲν ὑπὸ τῶν Κορινθίων καὶ παρ' Ὀλυνθίοις πρότερον, οὐκ ἀγνοεῖται ὑπὸ Θετταλῶν.* addens: *κατὰ γὰρ τοῦ αὐτοῦ πράγματος τὰ αὐτὰ σημαινόμενα τέθειται.* Rectius autem Tiberius hoc illius schematis exemplum finit verbo *Θετταλῶν*, quam Alexander verbo *Θηβαίων*: neque enim *ὑποπτεύεται* ut ejusdem aut similis verbum significationis cum antecedentibus verbis potest componi. SCHAEFER.

διεξεληλύθεν] V. ad p. 19, 17.

153, 21. *εἰσπέμψαντες*] In Perinthum puta. *πέμψαντες* Paris. quintus et septimus. REISK.

153, 22. *ἐκπολιορκηθῆναι*] A nobis, Atheniensibus, puta. REISK.

154, 5.—156, 29. Ex Olynth. II. p. 20, 19.—28. et 21, 27.—25, 1.

154, 15. *πρὸς ὑποψίαν ἥκοντα καὶ δυσμένειαν*] I. q. *ὑπόπτως ἔχοντα καὶ δυσμενῶς.* SCHAEFER.

154, 17. *ὡς οἴεταί τις*] Conf. Olynth. I. p. 15, 8. DOBR.

154, 28. *τέκνα, γονεῖς, γυναῖκας*] Talia *ἀσυνδέτως* deinceps poni solent. Euripides Suppl. 724. *νέων, γερόντων.* V. not. ad Longi Pastoral. p. 403. SCHAEFER.

155, 11. *χωρὶς ἰδίᾳ*] Cave putes posita *ἐκ παραλλήλου.* *χωρὶς*, scil. *τούτων*, *praeterea*: *ἰδίᾳ*, *privatim.* SCHAEFER.

155, 13. *μάλιστα*] Alii libri *μέγιστα.* Genuinum puto *μάλιστα.* Primum enim *κατορθώσωσι* positum est absolute, quo magis respondeat antecedenti *ἁμάρτῃ*, item absolute posito: deinde concinnior et significantior est antithesis inter *μάλιστα κατορθώσωσι* et *μάλιστα σκορακίζονται.* *κατορθοῦν* et *διαμαρτάνειν* eadem ratione posuit absolute Xenophon Memor. 3, 1. 3. *μεγάλα τά τε ἀγαθὰ, κατορθοῦντος αὐτοῦ, καὶ τὰ κακὰ, διαμαρτάνοντος, εἰκὸς γίγνεσθαι.* Add. infra p. 156, 5. SCHAEFER.

155, 15. *σκορακίζονται*] Recte Albertius ad Hesych. vol. 1. p. 1460. hoc verbum derivat a formula imprecandi *ἐς κόρακας*, quam vulgus videtur *τρισυλλάβως* pronuntiasse *σκόρακας.* Hanc ego caussam esse dicam, cur scribatur *ἐς κόρακας*, non item *εἰς κόρακας.* Seagerus Diar. Class. 53. p. 48. ad h. l.: "Idem fere Graecis *εἰς κόρακας* (unde *σκορακίζω*) quod Anglis, *go to hell.* *All sciences a fasting Monsieur knows: And bid him go to hell, to hell he goes.* Johnson Imit. of Juvenal." SCHAEFER.

155, 24. αἱ γὰρ εὐπραξίαι κ. τ. λ.] Locum hunc, sed aliter, citat Seneca Controv. 24. teste Schotto Observ. Hum. p. 214. REISK. αἱ γὰρ—ταῦτα πάντα citat Stobaeus Floril. 106, 13.

155, 26. ταῦτα] Quae modo de clandestinis adversus Philippum simultatibus sociorum, ipsorumque Macedonum, tam gregariorum militum, quam ducum et amicorum, nec non qui mercenario militi praeessent, disputavi. V. p. 23. ult. sqq. ubi locus hic jam praecessit, hic iteratus. REISK.

συμβαίνει γὰρ] Ita praemissum est sequentibus, ut nullo ea vinculo syntactico contingat: id quod magis apparebit, ubi deinceps dixero quomodo interpunctio hujus periodi refingenda sit. Eodem modo praemittuntur, ut absolute pendeant, verba δοκῶ, οἶδα et οἶμαι. V. not. ad Theocrit. p. 220. et ad Sophocl. Oed. Col. 995. Item impersonale δοκεῖ. Pausanias 5, 27. 5. δοκεῖ μοι δὴ, τοῦ Ὀνατᾶ μαθητὴς ἢ παῖς ὁ Καλλιτέλης ἦν. SCHAEFER.

156, 14. τῶν προγόνων] Ex hoc aptum est non solum τούτου v. 15., sed etiam πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων v. 16. *ab iis, qui majores fuerunt non hujus Philippi solummodo, sed universe regum quotquot in Macedonia unquam fuerunt omnium.* Nam paulo durior haec videtur constructio: οὐ παρὰ τῶν τούτου προγόνων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων. REISK. Rectius vertit Augerus: *Principatum enim a majoribus accepimus ex tempore longiori non modo quam iste, sed, ut breviter dicam, quam omnes Macedoniae reges.* "τούτου" inquit, "et τῶν βασιλευσάντων, hi genitivi reguntur a πλείονος." οἱ πρόγονοι sunt ipsorum Atheniensium, non Philippi ceterorumque regum Macedoniae. SCHAEFER.

156, 15. εὐδαιμονίαν] Male alii libri ἡγεμονίαν: nam de felicitate Atheniensium hic agitur, non de hegemonia; felicitatis autem documentum obiter commemorantur vectigalia ab ipsis Macedoniae regibus accepta, nemini unquam pensitata. SCHAEF.

156, 17. κἀκεῖνοι μὲν Ἀθηναίοις φόρους ἤνεγκαν] V. Valckenarius Diatr. de Phil. p. 270. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. vol. 1. p. 443. Valckenarius absurdissimum dicit quod orator scripserit,—πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων· κἀκεῖνοι μὲν Ἀθηναίοις φόρους ἤνεγκαν. Vereor ne paulo iniquius. Lenius, opinor, judicaturus erat, si expendisset scripturam illam Parisini primi εὐδαιμονίαν, (nam eandem esse aliorum codicum primus docuit Reiskius,) praetereaque cogitasset, ἐκεῖνοι non significare omnes Macedoniae reges, sed solos eos, qui Atheniensibus tributarii facti essent. SCHAEFER.

156, 18. φόρους ἤνεγκαν] Conf. Halonn. p. 79, 20. DOBR.

ἔτι δὲ] δὲ refertur ad τε v. 14. Quae construendi ratio satis frequens est, inprimis ubi particula δὲ, ut hoc loco, juncta est adverbio ἔτι. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 193. SCHAEF.

157, 1. πυνθανόμενοι — λέγεται νεώτερον] V. Casaubonus ad Theophrasti Charact. p. 107. ed. Fisch. SCHAEFER. Conf. Olynth. II. p. 24, 26. et Phil. I. p. 43, 8.

157, 3. ἐπιστολὰς] Conf. Phil. I. p. 51, 2. DOBR.

157, 7. *οἴκαδε λαμβάνειν*] Conf. Halonn. p. 80, 27. DOBR.

157, 8. *τὰ τῆς πόλεως—πωλοῦντες*] Citant Anecd. Bekk. p. 162, 2. SCHAEFER.

157, 11. *στασιάζειν*] Vi transitiva, quae rarior constructio hujus verbi est. P. 444, 3. *ἡνίκα ἐστασιάζετο μὲν αὐτῷ τὰ τῶν Θετταλῶν.* SCHAEFER.

157, 12. *ξενοτροφεῖν*] Citat h. l. Pollux 3, 58. v. *ξενοτροφεῖν.* REISK. Conf. Cherson. p. 95. DOBR.

157, 13. *οὔκουν ἐστὶν οὐδὲν θαυμαστὸν*] Conf. Olynth. II. p. 24. 23. DOBR.

158, 5. *ἐκ Μακεδονίας*] Contemtissima terra. *ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι.* p. 119. 9. SCHAEF. Conf. Halonn. p. 78, 14. De cor. p. 247, 9. DOBR.

XII.

EPISTOLA PHILIPPI.

Haec epistola Tayloro[a] non videtur genuina esse. Atque ipsa ejus longitudo, magis sophistam decens quam regem, suspicionem movere possit. Conf. Philippi Epistolas quae in oratione de corona leguntur. SCHAEFER. Hoc quidem argumento nihil effici recte monuit Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 462. qui Winiewskio (Comment. in orat. de cor. p. 191.) assensus genuinam esse putat epistolam Philippi, fatendumque vix quidquam in ea esse quod non scribi ab rege potuerit, neque error de Sitalce, de quo dicetur in annotatione ad p. 161, 3., est ejusmodi ut propterea abjudicanda ab rege haec epistola sit. Nihilominus vereor ne recte judicaverint qui hanc epistolam ab rege non magis scriptam esse crediderint quam quae orationi de corona sunt insertae ejusdem epistolae. Orationis enim color argumentique tractandi ratio sophistae multo similior est quam regi. Epistola Winiewskio eadem esse videbatur quam memorat Dionys. Hal. Ep. I. ad Ammaeum c. 11. p. 741. his verbis ex Philochori Atthidis libro sexto "Θεόφραστος Ἁλαιεύς. ἐπὶ τούτου Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας Περίνθῳ προσέβαλεν· ἀποτυχὼν δ' ἐντεῦθεν Βυζάντιον ἐπολιόρκει, καὶ μηχανήματα προσῆγεν." ἔπειτα, addit Dionysius, διεξελθὼν ὅσα τοῖς Ἀθηναίοις ὁ Φίλιππος ἐνεκάλει διὰ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ Δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον καὶ ψηφίσματα γράψαντος, ἐχειροτόνησε, "τὴν μὲν στήλην καθελεῖν τὴν περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης καὶ συμμαχίας σταθεῖσαν, ναῦς δὲ πληροῦν, καὶ τὰ ἄλλα ἐνεργεῖν τὰ τοῦ πολέμου." Contra Boehneckio p. 464. prorsus ab illa diversa esse videtur. De tempore vero epistolae (olymp. 109. 4. exeunte) consentiunt Winiewskius (p. 185. sq.) et Boehneckius.

159, 1. *Νικίου τοῦ κήρυκος ἁρπασθέντος*] De hoc facto nihil ab aliis proditum. Tabellarios Philippi ab Atheniensibus captos

[a] In annot. ad p. 23, 23. adscripta apud Reiskium, "In oratione ad Philippi epistolam iisdem utitur argumentis et paene verbis ad confirmandum populum contra Philippum, atque in hac oratione. Mihi videntur profecto cum epistola Philippi, tum oratio adversaria multis aliis de caussis indignae esse ea tempestate atque antiquitate, quas prae se ferunt."

memorat Plutarch. Mor. p. 799 E. Ἀθηναῖοι Φιλίππου γραμματοφόρους λαβόντες ἐπιστολὴν ἐπιγεγραμμένην Ὀλυμπιάδι κομίζοντας οὐκ ἔλυσαν οὐδ᾽ ἀπεκάλυψαν ἀπόρρητον ἀνδρὸς ἀποδήμου πρὸς γυναῖκα φιλοφροσύνην. JACOBS.

159, 7. τοὺς βουλομένους] Scilic. ἐκεῖσε καταφεύγειν. *illuc confugientes, illuc receptum habentes.* REISK.

159, 10. Κρωβύλην] De hac Thraciae urbe aliunde non constat. Nota est Καβύλη ab Demosthene memorata p. 100, 22., de qua v. Harpocration. Ejus nomen hic quoque restituendum esse conjecit Reiskius. Tiristasis vero nota est ex Scylace p. 28. ubi Τειρίστασις scriptum, et Plinio H. N. 4, 11, 18.

159, 16. εὖ δοκοῦντα] Malim εὐδοκοῦντα, i. e. ἀρέσκοντα: quod est cadentis Graecitatis. Polybius 20, 5. 10. τοῖς δὲ Θηβαίοις οὐχ ὅλως εὐδόκει τὸ γεγονός. SCHAEFER. Scripsi εὐδοκοῦντα.

159, 19. Ἀνθεμόκριτον] Pausan. 1, 36, 3. ἰοῦσι δὲ ἐπ᾽ Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱερὰν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. ἐς τοῦτον Μεγαρεῦσίν ἐστιν ἀνοσιώτατον ἔργον, οἳ κήρυκα ἐλθόντα, ὡς μὴ τοῦ λοιποῦ τὴν χώραν ἐπεργάζοιντο, κτείνουσιν Ἀνθεμόκριτον· καί σφισι ταῦτα δράσασι παραμένει καὶ ἐς τόδε μήνιμα ἐκ τοῖν θεοῖν. Pluribus hoc narrat Plut. V. Pericl. c. 30. Conf. etiam Pseudo-Demosth. or. περὶ συντάξεως p. 175. 24. JACOBS. V. quae a Sauppio dicta sunt ad p. 34, 8.

159. 21. ὑπομνήματα] Non opus ὑπόμνημα scribi cum Reiskio. Similia numeri pluralis cum singulari conjuncti exempla comparavit Bernhardyus in Syntaxi p. 65., velut Isaei p. 67. μνημεῖα τῆς ἐκείνου φιλοτιμίας ὁ τρίπους ἐκεῖνος ἕστηκε.

159. 25. Καλλίας] Callias, Chalcidensium tyrannus, qui copiis Atheniensium adjutus (unde ὁ παρ᾽ Ἀθηναίων στρατηγὸς dicitur) Philippum erat aggressus. V. Aeschinem p. 65. 66. H. St. JACOBS. V. Winiewsk. Comment. p. 167 sqq.

159. 27. ἐνόρκους] *Foedere jurato junctas.* SCHAEFER.

160, 2. τί ποτ᾽ ἔσται καινότερον—] Sensus, *quid pejus facere possitis, si mecum belligerare confiteamini. Quae enim olim, quum ex professo et aperte dissideremus, fecistis, eadem omnia nunc, sub pacis specie, facitis.* SEAGER. Diar. Class. 53. p. 48.

160, 7. παρανομίας et καὶ delet Dobraeus, scriptorem corrigens, ut opinor, non librarium, quem intulisse illa ex p. 159, 12. conjicit.

160. 8. πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεστάλκατε] Hoc suadet Demosthenes Philipp. III. p. 129. 10. Conf. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 146.

160, 9. Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην] Hujus belli (Olymp. 107. 2—4.) historiam narrat Diodorus 16. 40—52. JACOBS. V. Parreidtii Proleg. ad orat. de symmoriis p. 8.

160. 10. ἐψηφίσασθε] De hoc decreto nihil ab aliis traditum. JACOBS.

160, 19. Τήρην καὶ Κερσοβλέπτην] V. Winiewsk. Comment. p. 185.

160, 12. τῆς εἰρήνης] Factae Olymp. 108, 2.

160. 22. ἐν ταῖς στήλαις] Quibus insculpta nimirum erat for-

mula pacis Philippo cum Atheniensibus initae, quae stelae aliae in confiniis agri Attici, aliae in finibus Macedoniae fixae erant, quo pacis conclusae conditiones neminem fugerent. REISK.

160, 25. τοῖς παρ' ἐμοῦ πρεσβευταῖς] Id est, πρὸς τοὺς παρ' ἐμοῦ πρεσβευτὰς ἰδίᾳ, οὐ κοινῇ καὶ πρὸς τοὺς παρ' Ἀθηναίων, *privatim erga meos legatos, non item publice seu communiter etiam erga legatos Atheniensium.* REISK.

161, 3. Σιτάλκου] Mira sunt quae de Sitalce ejusque occisore narrantur. Nam nec Sitalces civitate ab Atheniensibus est donatus, sed filius ejus Sadocus (v. Thucyd. 2, 29.), nec domi interfectus est, sed in expeditione adversus Triballos (Olymp. 89, 2.) periit, et Seuthen, fratris filium, regni successorem habuit (v. Thucyd. 4, 101.), quocum Athenienses non statim (εὐθὺς, ut hic dicitur) amicitiam inierunt, sed Olymp. demum 97, 4. (v. Xenoph. Hell. 4, 8, 26.) Contra optime haec conveniunt Cotyï, Thraciae regi, ab Pythone et Heraclide Aeniis interfecto, quos civitatis jure donatos ab Atheniensibus memorat Demosthenes p. 659, 27. Probabilis igitur Jacobsii conjectura scriptorem epistolae Sitalcem cum Cotye confudisse: cui non obstat quod τὸν ἀποκτείναντα dixit, non τοὺς ἀποκτείναντας.

161, 6. αἱρεῖσθαι] Lego ἄρασθαι. Conf. p. 178, 25. DOBR.

161, 9. οὐδὲν φροντίζει] Comparanda cum his quae Demosthenes ipse dixit de jure civitatis a multis contemto p. 687, 12. JACOBS.

161, 11. Εὐαγόρᾳ] Nicoclis filio, Euagorae majoris, cujus laudes celebravit Isocrates, nepoti. V. Diodor. 16, 46. JACOBS.

161, 11. Διονυσίῳ τῷ Συρακοσίῳ] Regno expulso Olymp. 109, 2. JACOBS.

161, 16. εἰ δὲ τοῖς μὲν κ. τ. λ.] Citant h. l. Anecd. Bekk. p. 135, 28. de constructione verbi ἐνοχλῶ: ὁ αὐτὸς (Δημοσθένης) καὶ πρὸς αἰτιατικήν "μηδέ γε ἐγκαλεῖν ἀξιοῦτε μηδὲν, ἐμὲ δὲ ἐνοχλεῖτε." SCHAEFER.

161, 20. Καρδιανοῖς] V. ad p. 87, 1.

161, 22. οὐκ ἐθελόντων δ'] δ' rectius, opinor, abest. *Cardianis autem, quibus ante pacem foedere junctus sum, aio me ideo auxiliari, quod vos jure cum iis disceptare recusatis.* SCHAEFER.

161, 28. πρότερον μὲν—τὰ δ' ὑπογυιότατα—] Sic Isocrates Euag. extr. p. 277. ed. Bekk. Oxon. τὸ μὲν παλαιὸν—τὸ δ' ὑπογυιότατον—. SCHAEFER.

162, 1. Πεπαρηθίων] De Peparetho a Philippo vastata v. Demosth. pro cor. p. 248, 3. JACOBS.

162, 16. λαμβάνειν—ἀπολαβεῖν] V. ad p. 78, 3. SCHAEF.

163, 1. εἰ δὲ—ὀργίζεσθε] Citant Anecd. Bekk. p. 160, 6. SCHAEFER.

163, 2. εἰς τοῦτο δὲ προβεβήκαμεν ἔχθρας] Sensus: *Tam hostilis rerum status inter nos exortus est, non mea quidem culpa, sed sola vestra.* Hunc enim sensum esse, totius Epistolae tenor satis arguit. SCHAEFER.

163, 6. κληρούχων] Citat h. l. Harpocrat. v. κληροῦχοι. REISK.

163, 7. τοῦ δὲ στρατηγοῦ—παρακαλοῦντος καὶ διαγγέλλοντος] Hoc factum videtur quo tempore Perinthus et Selymbria obsidebatur (Olymp. 109. 4.) Conf. decretum Byzantiorum orationi de corona insertum p. 255 sq. JACOBS.

163, 13. ὑπὲρ ὧν αἰτιώμεθα ἀλλήλους] Anecd. Bekk. p. 120, 2. de constructione verbi αἰτιῶμαι: ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ Φιλίππου δοτικῇ· "ὑπὲρ ὧν αἰτιώμεθα ἀλλήλοις." τοῦτο δὲ ἀντὶ τοῦ ἐγκαλοῦμεν. SCHAEFER. ἀλλήλοις legitur in B. (sed οι in ου mutato a manu secunda) et duobus codicibus Parisinis Morelli: cui scripturae nihil auctoritatis accedit a grammatico illo recenti, quem etiam alibi deteriorum librorum lectionibus usum esse videmus.

163, 15. καίτοι σκοπεῖσθε—διακρίνεσθαι] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 26. SCHAEFER.

163, 18. καὶ Μαρωνείτας—λόγοις] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 28. SCHAEFER. De Maronitarum et Thasiorum contentione de Stryme v. ad p. 1213, 13.

163, 20. τὸν τρόπον τοῦτον] Vocabula τὸν τρόπον τοῦτον, *pari pacto*, non ad verbum ἀμφισβητοῦμεν, sed ad διαλύσασθαι adstringenda sunt. REISK.

163, 23. ἀπὸ τῆς συμμαχίας πάσης] *Ab omnibus foederatis.* SCHAEFER.

163, 24. πέμψαντος ἐμοῦ πρέσβεις] Ad legationem Olymp. 109. 1. missam refert Winiewsk. Comment. p. 143.

164, 5. τὴν μὲν εἰρήνην πόλεμον αὐτοῖς εἶναι] Vide annotationes in Philippicam Isocratis. WOLF. Locus Isocratis cum hoc comparandus legitur p. 97. H. St.

164, 8. τῶν ἔξωθεν] Nota τοὺς ἔξωθεν oppositos τοῖς πολίταις. SCHAEFER.

164, 16. ὑπὲρ ἧς—δικαιότερα] Citant Anecd. Bekk. p. 120, 10. ubi omittitur τῶν legiturque οἶμαι et δικαιότερον. SCHAEF.

164, 19. Ἀλεξάνδρου Μήδων] V. ad p. 687, 5. et Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 119.

164, 20. τὸν τόπον] Tum non Amphipolin, sed ἐννέα ὁδοὺς vocatum.

τῶν αἰχμαλώτων Μήδων] Persarum captorum, cum Alexander oppidum illis eriperet. SCHAEFER.

165, 6. τότε μὲν et κᾆτα inter se opponuntur: ubi ne quem offendat καὶ positum post μὲν, meminerit Graecos liberrime uti his particulis, quoties solam vim habent copulandi: ut nunc δὲ referatur ad antecedens τε, de quo v. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 192. s., nunc τε s. καὶ ad antecedens μέν. Cum nostro loco conf. Sophoclis Trachin. 691.—3. ἔχρισα μὲν—κᾄθηκα—. SCHAEFER.

165, 8. ταύτης—τῆς—] Sic pronomen demonstrativum frequentissime ponitur, explicatione ejus eodem in casu omninoque eadem in syntaxi statim ita sequente, ut ipsum redundare videatur. SCHAEFER.

165, 11. τρίτον—προσηκόντων] Anecd. Bekk. p. 120, 12: Ἀμ-

φισβητῶ : γενικῇ. ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· "τρίτον συγχωρηθείσης ὑφ' ὑμῶν τῶν εἰθισμένων ἀμφισβητεῖν καὶ οὐθὲν ὑμῖν προσηκόντων." SCHAEF.

165, 13. ὡς δὲ προϋπαρχόντων—κακοποιούντων] Ad προϋπαρχόντων subaudi ὑμῶν χειρῶν ἀδίκων. *His itaque sumtis, vos inimicitiarum ultro fecisse initium, a me nil provocatos, tum hanc maxime ob caussam impetum in me fecisse quod ego ultra quam paress et cavissem vos lacessere, denique vos nullum injuriarum genus, quod in potestate vestra sit, reliquum vobis facere ad me vexandum—.* Ad haec tria participia, προϋπαρχόντων et ἐπιτιθεμένων et κακοποιούντων, addet lector attentus tacita cogitatione ὑμῶν : nam alias praedicata haec subjecto carerent. REISK.

XIII.

DE RE PUBLICA ORDINANDA.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ ΛΟΓΟΣ] Σύνταξις apud Isocratem *tributum*, τὰς συντάξεις διδόναι: quo nomine Graeci, profligato Xerxe, eam pecuniam vocabant, quam pro defensione Graeciae a barbaris pendebant Atheniensibus, repudiato nomine τῶν εἰσφορῶν καὶ φόρων. Grammaticis est *apta consecutio verborum*. Alias, *quicquid ordine fit et apte*, σύνταξις dicitur. Ego inscriptionem eo minus *de ordinanda republica* vertere sum veritus, quod Olynth. III. (p. 38, 14.) de his ipsis theatralibus pecuniis agens, τὴν ἀταξίαν, inquit, ἀνελὼν εἰς τάξιν ἤγαγον τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν, τοῦ ποιεῖν τοῦθ', ὅ τι καθ' ἡλικίαν ἕκαστος ἔχει καὶ ὅτου καιρὸς εἴη, τάξιν ποιήσας: quod certe non est aliud quam ordinare rempublicam. Budaeus *descriptionem in classes civium tributa conferentium* interpretatur. WOLF. Recte Wolfius *de republica ordinanda*. Sic etiam Libanius intellexit. V. Argument. Conf. p. 167, 6. 168, 22. ss. et alibi. Orationem autem hanc non esse Demosthenis satis, opinor, nunc constat. F. A. Wolfius Prolegom. ad Leptin. p. 74: "Si quid video, oratio, quae inscribitur περὶ συντάξεως, seu de Republ. ordinanda, Demosthenis non est, sed ex aliis ejus, maxime Olynth. III. et Aristocratea ab aliquo declamatore consutis pannis confecta." Pro suppositicia habuerunt etiam alii multi, inter quos Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 70. 220. 238. 475. SCHAEFER. Boehneckii de hac oratione opinionem memoravimus in annot. ad p. 48, 16. Ad tempus orationis quod attinet, post Olymp. 107, 2. scriptam eam fingi patet ex p. 168, 15. ubi Rhodiorum democratia sublata memoratur. Conf. ad p. 196, 1. et Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 172., qui ad definiendum orationis tempus non debebat uti iis quae de Megarensibus dicit orator p. 175, 24. de quo loco dictum ad p. 34, 10.

166, 1. Τοῦ παρόντος ἀργυρίου] Mox v. 13. τἀργύριον—τοῦτο, περὶ οὗ βουλεύεσθε. SCHAEFER.

166, 2. ποιεῖσθε] Male alii libri ποιεῖτε. ποιεῖν ἐκκλησίαν, *populum in concionem cogere*; ποιεῖσθαι ἐκκλησίαν, *in concione esse*, ἐκκλησιάζειν, βουλεύεσθαι. SCHAEFER.

166, 3. ἐπιτιμήσαντα τοῖς νέμουσι] Anecd. Bekk. p. 136, 14. sic scripta citant: ἐπιτιμήσαντα τοῖς νέοις. SCHAEFER.

166, 11. καὶ] F. ἢ. SCHAEFER.

περιουσίας] Vide ne scribendum sit παρουσίας, quod ex hac oratione citavit Photius, coll. not. ad p. 168, 6. Eodem modo Plato comicus: ὡς καὶ νῦν ἔχομεν παρουσίας. V. Porson. ad Euripid. Med. p. 35. ed. Lips. tert. SCHAEFER.

166, 14.—15. Confer Androt. p. 607, 5. 608, 24. Infra p. 169, 2. DOBR.

166, 16. Respicit Olynth. I. p. 14, 27. DOBR.

167, 1. ἑορτὴ] ἡ ἑορτὴ Felicianus, male. Orator enim in universum loquitur. Sensus: *si vero et dies festi et quaevis alia occasio facient idoneum praetextum capiendae pecuniae*. SCHAEF.

167, 2. τοὺς λόγους] Id est τὰς παραινέσεις. *ne adhortationes quidem faciendi ea, quae praeterea fieri par est, meris verbis conceptas, neque ultra verba procedentes, nullamque vim, nullam necessitatem admoventes, auribus accipere sustinetis*. REISK. Plus significatur. V. v. 6. s. SCHAEFER.

167, 4. νομίσητε] Non opus subaudiri cum Reiskio ὕστερον, cum praecesserit μήποθ', *ne quando*. SCHAEFER.

θορυβήσητε] θορυβεῖν, alibi de assentientium plausu usurpatum, h. l. significat *reprobantem obstrepere*. Sic p. 60, 27. καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς, πρὶν ἂν ἀκούσῃ. Infra p. 170, 5. ὅπως δὲ μὴ θορυβήσῃ μοι μηδεὶς, πρὶν ἂν ἅπαντα εἴπω. SCHAEFER.

167, 6. ἐκκλησίαν ἀπεδώκαμεν] Observentur modi loquendi: ἐκκλησίαν ἀποδοῦναι, ποιεῖν ἢ ποιεῖσθαι, συνάγειν, συλλέγειν, γίνεσθαι, εἰς ἐκκλησίαν ἀναβῆναι. WOLF. Intelligenda concio, coram qua haec oratio haberi fingitur. SCHAEFER.

167, 11. τὸν δεῖνα] Conf. Olynth. III. p. 38, 21. DOBR.

167, 16. Conf. Olynth. III. p. 38, 4. sqq. DOBR.

τοὺς μὲν ἐν ἡλικίᾳ] οἱ ἐν ἡλικίᾳ sunt juvenes, quorum militaris est aetas. Unde Ovidius: *Quae bello est habilis, Veneri quoque convenit aetas. Turpe senex miles, turpe senilis amor*. WOLF.

στρατιωτικὸν] Scil. ἀργύριον. *velut in mercedem operae militaris, quam corpore quisque suo in castris praestat*. REISK. Bene Reiskius *velut*. Est enim haec constructio de genere earum, quas vulgo, sed sine caussa, supplent subaudiendo particulam ὡς. SCHAEFER.

167, 17. τοὺς δ' ὑπὲρ τὸν κατάλογον] Emeritos, rude donatos, qui annum aetatis 45. excesserunt. WOLF.

ἐξεταστικὸν] Proponit hoc nomen, ut, si placeat, non male conveniens pecuniae illi, quam auctor est dari civibus stipendia emeritis, quibus per aetatem venia est munium castrensium, ὑπὲρ τοῦ ἐξετάζειν, pro opera ab ipsis navanda, ut videant et quaerant, num juniores, quorum sors est in castra exeundi, aut in urbe

vigilias et stationes obeundi, fungantur muniis competentibus; num vices exeuntium in castra et illinc in urbem redeuntium rite alternent; num, quorum nomina in codicillis scripta sunt, ut actu militantium, omnes reapse militent, an sint qui gratia, precibus, pecunia subterfugerint molestias laborum castrensium domi latitantes; num militantes idonei sint arma ferre, num armis iisque idoneis instructi aliisque rebus ad agendum sub pellibus necessariis. Haec enim agebant, haec curabant, de his ad S. P. Q. referebant sic dicti ἐξετασταὶ seu exploratores, revisores. REISK. V. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. vol. 1. p. 315. SCHAEFER.

167, 19. παραχωρεῖν] Conf. Olynth. III. p. 38, 25. DOBR.

τῆς πόλεως οἰκείαν] Conf. p. 168, 7. Phil. I. p. 45, 14. DOBR.

167, 20. ἵν' εὐπορῆτε etc.] Ex Olynth. I. p. 14, 27. μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτήν. unde et infra p. 168, 21. Vide Rhod. p. 197, 20. DOBR.

167, 21. ἀπὸ τούτων] Scilicet τῶν χρημάτων. *ab hac pecunia collaticia, ab hac contributione, quam ut vobis ipsi imponatis, auctor ego vobis sum.* REISK. Non sola pecunia illa intelligitur, sed τὰ προσιόντα τῇ πόλει πάντα. SCHAEFER.

167, 24. ὁ δεῖνα—εἰσήγγειλεν] Locum hunc citat Thomas M. v. ὁ δεῖνα p. 644. REISK. Citat ex oratione de Corona: falso. SCHAEFER.

168, 1. ἀφ' ὧν αἱ μὲν ὠφέλειαι κ. τ. λ.] Similia in Pseudophalaridis Epist. 69. cum h. l. contulit Lennepius p. 214. a. SCHAEFER.

168, 6. παρουσίαν] Citat h. l. Harpocration. Sed is aut errore oculi memoriaeve deceptus παρουσίαν cum περιουσίαν commiscuit, aut alias locum secius interpretatus est, de quo jam Valesius suspicatus est. REISK. Conf. not. ad p. 166, 11. SCHAEF.

168, 11. ἄλλος ἂν ἦν λόγος] Conf. p. 114, 23. ἄλλος ἂν εἴη λόγος οὗτος. p. 240, 26. ἕτερος λόγος οὗτος. SCHAEFER.

168, 16. ὁ Μυτιληναίων δῆμος] Hinc Isocratis epistola τοῖς Μυτιληναίων ἄρχουσιν, οὐχὶ δὲ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, inscribitur. WOLF. V. p. 196, 2. SCHAEFER.

168, 18. μείζω χρὴ] Conf. Rhod. p. 195, 11. DOBR.

168, 20. τῆς προαιρέσεως] Subaudi αὐτῶν. *illam ipsam ob metam, ad quam principatus paucorum contendunt.* REISK.

168, 24. καὶ πρότερον] Orationem Philippicam primam intelligunt Wolfius et Reiskius, dissentiente Boehneckio Quaest. vol. 1. p. 166.

168, 29. τούτων ἁπάντων] Scilicet περὶ ὧν πρότερον ὑμῖν διελέχθην καὶ διεξῆλθον. WOLF.

169, 2. τοὺς μὲν] Scilicet τοὺς δύο ὀβολούς. bini illi oboli, in quos tota civitas furiosa cum contentione fertur, neque nunc sunt plus, neque in aeternum fient unquam plus quam bini oboli, hoc est vile, contemnendum, pudendum lucellum, de quo non nisi mendicissimi quique inter se contendant. REISK.

169, 4. μετὰ τούτων εἶπον] *Quae autem adhuc alia agenda et praestanda et providenda tum aiebam, cum negarem me intercedere, quominus sportulam binorum obolorum ferretis, ex iis emolumenta referetis magni regis opibus aequiparanda.* Quaenam illa sunt, quae orator agi et praestari flagitaret? Ipse in continenti exponit, πόλιν, τοσούτους ὁπλίτας ἔχουσαν κ. τ. λ. REISK.

169, 12. ὡς οὕτως ἔχει] Idem est ac si dixisset οὕτω γὰρ ἔχει, *nam sic se res habet.* REISK.

169, 13. καιρὸν] Ad καιρὸν adde νῦν tacita cogitatione ex antecedentibus iterandum. *nam si nunc obsecundetis, arbitrati, rerum harum, quarum auctor sum, agendarum tempus opportunum cum maxime esse.* REISK.

169, 13. seqq. Vid. Phil. IV. p. 139, 1. et 137, 1. DOBR.

169, 18. τῶν διαρρηγνυμένων] *Rumpendorum, ex eorum numero, quibus ilia rumpentur.* Innuit divitem aliquem proditorem. WOLF.

169, 27. μείζοσιν ἢ δυνατοῖς] I. q. μείζοσι τῶν δυνατῶν. Notabilis constructio. SCHAEFER.

170, 6. ἀνέῳξαν] Vox mitis de re atroci, quales usurpavit plures euphemismus Atheniensium. SCHAEFER.

170, 7. τὸν ἀπισθόδομον] Citat h. l. Harpocration s. v. ὀπισθόδομος. REISK. Adde Anecd. Bekk. p. 286, 26. SCHAEF.

170, 8. Post εἶναι ponatur comma.

170, 10. ἂν] *Num.* SCHAEFER. Dele comma post σκοπεῖτε.

170, 12. κώπας] Valckenarius in κωπέας mutandum censuit. V. Sluiteri Lection. Andocid. p. 200. Anecd. Bekk. p. 274, 32. Κωπέας: τὰ ξύλα τὰ ἐπιτήδεια εἰς κώπας νεῶν. V. Valckenar. ad Herodot. V. 23. et Boeckh. de Oecon. polit. Athen. vol. 1. p. 75. s. Sed κώπας cur displicuerit parum intelligo. Mihi quidem magis placet. Atrocius quid remos suffurari quam ligna remis fabricandis. SCHAEFER.

170, 15. ὥσπερ ἐκεῖνοι] Scil. ἔλεγον. *ut illi dicebant, qui hunc hominem flagellis caedendum, torquendum, necandum clamabant.* Nisi si ἐκεῖνοι referas ad eos, qui Opisthodomum expilarant. *quemadmodum illi priores digni erant, qui extremo supplicio tollerentur.* Subaudi ὥσπερ ἐκεῖνοι θανάτου ἄξια ἐποίουν. REISK. Prius malim. SCHAEFER.

170, 16. πῶς—ὅταν] Adverte de modo quaeri, responderi de tempore. SCHAEFER.

170, 17. Vide an totum hunc locum inde a p. 170, 4. conformarit ad exemplum or. de f. leg. p. 436, 6 sqq. DOBR.

170, 18. φαύλως ἠγμένοι] Contra τὸ εὖ ἦχθαι. Proba educatio Platoni magnum habet momentum ad virtutem. WOLF. χεῖρον ἄγου p. 1491, 2. SCHAEFER.

170, 24. καὶ νὴ Δία γε] Usitata recentioribus scriptoribus formula, de qua dixi in Thesauro Stephani vol. 2. p. 537 sq. Nam veteres Attici non solent γε post νὴ Δία, μὰ Δία et similia ponere nullo interjecto verbo.

171, 8. Inepte *φιλανθρώπους*. Effictum ex Cherson. p. 98, 5. Recte ibi: in *ἐκκλησίᾳ mites*, in *δικαστηρίοις aequi*. DOBR.

171, 16. *ταῦτα λέγει* (scilic. *ὑμῖν, ἃ ἐγὼ νῦν ὑμῖν εἴρηκα περὶ τοῦ ἀληθινοῦ τρόπου τοῦ καταλύεσθαι τὴν δημοκρατίαν*), *τὰς προφάσεις* (subaudi *τούτου*) *ἐγὼ διέξειμι*. *Quod autem haec nemo vos docet, quae ego vos modo docui, caussas ejus rei nunc coram vobis exsequar*. REISK.

171, 17. *οἱ μὲν—προσιόντες*] Opponuntur v. 27. *οἱ δὲ πολιτευόμενοι καὶ περὶ ταῦτ' ὄντες*. SCHAEFER.

οἱ μὲν πρὸς ἀρχαιρεσίας κ. τ. λ.] Sic Isocrates de pace: *παρελήλυθα γὰρ οὐ χαριούμενος ὑμῖν οὐδὲ χειροτονίαν μνηστεύσων, ἀλλ' ἀποφανούμενος ἃ τυγχάνω γινώσκων*. WOLF.

ἀρχαιρεσίας] Male alii libri *ἀρχαιρεσίαν*. Anecd. Bekk. p. 449, 29. *Ἀρχαιρεσίας: ἀρχαιρεσίας λέγουσι πληθυντικῶς, οὐκ ἀρχαιρεσίαν δέ, οὐδὲ ἄλλως πως*. Nostrum locum citavit Piersonus ad Moer. p. 11. a. V. etiam Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 518. SCHAEFER.

ταύτην τὴν τάξιν] Intelligenda *ἡ τάξις τῶν πρὸς ἀρχαιρεσίας προσιόντων*. Conf. v. 27. *οἱ δὲ πολιτευόμενοι καὶ περὶ ταῦτ' ὄντες*. Est abundantia dicendi oratoria. SCHAEFER.

171, 18. *ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι*] Vulg. *ἐπὶ τὸ χειροτονεῖσθαι*. Praetuli de meo sensu *ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι* in dativo. *χάρις ἡ ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι* est ea gratia activa, ea contentio alii gratificandi, studium placendi alii, penes quem sit potestas tibi honorem, quem ambis, suffragio suo addicendi. Servire huic generi gratiae est nihil non venari et observare, nihil non agere, quo tu speres futurum ut proberis iis, penes quos sit in comitiis te magistratum creare; ut nihil audeas neque dicere neque agere, quo metuas opifices tuae fortunae atque amplitudinis offendere. REISK.

171, 19. *τελεσθῆναι—σπουδάζων*] *τελεσθῆναι* Reiskius Ind. Graec. simpliciter vertit *nuncupari, creari*. Sed paulo plus, ut opinor, significatur, videturque locutio esse oratoris stomachantis. *singuli operam dantes, ut strategiae initientur mysteriis*. SCHAEFER.

171, 20. *εἰ δέ τις—ἔργῳ*] Citant Anecd. Bekk. p. 136, 26. omittentia v. *οἷος*. SCHAEFER.

171, 22. *τῶν ἐναντιωσομένων*] Utrum *τῶν λεγόντων, ἢ τῶν πολεμίων*; WOLF. De hostibus intellexit Reiskius. Malim intelligere de civibus adversae factionis. SCHAEFER.

171, 23. *ἐρημίας*] Ex Phil. I. p. 54, 10. DOBR.

171, 24. *κληρονομήσειν*] Conf. Aristocr. p. 690, 14. DOBR.

171, 27. *τῶν ἐκ τούτων*] *τὰ ἐκ τούτων* sunt *fructus horum*. SCHAEFER.

οἱ δὲ] *οἱ πολιτευόμενοι* opponuntur supra versu 17. dictis honorum et imperiorum candidatis. Alias Demosthenes illos *στρατηγοὺς*, hos *ῥήτορας* appellat. *ῥήτωρ ἡγεμὼν, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοησόμενοι τριακόσιοι*. Illi sunt magistratus honoribus

fungentes, hi syndici et Icti et consiliarii senatus atque plebis in curia atque in concionibus. REISK.

172, 1. καὶ πρότερον μὲν κατὰ συμμορίας κ. τ. λ.] V. p. 26, 22. ss. Conf. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. vol. 2. p. 60. SCHAEF.

172, 7.—11. Ex Aristocr. p. 690, 11.—16. Hinc autem Prooem. 55. p. 1461, 7—9. DOBR.

172, 8. τῆς καθ' ἡμέραν ῥαθυμίας—προέμενοι] ῥαθυμίας genitivus est pretii: *venditis socordia, abjicitis per ignaviam:* sicut dicunt μισθοῦ φιλεῖν, *mercede amare.* WOLF. Conf. ad p. 366, 17.

172, 12. οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις—ἀλλ' οἰκείοις] Conf. Olynth. III. p. 35, in. SCHAEFER.

172, 14.—173, 22. Ex Aristocr. p. 686, 4. seqq. ubi v. quae annotata sunt.

172, 23. ἀλλ'—ἀλλὰ—] Subaudi ex antecedentibus contrarium: πάντες λέγουσιν. SCHAEFER.

172, 26. μόραν] Citat Harpocration s. h. v. REISK.

173, 17. τιμὴν] Scilic. τῆς πολιτείας. SCHAEFER.

173, 23.—175, 20. Ex Olynth. III. p. 34, 27.—37, 14.

174, 7. E Rhod. fin. DOBR.

174, 12. ἀπόρους non magis intelligo quam ἀποστόλους, quod est in aliis libris. Cur Athenienses egenas civitates Graecas opibus suis sublevarint, non video, nisi si forte rem sic concipias. Caritates annonariae cum saepius inciderent, Athenienses civitatibus pauperioribus de frumento prospexerunt, aut gratuito donato, aut vilissimi vendito. REISK. Pro εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους p. 36, 10. legitur εἰς οὐδὲν δέον. Aeschines p. 249. R. de eadem re: εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας. Haec, qui potest, conciliet: mihi quidem videntur inter se quam maxime pugnare. Adde quod sumtus facti ad egenas civitates sublevandas testantur Atheniensium humanitatem, non stultitiam, quae veterum illorum sapientiae opposita hic notatur. Itaque vix dubito probandam esse alteram scripturam, ἀποστόλους. Eadem, nisi fallor, sententia Boeckhii de Oecon. polit. Athen. vol. 1. p. 314. Quanquam non nego obscurum mihi esse, quid sibi velit additum τῶν Ἑλλήνων. Ceterum post ἀπόρους itemque post συμμάχων v. 15. rectius commatis signa pones: est enim haec una et continua interrogatio, quae exorsa a verbis οὐ πλείω pertinet usque ad ἀπολώλασιν v. 16. SCHAEFER.

174, 13. οἵ τε ἴδιοι πάντες οἶκοι] *Et omnes privatae opes.* Notio enim vocis οἶκος complectitur πάντα ὅσα τις κέκτηται. V. Xenophon Oecon. 1, 5. SCHAEFER.

174, 20. οἰκοδομήματα μέν γε κ. τ. λ.] Aristides de D. C. καὶ πάλιν ἐν γένει [praefatus de generalibus]· οἰκοδομήματα μέν γε καὶ κόσμον τῆς πόλεως—ὑπερβολὴν λελεῖφθαι. εἶτα κατ' εἶδος· προπύλαια ταῦτα, ὁ παρθενὼν etc. REISK. Conf. p. 35, 15. ss. et v. Boeckh. de Oecon. polit. Athen. vol. 1. p. 70. SCHAEFER. Praeter Olynth. III. vide Aristocr. p. 689, 9.—690, 7. DOBR.

174, 22. ἐκεῖνοι] ἡμῖν Aristides Artis p. 208. REISK. Conf. p. 35, 16. SCHAEFER.

174, 23. προπύλαια—τἄλλα] Nominativi absoluti, h. e. liberi a nexu syntactico cum antecedentibus. SCHAEFER.

προπύλαια ταῦτα] Citat h. l. Harpocrat. v. προπύλαια ταῦτα. et scholiastes Hermogenis p. 400. κατὰ δὲ ἄλλους καὶ τὰ δεικτικὰ σχήματα ἐναργῆ, οἷον· προπύλαια ταῦτα. REISK.

ὁ Παρθενὼν] Post προπύλαια ταῦτα addit Aristides ὁ παρθενών. REISK. τὰ προπύλαια et ὁ Παρθενὼν junguntur etiam p. 597, 8. 617, 18. SCHAEFER.

175, 7. οἱ τῶν κοινῶν ἐπί τῳ γεγενημένοι] *Qui publicorum aliquod negotiorum administrarunt.* SCHAEFER.

175, 10. τὰς ἰδίας οἰκίας—ὑπερηφανωτέρας] Citat h. l. Thomas M. v. ὑπερήφανος p. 869. REISK.

τῶν πολλῶν] Est masculini generis, i. q. τοῦ πλήθους. Plena locutio: τῶν οἰκιῶν τῶν πολλῶν. V. Matthiae Gramm. Gr. §. 453. SCHAEFER.

175, 11. ὑπερηφανωτέρας] Anecd. Bekk. p. 114. extr. Ὑπερήφανον: ἀντὶ τοῦ καλὸν πάνυ. Πλάτων Γοργίᾳ. SCHAEFER.

175, 12. οὐδ' ὄναρ] Ex or. de f. leg. p. 429, 18. DOBR.

175, 23. πρὸς] *De.* Sed alia vi hic positum est, alia v. 26. H. l. enim valet *adversus*, infra *pro.* SCHAEFER.

175, 24. καταράτους Μεγαρέας] V. ad. p. 34, 8. et 159, 19.

175, 25. τὴν ὀργάδα] Citat Harpocration s. v. ὀργάς. REISK.

175, 28. τοὺς βουλομένους] Scil. βοηθεῖν vel μετέχειν τῆς βοηθείας. Decreverant Athenienses plebiscito Phliasiis urbe patria expulsis succurrere, eosque domum reducere, non permittere sicariis, qui caedibus Phliuntem, patriam suam, desolassent, (nam Phliasii ipsi videntur hi fuisse, per caedes civium ad tyrannidem grassantes.) ut impune tantam immanitatem diutius exercerent, denique ad expeditionis hujus societatem Peloponnesiorum invitare quotquot eam participare vellent. REISK.

παρακαλεῖν] Post h. v. malis subdistingui, ut ταῦτα p. 176, 1. propius cohaereat cum ἃ v. 23. et 26. SCHAEFER.

176, 3. ἐκφέρεσθε] *Palam facitis.* SCHAEFER.

176, 10. εἰ μὲν οὖν Σιφνίοις κ. τ. λ.] Citat h. l. Harpocrat. v. Κύθνος. Marcellinus ad Hermogenem p. 316. ἰστέον δὲ κἀκεῖνο περὶ τοῦ ἐνδόξου, ὅτι τῆς ποιότητος μάλιστα τῆς τῶν ἀκουόντων ἤρτηται. διὸ καὶ ποτὲ μὲν πλείστην, ποτὲ δ' ἐλαχίστην παρέξεται τῷ λέγοντι χορηγίαν. οὐ γὰρ ὁμοίως ὁ παρ' Ἀθηναίοις τε καὶ Λακεδαιμονίοις λέγων καὶ παρὰ Μεγαρεῦσι καὶ Σιφνίοις, ἀλλὰ παρ' Ἀθηναίοις μὲν καὶ Λακεδαιμονίοις, ἅτε τῆς ποιότητος τῶν προσώπων στοχαζόμενος, πλείστην τὴν χορηγίαν ἕξει, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὀλίγην. τὸ γὰρ Σιφνίων ἦθος καὶ Μεγαρέων παρειλήφαμεν ἐκ τῆς ἱστορίας εὐκλείας οὐδένα λόγον ποιούμενον. REISK.

176, 14. τάξιν] Conf. Olynth. III. p. 38, 25. DOBR.

XIV.

DE SYMMORIIS.

F. G. PARREIDTII PROLEGOMENA[a].

3[b] Duabus potissimum de caussis memorabilis est Demosthenis oratio de symmoriis, tum quod, auctore Dionysio Halic. in Ep. 1. ad Amm. p. 724. prima earum esse traditur, quas in concione populi Atheniensis habuit Demosthenes, tum quod primaria ejus pars versatur in instituto quodam Atheniensium ordinando et corrigendo, quod, cum in reliquis Demosthenis et ceterorum oratorum monumentis non commemoretur nisi leviter, ex hac tantum oratione cognoscitur accuratius. Quae quidem pars cum ita sit difficilis ut H. Wolfius ad p. 183, 18. propter eam dixerit "animi quadam attentione est opus, quam cum omnes Demosthenis orationes postulent, haec etiam flagitat" et simile quiddam confiteatur etiam Boeckhius in Oecon. publ. Athen. vol. 2.
4 p. 66: eam nos nunc quantum fieri poterit post Boeckhii[c], Hier.[d] et F. A.[e] Wolfiorum, Seageri[f], et Amersfoordtii[g], acutas et subtiles de ea disputationes, enucleabimus. Quod cum accurate fieri nequeat, nisi antea cognita sit ratio, quae bellorum caussa in re navali et tributis conferendis apud Athenienses diversis temporibus erat recepta, hanc ob caussam in duas partes nostra dividetur disputatio, quarum priore, quae ante hanc orationem utriusque rei fuerit ratio, docebitur, altera autem, quam muta-

a Prodierunt Magdeburgi a. 1836. sic inscripta, F. G. P. disputatio de instituto eo Atheniensium, cujus ordinationem et correctionem in oratione *περὶ συμμοριῶν* inscripta suadet Demosthenes.

b Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Magdeburgensis.

c In annotatione perpetua quam huic ut omnibus Demosthenis orationibus a se semel Graece, bis Graeco-Latine Basileae a. 1549. et 1572. fol. et ter Latine editis adjecit.

d In Prolegomenis ad orationem Leptineam.

e In annotatione ad p. 183, 11.

f In libro de oecon. publ. Athen.

g In libro, quem edidit titulo usus hoc: Dissertatio de Symmoriarum apud Athenienses instituto. Scripsit Henricus Amersfoordt, Gymnasii publici Snecani Rector. Pars prior, exhibens Demosthenis orationem de Symmoriis, variis lectionibus duorum codd. Leydensium et annotatione perpetua instructam. Lugduni Batavorum 1821. 8.

tionem ejus faciendam esse in hac oratione censeat Demosthenes. explicabitur. Sed priusquam ad eam, quam fusius tractabimus, hujus orationis partem transimus, videamus strictim de tempore, caussa et argumento hujus orationis.

Habitam esse orationem de symmoriis archonte Diotimo, Olymp. 106, 3. (a. Chr. n. 354.), narrat Dionysius l. c. Quae sententia ita a Demosthene ipso confirmatur, ut duobus ejus testimoniis eam post Olymp. 106, 2. et ante Olymp. 107, 2. habitam esse efficiatur. In oratione enim de corona p. 230, 27. *τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου,* inquit, *οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε κ. τ. ἑ.* Atqui bellum Phocicum sive sacrum Ol. 106, 2. ortum esse scribit Diodorus 16, 23. Ergo post Ol. 106, 2. de symmoriis concionem habuit Demosthenes. Idem vero in or. pro Rhod. libert. p. 192. hujus uti non dudum a se habitae orationis mentionem ita fere injicit: *οἴομαι δ' ὑμῶν μνημονεύειν ἐνίους ὅτι, ἡνίκ' ἐβουλεύεσθε περὶ
τῶν βασιλικῶν, παρελθὼν ἐγὼ πρῶτος παρῄνεσα κ. τ. ἑ.* Orationem 5
autem pro Rhod. libert. incidere constat in Ol. 107, 2. Itaque ante Ol. 107, 2. Demosthenem de symmoriis verba fecisse ad populum apparet.

De re, cujus caussa haec habita est oratio, nihil amplius scimus, quam quod Libanius ex iis, quae orator ipse leviter p. 180, 1. 185, 5. 186, 6. memorat, collegit. Narrat enim, quum fama, Persarum regem expeditionem moliri adversus Graecos, percrebuisset, populum Atheniensem tumultuatum tum convocare Graecos tum bellum statim inferre properasse. Suadere igitur Demosthenem ut non ipsi priores arma capiant, sed dum rex novi quid conetur, exspectent. Jam vero recte animadvertit Amersfoordtius in introd. ad h. or., quod Artaxerxes Ochus—quia Chares, praetor Atheniensium, Artabazo, qui defecerat a rege, opitulatus erat—se trecentis navibus insulas eo tempore cum Atheniensibus bellum gerentes adjuturum esse, teste Diodoro 16, 22., minatus sit, id, quoniam ad Ol. 105, 4. pertineat, ansam dare non potuisse hujus, quae non ante Ol. 106, 3. habita esse possit, orationis. Sed qui recentiores Persarum apparatus ii fuerint, quos ipse statuit, neque e Diodoro neque ex alio historico demonstravit. Quaerenti igitur mihi, quinam fuerint illi apparatus, quos sibi a Persis metuere potuerint Athenienses, nulli hi videntur fuisse alii quam quos memoriae prodidit Diod.
16, 40. factos esse ab rege, ut Aegyptum et Phoeniciam ad 6
officium reduceret. Quod regis consilium cum ignorarent Athenienses, injuriae a Charete regi illatae sibi conscii et illarum regis minarum memores, ingentes illos Persarum apparatus contra sese fieri, facile sibi persuadere poterant. Dixerit vero fortasse quispiam, illos Artaxerxis Ochi apparatus referri ab Diodoro ad Ol. 107, 2., qui annus non conveniat tempori, cui Dionysius Hal. hanc attribuat orationem. Sed Diodorus synchronisticam, quam dicunt, sequitur narrandi rationem; quo fit ut quae ad bellum quodque gerendum multo ante apparantur.

eo demum tempore parata narrentur, quo bellum vere suscipitur. Qua de re vide etiam Boeckh. Oec. Ath. 1. p. 268. 2. p. 22. Veri igitur simillimum est Persarum regem, ut Phoeniciam et Aegyptum, provincias, quae longo ex tempore desciverant, et quibuscum multi duces adversa fortuna conflixerant, recuperaret, tribus annis ante tempus id, quo simul cum apparatu expeditionem susceptam esse refert Diodorus, naves comparasse atque copias. Teste enim Diodoro 16, 40. rex non minus trecenta milia peditum et triginta milia equitum, triremes autem trecentas onerariasque cum caeteris res venales vehentibus quingentas naves coëgit. Ad tot naves adornandas tantasque copias comparandas credibile est trium annorum spatium necessarium fuisse, cum Xerxes per quattuor annos ad bellum Graeciae inferendum suas copias et res necessarias apparaverit teste Herodoto 7. c. 20. Etiamsi vero ad bellum, quod Ol. 107, 2. demum susceptum est, gerendum copiae et naves non jam inde ab Ol. 106, 3. apparari coeptae sint, fama tamen, magnum a Persarum rege bellum paratum iri, jam tunc perlata esse potuit Athenas.

Hanc nostram de bello, quod a rege timebant Athenienses,
7 sententiam confirmare videntur duae res. Primum enim dicit Demosthenes or. pro Rhod. libert. p. 191, 25., mirari se quod iidem, qui civitati, ut Aegyptiorum gratia Persarum regi adversetur, suadeant, in Rhodii populi caussa eundem illum hominem formident. Illud Aegyptiis patrocinandi consilium cum non ad praesens tempus, quo iidem homines, qui illud dederant consilium, Persarum regem formidabant, sed ad praeteritum quoddam tempus referendum sit, nonnulli, veluti Fr. Jacobsius in annot. ad interpretat. Germ., illuc putabant pertinere, quod Diodor. 16, 44. legatis ab Artaxerxe Ocho ad Graecas civitates, qui auxilia peterent, circum circa missis Athenienses et Lacedaemonios hoc respondisse memorat: "velle se in amicitia cum Persarum rege permanere, auxilia autem mittere nolle." Sed cum orationem pro Rhodior. libert. Ol. 107, 2. habitam esse constet, bellum autem ab Artaxerxe Ocho Ol. 107, 2. contra Phoeniciam et Aegyptum susceptum eo tempore, quo legati ad Graecas civitates missi sunt, pro rerum, quas jam ante gestas Diodorus narrat, multitudine jam per aliquod tempus actum esse videatur, Demosthenes illis, quae supra commemoravimus, verbis non potuit significare consilia de regis Persarum legatione agitata,—quippe quae post Ol. 107, 2. demum possit missa esse —sed alia, quae in prius quoddam tempus incidunt. Ut paucis defungar, puto equidem, id quod etiam Jacobsius l. c. praeferendum esse judicat, Demosthenem illis verbis attingere consilia de ea re, ad quam pertinet oratio de symmoriis. Eos enim, qui Ol. 106, 3., ubi nondum constabat, quocum rex Persarum congressurus esset, bellum contra eum bono animo suscipiendum esse censuerant, postea, ubi contra Aegyptios et Phoenicas bellum parasse regem apparebat, facile orator, quasi Aegyptiis patrocinandum censuissent, dicere poterat. Accedit, quod De-

mosthenes, postquam suorum in republica adversariorum inconstantiam ostendit, quae ipse in hac de symmoriis oratione de rebus regiis dederit consilia, exponit. Haec res etiam in caussa 8 fuit, cur Fr. Jacobsius sententiae antea prolatae diffideret.

Alterum, quo bellum, quod a rege metuebant Athenienses, contra Aegyptum et Phoeniciam apparatum esse videtur comprobari, illud est, quod Philippus in epistola, quae servata est inter Demosthenis orationes p. 160, 8. scribit haec: "antequam rex Persarum Aegyptum et Phoeniciam occupasset, decrevisse Athenienses, ut, si quid novi moliretur, non minus ipse quam caeteri Graeci omnes contra eum advocarentur." Haec verba spectare ad ea, quae hanc Demosthenis orationem proxime sequebantur, decreta Atheniensium patet. Sed simul inde intelligitur quam ob caussam ita tunc decreverint Athenienses: quippe dubium et incertum erat, priusquam rex Persarum Phoeniciam et Aegyptum adortus erat, quorsum tandem magnos illos apparatus faceret et quem cum magno suo exercitu aggressurus esset.

De ingentibus igitur, quos rex Persarum aut jam tunc faciebat, aut facturus erat, apparatibus quum allatum esset Athenas, magnus incessit timor Athenienses, se petiturum esse regem suspicantes. Quem cum complures alii oratores ita pellere studuissent, ut de majorum fortitudine et rebus olim a Persis male gestis caetera securi admonerent atque bellum, cujus exitus non posset esse dubius, laeto animo suscipiendum esse censerent, exortus tandem est Demosthenes, longe diversam viam ingrediens et alia omnia suadens. Prius enim quam de bello cogitari possit duo providenda esse censet, alterum, ut instructi et parati sint ad bellum, alterum, ut justam belli caussam habeant. Hoc suadet, quia, si sine ulla offensione priores bellum inferant, omni caeterorum Graecorum societate ipsos destitutos et certamen anceps ac difficile fore intelligit; illud, ut hac data occasione rem navalem, quam ad auctoritatem suae civitatis tuendam auctam et amplificatam esse voluit, ordinet et corrigat. Callide igitur et prudenter usus est Demosthenes hac temporis oppor- 9 tunitate, per quam, quanto in periculo, si quod subitum incideret bellum, versaretur civitas, Athenienses didicerant, ad consilia de navibus in bellorum usum comparandis explicanda.

Inscriptio orationis vulgata, quam ex *ῥητορικοῖς πίναξι* memorat Dionysius Hal. ep. ad Amm. 1. p. 726., et solam novit Libanius in Argumento p. 177, 12., est *περὶ συμμοριῶν*. Rectius inscriptum fore *περὶ τῶν βασιλικῶν* Dionysius censet Art. rhet. 9, 10. p. 351. *τὸ δὲ ἕτερα λέγειν καὶ ἕτερα διοικεῖσθαι δείκνυσί σοι πάλιν ὁ αὐτὸς Δημοσθένης ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς ἔν τε τῷ περὶ συμμοριῶν ἐπιγραφομένῳ λόγῳ, ὅσπερ λόγος εἰκότως ἂν καὶ δικαίως ἐπιγράφοιτο περὶ τῶν βασιλικῶν ἐν τῷ πρῶτος καὶ μόνος παραστὰς ἀντειπεῖν. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἐναντιοῦται μὲν τῇ Ἀθηναίων γνώμῃ, ὡρμηκότων αὐτῶν πολεμεῖν βασιλεῖ, καὶ μία μὲν διοίκησις τοῦ λόγου ἐστὶ τὸ βουλόμενον τὸν ῥήτορα μὴ πολεμεῖν αὐτοὺς βασιλεῖ, κλέπτει δὲ τὴν δόξαν τὸ συμβουλεύειν βασιλεῖ μήπω πολεμεῖν καὶ αὕτη ἡ τέχνη*

ἐστὶ τοῦ ἃ βούλεταί τις λέγειν εὐπρεπῶς. Nititur autem Dionysii opinio ista ipsius oratoris verbis in orat. pro Rhod. libert. p. 192, 1. *οἴομαι δ' ὑμῶν μνημονεύειν ἐνίους ὅτι, ἡνίκ' ἐβουλεύεσθε περὶ τῶν βασιλικῶν, παρελθὼν ἐγὼ πρῶτος παρῄνεσα* etc.

10 PARTIS PRIORIS

CAP. I.

QUALIS ANTE ORATIONEM DE SYMMORIIS HABITAM APUD ATHENIENSES TRIBUTORUM CONFERENDORUM FUERIT RATIO, ENARRATUR ATQUE PERQUIRITUR.

Quamquam trierarchicae sunt symmoriae, de quibus in prima oratione deliberativa agit Demosthenes, duplex tamen caussa est, cur etiam tributorum conferendorum ratio pertractanda sit hic accuratius, primum quod symmoriae trierarchicae ad symmoriarum tributariarum, quae prius erant constitutae, exemplum sunt compositae, tum quod etiam in hac oratione tributorum conferendorum rationem orator aliquoties commemorat. De hac autem re cum jam Boeckhius in libro, qui inscribitur publica Atheniensium oeconomia, ita disputaverit, ut, quaecunque eam veterum scriptorum illustrant testimonia, collegerit nec quicquam, quoad novi sive libri sive inscriptiones non reperiuntur, quod possit addi, reliquisse videatur, eorum, quae coëgit ille diligenter atque collegit inde acute, quendam, ut ita dicam, recensum agemus, brevius tractaturi ea, in quibus ei assenserimus, fusius contra, in quibus ab eo dissentiendum putaverimus.

Sumptus, qui ad bella gerenda erant necessarii, antiquis temporibus apud Athenienses sustinebantur iis aerarii pecuniis, quae detractis expensis ordinariis ex annuis reditibus erant relictae. Postquam autem a Pericle potissimum publica eo aucta erant expensa, quod stipendia dabantur militibus, merces judicibus
11 heliasticis, pauperioribus civibus pecuniae ad ludos spectandos necessariae aliaeque largitiones publice praebebantur et posteriori tempore etiam comitiorum merces ex aerario solvebatur, fieri non poterat quin, ubi bellum per multos annos continuos gerendum esset, veluti bellum Peloponnesiacum, ordinarii reditus non amplius sufficerent. Ac primum quidem hoc accidit, Thucydide 3, 19. teste, belli Peloponnesiaci anno quarto. Eo enim tempore, quum Mytilenen obsidere vellent Athenienses, pecuniae autem, quibus obsidionis sumptus sustentarentur, in aerario essent nullae, de suis ipsi facultatibus pecunias conferre decreverunt. Has pecunias ex censu esse collatas, quum inde a Solonis aetate census s. *τίμημα* apud Athenienses institutus esset,

per se intelligitur. Diligenter autem atque accurate, ut solet, demonstravit Boeckhius vol. 2. p. 41. censum, ex quo illud primum voluntarium tributum bello Peloponnesiaco collatum esset, alium fuisse atque eum, qui a Solone primus institutus erat. Eo enim tempore, quo Solon universum populum Atheniensem in quattuor ex censu dividebet classes, annui tantum ex agris reditus in censum veniebant. Hinc ii, qui primae classi ascribebantur, quia agros, unde quingeni quotannis redibant medimni, possidebant, pentacosiomedimni vocabantur, reliquis autem classibus alia erant nomina, quae non ex numero medimnum quotannis redeuntium erant ducta: id quod etiam in caussa est cur et de ordine harum classium et de numero medimnum cuique redeuntium nonnulla sit discrepantia apud scriptores veteres. Cf. Boeckh. vol. 2. p. 30. sqq. Jam cum Pollux 8. c. 10. tradat, erogasse pentacosiomedimnos in publicum (*ἀνήλισκον ἐς τὸ δημόσιον*) talentum, equites triginta minas, zeugitas decem, thetas denique nihil, acute sane atque acriter perspexit Boeckhius 2. p. 32—40., ita haec Pollucis verba intelligenda esse, ut singulae illae pecuniarum summae, non quantum tributum, sed de quota rei familiaris parte tributum, si quando fuerit opus, conferendum fuerit, significent. Sed quod idem Pollucem ea, quae apud antiquos scriptores hac de re invenerit, parum intellexisse arbitratur 2. p. 34., in eo mihi ipse Pollucis verba non satis videtur assecutus esse. Illud enim si contendit, a Demosthene aeque atque a Polluce sententiam suam de certa et definita rei familiaris parte, de qua tributum conferendum fuerit, non intellectam esse statuat necesse est. Simili enim modo ac Pollux *ἀναλίσκειν εἰς τὸ δημόσιον* dicit id, quod *partem rei familiaris, de qua tri-* 12
butum penditur, in censum deferre vocari oportuit, Demosthenes[h] in Aphob. 1. p. 815, 10. verbis, *Εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν, ὅσονπερ Τιμόθεος, ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα εἰσέφερον*, non quantum tributum, sed de quota rei familiaris parte tutores ipsius nomine contulerint, de Boeckhii 2. p. 53. sententia declarat. Quare plus quam veri est simile Pollucem scriptorum, quos sequitur, ipsa verba accurate expressisse, neque credibile est *ἀναλίσκειν ἐς τὸ δημόσιον* locutionem ex falso rei intellectu ortam, sed ab ipsis illius aetatis scrip- 13
toribus usurpatam esse. Quoniam enim, ut Boeckhius p. 34. 35. contendit, ante primam illam bello Peloponnesiaco inductam

[h] Cf. praeterea Dem. in Aphob. 1. p. 815, 26. *Δῆλον μὲν τοίνυν καὶ ἐκ τούτων ἐστὶ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. Πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ τρία τάλαντα τίμημα. Ταύτην ἠξίουν εἰσφέρειν τὴν εἰσφοράν.* 2. p. 836, 25. *Ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς Ἄφοβος ἐμφανὲς ἐποίησεν ἡγεμόνα με τῆς συμμορίας καταστήσας οὐκ ἐπὶ μικροῖς τιμήμασιν, ὥστε κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας εἰσφέρειν.* In Aphob. fals. testim. p. 862, 7. *Ὅτι πεντεκαίδεκα ταλάντων οὐσίας μοι καταλειφθείσης τὸν μὲν οἶκον οὐκ ἐμίσθωσε, δέκα δ' ἔτη μετὰ τῶν συνεπιτρόπων διαχειρίσας πρὸς μὲν τὴν συμμορίαν ὑπὲρ παιδὸς ὄντος ἐμοῦ πέντε μνᾶς συνετάξατ' εἰσφέρειν, ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα εἰσέφερον.*

collationem tributa raro vel nunquam pendebantur, sed census ille ab Solone institutus magis ordinem et regulam munerum publicorum, magistratuum atque militiae constituebat, facile id, quod posteriori tempore εἰσφέρειν propter ipsam pecuniae collationem vocabatur, antea, ubi non ipsa pecunia conferebatur, sed in publica munera erogabatur, ἀναλίσκειν dici potuit.

Sed tempus est reverti ad censum illum, ex quo primum illud tributum bello Peloponnesiaco ab Atheniensibus collatum esse videatur. Boeckhius enim p. 41. et 25. de mea sententia recte suspicatus est, in hoc censu non solum agros et fundos, ut in Solonis censu, verum etiam ea, quae moveri poterant, esse aestimata; classes tamen totidem fuisse, et quamvis census singularum classium major esset, tamen singulas quasque de rei familiaris parte eadem, de qua Solonis classes, tributa contulisse. Census autem hi ita conficiebantur, ut Solonis aetate suos quisque agros, posteriori autem aetate praeter illos etiam omnes res reliquas suas quisque ipse censeret; quamquam, si quis in aestimatione census sui dolo malo versatus erat, hanc aestimationem corrigere licuisse videtur: quod si fiebat, ὑποτίμησις illa aestimationis correctio vocabatur. Praeterea etsi etiam communes pagorum (δήμων) agri censebantur, publicos tamen fundos et metalla censu fuisse exclusa, comprobavit Boeckhius 2. p. 47. Singulorum autem paganorum (δημοτῶν) et pagi ipsius census deinde in tabulas quasdam publicas s. ἀπογραφὰς referebantur, quas antiquissimis temporibus ante Clisthenis aetatem octo et quadraginta naucrari,—quibus etiam exactio tributorum illis tempori-
14 bus demandata erat,—et conficiebant et custodiebant. Quorum in locum quum centum demorum a Clisthene institutorum demarchi succederent, hi primum agrorum tantum, deinde et illorum i. e. agrorum et omnium eorum, quae moveri poterant, bonorum conficiebant et custodiebant tabulas. Veterum scriptorum testimonia et uberiorem harum rerum expositionem vide apud Boeckhium 2. p. 45. sqq.

Alium Demosthenis aetate censum Ol. 100, 3. archonte Nausinico institutum esse apparet cum ex iis, quae Demosthenes in orationibus c. Aphob. locis supra memoratis dicit, tum ex Polybii 2, 62. narratione, quam Boeckhius 2. p. 21. primus recte ad Ol. 100, 3. retulit. Ex illis Demosthenis dictis simul intelligitur primam classem, sive classem eorum, quibus maximus erat census, inde ab hoc tempore, quintam rei familiaris (οὐσίας) partem in censum detulisse; Polybii autem narratio, totius Atticae censum nondum implesse sex millia talentum, ducentis quinquaginta deficientibus, declarat. Quamquam igitur illis Demosthenis dictis per se efficitur, censum s. τίμημα 5750. talentum non totas terrae Atticae opes, sed quintam tantum, vel etiam minorem earum partem complexum esse, tamen, ut etiam minus credulo, qui fortasse Polybii narratione inductus summam 5750. talentum pro totarum opum summa habeat, illud, quod Demosthenis dictis conficitur, probet, multo certe quintuplo majores Atheniensium

opes fuisse diligentibus ratiocinationibus Boeckhius[1] 2. p. 23. sqq. demonstravit.

E duobus igitur illis, quae de Nausinici censu certis scriptorum testimoniis comperta habemus, et ex census ab Solone in- 15
stituti ratione Boeckhius quattuor Nausinico archonte factas esse classes, quarum prima de quinta, secunda de sexta, tertia de octava rei familiaris parte tributa contulerit, conjicit. Quamquam autem Boeckhius probabiliter explicavit cur et ex Solonis et e Nausinici censu inferiores classes de minore rei familiaris parte tributa pependerint quam prima, tamen ne verbo quidem illud attigit, qui factum sit ut e Nausinici censu prima classis non amplius de re familiari tota, sed ut in Solonis censu inferiores demum classes, de parte rei familiaris quadam tributa contulerit. Nam si prima classis totam rem familiarem in censum deferre perrexisset, secunda vero eam rei familiaris partem, quae tantumdem distabat a re familiari tota, quantum sexta ejus pars differt a quinta, et reliquae classes similiter, idem Athenienses, quod Nausinici censu consequi voluisse videantur, et faciliori negotio consecuti essent. Hujus igitur mirabiliter instituti nullam aliam invenire potui rationem, quam eas rei familiaris partes, de quibus tributa singulae classes conferebant, non quo *de iis* conferrent tantum, sed ut in summo civitatis periculo has ipsas tributi nomine penderent, esse censas. Neque potest negari sic quoque juste atque merito in inferioribus classibus minorem rei familiaris partem censam esse quam in prima. Orator autem in hac ipsa oratione sententiam nostram videtur confirmare, quum dicit p. 185. 24. *ἀλλὰ θῶ βούλεσθε δωδεκάτην ἡμᾶς εἰσοίσειν, πεντακόσια τάλαντα; ἀλλ' οὔτ' ἂν ἀνάσχοισθε, οὔτ', εἰ καταθεῖτε, ἄξια τοῦ πολέμου τὰ χρήματα.* Quum enim quingenta talenta satis fore neget, deinde autem p. 186, 14—20. sex millia talentum, quibus aestimata sit Attica, cum auro, quod rex Persarum secum ferre dicebatur, contendat, sex millia talentum civitatem in summo periculo conferenda suscepisse significat. Hanc igitur nostram si sequare sententiam, etiam intelligitur cur Demosthenes p. 186. 19.. *ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν* 16
ἑξακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται sc. *βασιλεύς*, dicat neque vero totas Athenarum opes, de quibus p. 183. 3. admonuerat, commemoret. Quippe sex millia talentum s. census erant *ἀφορμή* sive subsidia belli. Bellum autem cum rege Persarum gerendum ab Atheniensibus haud dubie pro summo illo periculo habebatur, cui ut occurreretur, Nausinici census, hoc est, maximum tributum constitutum erat. Nam si Atticarum divitiarum magnitudinem ostentare voluisset orator, totam earum summam potius quam censum nominasset. Caeterum sic etiam multo aptius et facilius quam a Boeckhio factum esse supra vidimus illud explicari potest, quo jure Demosthenes in orationibus contra Aphobum

[1] Eximie hac in re versata est Boeckhii opera, qui in Polybio, scriptore illo civilium rerum scientia instructissimo, mirum errorem animadvertit et correxit.

supra commemoratis idemtidem dicere potuerit *κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν,* cum de Boeckhii sententia non *conferre*, sed *deferre*, de quo conferatur, dicendum fuerit. Tutores enim Demosthenis in summo civitatis periculo revera quintam rei familiaris partem pro eo collaturos sese spoponderant. Ubi autem quaeritur qui in Solonis censu potuerit dici *ἀναλίσκειν τάλαντον* classis prima et reliquae classes similiter, quum, si classes singulae, ut in Nausinici censu, tantam pecuniarum summam, quantam *ἀναλίσκειν* dicuntur, in summo civitatis periculo pro tributo collaturas sese spopondissent, prima classis, quanti essent ejus agri (id quod omni veri caret similitudine), se collaturam esse sponderet, hoc sane loco dici potest id, quod de Demosthenis locutione *κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν* alieno loco disseruit Boeckhius 2. p. 53., nempe *τάλαντον ἀναλίσκειν, ἐς τὸ δημόσιον* i. e. *erogare talentum in rempublicam* dictum esse pro *tantos sumptus in rem-*
17 *publicam erogare, quanti erogantur ab iis, quibus census est talentum, vel talia munera publica obire, qualia obeunt ii, q. c. e. t.*

Hoc igitur inter Solonis et Nausinici censum erat discrimen, quod ille ita constitutus erat, ut cum jura atque officia singularum classium describerentur, tum tributa aequalia ab aequali census parte per omnes classes exigerentur. Levamentum enim, quod hac in re inferioribus classibus ut praestaretur postulabat aequitas, jam censu ipso erat provisum. Nausinici vero censu statim id definitum erat, quota rei familiaris pars in extremo reipublicae discrimine singulis classibus pro tributo conferenda esset. Quod autem ex hoc tempore civitas nunquam vere in id, quod Athenienses summum habebant, discrimen adducebatur, inde explicandum est cur nunquam tributum sexies mille talentum imperatum et exactum esse legamus. In minoribus enim reipublicae difficultatibus pars tantum summi, quod nunquam transiri licebat, tributi exigebatur. Accedit quod, quamquam illud Nausinici censu constitutum erat, tamen, quum Athenienses majora tributa conferre gravarentur (cf. Dem. p. 185, 25, 26.), non facile quisquam summum tributum conferendum esse censere audebat. Itaque census Nausinico archonte institutus nihil aliud erat quam quantum in summo periculo conferre posset civitas, definitio.

Quod denique Boeckhius 2. p. 33. idcirco, quia Demosthenes in orationibus contra Aphobum habitis pro quinis et vicenis minis censum suum definire solet, suspicatur, per omnes classes pro hac pecuniarum summa censum definitum esse, in eo rei arbitrariae nimium pondus videtur tribuisse. Neque vero hoc ipsius rationi convenit, quum a secunda classe sextam, a tertia octavam rei familiaris partem in censum delatam esse statuat.
18 Num enim credibile est, sextam et octavam partem pro quinis et vicenis minis definitam esse, quum sexta pars minarum quinum et vicenum sint 416. drachmae et quaterni oboli, octava 312. drachmae et terni oboli. Nonne has molestas atque operosas

rationes ita evitare studuisse putabimus Athenienses, ut quintam rei familiaris partem, sicuti factum est a Demosthene, pro vicenis quinis, sextam autem et octavam pro vicenis quaternis minis describerent? Si igitur id, quod Demosthenes censum suum semper pro vicenis quinis minis describere solet, arbitrarium tantum potest dici, corruit etiam conjectura, qua Boeckhius ex illa tamquam constanti census definiendi ratione quinque et viginti minas minimum fuisse colligit, quod, qui ad tributa conferenda cogi potuissent, debuissent possidere.

Una cum censu archonte Nausinico instituto *societates* quasdam, quae *συμμορίαι* vocabantur, tributis conferendis constitutas esse Philochori testimonio confirmant Harpocratio, Photius, Suidas et Etym. M. v. *συμμορία*. Quod quidem testimonium ad symmorias non trierarchicas, sed tributarias referendum esse satis demonstravit Boeckhius 2. p. 60[k]; qua vero de caussa hae videantur institutae esse, omittit. Caussa autem mihi quidem videtur haec fuisse. Quum multi iique ditissimi, ut Dicaeogenes iste apud Isaeum de Dicaeog. hered. p. 109—111., rem familiarem saepe occultassent, ita ut ii, qui opes suas celare aut nolebant aut non poterant, tributis premerentur maxime, hujus omni democratiae contrariae inaequalitatis finem ut faceret, populus Atheniensis decrevit ut in posterum ex singulis tribubus centeni et viceni, qui ditissimi essent, a singulis demis, quotquot iis obtingerent pro portione, eligerentur. Ita enim fore ut ditissimi quique non amplius laterent, sed pro suis conferrent facultatibus, sperabat. Haec, quae e levibus tantum oratorum significationibus ducta sunt, ita confirmat Ulpianus ad Olynth. II. p. 26., ut multo plura iis etiam addat: ex quibus mihi nihil videtur pro- 19
bum esse, nisi hoc, quod e Dem. p. 182, 12. 18. quodammodo potest colligi. Centeni viceni illi singularum tribuum in partes binas dispertiti symmorias viginti efficiebant, sexagenum hominum singulas, et in singulis tribubus binas. Ex his mille et ducentis *trecenti*, quini deni ex singulis symmoriis, qui reliquos nongentos divitiis antecedebant, eligebantur. Hi trecenti principes erant in conferendo et urgente bello pecuniam repraesentabant (προεισέφερον τῶν ἄλλων), quam deinde minus iniquo tempore a tenuioribus redigerent. Horum trecentorum saepe mentio fit apud oratores, veluti Dem. Olynth. II. p. 26. contra Phaenipp. p. 1040, 2. 1046, 21. Isaeum de Philoct. hered. p. 154. Repraesentationem autem illam pecuniae (προεισφοράν), neque vero, ut F. A. Wolfius Prolegom. in orat. Leptin. p. 94. dixerat, —quod Schoemann. de comitiis Atheniensium p. 291. non debebat repetere—collationem (εἰσφοράν) fuisse extraordinariam liturgiam, id est, munus quoddam publicum, quod non continuo, sed tum demum, si quod subitum incidebat bellum, ditissimis civibus obeundum erat, primus ostendit Boeckhius 1. p. 484. et

[k] Symmorias trierarchicas et tributarias sunt qui easdem esse censeant: v. annot. ad p. 26, 22. G. DINDORF.

confirmatur a Demosthene in Polycl. p. 1209, 2. in Mid. p. 564. in Phaenipp. p. 1046, 22. Quam diu hae symmoriae viguerint, dubium est atque incertum. Dubitatur vero etiam a F. A. Wolfio Prolegom. p. 98. annotat. 77., an Ol. 107, 4. adhuc exstiterint. Dicit enim eo tempore Demosthenes Olynth. II. p. 26, 25. *Πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι οἱ τριακόσιοι· οἱ δὲ ἄλλοι προσνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους.* Sed quum trecenti illi his verbis etiamtum memorentur, qui non amplius nominari potuissent, nisi symmoriae etiamtum exstitissent, plane assentior
20 Boeckhio 2. p. 60., qui, etsi alia ratione, ex hoc ipso Demosthenis dicto nondum illo tempore prorsus obsolevisse symmorias collegit. Praeterea vero ex his Demosthenis verbis, quae repetuntur etiam ab auctore orat. *περὶ συντάξεως* p. 172, 1., Ulpianus hoc conjecerat, mille ducentos ita in duas partes fuisse distributos, sexcentorum hominum utramque, ut in utraque parte essent trecenti ditissimi, qui alteros trecentos in sua potestate habuissent. Quam quidem opinionem dum recte eo refutare studet Boeckhius 2. p. 63., quod non intelligatur, cur duae illae trecenum classes non in una potius sexcentorum classe consociatae fuerint, aliam non magis probabilem proponit hanc sententiam, videri illis Demosthenis verbis poni duas, quae primae fuerint, diversi census classes. Sed quo tandem pacto est credibile, inter mille et ducentos, qui omnes divitiis excellebant, tantum census discrimen fuisse, ut propterea controversiae atque factiones orirentur? Id enim, quod Boeckhius de certaminibus inter divites atque pauperes apud veteres populos agitatis memorat, non cadit in duas sibi vicinas classes, quarum alteri rem familiarem, quae ad minimum esset talentum duodecim, alteri, quae talentum sex, statuerat Boeckhius 2. p. 55., sed in eas potius, quae tantum inter se distant divitiis, quantum apud Romanos, qui ad primam classem erant ascripti, et ii, qui aere alieno erant obstricti. Quare nostra de illis Demosthenis verbis sententia potius haec est.[1] Quum *ἑκατέρων* verbum aperte significet, symmorias, quae antea dictae erant rempublicam gerere, ut duas debere cogitari, quumque in utrisque et oratorem et strategum et trecentos esse e verborum nexu appareat, duas autem trecenum classes inter mille et ducentos sibi adversatos esse omni veri careat similitudine, arbitror equidem, illud *ἑκατέρων* spectare ad utrumque genus symmoriarum, quae constitutae erant
21 illo tempore, id est, cum ad tributarias, tum ad trierarchicas symmorias, quarum illae Ol. 100, 3., hae vero Ol. 105, 4. erant institutae. Dicit enim Demosthenes: Olim (quum tributariae tantum institutae erant symmoriae) conferebatis per symmorias; nunc autem (ex quo etiam trierarchicae symmoriae institutae

[1] Demosthenis locum non recte explicari a Parreidtio patet ex iis quae ad p. 26, 22 et 24. a Sauppio dicta attulimus. G. DINDORF.

sunt), rempublicam geritis per symmorias [id est, per utrumque genus symmoriarum. κατὰ συμμορίας pro καθ' ἑκατέρας συμμορίας]. Puto enim, cum, qui munus trierarchiae obirent, vidissent, eos, qui in tributarias symmorias essent ascripti, quia mille ducenti erant conjuncti, magnam sibi in republica auctoritatem conciliare, se autem, qui tamen et ipsi divitiis pollerent et magnos in rempublicam sumptus impenderent, quia multum tempus ab urbe abesse cogerentur, nihil proficere, maximopere enisos esse, ut ad munus quoque trierarchiae obeundum instituerentur symmoriae, non quo magis ordinaretur et maturaretur navium instructio, verum ut eandem, quam tributariae symmoriae, vim et auctoritatem in rebus publicis sibi compararent. Hinc apparet, quomodo symmoriae trierarchicae (Ol. 106, 3.), quum tribus modo annis ante institutae essent, ita jam turbatae esse potuerint, ut in hac oratione de restituendis illis nova consilia proponat Demosthenes. Quod enim bis mille ab initio diligendos esse, qui trierarchiae fungantur munere, censet, ut detractis iis, qui munus deinde variis de caussis defugiant, supersint mille ducenti certi, inde intelligitur, multos se in symmorias ascribi facile passos, sed ipsius muneris onera ferre gravatos esse. Quod autem ad reliqua verba attinet: ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι οἱ τριακόσιοι· οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους, non magis tributariis symmoriis oratorem praefuisse aliunde scimus quam trierarchicis, — sine dubio, quia hoc non erat legitimum —; oratorum vero et strategorum perniciosam conjunctionem notat et exagitat Aeschines contra Ctesiph. p. 390. R. Strategos praeterea in 22
utroque genere symmoriarum primarias partes egisse et delectum trecentorum numerum pariter, atque in tributariis, etiam in trierarchicis fuisse symmoriis, infra videbimus. Ex toto autem nexu orationis apparet verbis νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας imprimis trecentos in utroque symmoriarum genere notari. Quum enim ii, quos talento a contributoribus exacto trierarchiam locare dicit Demosthenes in Mid. p. 564. 28., ipsi illi symmoriarum trierarchicarum trecenti esse videantur, illos in urbe remanere atque rebus publicis studere potuisse intelligitur. Quum igitur ita sibi invicem adversaretur utraque trecentorum societas, ut in rebus publicis inter se contraria suaderet (καὶ οἱ βοησόμενοι οἱ τριακόσιοι), opus utrique parti erat oratore, qui suae factionis consilia probaret populo. Strategi vero, qui item sibi saepe invicem obtrectabant et aemulabantur, singuli alterutram harum factionum sequebantur. Ita fiebat, quod Demosthenes in oratione Olynthiaca secunda maxime conqueritur, ut propria sua officia utrique trecenti ipsi negligerent, caeteros tributa conferre et trierarchiam obire juberent.

Venimus nunc ad eum locum, quem copiose pertractavit Boeckhius 2. p. 64. sqq. Ulpianus enim ad orat. de symm. p. 141. E. sexies mille talentis, quibus omnem terram Atticam aestimatam esse supra vidimus, solos mille ducentos trierarchos

censos esse narraverat. Fridericus autem A. Wolfius l. l. p. 95., quamquam p. 88. tributa conferre dixerat omnium fuisse, nisi qui in nota testataque inopia vitam degerent, mille ducentis, qui in tributariis essent symmoriis, solis officium tributorum conferendorum injunctum fuisse existimabat. Boeckhius igitur, posteaquam has falsas opiniones multis argumentis plene cumulateque refutavit atque praeter utrumque mille ducentorum numerum
23 simul omnes cives, nisi qui in nota testataque paupertate vitam
degerent, pecunias contulisse comprobavit, inter eos, qui in symmorias tributarias essent ascripti, atque reliquos, qui et ipsi tributa ex censu conferre coacti essent, cives hanc intercessisse rationem opinatur, ut tenues horum reliquorum civium census ita in symmorias distributi fuerint, ut singulis symmoriis aequalis census universi pars sit comprehensa. Sed hanc totam suam descriptionem vir doctus excogitavit ad exemplum symmoriarum trierarchicarum, quales illas describit in hac oratione Demosthenes. Qua in re non reputavit, symmoriarum tributariarum longe aliam fuisse rationem atque trierarchicarum. Nam cum his singulis aequalis navium numerus instruendus vel tuendus esset, illae contra providebant tantum ut imperata tributorum summa conficeret et, si opus erat, repraesentaretur; singulis autem symmoriis aequalia non imposita erant tributa. Praeterquam enim quod talis descriptio, qualem finxit Boeckhius, non erat necessaria, difficillima quoque et molestissima fuisset illa. Nam cum viginti illae symmoriae tributariae ita constitutae essent ut binae ex singulis eligerentur tribubus, consentaneum est etiam reliquorum, qui non essent in symmoriis, civium census tributim esse ita descriptos, ut ad binas singularum tribuum symmorias caeterorum, qui ad eandem tribum pertinerent, census esset relatus. Quod si verum est, omnes omnium tribuum symmoriae aequalem universi census partem habere non poterant, nisi si omnes tribus aequali census utebantur magnitudine. Hoc autem cum vel per se veri non sit simile, quia in una tribu et major et ditior civium numerus esse poterat quam in altera, tum etiam exemplo e Demosthenis vita quodam optime refellitur. Constat enim e Demosthenis oratione Midiana p. 518. extr., in tribu Pandionide Demosthenis aetate tam exiguae et curtae rei familiaris fuisse cives, ut tres annos continuos[m] tribuum curatores non haberent,
24 quem sumptibus in choragiam erogandis parem ederent. Etsi
autem aliqui fortasse, qui hos sumptus tolerare possent, in hac tribu erant, sicut deinde Demosthenes ultro ad suscipiendam choragiam exortus est, tamen eam tribum non tot locupletes cives, quot reliquas, numerasse eo est verisimilius quo rarius vulgo propter ambitionem illud munus detrectare solebant Athenienses. Si vero nihilominus singularum symmoriarum census

[m] Male intellexit Parreidtius *τρίτον ἔτος τουτί*, quae verba significant *tertio abhinc anno*. Concidunt igitur quae de tribus Pandionidis paupertate ex iis collegit, etiam aliis argumentis refutata a Boehneckio Quaest. vol. 1. p. 670. G. DINDORF.

fuissent exaequati, necesse fuisset ut ad binas symmorias pro rei familiaris diversitate modo census aliquot tantum civium unius tribus, modo census omnium civium ex una tribu et aliquot civium ex alia tribu pertinerent atque cives diversarum tribuum inter se permiscerentur. Quod quantam confusionem et perturbationem efficere debuerit, ex ipsa descriptione mea primum legenti fortasse obscura satis intelligitur.

Sequitur ut de *ducibus* symmoriarum tributariarum, qui *ἡγεμόνες συμμοριῶν* vocantur, dicendum esse videatur. Ejusmodi ducis locum tenebat Demosthenes per decem tutelae annos, ut ipse testatur in Mid. p. 565, 12. in Aphob. 2. p. 836, 27. Quum autem in trierarchicis symmoriis apud Demosth. de cor. p. 260, 20. ducibus alteri et tertii addantur, suspicor equidem illis tributariarum symmoriarum trecentis ita contineri duces, alteros et tertios, ut centum ditissimi inter trecentos principatum quendam obtinuerint atque quodammodo reliquis ducentis superiores fuerint. *Symmoriarchas*, quorum nomen apud Hyperidem exstare tradit Pollux 3, 53., non re sed nomine ab iis, qui *ἡγεμόνες συμμοριῶν* vocantur, diversos esse arbitror. Illos duces symmoriarum symmoritas ad conventus convocasse atque ad eos de communibus rebus retulisse recte cum F. A. Wolfio suspicatur Boeckhius 2. p. 70. Neque minus est probabile, penes eos fuisse album illud (*διάγραμμα*), quo, quid singulis civibus conferendum esset, constitutum erat. Eos autem, qui *διαγραφεῖς* vel *ἐπιγραφεῖς* (nam hos quoque non re, sed nomine, differre nobis persuasum est) dicebantur, et quorum memoriam servarunt Harpocratio et Suidas s. h. v. in symmoriis omnino non fuisse suspicor. Nam cum ex Aristophanis Equit. 923. appareat in singulas census classes cives relatos esse a strategis, tum secundum album illud census demum symmoriae videntur constitutae esse. Praeterea perspicuis verbis dicit Demosthenes adv. Boeot. p. 997, 1. *τίνα δ' οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράψουσιν, ἐὰν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν ἢ ἐὰν τριήραρχον καθιστῶσιν.* Hanc autem symmoriam esse tributariam inde colligere posse mihi videor, quia *ἢ ἐὰν τριήραρχον καθ.* verba consequuntur, quae negotia facessere potuisse Wolfio in Prolegom. in Lept. annot. 96. miror. Itaque *διαγραφεῖς* vel *ἐπιγραφεῖς* scribae (*γραμματεῖς*) fuisse strategorum videntur. Caussa autem, cur a strategis potissimum tributorum, quum populus sibi ipse ea imperaverat, conferendorum ratio constituta sit, in promtu est: quippe cum tributa imprimis belli temporibus eo exigerentur consilio, ut esset unde stipendium militibus persolveretur, hoc officium cum reliquis strategorum officiis arctissime conjunctum erat. Praeterea etiam lites et caussas de tributis conferendis forte ortas in judicium inducebant strategi. Si quis enim se injuria inter trecentos illos relatum esse conquerebatur et ab alio, qui opulentior esset neque legitime muneris vacationem haberet, petebat ut aut munus ipse reciperet aut secum facultates permutaret, quod *ἀντιδιδόναι τινί* vocabatur, lis agebatur in judicio, si ille munus detrectabat. Atque de ejusmodi

caussa exstat Demosthenis oratio c. Phaenippum p. 1038. Quum autem Boeckhius 2. p. 5. tributorum ullam immunitatem concessam esse recte neget, tum nescio qua de caussa Leuconem, regem Bospori, tributorum immunem fuisse 2. p. 74. scribat. Nam in oratione advers. Leptin. p. 462. 16. perspicue dicit Demosthenes:
26 τῶν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως πασῶν εἰσφορῶν καὶ τριηραρχιῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως οὐδεὶς ἔστ' ἀτελὴς ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων, οὐδὲ οὓς οὗτος (i. e. Λεπτίνης) ἔγραψε, τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, id quod brevius p. 465. 1. repetit. Eos enim, qui, veluti Leuco, rex Bospori, civitate donati erant (δημοποίητοι), si quid in Attica terra possidebant, tributa ex eo contulisse non minus quam cives natos idem recte confirmavit duobus testimoniis adv. Leptin. p. 466. 10. et p. 469. 5. Leuconem autem opes possedisse in Attica fortasse apud mensam publicam occupatas dicit Demosthenes adv. Lept. p. 469. 6. Quum vero Leuconi ab Atheniensibus populiscito immunitas (ἀτέλεια) data esse dicitur Dem. adv. Lept. p. 468. 6., haec pertinet non ad tributorum collationem (εἰσφοράν), sed ad munera tantum solennia (λειτουργίας ἐγκυκλίους), qualia sunt choragia, gymnasiarchia et ἑστίασις, ut intelligi licet e Dem. adv. Leptin. p. 465. 2—12. Denique etiam ii peregrini, qui μέτοικοι dicebantur, tributa contulerunt: qua in re hoc maxime memorabile est, quod illis aliquando horum immunitatem datam esse uno e marm. Oxon. exemplo comprobavit Boeckhius 2. p. 75. Hoc peregrinorum genus suam habuisse symmoriam (μετοικικὴν συμμορίαν), quae rursus suum haberet quaestorem, ex Hyperide refert Pollux 8, 144. Quantum singulis conferendum esset, descripsisse eos, qui ἐπιγραφεῖς vocarentur, docet Harpocratio v. ἐπιγραφεῖς. Nescio an hi iidem fuerint, qui strategorum auctoritate etiam civibus tributa describerent. Quum neque agros neque aedificia possidere huic peregrinorum generi liceret, eos tantum ex censu eorum, quae moveri poterant, stipem contulisse per se intelligitur. Eosdem
27 autem de sexta rei familiaris parte, uti cives, qui secundae classi ascripti erant, tributa pependisse probat Demosth. contra Androt. p. 612. 4.

Aliud peregrinorum genus, quod media quasi inter illos et cives conditione erat, vocabatur ἰσοτελεῖς. Vel nomen eorum eadem, quae cives, tributa eos contulisse significat. Quare in civium tabulas census eorum relatos fuisse credibile est.

PARTIS PRIORIS

CAP. II.

QUALIS ANTE HUJUS ORATIONIS TEMPUS TRIERARCHIAE FUERIT RATIO APUD ATHENIENSES, EXPONITUR ATQUE PERVESTIGATUR.

TRIERARCHIA[n] extraordinaria erat liturgia, cujus ortus inde ab Solonis aetate repetendus videtur, quia Solon legis *περὶ τῶν ἀντιδόσεων*, quarum ea, quae in trierarchia locum habebat, creberrima erat, auctor esse dicitur. Cf. Demosth. c. Phaenipp. init. p. 1038, 3. *Τριήραρχος* autem vocabatur is, cui, ut triremem (*τριήρη*) publice datam adornaret et armamentis instrueret vel integram praestaret suis sumptibus, atque aut ipse aut vicarius ipsius navi praeesset, mandatum erat. Jam primum consideremus ea, quae stata et omnibus temporibus rata videntur fuisse in trierarchia, deinde eas res, quae mutationibus erant obnoxiae, uti numerus trierarchorum singulis navibus attributorum atque eorum officia. Ac primum quidem pariter atque in tributorum collatione a strategis delectos esse, qui trierarchiae munus obirent, Aristophanis Equit. v. 916. et Demosthenis c. Laerit. p. 940, 16. c. Boeot. p. 997, 2. comprobatur testimoniis. Trierarchico quodam albo (*διάγραμμα*), quid singulis quibusque tempori- 28
bus trierarchis praestandum fuerit, edictum esse non male suspicatur Boeckhius 2. p. 81: sed quod idem 2. p. 70. dicit, hoc albo, quantum singulis iis, qui ad instruendam navem societatem coibant conferendum fuerit, ex censu definitum esse, id quidem non in universum accipiendum, sed ad certum quoddam tempus referendum est. Nam lege demum a Demosthene Ol. 110, 1. lata, quantum singulis ad unam navem ornandam conferendum esset, ex censu describebatur.—Quicunque se injuria trierarchum creatum esse existimabat, quia alium, qui non legitimam muneris vacationem haberet, opulentiorem praetermissum videbat, is huic facultatum permutationem offerebat; quam si provocatus accipiebat, litem ita oriundam in judicium introducebant strategi (*εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον*). Si qui vero trierarchi justo statoque tempore naves non solverent ex portu, hos ut in vincula conjicerent, teste Demosthene de cor. p. 262, 18. et de cor. trierarch. p. 1229, 6. mandatum erat iis, qui *ἀποστολεῖς* vocabantur, quos etiam lites de nauticis instrumentis (*σκεύη*) in judicium deduxisse testatur Demosthenes c. Euerg. et Mnesib. p. 1146. At qui primus solverat, ei honos coronae trierarchicae decernebatur. Ad

[n] De trierarchia quae Boeckhius in libro de oeconomia publica Atheniensium olim dixerat, novis, quae postmodum in lucem protracta sunt, subsidiis usus auxit et correxit in Prolegomenis ad inscr. navales Berolini a. 1840. editas (*Urkunden über das Seewesen des Attischen Staates*) p. 166.—230. G. DINDORF.

caussam de ejusmodi corona actam pertinet oratio de cor. trier., quam etsi inter Demosthenis orationes servatam p. 1227. tamen non esse Demosthenis judicat G. Becker. (Demosthenes als Staatsmann und Redner p. 465.) Qui trierarchi fungeretur munere, vacationem habuisse a reliquis liturgiis et ordinariis (ἐγκυκλίοις) et altera extraordinaria, quam pecuniae repraesentationem esse modo vidimus, intelligitur e Demosth. c. Polycl. p. 1209. 1. adv. Lept. p. 462. 23. in Mid. p. 565. 3. Annuum erat trierarchiae munus: exacto anno trierarchus ei. qui in ipsius locum suffectus erat, triremem tradebat. Hic ad navem, si non in Pi-
29 raeeo erat, proficisci debebat. Quidquid sumptuum ultra praefinitum tempus in trierarchiam erogatum erat (ἐπιτριηράρχημα), id redigi licebat ab eo, qui justo tempore navem non susceperat. Ad litem quandam hac de re ortam pertinet Dem. oratio c. Polyclem p. 1206. Finita erat trierarchia, ubi strategus non amplius stipendia solvebat vel navis in Piraeeum invecta erat, testante Demosthene c. Polycl. p. 1209. Quum autem caeterae liturgiae alternis annis obeundae essent, tum Isaei certe ad senectutem vergentis aetate, interjecto tantum binorum annorum spatio, divites videntur adigi potuisse ad trierarchiam, quia apud Isaeum de Apollod. hered. p. 184. is, qui caussam agit, Apollodori et patris ejus praeclarum in cives studium eo praedicat, quod cum aliis liturgiis, tum trierarchia fungi non desierit, non cum alio junctus, sed solus, non binorum annorum interjecto spatio, sed continuo. Trierarchiae immunitatem, praeterquam novem archontibus, nemini, ne Harmodii et Aristogitonis quidem posteris dari per antiquas leges licere, identidem commemorat Demosthenes adv. Lept. p. 462, 15. 464, 29. 465, 18. His legibus non repugnare exceptiones illas, quas Demosthenes or. de symm. p. 182, 14. recenset, recte judicat Boeckhius 2. p. 83. Exceptiones autem illae sunt hae: Si quis est, qui propter inopiam ad trierarchiam adigi non possit: ita enim cum Boeckhio 2. p. 83. ἀδύνατος vocabulum in tali nexu intelligendum esse nemo negabit. Deinde trierarchiae legitimam vacationem habent filiae parentibus et fratribus orbae. pupilli, res colonorum publice deductorum et bona communia. Magna in nominibus horum exceptorum et scribendis et explicandis apud Demosthenem est discrepantia. Scriptura. quae plurimorum librorum manu scriptorum auctoritate nititur, haec est; τῶν ἐπικλήρων καὶ τῶν ὀρφανῶν (ὀρφανικῶν alii libri) καὶ τῶν κληρουχικῶν καὶ τῶν κοινωνικῶν κ. τ.
30 ἑ. Atque haec scriptura, quam exhibui, videtur etiam servanda esse. Quia enim priores duae exceptiones personae conditione nituntur, homines, qui vacationem habent, nominantur. Κληρουχικῶν autem et κοινωνικῶν sc. χρημάτων dicit orator, quia coloni aberant et hanc ob caussam non ipsi, sed res tantum ab iis relictae vacationem habere dici poterant. Ultima autem exceptio posita est in conditione rerum, eamque ob caussam non personae, sed earum res potius vacare dicuntur. Hanc scripturam et explicationem nostram confirmare videntur etiam gram-

maticorum, qui haec Demosthenis verba commemorant, testimonia. Harpocrat. enim, quem exscripserunt Photius et Suidas, s. v. Κληροῦχοι scribit κληρουχικά, s. v. Κοινωνικῶν autem tradit haec: Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν Συμμοριῶν κοινωνικοὺς ἂν λέγοι τάχα μὲν τοὺς ἀνέμητον οὐσίαν ἔχοντας ἀδελφούς κ. τ. ἑ. Scilicet, quum κοινωνικά explicare vellet Harpocr., exposuit, qui essent κοινωνικοί, quippe ad quos pertinerent κοινωνικά. Neque enim credibile est Harpocrationem, cum κληρουχικῶν pro genere neutro haberet, habuisse κοινωνικῶν pro masculino. Quod si ita esset, nihilominus ejus auctoritas hoc certe loco respuenda esset. Pollux 8, 134. prodit κοινωνικὰ χρήματα τὰ παρὰ τῷ Δημοσθένει et paulo post κληρουχικὰ χρήματα, ὡς Δημοσθένης. Boeckhius 2. p. 83., qui τῶν ὀρφανικῶν καὶ τῶν κληρουχικῶν καὶ τῶν κοινωνικῶν ἀφαιρεθέντων genuinam putat esse scripturam et ad haec neutra cogitatione addit χρημάτων, quomodo ἐπικλήρων expedierit, non intelligo. Nonne enim eadem ratione, qua censet, si ὀρφανικῶν masculinum esset, ponendum fuisse ὀρφανῶν, dici potest, si ἐπικλήρων neutrum esset, ponendum fuisse ἐπικληρικῶν? Quod autem ad rem attinet, caetera recte mihi videtur expedisse
Boeckhius: sed quod eas tantum colonorum publice deductorum 31
res a trierarchia vacasse opinatur, quas secum illos abstulisse constabat, in eo viro praeclaro assentiri nequeo. Nam quorsum tandem has exceptas esse putabimus? Ablatas enim colonorum res quo tandem modo quis ad trierarchiam adigere potuerit? aut cui civi in mentem venire potuit ei, qui longe abesset ab urbe, facultatum permutationem offerre (ἀντιδιδόναι)? Inde igitur, quod diserte colonorum res excipiuntur, colligi potest, eas, quas illi in Attica reliquerant, a trierarchia vacasse. Nihilominus tamen ex iis tributa conferri et munera solennia praestari poterant. Quas duas deinde κοινωνικῶν vocabuli explicationes affert Harpocratio his verbis: Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν Συμμοριῶν κοινωνικοὺς ἂν λέγοι τάχα μὲν τοὺς ἀνέμητον οὐσίαν ἔχοντας ἀδελφούς, ὧν ὁ μὲν πατὴρ ἐδύνατο λειτουργεῖν, οἱ δὲ κληρονόμοι τῶν ἐκείνου καθ' ἕνα τριηραρχεῖν οὐκ ἐξήρκουν· τάχα δὲ καὶ περὶ τῶν ἑκούσιον κοινωνίαν συνθεμένων ἐμπορίας ἢ τινος ἄλλου, ὧν ἕκαστος οὐκ εἶχε τὸ ὅλον τίμημα τῆς κοινῆς οὐσίας, earum utraque mihi videtur proba; quod autem Boeckhius posteriorem plane rejicit, id nonnisi ob verba postrema τῆς κοινῆς οὐσίας factum esse suspicor, quae si mutentur in τριηραρχίας, fortasse probabilis ei erit etiam secunda. Utrumque enim communibus bonis utentium genus a trierarchia vacare poterat.—Quibus de caussis trierarchi rationibus reddendis obnoxii (ὑπεύθυνοι) fuerint, recte mihi videtur explicasse Boeckhius 2. p. 85: quod autem p. 86. dicit, etiam eorum, quae cum proprie essent publice data, de suo interdum trierarchus erogasset, rationem reddendam fuisse, haec sententia cum nullo alio videtur niti testimonio, nisi Demosthenis c. Polyclem p. 1216, 16., tum a Demosthene ipso redarguitur. Illo enim loco, ubi Apollodorus, quae ultra praefinitum tempus
in trierarchiam erogasset, se accurate perscripsisse dicit, hoc 32

tantum ideo eum fecisse, ut posthac litem successori suo intenderet atque pecuniarum, quas pro eo erogasset, summam redigeret, e nexu orationis apparet. Demosthenes autem or. de cor. p. 264. dilucidis verbis dicit nemini, qui de suo ultro pecunias erogarit, rationes esse reddendas.

Satis dictum est de iis, quae stata et omnibus temporibus rata videntur fuisse in trierarchia: nunc ad ea, quae mutationibus erant obnoxia, transeamus, in quibus exponendis ab antiquissimis ordiamur temporibus. Ac primum quidem dicendum est de numero trierarchorum singulis navibus attributorum. Solonis aetate, qua trierarchiam institutam videri supra diximus, primam classem sive pentacosiomedimnos trierarchiae munere functos esse, probabiliter suspicatus est Boeckhius 2. p. 35. Quamvis enim Hippiae tantum aetate munus trierarchiae fuisse testimonio Aristotelis Oecon. 2. p. 502. 6. possit probari, tamen ejus verba ita sunt comparata, ut non institutum esse primum trierarchiae munus ab Hippia videri debeat. Dicit enim Stagirita, vel quisquis hujus libelli auctor est. Oecon. 2. p. 502. C de Hippia: *Ὅσοι τριηραρχεῖν ἢ φυλαρχεῖν ἢ χορηγεῖν ἤ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξας μέτριον ἐκέλευσε τὸν βουλόμενον ἀποτίσαντα τοῦτο ἐγγράφεσθαι εἰς τοὺς λελειτουργηκότας.* A singulis naucrariis, quarum octo et quadraginta erant ante Clisthenem et quinquaginta post Clisthenem,—qui, quamquam populum in decem tribus (*φυλάς*) et tribus singulas in decem pagos (*δήμους*) dividebat, tamen, ut Clidemus narrat apud Phot. v. *ναυκραρία*, naucrariarum descriptionem, de Boeckhii 1. p. 275. sententia, ad pecunias exigendas et milites conscribendos retinebat—navem unam esse praebitam docet Pollux 8, 108. Quum autem posteriore tempore, nominatim eo, quo pugna Salaminia
33 commissa est, numerum navium auctum esse usque ad ducenarium—quamquam a Demosthene in hac ipsa oratione p. 186, 6. centenarius tantum ponitur, quam veri numeri corruptionem Boeckhius 1. p. 276. sine justa caussa tantam putat, ut argumentum inde aliquem ad suspicionem de auctore hujus orationis movendam repetere posse existimet—multorum veterum, qui Salaminiae pugnae mentionem fecerunt, scriptorum[o] testentur narrationes, etiam trierarchorum numerum necessario auctum esse recte collegit Boeckhius 2. p. 87. Quo jure autem vir doctissimus statuat ante tempus id (hoc est Ol. 92. 3), quo binos junctos trierarchiam obiisse apud Lys. c. Diogeit. p. 907—909. invenit, non binos sed singulos trierarchia fungi esse solitos, nescio, praesertim cum deinde etiam Xenoph. de repbl. Ath. 3. 4. et Oecon. 2, 6. *τριήραρχος* et *τριηραρχία* de syntrierarchia accipiat vol. 2. p. 88. 121. Nam Polyaen. 1, 30, 5. et Thucyd. 2, 24. 6, 31., qui de antiquioribus scribunt temporibus, non diserte narrant singulis trierarchis singulas triremes esse attributas.

[o] Cf. Valckenar. et Wessel. ad Herodot. 8, 1. 2. et Morum ad Isocrat. Panegyr. 25. et 27.

Quare num hoc ante Olymp. 92. 1. semper factum sit in medio relinquendum esse arbitror. Nam quod choragiae munere fungi binis choragis Ol. 92. 1. post cladem Siciliensem decreto quodam populum permisisse narrant schol. ad Aristoph. Ran. 406. et Platonius in exemplo Aristophanis a Kustero edito p. 11. id. cum choragiam minoris fuisse sumptus quam trierarchiam constet. probat profecto etiam sumptuosiora munera ut bini conjuncti obirent illo tempore permissum esse: sed num tunc demum. an eam ipsam ob caussam. quia sumptuosiora erant. jam antea hoc concessum fuerit, quaeritur. Eodem enim modo, quo, cum binis junctis trierarchiam obire per leges de Boeckhii sententia liceret, invenimus apud Demosthenem c. Polycl. Ol. 104, 3. et 34
Isaeum de Dicaeog. hered. p. 110. post Olymp. 94. et de Apollod. hered. p. 184. Ol. 105, 4. singulos trierarchia functos esse, eodem pacto etiam ante illud tempus modo singuli. modo bini trierarchiae munere fungi poterant. neque quicquam certi. si quibus in locis trierarchiae ante illud tempus a singulis administratae commemorantur. potest confici. Itaque quamquam ex testimoniis. quae Boeckhius 2. p. 87. 89. coëgit. apparet intra Ol. 92. 3. et Ol. 105. 3. crebras fuisse syntrierarchias a binis administratas. tamen antea illas omnino non fuisse non est consectarium.[p] Posteaquam igitur usque ad Ol. 105, 3. ad summum bini unius navis instruendae vel tuendae munus sustinuerant et hoc ipso anno. quia prorsus deerant. qui munus ex ordine obirent. primum voluntarii exorti erant trierarchi (cf. Dem. in Mid. p. 566, 23. de cor. p. 259, 12.), Ol. 105, 4. eodem modo, quo antea ad ordinandam tributorum conferendorum rationem. mille ac ducenti cives—συντελεῖς a contributione sumptuum in trierarchiam faciendorum dicti—ex opulentissimis ad trierarchiam obeundam Periandri lege delecti et in viginti symmorias distributi sunt (cf. Dem. in Mid. p. 564. 27. contra Euerg. et Mnesib. p. 1145. et de symm. p. 182. 191.), in quarum singulis bini. quini, seni ad trierarchiam administrandam societates (συντελείας Dem. adv. Lept. p. 463. 24.) coibant. Quinos senosve trierarchiae munere esse functos Hyperidis tantum ab Harpocratione v. συμμορία commemorati probatur testimonio: binos autem. etiam posteaquam symmoriae constitutae sunt. trierarchiae munus obiisse testantur Isaeus de Apollod. hered. p. 184. et Dem. c. Euerg. et Mnesib. p. 1162, 28. Quinos quoque denos. quorum societates et ipsae symmoriae fuerint dictae. trierarchiae munus sustinuisse colligit Boeckhius 2. p. 102. ex his Hyperidis verbis ab Harpocratione allatis: Εἰσὶ γὰρ ἐν τῇ συμμορίᾳ ἑκάστῃ πεντεκαίδεκα ἄνδρες.[q] Haec Hyperidis verba Demothenis de symm. p. 182, 19. συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσιν, 35
ἑξήκοντα σώματ᾽ ἔχουσαν ἑκάστην repugnantia ita conciliare studet Harpocratio. ut alia ejus, quibus caussam discrepantiae enarrari

[p] V. Boeckh. Proleg. ad inscr. nav. p. 177. G. D.
[q] V. Boeckh. l. c. p. 180. sq. G. D.

putat, afferat haec: *Ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι παρακρουόμενοι τὴν πόλιν σὺν πέντε καὶ ἓξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν ἦγον οὗτοι· ἐπειδὴ δὲ ταῦτα κατεῖδε Δημοσθένης, νόμους ἔθηκε τοὺς τριακοσίους τριηραρχεῖν, καὶ βαρεῖαι γεγόνασιν αἱ τριηραρχίαι κ. τ. ἑ.* Harpocratio igitur et Boeckhius sibi invicem repugnant. Ille enim censet ad legem a Demosthene latam, qua trecenti tantum in symmoriis fuerint, pertinere illa de symmoriis quinorum denorum verba, hic autem ad tempus, quod legi a Demosthene latae praecessit, symmoriasque dici ab Hyperide etiam societates, quas quini, seni, vel quini deni in singulis symmoriis coierint. Mihi neuter vidisse verum videtur. Primum enim, quo minus cum Harpocratione quinos denos symmoriarum referamus ad legem, qua trecentos ad trierarchiae munus exsequendum a Demosthene coactos esse dicit, impedit id, quod celebrata illa lege trierarchica, quam pertulit Demosthenes Ol. 110, 1., non trecenti soli, sed, cum antea nihil quicquam in hoc munus impendissent, jam maximos in trierarchiam sumptus facere jubebantur. Boeckhius autem nescio quo jure etiam societates, quas quini, seni, vel quini deni in singulis symmoriis coierint, *symmorias* appellatas esse statuat. Quod si verum esset, maxima orta esset confusio ex eadem rerum diversarum appellatione. Accedit quod Demosthenes or. de symm. p. 182, 21. 183, 3. 10. 23. 24., ubi ipse ejusmodi societates in singulis symmoriis conjungit, has nunquam, quemadmodum Boeckhius fecit 2. p. 106., *symmorias* sed *partes symmoriarum* appellat. Quod autem hoc loco ad
36 Clidemi testimonium a Photio v. *ναυκραρία* servatum provocat, id, cum nesciamus, ad quod tempus referendum sit, appellationem illam Demosthenis aetati attribui posse nequaquam comprobat. Ut vero ad Demosthenis aetatem pertineat, intelligi tamen non potest nisi de ea distributione, quam Demosthenes in or. de symm. rogavit, neque vero de ea descriptione, qua in singulis symmoriis quini deni societates coierint, cum ita octoginta potius neque vero centum, quarum Clidemus mentionem fecerat, orirentur symmoriae. Ut igitur ad finem perveniamus, equidem sic statuo: priore Hyperidis testimonio ab Harpocratione commemorato non integrum numerum eorum, qui sint in singulis symmoriis, verum quot principatum teneant et res symmoriarum ita administrent, ut reliquos cives in consilium fere non adhibeant, sed trierarchiae, quam cum compendio suo locabant, sumptus conferre jubeant, definiri. Qui quidem symmoriarum status sub finem orationis Olynthiacae secundae luculenter descriptus talis erat, ut jure Hyperides, tamquam trecenti tantum essent symmoritae, quini deni in singulis symmoriis, posset dicere. Etsi autem haec omnia, quae de quinis denis symmoriarum explicavimus, ad tempus, quod orationem de symmoriis habitam insecutum est, nempe ad id fere, in quod oratio Olynth. secunda incidit, Ol. 107, 4. pertinere videntur, hoc tamen loco, ut ab eo, quod hic tractandum sumpsimus, tempore excluderemus et exterminaremus, perstringenda erant. *Trecentos*, quos jam attigi-

mus, e mille et ducentis eodem modo, quo trecentos in symmo-
riis tributariis, electos esse testatur Dinarch. c. Demosth. p. 33.
Hi quin iidem sint, quos Demosthenes de cor. p. 260, 21. 329,
17. *duces* symmoriarum appellat, dubitari non potest. Sed an
curatores symmoriarum (*ἐπιμεληταὶ τῶν συμμοριῶν*), qui a Dem. c.
Euerg. et Mnesib. p. 1145, 15, 21. 1146, 10. commemorantur,
iidem, qui duces, fuerint, dubito. Nam cum is, cui orationem c.
Euerg. et Mnesib. scripsit Demosthenes, sive quisquis fuit, semet
ipsum *curatorem* symmoriae fuisse et hanc ob rem armamenta 37
triremis suae exegisse dicat, arbitror equidem, ex iis, qui
juncti trierarchiam obibant, singulos, qui armamenta exigenda
susceperant, *curatores* symmoriarum esse nominatos. Quales illi
sint *trecenti*, quos Demosth. de cor. p. 285, 7. nominat, num tre-
centi tributariarum, quod Boeckhius 2. p. 115. annot. 394.[1] exi-
stimat, an trierarchicarum, non liquet. Sed quum altero ab
Harpocr. v. *συμμορία* allato Hyperidis testimonio Demosthenes
legem tulisse dicatur, qua *trecenti* coacti sint ad trierarchiam ob-
eundam, equidem hos potius designari dixerim, quippe cum in
trierarchia trecentos etiamtum quosdam fuisse appellatos, hoc
comprobetur testimonio.

Transeamus jam ad alteram eorum, in quibus subinde varia-
batur, partem, ad sumptus nempe, quos diversis temporibus
tolerare debebant trierarchi. Quo quidem loco eo paucioribus
licebit defungi, quo planior haec res est facta Boeckhii doctrina
atque diligentia. Hujus enim opera statim in initio hoc pro
certo affirmare licet, ex lege omnibus temporibus publice cum
triremes esse aedificatas, tum victum stipendiumque datum clas-
siariis, et, quae hac in re diversis temporibus variabant, omnia
ad triremium instructionem et classiariorum comparationem
pertinere. Ac primum quidem Athenienses consilio Themisto-
clis, qui omnis eorum rei navalis et imperii maritimi auctor
atque conditor potest haberi, pecuniam publicam, quae e me-
tallis redibat et annua magistratuum largitione antea interierat,
consumpsisse in rem navalem augendam atque amplificandam,
multorum, veluti Herodoti 7, 144., Diodori Siculi 11, 43., Plu-
tarchi p. 113., Polyaeni Strateg. 1. 30. 5., Nepotis v. Themistocl.
c. 2., testimoniis notum est et pervulgatum. Themistocles igi-
tur, postquam hoc persuasit suo populo, centum civibus ex opu-
lentissimorum numero singulis numerato, ut Polyaen. 1. 30, 5. 38
narrat, publice talento hoc dat negotium, ut triremes aedificent
et omnibus instruant rebus necessariis. Quo facto legem tulit
ut quotannis viginti triremes construerentur. Quam quidem
legem tam diligenter observarunt Athenienses, ut senatui, cui
ut has viginti naves quotannis aedificandas curaret mandatum
erat, munere suo abdicanti corona solemnis denegaretur, si illi
officio suo non satisfecerat. Cf. Dem. contra Androt. p. 598. 20.
Bello autem Peloponnesiaco triremes factas et stipendia nume-

[1] V. eund. in Proleg. ad inscr. nav. p. 183. G. D.

rata esse publice luculenter testatur Thucydides 2, 24. 6, 31; nominatim vero carinam et malum de publico accepisse trierarchos intelligitur ex Aristophanis Equit. 908. Itaque usque ad hoc tempus trierarchi naves armamentis ornamentisque instruebant atque per annum integras praestabant. Jam ut ad Demosthenis aetatem transeamus,—nam de tempore interjecto nihil certi habemus cognitum—, primum probabiliter confutat Boeckhius 2. p. 91. falsam istam opinionem Ulpiani, qui p. 682. ed. H. Wolf. verba Demosthenis in Mid. p. 564, 22. *κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων διῳκοῦμεν καὶ τὰς ναῦς ἐπληρούμεθ' αὐτοί,* ita explicaverat, ut trierarchos eo tempore, id est Olymp. 104, 1., omnem omnino sumptum trierarchiae tolerasse, itaque navem, stipendium, victum praebuisse existimaret. Nam quum Demosthenes his verbis suam trierarchiam opponat Midianae, facile intelligitur *τὰ ἀναλώματα πάντα* eo referri debere, quod, quo tempore Midias inter mille et ducentos trierarchiae munus obierit, civitas nautas et armamenta praebuerit, quae, quo tempore ipse trierarchus fuerit, sicut reliqua, de suo addiderit.—Quae autem Ol. 104, ¾. praestita sint a trierarchis, aperte significat id, quod Dem. or. c.
39 Polycl. p. 1207. 14. 1208. 3. trierarchi triremes tantum littore deducere (*καθέλκειν*) neque vero praebere vel facere, demi vero (ibid. p. 1208. 6. 11.) nautas deligere atque comparare jubentur, et Apollodorus ultro se stipendia classiariis numerasse dicit, quippe cum victum tantum nec nisi bimestria stipendia a strategis acceperit ibid. p. 1209. 12. Ultro idem etiam armamenta (Dem. c. Polycl. p. 1208. 17.) de suo addebat, quum alios eodem tempore publicis usos esse armamentis Demosthenis de cor. trier. p. 1229. 15. probetur testimonio. Etiam posthac, quum symmoriae institutae essent, triremes praebuisse civitatem, demonstravit Boeckhius 2. p. 95. Nam quod apud Isaeum de Apollod. hered. p. 184. legitur: *ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ τάς τε ἄλλας ἁπάσας λειτουργίας λελειτούργηκε καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὑτοῦ δαπανῶν κ. τ. ἑ.*; id, nisi forte *ποιησάμενος* scriptura compendio scribendi orta mutanda sit in *παρασκευασάμενος*, contra tam multa a Boeckhio prolata testimonia. quae e lege naves nunquam a trierarchis, sed publice aedificatas esse clamant, nihil potest valere. Gravius autem argumentum. quod probare possit, postquam symmoriae constitutae essent, trierarchos triremes suis aedificasse sumptibus, peti possit ex eo, quod illo tempore, quo nautae et armamenta publice praebebantur, talento, antea vero, Ol. 104, 1., ubi suis trierarchi ipsi impensis instruebant et complebant naves, quadraginta minis trierarchiam locatam esse apparet e verbis Demosthenis in Mid. p. 564. extr. et p. 540. 19. Quam quidem difficultatem, cum non fugisset Boeckhium, ita ille removere studuit 2. p. 120., ut redemptores antea, cum multa praedaturos sese sperassent, minore pretio, posteaquam

autem spes eos fefellisset, majore redemisse trierarchiam statueret. Sed equidem non puto, redemptores spe incerti lucri quicquam de vero pretio remisisse. Quare, quod de trierarchia 10
Ol. 104, 1. a se suscepta commemorat orator p. 564. 23., sese cum collega suis impensis comparasse omnia et naves complevisse ipsos, ita esse intelligendum arbitror, ut armamenta atque nautas non redemptori locaverint, sed suis ipsi sumptibus insuper coëmerint neque huic quicquam, nisi tuendam reficiendamque triremem, tradiderint.[s] Nam cum illa testimonia, quae de sumptus ad trierarchiam necessarii magnitudine congessit Boeckhius 2. p. 120. sq., omnia pluris eam constitisse probent, nunquam eam trierarchiam, qua etiam armamenta atque nautae comparanda erant, tam exiguo pretio locatam esse censeo.— Armamenta igitur atque nautas, ut brevi ante, ita etiam post symmorias constitutas suppeditata esse publice, ex hac ipsa Demosthenis oratione, quam modo identidem commemoravimus, Midiana p. 565. 1. apparet. Ex oratione autem contra Euergum et Mnesibulum habita p. 1145. 8. sqq. intelligitur decreto quodam Chaeredemi, ut armamenta navium exigerentur et sarta tecta reipublicae redderentur, imperatum esse: lege vero Periandri, quo auctore ipsae symmoriae trierarchicae institutae erant, trierarchos et symmoriarum curatores eorum nomina, qui armamenta reipublicae deberent, suscipere et debita ab iis exigere jussos esse. Nomina eorum, qui armamenta debebant, in pila inscripta erant: lites his de rebus ortas cognoscebant et in forum introducebant, de quibus supra diximus, ἀποστολεῖς. Quicunque armamenta de publico acceperat, reddere debebat aut navalium curatoribus (τῶν νεωρίων ἐπιμεληταῖς) aut successori suo, designato ex albo, quod vocabatur διάγραμμα τῶν σκευῶν, de quo conferendum est Lex Seguer. p. 236.

Ex his omnibus conficitur maximam, quae in trierarchorum officiis facta est, mutationem in temporis spatium illud incidere, quod interjectum est inter Ol. 104, 1, et Ol. 104, $\frac{3}{4}$. Nam quum antea nautas comparassent, armamenta praebuissent atque na- 41
vem refecissent trierarchi, inde ab Ol. 104, $\frac{3}{4}$. nihil amplius, nisi ut navem, quam publice accepissent, tuerentur, ab iis postulabatur.

PARS ALTERA.

QUAE IN ORATIONE περὶ συμμοριῶν INSCRIPTA DEMOSTHENES DE CORRIGENDIS SYMMORIIS SUASERIT, EXPLICATUR ATQUE EXPONITUR.

VENIMUS nunc ad eam descriptionem trierarchiae, quam in oratione de symmoriis Demosthenes Atheniensibus proposuit

[s] Defendit sententiam suam Boeckhius in Proleg. ad inscr. nav. p. 195. G. D.

tum, quum, ut supra vidimus, Artaxerxes Ochus bellum apparare dicebatur contra Graeciam.

Mutatio superioris trierarchicae descriptionis, quam proponit Demosthenes, his quattuor potissimum continetur partibus:
42 quod octingentis plus quam mille et ducentos primo deligendum; duodenis in singulis symmoriis societates coëundas; tributa, ex censu sexies mille talentum conferenda, pro rata parte singulis symmoriis singulisque in illis societatibus attribuenda; navalia (νεώρια), denique decem deligenda, singula in tres partes dividenda atque sortito singulis tribubus binisque symmoriis assignanda esse censet.

Percurramus jam singula. Bis mille pro mille et ducentis deligendos esse trierarchos censet, ut detractis iis, qui justam vacationem habeant, remaneat pristinus mille ducentorum numerus. Qui autem homines aut quorum facultates a trierarchia vacationem habuerint supra fusius est expositum. Quinque Demosthenes eorum distinguit genera et excipiendos octingentos numerat.—Quot symmoriae fuerint item jam supra vidimus. Societates deinde, quarum quinque in singulis symmoriis, centum in omnibus omnino, a duodenis vult coiri, ita coëundas esse dicit, ut pecuniosissimi quique tenuissimos compensent. Navium vero numerum, explendum illum ad trecenarium, in viginti partes, quinum denum singulas, ita dividit, ut tres trecentarum navium partes faciat, quarum singularum naves quinae singulis illis viginti partibus obveniant. Tum attribui jubet singulis symmoriis quindenas naves, quarum ternas singulae symmoriae singulis suis quinque reddant societatibus. Ut vero etiam pecuniae rite sint dispositae, quum census omnis terrae Atticae sit sexies mille talentum, hanc census summam primum dividendam esse censet in centum partes, sexaginta talentum singulas: deinde singulis viginti symmoriis attribui jubet quinquies sexagena talenta, quorum sexagena singulae symmoriae singulis suis reddant societatibus, ita ut, si opus sit centum triremibus, sexagena talenta sumptum (scil. unius navis) conferant et trierarchi sint duodeni; sin vero ducentis, tricena talenta sumptum tolerent, et seni sint
43 trierarchi; sin denique trecentis, vicena talenta sumptum praebeant et quaterni sint trierarchi. Pari modo armamenta, quae nunc debeantur, omnia ex albo navibus accensenda atque in viginti partes distribuenda censet; deinde singulis symmoriis attribui jubet partem unam necessariam (μέρος ἓν χρηστόν), quam singulae deinceps symmoriae pro rata parte singulis suis societatibus dividant, duodenorum autem societates exigant et naves, quas singulae sortitae fuerint, instructas exhibeant. Sumptum igitur et carinas et trierarchos et armamentorum exactionem ita optime et comparari et instrui posse judicat. Unde autem naves certissime et facillime compleri (πληροῦσθαι) possint, deinceps incipit dispicere. Strategis decem loca navalibus idonea deligenda censet ea, in quibus singulis quam proxime inter se absint triginta navium receptacula (νεώσοικοι), quo facto duas

symmorias et triginta naves singulis illis locis attribuendas, deinde tribus sorte ascribendas et trierarchos singulos per singula navalia distribuendos dicit, ut duae sint symmoriae, naves triginta, tribus una in singulis navalibus: quem autem locum singulae quaeque tribus sortitae fuerint, eum tripartito jubet dividi et naves similiter, deinde trientes tribuum ascribi, ut omnium navalium partes singulae singulis tribubus sint assignatae. partium vero singularum tertiam triens teneat, et constet, si quid opus sit, primum ubi tribus quaeque collocata sit et triens, deinde qui trierarchi sint et quot triremes, et tricenas naves habeant tribus singulae, trientes singuli denas.

Paucissima adhuc restant, quae de hac descriptione videantur esse annotanda. Multis locis peccavit Amersfoordtius. Primum enim erravit in eo, quod inde a p. 182. 25.—p. 183. 4. Demosthenem putat exponere, quomodo triremes a symmoriis aedificari oporteat. Nam ne verbo quidem significatum est ab oratore, aedificandarum triremium munus trierarchis se velle injungi. 44 Nam quod dicit orator p. 182. 26. *τὸν ἅπαντα ἀριθμὸν κελεύω τριακοσίας ἀποδείξαντας*, id non ad symmorias, sed ad Athenienses, ad universum populum, spectat. Recte annotavit Boeckhius 2. p. 96. 97.—verbis *εἶτα συγκληρῶται συμμορίᾳ σωμάτων ἑκάστῃ τὴν πεντεκαιδεκαναΐαν* naves tamquam constructas atque praesentes singulis symmoriis attribuendas significari.—Deinde falsum est, quod dicit Amersfoordtius ad p. 183. 5—11., reditus ex censu sexies mille talentum, qui singulis symmoriis sint dividendi, esse annuos. P. 183, 22. nunc *χρήστων* legitur ex codicibus quibusdam, partim *χρηστῶν* praebentibus, pro vulgato olim *χρηστόν*. At primum nunquam ii, qui armamenta reipublicae debent, appellantur *χρῆσται*, sed ut in or. c. Euerg. et Mnesib. p. 1145. identidem legitur, *ὀφείλοντες* potius; deinde etiam debitores nexui orationis videntur repugnare. Nam si *χρήστων* vocabulo usus esset Demosthenes, deinceps dicere debebat non *ταῦτ᾽ εἰσπράξαντας*, sed ut in oratione modo commemorata p. 1145. 18, 20. *τούτους* s. *ἕκαστον τούτων εἰσπράξαντας* aut *παραλαβόντας*. Quare ego arbitror ad *μέρος ἓν χρηστόν*, uti antea, ita etiam post cogitatione addendum esse *τῶν σκευῶν τῶν ὀφειλομένων*, et *μέρος χρηστόν* significare partem armamentorum necessariam, numero navium a singulis symmoriis instruendarum convenientem.[t] Rursus parum intellexisse videtur Amersfoordtius quid sibi velit orator iis, quae inde a p. 184. exponit. Nihil 45 enim ille de navibus complendis, tametsi ex hac re ibi pendent omnia. Nam quorsum tandem vult orator singulas tribus ascribi denis navalibus, nisi ut a tribubus exhibeantur, quibus singulae naves compleantur? Binas ex eadem tribu symmorias ait Amersfoordtius singulis navalibus oratorem ascribi jubere. Sed

[t] Hanc interpretationem vix ferri posse verumque videri *χρήστων* pro vulgari *ὀφειλόντων* dictum censet Boeckh. in Proleg. ad inscr. naval. p. 204. G. DINDORF.

de symmoriis ad eandem tribum pertinentibus nihil omnino commemorat orator, quamquam commemorandi opportuna erat occasio p. 182, 20., ubi, si verum illud esset, quod pro certo statuit Amersf., addere potuisset *δύο καθ' ἑκάστην φυλήν* ante verba *ἑξήκοντα σώματ' ἔχουσαν ἑκάστην.* Neque vero probari potest symmorias trierarchicas e tribubus potius, quam ex censu fuisse constitutas. "Tandem," inquit Amersf. ad p. 182. 12., "ex singulis tribubus unus trierarcha navalis curam habeat." Immo vero singulos trierarchos singulis navium receptaculis adesse jubet orator: nam quem tandem ex tricenarum navium trierarchis singulis navalibus praeficit Amersfoordtius? Enimvero, si enucleate loqui voluisset orator, dicere debebat p. 184, 7. *καθ' ἕκαστον νεώσοικον*, id quod antea conjeceram pro *καθ' ἕκαστον νεώριον.* Sed licet in scriptura vulgata acquiescere, dummodo cum Schaefero dictum putes *τὸν δὲ τριήραρχον ἕκαστον* pro *τῶν δὲ τριηράρχων ἑκάστους.*

Nihil amplius restat nisi ut Boeckhii 2. p. 106. sq. probemus sententiam de usu, in quem verti velit orator sumptus illos ex censu conferendos. Recte ille, cum caetera omnia jam sint provisa, stipendia atque pecunias ad victum quaerendum inde remigibus et classiariis oratorem persolvi velle existimat. Magnam enim pecuniarum summam ad hos sumptus tolerandos fuisse necessariam, copiose atque diligenter ostendit idem 1. p. 292. sqq.

178, 1. Οἱ *μὲν ἐπαινοῦντες*—] Aristides de D. C. p. 310. locum hunc in exemplum periodi proponit pluribus e colis compositae. Sed fructuosior est alter ejusdem locus p. 264. *σφοδρότητα δὲ ποιεῖς καὶ ὅταν πράγματα ἢ πρόσωπα ἔνδοξα μὴ ὀκνῇς διαβάλλειν. οἷον τὸ μὲν ἐπαινεῖν τοὺς προγόνους πρᾶγμα ἐνδοξότατον· ὁ δὲ Δημοσθένης πῶς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ διέβαλεν; Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες*—. REISK. Exordium receptum inter Prooemia p. 1423, 1.

178, 1. Οἱ *μὲν ἐπαινοῦντες—τοὺς προγόνους ὑμῶν*] Communis fuit hic mos oratoribus Atticis Demosthenis aetate, ut majorum res praeclare gestas laudarent, quo sibi plebeculae benevolentiam conciliarent, quam his panegyricis imprimis delectari solere saepius indicat Orator. Exemplo sit locus de Rhod. libert. p. 201, 1. *χαίρετε ἀκούοντες, ὅταν τὶς ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ὑμῶν, καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτοῖς διεξίῃ καὶ τὰ τρόπαια λέγῃ.* In hunc morem orationes habendi *πρὸς χάριν τῶν ἀκουόντων* saepe vehementer invehitur Demosthenes. Phil. III. p. 110, 17., Si inquiratis, inquit, qua potissimum caussa Atheniensium respubl. labefactata sit, *μάλιστα—εὑρήσετε διὰ τοὺς χαρίζεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα λέγειν προαιρουμένους.* Olynth. III. p. 34, 15. *ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω τὴν τῶν πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν χάριτος αἱρεῖσθαι, καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας ἀκούω—οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόντες ἅπαντες, μιμοῦνται δ' οὐ πάνυ.* quam reprehensionem iisdem fere verbis in Demosthenem retorsit Demetrius citatus a Plutarcho p. 852. C. *ἐπαινέσαι μὲν ἱκανώτατος ἦν*

τὰ τῶν προγόνων καλά, μιμήσασθαι δ' οὐχ ὅμοιος. Sed non solebat Demosthenes importune majorum animas quacunque opportunitate ab inferis excitare, verum ubi sic res ferebat, ubi commemoratio florentis reipubl. Atticae conditionis desides cives ad diligentiam ac fortitudinem poterat instigare, tum vero frequenter illi erant in ore. Exempla cum alibi prostant in ejus operibus, tum in hac ipsa oratione. AMERSFOORDT.

178, 3. *προαιρεῖσθαι*] Abest ab Aristide Art. p. 264. REISK.

178, 5. *ὧν οὐδ' ἂν εἷς—τῷ λόγῳ*] Similiter de majoribus Philipp. 2. p. 68, 18. *πράξαντες ταῦθ' ἃ πάντες μὲν ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται· διόπερ κἀγὼ παραλείψω. δικαίως. ἔστι γὰρ μείζω τἀκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι.* et Orat. π. Συντ. p. 171, 11. *τὸν γὰρ ὑπὲρ τηλικαύτης πόλεως ῥηθησόμενον λόγον καὶ τοιούτων πραγμάτων παντὸς ἑνὸς τοῦ λέγοντος ἀεὶ μείζω φαίνεσθαι δεῖ καὶ τῆς ἀξίας τῆς ὑμετέρας ἐγγὺς εἶναι, μὴ τῆς τοῦ λέγοντος.* AMERSFOORDT.

178, 6. *δόξα* h. l. fere idem quod *τιμὴ*, cum quo vocabulo passim jungitur. SCHAEFER.

178, 7. *ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης*] Scilicet *περὶ αὐτῶν δόξης.* WOLF. Ita Demosthenes in Leptin. p. 480. init. res Chabriae referens. *ὅτι*, inquit. —*οὐδαμοῦ τὸ τῆς πόλεως ὄνομ' οὐδ' αὐτὸν κατῄσχυνεν, οὔτε πάνυ ῥᾴδιον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν, πολλή τ' αἰσχύνη, λέγοντος ἐμοῦ, ταῦτ' ἐλάττω φανῆναι τῆς ἐν ἑκάστῳ νῦν περὶ αὐτοῦ δόξης ὑπαρχούσης.* Olynth. III. p. 35. de majoribus: *μόνοι δὲ ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν τῶν φθονούντων κατέλιπον.* AMERSFOORDT.

178, 15. *λέγειν δεινοὶ*] *Vehementes oratores, elegantes esse videamur.* WOLF. Cave jungas *λέγειν δεινοί. δεινὸς* ipsum per se de facundo dicitur. SCHAEFER.

178, 22. *ἐγὼ νομίζω—ἄρασθαι*] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 254. *ἀξιόπιστον δὲ καὶ ὅ τ' [τι] ἂν ἄλλος εἴποι σοι ἐναντιούμενος, σὲ τοῦτο αὐτὸν προλαβόντα εἰπεῖν. οἷον ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν, ὁ μὲν διοικεῖται, ἐστὶν ὅτι δεῖ ἐναντιωθῆναι τοῖς βασιλεῖ πολεμεῖν συμβουλεύουσιν· ἐπεὶ δ' ἐκεῖθεν αὐτῷ ἀντέπιπτεν· μὴ πολεμῶμεν οὖν τῷ κοινῷ ἐχθρῷ καὶ βαρβάρῳ; διὰ τοῦτο ἀξιοπίστως προλαβὼν ἃ εἶπεν ἄν τις ἐκεῖθεν κατὰ βασιλέως, ταῦτ' αὐτὸς λέγει· ἐγὼ νομίζω κοινὸν ἐχθρὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων βασιλέα. εἶτα ἃ νῦν αὐτὸς εἰσηγεῖται· οὐ μὴν διὰ τοῦτο παραινέσαιμ' ἂν τοῖς ἄλλοις πόλεμον πρὸς αὐτὸν ἄρασθαι.* REISK.

κοινὸν ἐχθρὸν] Isocrates Orat. ad Philipp. p. 167. *εἰ μέν τις φαίη τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύειν καὶ παρασκευάζεσθαι στρατεύειν ἐφ' ἡμᾶς, οὐδὲν ἂν λέγοι περὶ αὐτοῦ φαῦλον.* et vicissim Panath. p. 438. init. meminit Graecorum *κοινῆς τῆς ἔχθρας ὑπαρχούσης τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ τοὺς βασιλέας αὐτῶν.* AMERSFOORDT.

178, 23. *τῶν Ἑλλήνων*] *τῶν ὄντων Ἑλλήνων* Dionysius Halicarn. Τέχνῃ p. 46, 13. Infra tamen p. 56, 36., ubi locus hic ipse repetitur. abest hoc *ὄντων*. ut annotavit Sylburgius. REISK.

178, 25. *μόνοις τῶν ἄλλων ὑμῖν*] Id est, vobis, si ab aliis non adjuvemini, si vos alii destituant: *ἐρήμοις συμμάχων οὖσι καὶ ἐγκαταλειφθεῖσιν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* WOLF. Recte interpretatur *μόνοις*, i. e. *μονωθεῖσι.* Rarior hic usus adjectivi *μόνος*. Sophocles Ajac. 511. *σοῦ—μόνος.* Schol. *κεχωρισμένος.* SCHAEFER.

ἄρασθαι] *ἄρασθαι* etiam Dionysius habet p. 46., verum p. 56. dat *συνάγειν.* REISK.

179, 5. *παρασκευάζεσθαι δ'*] Idem consilium dedit Philipp. I. p. 51, 13. *δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων κ. τ. λ.* AMERSFOORDT.

179, 15. *ἐπισχὼν ὧν ὥρμηκεν*] Est vulgaris attractio, quam sic resolvas: *ἐπισχὼν τούτων, ἃ ὥρμηκεν.* Eodem modo resolvendum p. 1421, 25. *ἐὰν μὲν ὀρθότερον φανῇ τις λέγων ὧν ὑμεῖς ὡρμήκατε.* Frequentius quam *ὁρμᾶν* (i. q. *ὁρμαίνειν*) *τι*, dicitur *ἐπέχειν τινός.* Aristophanes Av. 1200. *ἐπίσχες τοῦ δρόμου.* Active Demosthenes p. 505, 16. *οἷς μάλιστ' ἄν τινας ᾤετο ἐπισχεῖν τοῦ τοιοῦτόν τι ποιεῖν.* p. 1128, 16. *τούτους τῆς ἄγαν κολακείας ἐπισχήσετε.* Add. p. 131, 15. SCHAEFER.

179, 17. *τοὺς ἰδίους πολέμους*] Graecorum dementiam in imploranda Persarum ope ad intestina bella renovanda conspicuam item castigat Isocrates Paneg. c. 34. *οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐν ἐκείνῳ* (Persarum rege) *τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας, ὃς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἡδέως ἂν ἀπολέσειεν;* AMERSFOORDT.

179, 19. *δὲ*] *δὴ* Dobraeus.

179, 22. *ἐνδέχεσθαί*] I. q. *ἐξεῖναι.* Xenophon. Hier. 4, 4. *τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἔξεστι—, τοῖς δὲ τυράννοις οὐκ ἐνδέχεται.* SCHAEFER.

179, 26. *ἐᾶσαι*] *λαβεῖν ταύτην τὴν δίκην* explicatur per epexegesin *ἐᾶσαί τινας—γενέσθαι.* SCHAEFER.

179, 25. *οὐκ ἴσοι*] *Ne temere bello suscepto viribus impares simus.* Prioribus illis *σκεπτέον—οὐκ ἴσοι* respondebunt *ἂν ἡ μὲν δύναμις—πᾶσιν ᾖ φανερά*: posterioribus autem *μήτ' ἐκεῖνος—λήψεται* occurritur his verbis, *φαίνηται—αἱρουμένη.* AMERSFOORDT.

180, 1. *μήτ' ἐκεῖνος, ὃν—τοῖς Ἕλλησι*] Citant Anecd. Bekk. p. 136, 28. SCHAEFER.

180, 12. *πόλεμον—ἀγῶνα*] Bellum est quicquid fit, paratur, geritur ad inimicitias cum hoste exercendum, ut cum agri rapinis, igni, ferro desolantur et oppida obsidentur. Sed *ἀγὼν* est *certamen* belli, conflictus ille, a quo belli fortuna *certatur*, h. e. decernitur, penes quem victoria sit, quis in posterum sit dominus futurus et leges daturus, momentum Martis, hora pugnae, qua aut cita mors venit, aut victoria laeta. REISK. Eadem oppositio infra v. 21. 23. V. not. ad p. 124, 11. SCHAEFER.

180, 13. *χαλεπὸν*] Ut hic ipse *πόλεμος* dicitur *χαλεπὸς*, ita apud Isocratem Paneg. c. 38. Persarum rex dicitur esse *χαλεπὸς πρὸς τὸ πολεμεῖν.* AMERSFOORDT.

180, 15. *ἂν συμβάντα*] *ἀντὶ τοῦ συμβησόμενον*: nondum enim pugnatum erat. WOLF. Est enuntiatio hypothetica, tacita hypothesi: *si forte cum Persa congrediendum sit.* SCHAEFER.

180, 17. *τόπων*] *τόποι* hoc loco sunt quae alibi dicuntur *ὁρμητήρια.* SCHAEFER.

180, 25. *ἕτερός τις τρόπος δυνάμεως*] Dionysius Halic. p. 57. *εἰ μὲν τοίνυν ἕτερός τις ἦν τρόπος δυνάμεως.* REISK.

180, 27. *εἰκότως ἂν ἴσως ἀντιταττόμενοι*] Sententia est: Rex nos violatae pacis accusare non poterit, etiamsi nos paraverimus. Quare? Quia profiteri licebit cum apparatum contra hostes alios fieri, cum non alia ratio sit belli adversus barbaros gerendi quam ejus, quod cum Graecis geritur. WOLF.

ἴσως] Abest a Dionysianis exemplis, quae sic recitant: *εἰκότως ἂν φανεροὶ πᾶσιν ἐπιγινώμεθα πρὸς ἐκεῖνον ἀντιταττόμενοι. εἰ δὲ πάσης παρασκευῆς ἐστι τρόπος ὁ αὐτὸς οὗτος, τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι δύνασθαι, τοῖς οὖσι συμμάχοις βοηθεῖν, καὶ ταῦθ' ὑπάρχοντα ἀγαθὰ σώζειν, τί τοὺς ὡμολογημένους ἐχθροὺς ἔχοντες ἄλλους ζητοῦμεν: ἀλλὰ παρασκευαζώμεθα—ἀμυνώμεθα δὲ κἀκεῖνον, ἂν ἡμᾶς πείσῃ.* REISK.

180, 29. *κεφάλαια*] *fines*, quasi dicas *capita.* SCHAEFER.

181, 2. *τί—ἐχθροὺς ἔχοντες*] Eadem fere verba infra occurrunt p. 189, 21. atque citantur in loco saepius laudato de Rhod. libert. p. 192. 4. sqq. Habet fere similia Isocrates p. 402. *πῶς εἰκὸς Νικίαν—πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἐχθροῖς ἑτέρους διαφόρους ποιεῖσθαι;* AMERSFOORDT.

τοὺς ὁμολογουμένους ἐχθρούς] Velut Thebanos. Monuit Wolfius.

181, 13. *ῥαψῳδήσουσιν*] Vertit Reiskius in Ind. *incassum garrire.* Loco autem, quem illuc retulit, c. Aristog. 1. p. 770, 14. additur *μάτην.* AMERSFOORDT.

οἱ πρέσβεις] S. *οἱ ἡμέτεροι, nostri legati.* WOLF.

181, 15. *ἃ νῦν οἰόμεθ'*] *Quae nunc opinamur*, scil. esse facienda: id est, si tum, cum necesse erit, instructi erimus ad id bellum, quod modo nobis ipsi fingimus, propulsandum. WOLF.

181, 16. *οὐδεὶς δήπου τῶν ἁπάντων κ.τ.λ.*] Citat h. l. Dionysius Halic. vol. 6. p. 946. REISK.

τηλικοῦτον—ὅστις—] V. Melet. Crit. p. 71. SCHAEFER.

181, 17. *χιλίους μὲν ἱππέας*] Usitatus Atticorum equitum numerus, de quo v. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 283.

181, 18. *ναῦς τριακοσίας*] V. Boeckh. l. c. p. 290. et Proleg. ad inscr. nav. p. 79.

181, 19. *δεήσεται*] Ad *δεήσεται* nihil nec subaudiendum neque addendum. Nos quoque simpliciter: *gute Worte geben wird.* Sic *δεῖσθαι* v. 21. et *δεομένους* v. 23. SCHAEFER. Anglice *to give fair words.*

181, 21. *ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν—ἀφαμαρτεῖν*] Cohaerent haec cum verbo *ἐστὶν*, quod finit periodum. SCHAEFER.

τὸ δεῖσθαι] *Rogantes a vobis protegi.*—*ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν ἤδη τὸ δεῖσθαι, κἂν μὴ τύχητε, ἀφαμαρτεῖν.* *si Graecorum opem imploratis, nascitur exinde vobis ut ab aliis auxilium petatis; quod si frustra imploraveritis, accidit vobis ut hac petitione decidatis frustraque*

rogetis. Similis prorsus consilii auctor fuit postea Atheniensibus Demosthenes, uti legatos ad Thebanos mitterent, qui eos contra Philippum suscitarent, Orat. p. Cor. p. 287, 24. μὴ δεῖσθε Θηβαίων μηδέν· αἰσχρὸς γὰρ ὁ καιρός· ἀλλ' ἐπαγγέλλεσθε βοηθήσειν, ἐὰν κελεύωσιν—ἵν' ἐὰν μὲν δέξωνται ταῦτα καὶ πεισθῶσιν ἡμῖν, καὶ ἃ βουλόμεθα ὦμεν διῳκημένοι, καὶ μετὰ προσχήματος ἀξίου τῆς πόλεως ταῦτα πράξωμεν, ἐὰν δ' ἄρα μὴ συμβῇ κατατυχεῖν, ἐκεῖνοι μὲν ἑαυτοῖς ἐγκαλῶσιν, ἄν τι νῦν ἐξαμάρτωσιν, ἡμῖν δὲ μηδὲν αἰσχρὸν μηδὲ ταπεινὸν ᾖ πεπραγμένον κ. τ. λ. Neque aliter Phil. 3. p. 129, 5. ταῦτα δὴ πάντα αὐτοὶ παρασκευασάμενοι καὶ ποιήσαντες τοῖς Ἕλλησι φανερὰ τοὺς ἄλλους ἤδη παρακαλῶμεν. AMERSFOORDT. De v. δεῖσθαι v. ad v. 18. SCHAEFER.

181, 21. ἀφαμαρτεῖν] ἐφαμαρτεῖν Dionysius vitiose. REISK. Lege et distingue, παρεσκευάσθαι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἐπισχεῖν, δεομένους σώζειν εὖ εἰδέναι. Constructio est εὖ εἰδέναι πάντας ἥξοντας δ. σ. DOBR.

181, 22. ἐπισχεῖν, *quiescere, nihil amplius satagere, sed* καραδοκεῖν τὸ μέλλον. SCHAEFER.

181, 23. δεομένους σώζειν—ἥξοντάς ἐστιν] Duo haec adipiscemini, ut et sospitatores atque vindices fiatis eorum, qui tum ad tutelam vestram perfugient rogantes a vobis protegi et conservari, et ut certi sitis hoc eventurum esse, ut Graeci omnes, ultro, ipsismet auctoribus atque impulsoribus, ad vos confluant vobisque adjungi studeant. REISK.

δεομένους] V. ad v. 18. SCHAEFER.

181, 27. εὑρεῖν] Reiskius in Ind. Graecit. recte vertit *comminisci, meditando extundere,* citatque p. 292, 8. et 494, 26., ubi eadem est locutio. SCHAEFER.

182, 2. ἔστι τοίνυν πρῶτον μὲν—οὐδὲν πώποτε ὑμῖν ἐγένετο] Locum hunc citat Dionysius Halic. vol. 6. p. 947. ut et paulo superiorem p. 181, 16. REISK.

182, 8. πρὸς] εἰς Dionysius. REISK. Sic etiam S. Nec displicet: quanquam vulgatam tuetur locus p. 120, 7. SCHAEF.

182, 10. πράξοντα] τὰ δέοντα πράξοντα Dionysius. τὰ δέοντα puto a Dionysio additum: simplex enim πράξοντα melius respondet simplici ποιήσων. Saepius autem ποιεῖν et πράττειν ut synonyma ponuntur, quo varietur oratio. Sic p. 114, 20. καίτοι ταῦτα πράττων τί ἐποίει; p. 115, 5. καὶ πάνθ' ὅσα πράττει μετὰ τῆς δυνάμεως ποιοῦντα. Quid quod ambo junguntur, non tanquam diversae verba significationis, sed ut oratoria abundantia aures impleant? Sic p. 245, 27. τί προσῆκον ἦν ἑλέσθαι πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν. quem locum, Boissonado monente, videtur respexisse Tiberius p. 53., ubi quae de talibus pleonasmis et a Technico et a Boissonado traduntur, compone cum nota ad p. 99, 7. SCHAEFER.

182, 15. ἀποδείξητε τὸ πλῆθος] *Plenum exhibeatis,* ut nihil desit. Verbum hoc illustravit Wyttenbachius ad Selecta Histor. p. 439. AMERSFOORDT.

ἐπικλήρων—ἀδύνατος] De his verbis dictum a Parreidtio in Proleg. p. 29 sq.

ὀρφανικῶν] Scribendum ὀρφανῶν ex S. aliisque codicibus.

182, 18. *ἐκ τούτων τοίνυν—ἔχουσαν*] Citat Harpocration s. v. *συμμορία*.

182, 20. *ἑξήκοντα—ἔχουσαν*] *σώματα ξ' ἑκάστην ἔχουσαν* Harpocration. V. Parreidt. Proleg. p. 35.

182, 22. *ἀνταναπληροῦντας*] Ut pauperrimi cujusque inopia ditissimi copiis ita pensetur, ut fiat inter eos aequalitas, et perinde sit ac si pauper tantundem contulisset, quantum, si caeteris aequalis foret, conferre debuisset: ac potius, ut plures pauperes tantum conferant, quantum unus ditissimus, multorum re familiari quasi in unum acervum collata; ut, si Crassus conferret decem talenta de 120 talentis, alii 120 viri, quorum singuli non ultra talentum possideant, uni Crasso aequentur decem et ipsi talentis conferendis. WOLF. Recte Wolfius. Verba Demosthenis sic sunt intelligenda, ut, si ditiores sex senique pauperiores sint in symmoriarum sectionibus, ditiores majorem partem summae totius solvant, quae necessaria est ad navium aedificationem, pauperiores vero minorem, ita tamen, ut illis partibus collatis omnis pecunia conficiatur. Sic, si numeris expositum exemplum magis sit perspicuum, ad assem solvendum ditiores conferant dodrantem, pauperiores quadrantem, vel illi bessem, hi vero trientem. AMERSFOORDT. V. Parreidtii Proleg. p. 43 sq.

ἀνταναπληροῦντας πρὸς —] V. Reiskii Ind. Graecit. s. v. *πρός* nr. 8. SCHAEFER.

182, 27. *πεντεκαιδεκαναΐαν*] Anecdot. Bekker. p. 295, 30. *πεντεκαιδεκαναΐα· αἱ δεκαπέντε τριήρεις*. SCHAEF.

182, 28. *τῶν πρώτων*] Tres centuriae navium in viginti classes ita distribuendae erant, ut unaquaeque classis (*μέρος*) quinque naves e prima centuria (*τῶν πρώτων ἑκατὸν πέντε*) et quinque de secunda centuria (*καὶ τῶν δευτέρων ἑκατὸν πέντε*) et quinque de tertia centuria (*καὶ τῶν τρίτων ἑκατὸν πέντε*) haberet. His rebus clarissimis miror Wolfium et Reiskium tenebras obduxisse. SEAGER. Diar. Classic. 53. p. 49.

183, 3. *σφῶν αὐτῶν*] Exspectes *ἑαυτῆς*, ut v. 23. Sed *συμμορία* dicitur collective. SCHAEF.

183, 5. *ἐπειδὴ τὸ τίμημα*] Citat h. l. Harpocration s. v. *ὅτι ἑξακισχίλια* et *τίμημα*. REISK. De loco Polybii 2, 62, quo utitur Valesius ad Harpocrationis locum priorem vide Parreidtii Proleg. p. 14.

183, 11. Naves 300, talenta 6000, trierarchi 1200 in partes 20 aequales dividuntur, quarum singulae naves 15, talenta 300, trierarchos 60 continent. Subdivisio postea fit ad hunc modum:

Naves 15.	Talenta 300.	Trierarchi 60. (Symmoria.)
3	60	12
3	60	12
3	60	12
3	60	12
3	60	12
15	300	60

Ita, si de trecentis navibus centum usi fuissent Athenienses tan-

tum, in prima divisione habuissent 5 pro 15, et in secunda 1 pro 3, cui uni navi fuissent nihilominus talenta 60, trierarchi 12. Ducentis navibus utentes in prima divisione habuissent 10, in secunda 2, et sic unicuique navi fuissent talenta 30, trierarchi 6. Trecentis omnibus in partes vocatis, fuissent in prima divisione 15, in secunda 3, et sic singulis navibus attributa forent talenta 20, trierarchi 4. SEAGER. Diar. Classic. 53. p. 49.

183, 18. *τὰ νῦν ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν*] De illis hoc intelligendum esse, qui mutuo accepta instrumenta, ut sunt remi, vela, rudentes, mali et id genus alia, nondum reddiderunt, et verbum *εἰσπράξαντας*, quod sequitur v. 24., innuit, et apparet fieri solitum e Midiana et ex oratione *περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας*. Quae autem hic cum de navibus, tum earum instrumentis et instructionibus atque adeo tota comparandi belli tributique conferendi ratione dicuntur, nobis, qui classem aut bellum nunquam vidimus, nec ullam reipublicae partem attigimus, obscuriora sunt. Intelligi tamen de iis tantum e conversione potest, quantum ad linguae Graecae cognitionem a nobis requiritur. Quod vero ad numeros attinet, magnis arithmeticorum subtilitatibus nihil est opus, sed animi quadam attentione: quam cum omnes Demosthenis orationes postulent, haec etiam flagitat. WOLF. Recte accepit Wolfius de illis, qui instrumenta mutuo accepta nondum reddiderunt. Recte tamen ea addas, quae usu et vetustate putrefacta atque corrupta cum novis sunt permutanda. AMERSFOORDT.

183, 20. *διαγράμματος*] Harpocration in voce, ubi vid. Valesius: *τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμορίαις, ὁπόσον ἕκαστον ἄνδρα εἰσφέρειν δεῖ. ἐτάττετο δὲ οὐ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τίμησιν τῆς οὐσίας.* Tum paucis interpositis: *διαγραφεὺς μέντοι ἐστὶν ὁ καθεσταμένος ἐν ταῖς συμμορίαις ἐπὶ τῷ διακρῖναι, πόσον ἕκαστος ἀνὴρ εἰσενεγκεῖν ὀφείλει κ. τ. λ.* De hac autem re uberrime exponentem citat Hyperidem in orationibus deperditis. AMERSFOORDT. H. l. significat *τὸ διάγραμμα τῶν τριηρικῶν σκευῶν*, quae civitati debentur. V. Anecd. Bekk. p. 236, 110. SCHAEF. V. Boeckh. in Proleg. ad inscr. nav. p. 204.

183, 22. *χρήστων*] V. Parreidtii Proleg. p. 44.

183, 26. *τὰ σκάφη*] *Alveos navium.* Opponuntur *τὰ σκεύη*, *armamenta.* SCHAEFER.

τῶν σκευῶν] Haec dici videntur ab Aeliano V. H. 2. 10. *αἱ ναυτικαὶ χρεῖαι.* Vertendum *instrumenta:* nam quod dant *usus nautici*, vix est admittendum. AMERSFOORDT. In Aeliano etiam C. G. Kühnius vertit *arma nautica* Ind. Graecit. s. v. *χρεία.* Sed vide ne scribendum sit *ὑπὲρ ναυτικῶν χρεῶν*: ut *ναυτικὰ χρέα* sint, quae ab Oratore v. 18. dicuntur *τὰ ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν.* SCHAEFER.

183, 28. *πλήρωσις*] Remigum ac nautarum militumque delectus eorumque stipendia intelliguntur. Consueta vox in hac re. AMERSFOORDT.

184, 1. *τοὺς στρατηγοὺς*] Horum enim auctoritati atque im-

perio obtemperabant trierarchae, qui et ab iis in jus vocabantur. Demosthenes Exc. adv. Lacrit. p. 940, 15. οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστιν οἱ στρατηγοί; (subaudiatur: οἳ εἰσάξουσιν ἡμᾶς εἰς τὸ δικαστήριον.) ἀλλὰ τοὺς τριηράρχους καθιστᾶσιν. post quae eadem tacite sunt repetenda. AMERSFOORDT.

184, 10. ἐπικληρῶσαι τὰς τριττῦς] Sors ducenda, quae tribus tertia pars quam navalium partem occupare debeat. WOLF. Tertiae tribuum (φυλῶν) partes, tam Solonis aetate, qua quatuor erant populi Atheniensis tribus, quam postea, quum decem factae sunt φυλαί. Prius patet ex loco Pollucis 8, 108. ναυκραρία δ' ἦν τέως φυλῆς δωδέκατον μέρος, καὶ δώδεκα ναυκραρίαι ἦσαν, τέτταρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην. Quaenam autem ratio impulerit Schoemannum de comit. p. 361., cur τριττῦς h. l. memoratas diversas esse existimaret ab illis τῶν φυλῶν τριττύσι, nondum perspicio. AMERSF.

184, 11. ἓν ἑκάστης μέρος ἢ τῶν φυλῶν] Ordo grammaticus hic est: ἓν μέρος (τῶν δέκα νεωρίων, i. e. ἓν νεώριον) ἢ ἑκάστης τῶν φυλῶν. AMERSF.

184, 28. τίς οὖν ἔσθ' οὗτος κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes de Methodo cap. περὶ τοῦ κατὰ πεῦσιν σχήματος in fine p. 416. REISK.

184, 29. ὑπάρξων δ' εἰς τότε] αὖθις δὲ γενησόμενος dat Hermogenes p. 416., ubi et aliae sunt discrepantiae. REISK.

185, 2. ὁρᾶτε τὴν πόλιν κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 274. ἔμφασις γίνεται, ὅταν τις δεικτικοῖς χρῆται. οὗτος, ὦ ἄνδρες, καὶ παλαιός ἐσθ' ὁ νόμος καὶ καλῶς ἔχων. καὶ πάλιν ἐν συμβουλευτικοῖς· ὁρᾶτε ταύτην τὴν πόλιν. ἐν ταύτῃ τηλικαύτῃ τὸ μέγεθος οὔσῃ. REISK.

185, 3. πρὸς ἁπάσας] *Quae conferri queant*—. WOLF. Recte interpretatur. Eadem ratione Reiskius Ind. Graecit. s. v. πρός: *opes pene diversae aequipollentes aut aequiparabiles cum opibus reliquarum civitatum omnium.* In hoc usu praepositionis πρὸς non latet, ut nonnullis visum est, vis comparativi gradus, qua quid excellere significetur, sed sola indicatur aequiparatio. Herodotus 2, 35. ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώρην. Minus recte interpres: *opera exhibet memorabiliora quam alia quaelibet regio.* Immo: *opera exhibet memorabilia, quae componas cum similibus operibus omnium regionum.* Idem 3, 94. φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος. Gronovius: *par caeteris omnibus.* Bene, si de auro intellexit: Indi enim tantum auri dicuntur pependisse, quantum reliqui omnes. Idem 8, 44. πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν μοῦνοι. Parum recte versum: *prae reliquis omnibus.* Sola hoc quoque loco obtinet aequiparatio: duplicato enim illo numero propemodum confit numerus navium totius classis Graecae. V. cap. 48. Omnino tales aequiparationes intelligendae παχυτέρως nec cogitandum de accuratissima exaequatione. SCHAEFER.

185, 5. φοβοῖεν, ὡς ἥξει βασιλεὺς] *Terrentes jactarent venturum*

esse regem. Similia tetigi in not. ad Euripid. Med. Pors. p. 39. et 92. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

185, 18. γέλως] *Non risum* significat, ut Wolfius vertit, sed *rem ridiculam.* Euripides Troad. 976. ταῦτα γὰρ γέλως πολύς. Hesychius vol. 1. p. 812. Γέλων.—ἢ γελοῖον. ut correxerunt: errat que Schowius ad glossam praecedentem referens. SCHAEF.

185, 23. ἀλλὰ θῷ—χρήματα] V. Parreidtii Proleg. p. 15.

185, 26. ἄξια τοῦ πολέμου] *Tanta, quantam bellum poscit.* SCHAEFER.

185, 28. οὐδαμοῦ γὰρ—ἐν καλλίονι] *Nusquam enim commodius.* WOLF. Aristophanes Thesmophor. 292. ποῦ ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ—. SCHAEF.

ἐν καλλίονι] S. τόπῳ. WOLF. Ne subaudias τόπῳ: καλλίονι enim generis est neutrius. V. Bos. Ellips. p. 485. SCHAEF.

186, 6. ἑκατὸν] Wesselingius ad Diodor. Sic. vol. 1. p. 413. auctor fit ut διακοσίας legatur, cujus lectionis ipse Demosthenes aliis locis auctor factus est. Verum in ejusmodi locis non fides rerum gestarum severe ad auctoritates memoriarum est exigenda, sed oratorum quae sit identidem spectanda intentio. Intererat oratoris copias Atheniensium navales, quae tum fuissent, elevari et minui, Persarum augeri. Nam sic concludit. Si Atheniensium classis, quae centum modo navibus conclusa tum erat, Xerxis tam numerosam classem vicit, quanto credibilius est futurum esse ut classis Atheniensium, quae nunc triplo est auctior, classem Persarum vincat, quae nunc est duplo minor quam olim erat? REISK. Boeckhius de Oecon. polit. Athen. vol. 1. p. 276. vulgatam scripturam tam affinem dicit aenigmati, ut lector parum attentus orationem de Symmoriis, quam tot alia argumenta genuinam esse vincant, ob hanc unam caussam pro spuria habere posse videatur. Mihi quidem Reiskii ratio adeo placet ut vix putem probabiliorem excogitari posse. Ac fortasse Demosthenes, cum ἑκατὸν scriberet, fide dignior fuit quam ipsi historici. Audiamus Schweighaeuserum ad Herodot. 8, 44. non inepte sic disputantem: "Mireris vero quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potuerint, quandoquidem in pugna ad Artemisium dimidiam partem Atticarum navium vulneratam esse ait scriptor cap. 18. neque eis reficiendis suppetiisse videatur tempus." SCHAEFER. Haec quum scriberent Reiskius et Schaeferus, nondum nota erat codicis S. scriptura διακοσίαις pro τριακοσίαις praebentis. Qua recepta tollitur dubitatio quam de Reiskii interpretatione movit Jacobsius, non satis apparere cur non universum navium Graecarum, sed Atticarum solum numerum minuerit orator, quod Jacobsius utcunque excusat: non tollitur vero, sed augetur adeo dissensus cum altero loco Demosthenis p. 306, 22. τῶν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἐκείνων ἀγωνισαμένων τριήρων τριακοσίων οὐσῶν τῶν πασῶν τὰς διακοσίας ἡ πόλις παρέσχετο. Quodsi nostro loco διακοσίαις et ἑκατὸν scripsit Demosthenes, non mihi videtur sciens falsos posuisse numeros (nam satis magnificum erat mille naves ab trecentis

esse superatas), sed errore memoriae, quae etiam alibi interdum infida fuit oratori: v. ad p. 561, 16. 688, 25. Voemelius servato *τριακοσίαις* post *ἑκατὸν* adjecit *ὀγδοήκοντα*, qui numerus sumtus est ex Herodoto 8, 44.

186, 7. *χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς*] Millenarium numerum ut rotundum posuit Demosthenes. Numerus navium quae Xerxem in Graeciam secutae sunt fuit 1207. secundum Aeschylum Pers. 342. ubi v. Stanl. et Valcken. ad Herodot. 7, 89.

τριακοσίας—παρεσκευασμένους] Hic vulgo, florente Atheniensium republica, erat numerus triremium. Cf. Bergmannus ad Isocratis Areopagit. c. 1. Demosthenes ipse Phil. III. p. 121, 11. *καὶ τριήρεις, καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων πρόσοδοι, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία, καὶ τἄλλα οἷς ἄν τις ἰσχύειν τὰς πόλεις κρίνοι, νῦν ἅπαντα καὶ πλείω καὶ μείζω ἐστὶ τῶν τότε* (*ἐπὶ τῶν προγόνων*) *πολλῷ.* et p. 128, 17. *ἡμεῖς—πόλιν μεγίστην ἔχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον.* AMERSFOORDT.

186, 8. *μὴ*] Abest ab Aug. primo. Puto delendum et haec sic continuanda ἀστίκτως: *ὥστε κομιδῇ μηδ᾽ εἰ πάνυ φαίνοιτο νομίσαι ῥᾴδιον—. at prorsus ne si sit desipientissimus quidem habiturus sit pro re facili—.* Aliud valet *μὴ κομιδῇ*. Plutarchus V. Pericl. c. 11. *ὥστε μὴ κομιδῇ μοναρχίαν εἶναι.* Interpres: *ne solus omnino rerum potiretur.* SCHAEFER.

186, 17. *ἑξακισχίλια*] *ὀκτακισχίλια* libri aliquot et Harpocration, qui quomodo hunc numerum hyperbolicum cum vero supra p. 183, 5. posito conciliaverit, lege apud ipsum. Sed tantine fuerit conciliandi laborem suscipere fortasse dubites. Suspicor enim Demosthenem h. l. non dedisse nisi haec: *ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν ἀκούσεται, ὑπὲρ ἧς κ. τ. λ.* quibus explicandis alius videtur interpres censum verum, alius falsum adscripsisse. Nimirum non de summis pecuniarum hic agitur, sed de *ἀφορμαῖς* ad bellum gerendum. Regi *ἀφορμὴ* sunt *αἱ διακόσιαι καὶ χίλιαι κάμηλοι αἱ τὸ χρυσίον ἄγουσαι*, Atheniensibus *τὸ τῆς χώρας τίμημα*. Illa *κρήνῃ* comparatur *ἐπιλειπούσῃ*, haec *ἀεινάῳ*. Neque absurda haec comparatio videbitur, si cogitaveris rationem pecuniariam illorum temporum, quae commoditatibus, quas nostra aetas habet hoc in negotio perscriptionibus utens, prorsus carerent. Sic fieri poterat ut rex, exhaustis quae camelis vectae exercitum comitarentur pecuniis, inextricabilibus difficultatibus impediretur. SCHAEFER. V. Parreidtii Proleg. p. 16.

186, 25. *ἐπὶ μὲν Αἴγυπτον καὶ Ὀρόνταν*] Orontas fuit praefectus Mysiae, qui cum aliis satrapis et Tacho, Aegypti rege, ab Artaxerxe defecit Olymp. 104. a. 3. Res ejus refert Diodorus Sic. 15, 90. sq., ubi videatur Wesseling. Regis expeditio in Aegyptum ab eodem narratur ibid. c. 92. sq., in qua opera Graecorum mercede conductorum usos fuisse Persas Corn. Nepos docet in Datame c. 8. §. 2. Orontes autem Diodori l. c. diversus videtur ab alio ejusdem nominis Persa, regis genero, cujus mentio est ap. eundem 15, 2. AMERSFOORDT.

187, 1. τῆς ὑπαρχούσης πενίας] Herodotus 7, 102. τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι. SCHAEFER.

ἐπὶ δὲ τὴν [ἄλλην] Ἑλλάδα κ. τ. λ.] Artificiosa dehortatio ab oppugnanda patria, eas ratiocinationes militibus tribuendo, quae viris cordatis et patriae amantibus dignae sunt. WOLF. Satis probabilis Demosthenis opinatio: ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικόν Herodot. 1, 60. Alexandri victoriae demum pervicerunt ut ambo coalescerent. SCHAEF.

187, 2. ποῖ γὰρ αὐτὸς τρέψεται κ. τ. λ.] Locum hunc imitatur Gorgias Apol. Palamedis Oratt. Gr. 8. p. 112. (quem legit Alcidamas, qui scripsit Palamedis accusationem de proditione, quae eodem vol. exstat, ut patet collatis p. 74. sqq. et p. 115. sqq.): ποῖ γὰρ τραπέσθαι μ' ἐχρῆν; πότερον εἰς τὴν Ἑλλάδα et quae seq. Quae hunc locum excipiunt, item a multis expressa sunt, ut ab eodem Gorgia l. c. Nostro praeiverat Isocrates Plataic. p. 304. τίνες εἰς τοῦτο ἀνοίας ἥξουσιν, ὥστε βούλεσθαι μετὰ τῶν καταδουλουμένων τὴν Ἑλλάδα εἶναι μᾶλλον ἢ μεθ' ὑμῶν τῶν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας ἀγωνιζομένων; AMERSFOORDT.

187, 23. τὰς προτέρας—ἁμαρτίας] Respicit ad proditionem Thebanorum in bello gesto cum Xerxe. Ejus etiam meminit Phil. II. p. 68, 21. τοὺς δὲ Θηβαίων καὶ Ἀργείων προγόνους, τοὺς μὲν συστρατεύσαντας τῷ βαρβάρῳ, τοὺς δ' οὐκ ἐναντιωθέντας. Hos etiam Isocrates nuncupat Plat. p. 308. τοὺς μὲν δουλεύειν τοῖς βαρβάροις ἀξιώσαντας, et paullo post τοὺς τῶν Ἑλλήνων προδότας. Ibid. p. 302. dicuntur τὸ παλαιὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος προδόται καταστάντες. AMERSFOORDT.

188, 2. τῶν προδοτῶν] τοὺς προδότας enim dicens Orator intelligit Thebanos nunc viventes, si forte partes barbarorum sequantur: quod tamen negat futurum esse. SCHAEFER.

188, 3. πρὸς ἅπαντας] Malim πρὸς ἅπαντα. Sic p. 960, 1. σοῦ πολλῷ βελτίων ὢν καὶ ἄμεινον φρονῶν πρὸς ἅπαντα, quod Reiskius recte interpretatur ἐν ἅπασι, *rebus in omnibus*. SCHAEFER.

188, 12. διαφόρων] Vulg. διαφορῶν. Correxi διαφόρων. Nam est a nominativo, non ἡ διαφορὰ, *discordia*, sed a nominativo τὰ διάφορα, *das Interesse* (*the interest*), de quo agitur vel contenditur, quae te sive obtinere sive admittere ad lucrum damnumve tua multum interest. REISK.

ὅσ' ἂν οὐδὲ καταρώμενος κ. τ. λ.] Non solis Graecis tanta malorum seges his temporibus orta est, verum item Persis. Herodotus in reliquis cum Demosthene consentiens 6, 98. ἐπὶ Δαρείου καὶ Ξέρξου καὶ Ἀρτοξέρξεω, τριῶν τούτων ἐπεξῆς γενεῶν, ἐγένετο πλείω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενόμενα, τὰ δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεόντων. Similium calamitatum auctores Isocrates Panath. p. 244. scripsit fuisse harmostas Lacedaemoniorum, qui Graecos εἰς τοσαύτας καὶ τοιαύτας συμφορὰς ἐνέβαλον, ὅσας οὐδεὶς πώποτε αὐτοῖς γενήσεσθαι προσεδόκησε. Ibid. p. 274. de Persis, qui ad Marathonem certaverant, dicit: πλείοσι κακοῖς καὶ μείζοσι συμφοραῖς περιπεσόντες ὧν ἤλπισαν τὴν πόλιν ἡμῶν

ποιήσειν. Isocrates Areop. 20. *παρὰ δὲ τῶν (Περσῶν) δίκην τηλικαύτην εἰληφότες, ὥστε ἀγαπᾶν ἐκείνους, εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν πάσχοιεν.* AMERSFOORDT.

188, 12. *ὅσ' ἂν—τις αὐτοῖς*] *Quae ne diuturna quidem sedulaque meditatione excogitasset, si quis iis mala imprecari voluisset.* REISK.

188, 13. *φίλον—ἐχθρὸν*] Ministri haud prorsus dissimiles domini sui erant. De satrapis Isocrates Paneg. c. 41. *πρὸς μὲν τοὺς φίλους ἀπίστως, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀνάνδρως ἔχοντες.* et deinceps: *τῶν μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολεμίους θεραπεύοντες.* Caeterum hunc locum in exemplum *μεταβολῆς τῶν πτώσεων* citavit Hermogenes de Invent. l. 4. p. 179. [edit. Gasp. Laurentii p. 193.] laudatus a Reiskio. AMERSFOORDT.

189, 12. *σύνοιδε*] Subaudi *σὺν ἅπασι τοῖς ἄλλοις τοῖς τοῦτο εἰδόσι.* una cum aliis omnibus hoc novit, qui idem norunt: constat enim inter omnes. REISK.

189, 16. *ἑκουσίου—διαλλακτοῦ*] Quem Graeci ultro volent atque probabunt, aut etiam, si necesse sit, quem inviti et coacti tolerabunt. REISK.

189, 17. *αὐτὸν οἶδεν ἂν φανέντ'* rarior constructio, sed proba: consuetior *αὐτὸς οἶδεν ἂν φανείς.* Lucianus vol. 1. p. 246. *συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτόν.* ubi structura vulgaris orationem erat duriorem redditura. SCHAEFER.

XV.

PRO RHODIORUM LIBERTATE.

Habita haec oratio est archonte Thessalo Olymp. 107, 2. Dionysius Hal. Ep. 1. ad Ammaeum c. 4. p. 76. ἐπὶ Θεσσάλου τοῦ μετ' Ἀριστόδημον τὴν περὶ Ῥοδίων ἀπήγγειλε δημηγορίαν, ἐν ᾗ πείθει τοὺς Ἀθηναίους καταλῦσαι τὴν ὀλιγαρχίαν αὐτῶν καὶ τὸν δῆμον ἐλευθερῶσαι. Quae temporis notatio duobus argumentis a Clintone in Fast. Hell. ad Olymp. 107, 2. est confirmata. Nam Mausolus Cariae regulus ut mortuus p. 198., uxor vero ejus Artemisia ut viva memoratur p. 193. Jam ex Diodoro 16, 36. et 45. constat Mausolum obiisse archonte Eudemo Olymp. 106, 4., Artemisiam vero duobus annis post. Ex quo sequitur Artemisiam brevi post hanc orationem tempore mortuam esse, orationem autem in eum ipsum annum incidere cui eam adscripsit Dionysius, aliquot post bellum sociale annis, quod Byzantii societate cum Chiis Rhodiisque juncti adversus Athenienses gesserant intra Olymp. 105, 3.—105, 1. (v. Winiewsk. Comment. p. 34 sq. et Brueckner. histor. Philippi p. 140.) Cujus belli quum recens memoria esset, magna arte opus erat Demostheni Atheniensibus suadenti ut Rhodiis succurrerent de populari libertate cum oligarchica factione contendentibus.

191, 13. *πρυτανεύσας*] Citat h. l. Harpocrat. v. *πρυτανεύοντα* et scholiastes Aristophanis ad Acharn. 60. REISK. V. Ind. Graecit. s. v. SCHAEFER.

191, 22. *οὗ μεῖζον—, ἢ—*] Adverte comparativum eadem in periodo dupliciter structum, quippe junctum et genitivo *οὗ* et particulae *ἤ*: quod est ex idiomatis Graecae syntaxis. Nostro loco simillimus Platonis Legg. 5. p. 738. H. Steph. *οὗ μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν, ἢ γνωρίμους αὐτοὺς αὑτοῖς εἶναι.* V. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 183., ubi in citando Demosthene erravit: quem autem Oratoris locum in mente habuit, is aliter scriptus legitur p. 43, 8. SCHAEFER.

191, 25. *ἀνυπόπτου τυχεῖν εὐνοίας*] S. *τοῦ ἐπιβουλεύειν αὐτοῖς ἡμᾶς.* ut nobis et bene cupiant, et nos suae libertati insidiari

minime suspicentur omnique tyrannidis suspicione liberent. WOLF. ἀνύποπτος h. l. active dicitur. V. not. ad Euripid. Hecub. 1117. Pors. SCHAEFER.

191, 26. Αἰγυπτίων] V. Parreidtii Proleg. ad orat. praecedentem p. 7.

192, 1. ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ ἐκείνου μεμερισμένους] Id est μέρος ὄντας τῆς ἐκείνου ἀρχῆς. REISK.

192, 3. παρελθὼν ἐγὼ πρῶτος κ. τ. λ.] V. p. 189, 22. SCHAEF.

παρῄνεσα] Ne quem fallat constructio parum accommoda verbo παρῄνεσα, ut quod poscat sibi jungi infinitivum, non ὅτι cum verbo finito, attendat membrum continuo sequens, οἶμαι δὲ —εἰπεῖν, quod cum periodo syntactice coalitum, non παρενθέτως intersertum, caussa fuit cur Orator praemissi παρῄνεσα oblitus videatur. Quod si periodus illo membro careret, haec scripta legeremus:—παρῄνεσα τὴν πρόφασιν—ποιεῖσθαι, ἀλλὰ παρασκευάζεσθαι μὲν—, ἀμύνεσθαι δὲ—. SCHAEFER.

μόνος ἢ δεύτερος] *Solum aut summum unius de ceteris oratoribus assensionem nactum.* Anecd. Bekk. p. 89, 14. Δεύτερον: ἀντὶ τοῦ μεθ' ἑτέρου. Ut autem hic μόνος ἢ δεύτερος, sic δεύτερος ἢ τρίτος in Diodoro Sic. Exc. vol. 2. p. 577., pro quo δεύτερος καὶ τρίτος eandem rem narrans Polybius vol. 4. p. 353. Schw. Alia e schedis meis expromta v. in Hermanni Adnott. ad Viger. p. 721., quibus adde Demosthenicum p. 261, 3. SCHAEFER.

192, 5. εἰπεῖν] Facit id in oratione superiori de collegiis. V. v. 11. REISK.

192, 8. καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν κ. τ. λ.] Id est: Non ego modo haec dixi, sed vobis et placuit et probata mea fuit oratio. vel: Quemadmodum haec ego dixi, sic vos probastis. WOLF. Schema orationis Oratori in primis dilectum. Celebratissimum ejus exemplum est p. 288, 8. SCHAEFER.

192, 16. τούτων μηδ' ἀντιποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν] His verbis probare vult non consentaneum esse regem Persarum Rhodiorum magistratuum defensionem suscepturum. WOLF. Multum fallitur: longe diversa enim vis est argumentationis Demosthenicae. Orator hoc dicit: Ut regi forem auctor, sua ut defendat adversus Graecos, abstineat alienis, sic vobis suadeo, vestra ut defendatis adversus barbaros, abstineatis alienis. Jam ad vos pertinet Rhodus, videlicet δημοκρατουμένη: ut hic ejus status adversus barbaros τοῖς ὀλιγάρχαις faventes tutandus sit. Itaque nihil nunc suadeo, quod priori orationi adversetur. SCHAEF.

192, 18. τινας τῶν ἐν ταῖς πόλεσι] Quarundam civitatum magistratus. WOLF. Omnino τοὺς δυνατωτέρους, ut Libanius in Argum., intelligit. SCHAEFER.

192, 24. Ὅτι] Ne mireris positum ὅτι, cum non sequatur nec διδάξω, nec δείξω, nec similis aliud verbum significationis, memento in verbo ὑπομνήσω, ad quod haec particula refertur, latere notionem docendi. SCHAEFER.

192, 27. τῶν γεγενημένων—ὑπομνήσω] Citant Anecd. Bekk. p. 176, 21. SCHAEFER.

192, 27. τι] Omittunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

τῶν συνενηνοχότων] I. e. τῶν ὠφεληκότων, *quae profuerunt.* WOLF.

193, 1. Ἀριοβαρζάνῃ] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἀριοβαρζάνης. REISK.

193, 5. Κυπροθέμιδος] Citat h. l. Harpocrat. v. Κυπρόθεμις. REISK.

193, 6. τῷ μὲν] Ariobarzani puta. REISK.

193, 7. βοηθήσας] Vulg. πολεμήσας, subaudi Cyprothemidi. Praetuli βοηθήσας ex aliis codd., Samiis puta. *opitulatus Samiis eos in libertatem vindicavit.* REISK. Praefero πολεμήσας ut accommodatius alteri participio. *illam obsidendo oppugnandoque in libertatem vindicavit.* Conf. Diodor. Sic. 12, 37. προσκαθήμενος τῇ πόλει—συνεχεῖς προσβολὰς ἐποιεῖτο. βοηθήσας ut scriberetur in caussa, puto, fuit antegressum βοηθεῖν. SCHAEFER.

193, 8. οὐ γὰρ ὁμοίως οὐδεὶς κ. τ. λ.] Citat h. l. Stobaeus p. 364, 27. REISK.

193, 10. ὑπὲρ μὲν ὧν ἐλαττοῦνται] ὑπὲρ ὧν ἂν ἐλαττῶνται Stobaeus l. c. REISK. Recte habet positus particularum ὑπὲρ μὲν ὧν—, ὑπὲρ δὲ τοῦ— : ne de transponendis in tertiam sedem cogites. V. Reiz. de Accent. Inclinat. p. 13. inprimisque p. 69. s. SCHAEFER.

μέχρι τοῦ δυνατοῦ] *Quantum possunt, pro viribus.* SCHAEF.

193, 11. ὑπὲρ—τοῦ πλεονεκτεῖν] *Pro amplificando imperio.* WOLF.

193, 13. ἂν ἐναντιωθῆναι] Pro ἐναντιωθήσεσθαι. Sic paulo post ἂν πειραθῆναι ἀντὶ τοῦ πειράσεσθαι. WOLF. Sic etiamnunc vulgo explicant: minus recte. Tam haec enuntiatio, quam illa paulo post sequens conditionalis est, conditioque hic continetur participio οὔσης, infra participio πράττοντος. Ambas resolve in orationem rectam: *Artemisia ne repugnatura quidem esset, si urbs expeditionem susciperet: operam summo studio datura esset, si res in Aegypto regi succederent.* V. ipsum Wolfium ad v. 17. SCHAEFER.

193, 15. Ἀρτεμισία] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἀρτεμισία. REISK.

τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων] Plene: τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων τούτων, *civitate nostra rebus hisce* (Rhodiis nimirum) *sese ingerente.* REISK.

193, 17. πράττοντος—βασιλέως] ὑποθετικῶς accipiendum: *si regi, quae molitur, ex animi sententia succederent.* Sequitur adversativa: πράττοντος δ', ὥς λέγεται, καὶ διημαρτηκότος οἷς ἐπεχείρησεν, *cum vero ita, uti fertur, cum eo agatur, ejusque conatus sint irriti.* Vide Panegyricum Isocratis. WOLF.

193, 18. ὡς] Vulg. ὅσ'. Praetuli ὡς ex aliis codd., *rege Persarum in Aegypto res omnes ex animi sui sententia gerente.* REISK. Quae sequitur oppositio v. 23., ὡς λέγεται, videtur Reiskium movisse ut ὡς praeferret. Ego praefero ὅσ' propter antecedens πάνθ'. πράττοντος h. l. dicitur μεταβατικῶς. infra ἀμεταβάτως. Nec quen-

quam offendet ὥρμηκε junctum accusativo. In Exord. p. 1421. 25, ἐὰν μὲν ὀρθότερον φανῇ τις λέγων ὧν ὑμεῖς ὡρμήκατε. SCHAEF.

193, 27. παρακινεῖν] νεωτερίζειν. νεωτερίζειν et κινεῖν junguntur p. 664, 8. s. SCHAEFER.

194, 1. βοηθήσειν] Regi Persarum Rhodum oppugnanti. REISK. Immo factioni nunc rerum in insula potitae. Non attendit Reiskius oratorem scripsisse βοηθήσειν, non συμμαχήσειν. SCHAEFER.

194, 7. ἀντιποιῆται] Scilicet rex. SCHAEFER.

194, 8. οὐ μὴν οὐδ' ἂν—ἡμῖν ποιήσειν] Verum etiam si Persis et illis, qui nunc urbem Rhodiorum subjectam tenent, nihil esset commune, si hi potentiam suam nulli nisi sibi deberent, ne sic quidem horum amicitiam, quam totius populi Rhodiorum, malle suasissem. SEAGER. Diar. Class. 53. p. 49. s.

194, 10. οἱ νῦν ὄντες ἐν αὐτῇ 'Ρόδιοι] Scilic. popularis factionis principes solum verterant, nunc, ut probabile est, Atheniensium auxilium implorantes. SCHAEFER.

194, 18. μόνον] Malis positum ante τῷ 'Ροδίων δήμῳ. Sed ita saepius postponitur. Euripides Cycl. 219. μὴ 'μὲ καταπίῃς μόνον. V. not. ad Sophocl. Philoct. 528. SCHAEFER.

194, 20. ἰδίᾳ ξένος] γρ. ἰδιόξενος Paris. secundus, appendix Francofurtana. Eadem appendix haec addit: "vel οὔτε γὰρ προξενῶ. aliter πρόξενός εἰμι." REISK. ἰδιόξενος praefert Valckenarius Anim. ad Ammon. p. 202. "Hunc locum" inquit "non obscure imitatur Lucianus initio Phalar. 2. vol. 1. p. 741. Οὔτε 'Ακραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, πρόξενος ὢν, οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος." ἰδιόξενος videtur etiam Dorvillio placuisse ad Chariton. p. 384. ed. Lips. SCHAEFER.

194, 21. εἰ—εἰ—] Adverte duas deinceps conditiones positas in una enuntiatione hypothetica. SCHAEFER.

194, 23. συγχαίρω] *Una vobiscum gaudeo.* Ordo verborum: συγχαίρω τῶν γεγενημένων 'Ροδίοις. V. not. ad Porsoni Med. 136. p. 26. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

194, 27. ὀλίγου δὲ δέω λέγειν] V. Wyttenbachii Julianea p. 175. s. ed. Lips. Reliquae orationi intersertum legitur p. 196, 3. SCHAEFER.

194, 28. ταῦτ'] Servitus puta, quam militibus Persicis vel barbaris arci suae incubantibus serviunt. REISK.

195, 1—3. Hinc Prooem. 24. p. 1435, 15. DOBR.

195, 3. τάχ' ἂν, εἰ τύχοιεν] Orator coacervavit formulas idem significantes: ut τὴν τῶν 'Ροδίων σωφρόνισιν propemodum desperare videatur. SCHAEFER.

195, 18. τῆς ἡγεμονίας] Scilic. Graecorum, de qua tantis viribus inter se certarunt Athenienses, Lacedaemonii, Thebani. SCHAEFER.

195, 20. ὑπὲρ—τῆς πολιτείας] *De statu civitatis democratico.* Conf. p. 196, 4. 6. 11. s. V. Meierus de bonis damnat. p. 2. SCHAEFER.

196, 1. ὀλιγαρχουμένων—Μυτιληναίων] Pace Olymp. 101, 2. ab

Artaxerxe inter Graecos conciliata Lesbiae civitates autonomia aliquandiu fruitae esse videntur. Easdem post Olymp. 102, 4. novo inter Athenienses et Lacedaemonios foedere facto Atheniensium partibus addictas fuisse probabile est. Post belli socialis tempora oligarchicam reipublicae formam Mytilenes institutam esse ex h. l. Demosthenis (Olymp. 107, 2.) apparet. Quinam principes immutati reipublicae status auctores fuerint non satis liquet. Mihi tamen Persas ad rem illam perficiendam magnum habuisse momentum haud absonum videtur. Artaxerxem a Charete, qui Pharnabazo bellum contra regem commoventi opem tulerat, irritatum, una cum Artemisia Carum regina optimates Rhodios ad plebem opprimendam adjuvisse constat. Hinc suspicor Persarum potissimum culpa factum esse ut Mytilenaeis libertas eriperetur. Olymp. 107. Carmen a Demosthene (p. 1019, 19.) commemoratum Mytilenes tyrannide potitum esse arbitror. PLEHN. Lesbiac. p. 76. Conf. orat. *περὶ συντάξεως* p. 168, 15. *ἐπὶ πολλῆς μὲν ἡσυχίας καὶ ἐρημίας ὑμῶν ὁ Μυτιληναίων δῆμος καταλέλυται, ἐπὶ πολλῆς δ' ἡσυχίας ὁ Ῥοδίων.*

196, 6. *ἐάσουσιν*] I. e. *οὐ καταλύσουσιν.* SCHAEFER.

ἴσασι γὰρ] His subjice tacita cogitatione: *τούτου γενομένου*, *hoc facto*, id est *ὑμῶν ἐκ μέσου ἀναιρεθέντων ἢ καταδουλωθέντων.* REISK.

196, 27. *συνεβουλεύθησαν*] *Auctores factos esse.* Sic multo rarius dicitur *συμβουλεύεσθαι* quam *συμβουλεύειν*. *συμβουλευομένων* hoc sensu bis usurpavit Xenophon Hellen. 6, 5, 34. SCHAEF.

197, 11. *ἐν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς*] Quibus illi, Atheniensibus devictis, erant potentissimi. SCHAEFER.

197, 13. *οἱ μὲν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν*] Argivi quidem, si exsules vestros Lacedaemoniis deposcentibus tradidissent, hoc potuissent excusare. REISK.

197, 15. *ὑμεῖς δὲ—αὐτοῦ ἐκείνου*] Citant Anecd. Bekk. p. 147. in. SCHAEFER.

μὲν] Omittunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

197, 16. *τῶν δούλων*] Qualis fuit Artemisia, quippe *ὕπαρχος*. Omnes enim in regno Persico *δοῦλοι* praeter unum regem. V. p. 198, 22. SCHAEFER.

197, 18. *ἢ—ἢ—*] Usus satis mirus adeoque *ἄλογος* particulae disjunctivae. *Λογικῶς* sic scribendum fuit: *οὐδαμῶς ἄλλως ἢ τοὺς πονηροτάτους—χρήμασι πείσας κεκράτηκε.* Sed talia oratores parum curant. SCHAEFER.

197, 27. *οἷς ἂν προέληται*] Subaudi e praemissis *ἐχθρὸς εἶναι.* REISK. Ellipsis syntactica e rarioribus eaque durior, cum non praecedat *ὄντα*. SCHAEFER.

198, 6. *αὐτοὶ*] Illi extranei puta, a quibus vexamini. REISK.

198, 11. *τί δήποτ' ἐν Βυζαντίῳ κ. τ. λ.*] Sententia est, impunitate proditorum confirmari audaciam. WOLF. Immo oratores isti Atheniensium comparantur cum oratoribus Byzantiorum consiliariisque Artemisiae. Illos orator dicit aut imprudentes

aut perfidos, hos prudentes, quippe ea sola suadentes, quae Byzantiis Artemisiaeque prosint. SCHAEFER.

198, 12. ἡ βασιλέως—προσήκει] Adverte constructionem enuntiationis hujus trimembris. Primum enim membrum cum exorsum sit a nominativo pronominis relativi ἥ, altero membro ob mutatam constructionem, ut adsolet, obliquum adsciscente casum pronominis αὐτὸς, tertium membrum ad nominativum ἡ regreditur. Adeo liberrimi sunt scriptores Graeci in usu relativorum, ut ne scabritiei quidem orationis speciem defugiant. SCHAEF.

198, 13. οὐδαμόθεν προσήκει] P. 577, 26. οὐκ ἔστιν οὐδαμόθεν σοι προσήκων ἔλεος—. SCHAEF.

198, 16. Βυζάντιον] Vulg. Βυζαντίους. Praetuli Βυζάντιον, ex aliis codd. *nemo est, qui Byzantinos dehortetur, ut Selymbrianorum agrum finibus agri Byzantini ne accenseant in iisque ne comprehendant.* ὁρίζειν Βυζάντιον idem est atque ὅροις Βυζαντίου προσνέμειν, τοῖς Βυζαντίου ὅροις ἐκπεριμετρεῖν. REISK. Ad meum sensum Reiskii ratio satis dura est, perplacetque quod olim ediderunt Βυζαντίους. Hunc locum spectans H. Stephanus Thes. c. 6958. B. edit. Lond.: "χώραν ὁρίζειν, Dem. pro Suis terminis describere s. metari: a qua signif. dicuntur ὁρισταί." Igitur sensus: Βυζαντίους ὁριστὰς (ὁριοδείκτας) εἶναι τῆς τούτων χώρας. V. Anecd. Bekk. p. 287, 18. Videnturque illo temporis articulo Byzantii agrum Selymbrianum metati in Atheniensium damnum novis finibus circumscripsisse. SCHAEF.

198, 17. αὐτονόμους τὰς πόλεις εἶναι] *Civitates Graecas oportere liberas esse.* REISK. Recte *oportere.* Nec tamen propterea cogitandum de ellipsi infinitivi δεῖν: quippe haec notio latet in verbo γέγραπται, h. e. *definitum, jussum est.* SCHAEF.

198, 21. ἄλλας—ἑτέρας] Idioma viri docti exemplis ita confirmarunt, nemo ut recte sic dici nunc dubitet. V. Matthiae ad Euripid. Orest. 335. coll. Dindorf. ad Supplices Marklandi p. 121. Mirabundus autem legi in Etymol. M. p. 645. 50. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἑτέρα: talia enim in grammaticorum scriptis vix exspectes. SCHAEF.

198, 27. τούτοις] His consiliariis. Refertur enim ad τις. SCHAEF.

198, 29. προσήκειν—παραινέσαι κατάγειν] Adverte concursum trium infinitivorum in uno eodemque κομματίῳ. SCHAEF.

199, 5. μηδενὸς ἀντιλαμβανομένους] Subaudi ἔργου vel τῶν δεόντων. verbis modo jactare et praemonstrare atque inculcare, item postulare, flagitare, rebus ipsis autem nil agendorum ad se putare pertinere, nulli rei earum omnium, quas fieri oportebat, manum operamque admovere. REISK.

199, 13. ἀμφοτέραις] Scilicet συνθήκαις. *ambobus istis in pactis non eadem jura scripta sunt.* REISK.

199, 18. ποιεῖν] Constructio haec est: ἐπειδὴ ὑπάρχει ὑμῖν τὸ ἐγνωκέναι ποιεῖν τὰ δίκαια. Quandoquidem vobis non nunc demum quaerendum et comparandum, sed jam paratum et praesto est

hoc, ut decreveritis justa facere, h. e. jam penes vos est promta voluntas jus et fas exsequendi. REISK.

199, 18. ποιεῖν—καὶ πρᾶξαι] ἐγνωκέναι ποιεῖν significat propositum, πρᾶξαι effectum propositi. Uti his verbis oratorem synonymis alibi dixi. SCHAEF.

199, 27. τοῖς ἄλλοις] Subaudi ἐστὶν e praemissis. Suspicabar aliquando h. l. κοινὸς deesse. REISK. Non ἐστὶ, sed ὢν subaudiendum. Nisi forte, quod mihi quidem satis probabile fit, (nam vix placet participii ellipsis,) ὁ mutandum in ὅς. SCHAEF.

200, 17. τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον] Aristides vol. I. p. 561, 16. τῶν συμμάχων οὗτοι πιστότατοι καὶ ἀναγκαιότατοι, οἵτινες ἂν τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζωσιν. DOBR.

200, 21. ἀλλὰ γὰρ—χαλεπὸν εὑρεῖν] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 4. SCHAEF.

κατηγορήσει] κατηγορεῖ Anecd. Bekk. l. c. SCHAEF.

200, 23. ἔργον εὑρεῖν] I. q. χαλεπὸν εὑρεῖν v. 22. Eodem modo Xenophon Memor. 4, 7, 9. ἔργον ἔφη εἶναι εὑρεῖν. SCHAEF.

XVI.

PRO MEGALOPOLITIS.

Hujus quoque orationis tempus Dionysii Hal. testimonio compertum habemus sic scribentis in Ep. 1. ad Ammaeum c. 4. p. 725. *ἐπὶ δ' Εὐδήμου* (Olymp. 106. 4. *τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος τόν τε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ τῷ κρίναντι παρανόμων τὸν Τιμοκράτην καὶ τὸν περὶ τῆς Μεγαλοπολιτῶν βοηθείας δημηγορικὸν, ὃν αὐτὸς ἀπήγγειλε.* De bello Lacedaemoniorum et Megalopolitarum videndus Diodor. 16. 37 sqq. qui anno proximo Olymp. 107, 1. (Aristodemo archonte) adscribit, ex quo Clintonus in Fastis Hell. vol. 2. p. 131. colligit orationem Demosthenis brevi ante bellum ortum tempore esse habitam, i. e. exeunte anno Eudemi. Ceterum consilium Demosthenis de ope Megalopolitis contra Lacedaemonios ferenda successu caruisse videtur: de quo dictum ab Voemelio ad orat. de pace p. 61, 22.

202, 1. *Ἀμφότεροί μοι δοκοῦσιν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 264. Hoc *ἀμφότεροι* significat Atheniensium eos, quorum alii Arcadibus, alii Lacedaemoniis studebant. Alterum vero *ἀμφότεροι*, paulo post insequens versu 5., redit ad Arcadas ipsos ipsosque Lacedaemonios. REISK. Exordium receptum inter Prooemia p. 1423, 23.

202, 3. *ἀφ' ἑκατέρων*] Alii a Lacedaemoniis, alii ab Arcadibus missi. WOLF. Recte vertit memor discriminis inter *ἀμφότεροι* et *ἑκάτεροι*, de quo v. Ammonius p. 14. s. SCHAEFER.

202, 12. *ἐγὼ δ' ὁρῶ μὲν—ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι*] Aristides p. 254. *ἀξιοπιστίας καὶ τὸ ἐνδείκνυσθαι ὡς χαλεπὰ μὲν ὄντα περὶ ὧν ἐγχειρεῖ, διὰ δὲ τὸ λυσιτελεῖν τῇ πόλει ῥηθῆναι, αὐτὰ λέγειν, κἂν αὐτός τι κινδυνεύσειεν, ὡς ἐπὶ κοινῷ συμφέροντι, ἂν δέῃ τι καὶ παθεῖν, προηρημένος. παράδειγμα δὲ τούτου ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς· ἐγὼ δὲ ὁρῶ μὲν ὡς χαλεπὸν τὸ τὰ βέλτιστα λέγειν ἐστὶν—ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι* (versu 21.) REISK.

202, 16. *χαριεῖται μὲν—πρὸς ἀμφοτέρους*] Citat h. l. Thomas Mag. v. *διαβάλλειν* p. 209. REISK.

203, 1. *Λακεδαιμονίους ἀσθενεῖς εἶναι καὶ Θηβαίους τουτουσί*] Eadem sententia in orat. Aristocr. p. 654, 12. JACOBS.

203, 2. *τουτουσί*] *δεικτικῶς*, etsi in concione non adsunt. Sensus: hic viciniae nobis imminentes. SCHAEF.

203, 4. *Ὀρχομενοῦ καὶ Θεσπιῶν καὶ Πλαταιῶν*] Conf. p. 208, 17. et quae a Wolfio dicta sunt ad p. 490, 10.

203, 7. *ἀναιρήσουσι*] Alii libri *αἱρήσουσι*. Melius illud. Vide p. 204, 10. 208, 25. 210, 5. DOBR.

γενήσεσθαι] *γενέσθαι* Paris. primus. REISK. Aut hoc probandum, aut etiam v. 5. scribendum *γενήσεσθαι*. Scilicet ambo membra, *Θηβαίους μὲν*—, *Λακεδαιμονίους δ'*—, eadem ratione sunt hypothetica: ut absonum sit tempora variari infinitivorum. Futuri autem infinitivum particulae *ὥστε* recte jungi alio loco dicere memini. Ceterum ne quem offendat eadem duorum deinceps periodi membrorum clausula, comparet quod Herodotus in exordio historiae scripsit: *ὡς μήτε τὰ γενόμενα— ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα—ἀκλεᾶ γένηται*. SCHAEFER. Praestat *γενέσθαι*, quod utroque loco legendum, aut, si alterutro sit delendum, priore potius loco ejiciendum erit quam, quae Dobraei conjectura est, posteriore.

203, 10. *πλείονι μείζους—ἢ ὅσῳ—ἐλάττους*] *Multo majores quam quanto minores.* Id est, ne longe major accessio ad potentiam Lacedaemoniorum quam utilis decessio et diminutio de viribus Thebanorum fiat. WOLF. Deleatur comma post *γενόμενοι*.

203, 17. *πρὸς οὓς* (Thebanos) *παρετταττόμεθα ἐν Μαντινείᾳ*] Vide Xenoph. Hellen. 7. (c. 5.) et argumentum Isocratis Archidami. WOLF.

203, 19. *τούτοις*] Megalopolitis. Conf. v. 23. et Xenoph. Hellen. 7. 5, 5. SCHAEFER.

ἐκείνων] Lacedaemoniorum. REISK.

203, 25. *πρὸς τοὺς συμπαραταξαμένους*] Subaudi *ἡμῖν τότε*. *adversus eos*, (Lacedaemonios puta,) *qui tum temporis nobiscum in acie stabant* (apud Mantineam adversus Thebanos et Arcadas.) REISK.

οἱ μὲν] Lacedaemonii. REISK.

203, 26. *οἱ δὲ*] Megalopolitani. Nescio, quid Reiskio in mentem venerit, ut Thebanos intelligeret. Sane Thebani in pugna ad Mantineam Megalopolitanos cum aliis Arcadum habuerunt socios habebuntque etiam nunc, si bellum recrudescat: sed caussa, de qua orator hic loquitur, ad Thebanos proxime non pertinet. SCHAEFER.

204, 3. *ἕλωσιν*] F. *ἀνέλωσιν*. V. var. lect. ad p. 203, 7. Juris Graecorum bellici erat *πόλιν ἑλόντα ἀναιρεῖν*, magisque movebat orator animos auditorum, si *τὸ ἀνελεῖν*, quam si *τὸ ἑλεῖν* stentaret. Conf. v. 10. Quanquam vulgatam tuetur p. 207, 14. SCHAEFER.

204, 5. *χαλεπῶν*] I. q. *χαλεπαινόντων*. SCHAEF.

204, 6. *ἀλλ' οὐδεὶς ἐρεῖ*] Orator hoc vult: Sed nemo dicet, ne sibi manifesto contradicat; quantumvis enim nunc faveat Lacedaemoniis, tamen, si dicere vellet, fateri cogeretur, periculo Messeniis imminente arma sumenda esse. SCHAEF.

204, 7. τούτων] τῶν νῦν χαλεπῶν τοῖς Μεγαλοπολίταις. SCHAEF.

204, 9. τοὺς ὅρκους οὓς ὀμωμόκαμεν Μεσσηνίοις] Haec verba Lucchesini refert ad legationem ab Messeniis Athenas missam, de qua v. Pausan. 4, 28.

204, 10. ταύτην τὴν πόλιν] Messenam. WOLF.

204, 12. ἐπιτρέπειν ἀδικεῖν] ἐπιτρέπειν ὑμᾶς (ἡμᾶς edd. vet.) ἀδικεῖν F. S. ὑμᾶς verum videtur, modo ne regi putes ab ἀδικεῖν, sed conjungi ut subjectum cum ἐπιτρέπειν. Sic etiam Wolfius intellexit. Atheniensibus quidem, gloriosissimis hominibus, quid jucundius auditu esse potuit quam penes se esse dici ne Lacedaemonii injuste agant? SCHAEF.

204, 22. Ὠρωπὸν] Atheniensibus ereptum Olymp. 103, 4. ab Themisone et Theodoro, Eretriae tyrannis. V. ad p. 259, 10.

204, 25. τὸ μὲν κομίσασθαι Ὠρωπὸν—τὸ δ' ἐχθροὺς ἡμῖν ἔσεσθαι Λακεδαιμονίους] Sunt accusativi quos vulgo dicunt absolutos s. pendentes, latine illi vertendi *quod attinet ad*—. Scilicet in exordio enuntiationis τὸ cum infinitivo haud raro sic ponitur, ut nexu cum ceteris syntactico solutum videatur. V. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 288. H. l. sic vertas: *quod quidem attinet ad Oropi recuperationem—quod autem attinet ad futuram Lacedaemoniorum in nos hostilitatem.* SCHAEF.

πειρᾶσθαι] Scilicet τούτου s. κομίσασθαι. SCHAEF.

204, 27. νῦν] Jungendum puto antecedentibus. Conf. v. 23. SCHAEF.

204, 28. εἰπεῖν] Scilicet τοῦτο s. ἐχθροὺς ἔσεσθαι. SCHAEF.

205, 1. τοῖς πείσασιν] Sunt iidem, qui nunc χαλεπαίνουσι τοῖς Μεγαλοπολίταις. SCHAEF.

205, 2. Πελοποννησίων ἐλθόντων ὡς ὑμᾶς] Haec verba Lucchesini probabiliter rettulit ad legationem ab Arcadibus et Argivis Olymp. 102, 4. Athenas missam foederis faciendi caussa, quo non accepto ab Atheniensibus Thebas se contulerant legati. V. Diodor. 15, 62. JACOBS. Conf. p 207, 9.

ταῦτα] ἐχθροὺς ἡμῖν ἔσεσθαι Λακεδαιμονίους. SCHAEF.

205, 4. τοὺς μὲν] Peloponnesios. SCHAEFER.

205, 15. ὧν—ὧν—] Rarus hic usus relativi neutrius ὧν pro particula ὅτι: fere enim dicitur addita praepositione ἀνθ' ὧν. V. quae meis e schedis evulgavit Hermannus in Adnotatt. ad Viger. p. 710. Plenissime et sic, ut nostro cum loco componas, in Theocriti Epigr. 18. ἑξεῖ τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντὶ τήνων ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε. quem locum tetigi etiam in Bos. Ellips. p. 410. Sed cave subaudiendum esse putes ἀντί: etenim tam χάριν ἔχειν quam ὀργίζεσθαι recte jungitur genitivo rei. possuntque haec ad vulgarem loquendi rationem sic redigi:—τοῦ σωθῆναι—ἐλθόντας—, ἢ τοῦ ἀδικεῖν κωλύεσθαι—. Ceterum ne mireris his in formulis usum pluralis numeri, memento Graecos pluralem pronominum etiam aliorum frequentare pro singulari. SCHAEF.

205, 21. καὶ ταῦτα πράξομεν] Subaudi ἃ ἐγὼ κελεύω. *et haec si agamus, quae ego fieri volo.* REISK.

205, 23. ἂν ἀντειπεῖν] Subaudi *si quis hoc affirmaret.* SCHAEF.

205, 24. Λακεδαιμονίους] V. ad p. 364, 22.

Θηβαίους] In bello Boeotio, quum Athenienses, Spartanis ex arce Thebarum Pelopidae virtute pulsis, Thebanis succurrerent. V. Diodor. 15, 25. 26. Xenoph. Hellen. 5, 4. Plutarch. V. Pelop. c. 5. JACOBS.

205, 25. Εὐβοέας] Olymp. 105, 3. V. ad p. 597, 20.

205, 27. τοὺς ἀδικουμένους σώζειν] V. Dobraeus ad Aristophan. Plut. 1027. SCHAEFER.

206, 3. δοκοῦσι δέ μοι Λακεδαιμόνιοι κ. τ. λ.] Hermogenes p. 340. ὁ δ' ἐπιεικῶς σφόδρα καὶ ἠθικῶς ἔφη·—. τοιοῦτο δ' ἐστὶ καὶ τὸ ἐν συμβουλευτικοῖς· δοκοῦσι δέ μοι Λακεδαιμόνιοι—. τό τε γὰρ ἐνδοιάσαι καὶ μὴ ἀποφήνασθαι ὅτι δεινοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἀλλὰ "δοκοῦσί μοι" εἰπεῖν, τό τε μὴ καθάπαξ δοκεῖν αὐτοὺς εἶναι δεινοὺς εἰπεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ μηδὲ δεινοῖς ἐοικότας ἁπλῶς, ἔργον δέ τι δεινῶν ἀνθρώπων διαπράττεσθαι, σφόδρα ὑφιέντος ἦν τὸ ἐπιφορικὸν καὶ σφοδρὸν, ἠθικὸν δὲ καὶ ἐπιεικῆ λόγον παρεχομένου. Alio modo ad alium finem usurpavit h. l. Aristides de D. C. p. 220. περιβολῆς δὲ καὶ τὸ μὴ ψιλὰ τὰ νοήματα εἰσάγειν, τουτέστι τὰ πράγματα, ἀλλὰ προσλαμβάνειν αὐτῶν τὴν γνώμην τῶν ποιούντων, ἢ τὴν ποιότητα τῆς γνώμης. οὕτω περιβολὴν εἰργάσατο· δοκοῦσι δέ μοι Λακεδαιμόνιοι μάλα δεινῶν ἔργον ἀνθρώπων ποιεῖν. εἶτα τὸ γιγνόμενον ὑπ' αὐτῶν· νυνὶ γὰρ φασὶν ἐκεῖνοι - κομίσασθαι. REISK. Parum probabilis disputatio Hermogenis. Neque enim Demosthenis in Lacedaemonios satis acriter invehentis consilium fuit ὑφιέναι, nedum σφόδρα ὑφιέναι τὸ ἐπιφορικὸν καὶ σφοδρόν. Sed hic est mos Technicorum, sua ut commenta oratoribus ingerant. SCHAEFER.

μάλα δεινῶν] *Callidissimorum.* Plenius p. 10, 3. δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι, ubi in cumulum additur πανοῦργος. SCHAEF.

206, 5. Τριφυλίας] Triphylia, Elidis provincia, cum Lepreo urbe, quam antiquis jam temporibus modo Arcades modo Elei sibi vindicaverant (V. Pausan. 5, 5, 3.—6. Thucyd. 5, 31.) Olymp. 103, 3. Triphylia in Arcadum potestate erat, sed exsules quidam Lasio occupato Eleisque tradito grave bellum excitabant, in quo Arcades vincebant pluraque Triphyliae oppida occupabant. V. Diodor. 15, 77. Xenoph. Hellen. 7, 4, 12. JACOBS.

206, 6. Τρικάρανον] Fuit castellum, munitum ab Argivis, quod modo his modo Phliasiis accessit: unde ab scholiasta et Harpocratione φρούριον Ἀργείας, ab Stephano vero Byz., Theopompi testimonio utente, φρούριον τῆς Φλιασίας dicitur. Phliasii autem, hostes Arcadum et Argivorum, firmam cum Lacedaemoniis amicitiam tuebantur. V. Xenoph. Hell. 7, 2.

206, 9. οὐδ' ὀλίγου δεῖ] S. ἀλλὰ πολλοῦ. id est, *plurimum abest:* quod alioqui πολλοῦ γε καὶ δεῖ solet dicere. WOLF.

ὀψὲ γὰρ—εἶεν] Rapacitatis et violentiae Laconicae accusationem vide in Isocratis Panathenaico. WOLF. Lacedaemoniorum violentia et perfidia saepe notata inde a belli Peloponnesiaci temporibus a poetis, inprimis Euripide, et oratoribus. JACOBS.

206, 12. ἵν' ἐπειδὰν ἴωσιν ἐπὶ Μεσσήνην αὐτοὶ] *Quo, si ipsi* (La-

cedaemonii) *adversus Messeniam suscipiant expeditionem, hi omnes ipsis sociam praestent operam.* Adhuc enumeraverat exempla operae a Lacedaemoniis praestandae aliis, ubi servissent, non suae caussae, sed caussis alienis. Jam si tempus veniat, quo ipsi quoque suam propriam caussam exsecutum eant, h. e. Messeniae recuperationem —. REISK.

206, 13. *ἢ δοκῶσιν—χάριν ἀποδιδόντες*] Resolves haec in istam planiorem, tametsi pinguiorem, Graecitatem perspicuitatis gratia: *ἢ δοκῶσιν ἀχαριστεῖν ἐν τῷ μὴ ἀποδιδόναι τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς χάριν μετὰ τὸ λαμβάνειν αὐτοὺς* (Lacedaemonios puta) *συμψήφους ἑαυτοῖς ἐν τούτοις, ἃ ἕκαστοι ἔφασαν εἶναι σφῶν αὐτῶν.* REISK.

206, 26. *οὐ γὰρ ἂν ἡγοῦμαι κ. τ. λ.*] Citat hunc locum, sed e memoria nonnihil aberrante, Hermogenes p. 352., cujus haec sunt verba: *καὶ ἡ ἀποσιώπησις δὲ ἐνδιαθέτου*[a] *λόγου καὶ ὡς ἀληθῶς οἷον ἐμψύχου. παράδειγμα ταύτης·* (p. 226, 18.) *ἀλλ' ἐμοὶ μέν· οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν ἀρχόμενος τοῦ λέγειν. καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν· οὐ γὰρ περὶ τούτων* (sic)· *ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι.* REISK.

206, 27. *περὶ τούτου μόνου*] S. de Messena. Quod reliquum erat, *sed de excidio nostrae urbis*, subticuit et subjecit *περὶ πολλῶν*. WOLF. Malim *τούτου* de Oropo intelligere. Sensus: non hoc solo oppido, sed multis aliis rebus periclitabimur. SCHAEFER.

206, 28. *περὶ πολλῶν*] An *περὶ πολλοῦ*? (*περὶ μικροῦ* Halonn. p. 87, 5.) Intelligit *περὶ τῆς Ἀττικῆς*. DOBR.

206, 29. *πεπρᾶχθαι—τοῖς Μεγαλοπολίταις ὑπεναντία πρὸς ὑμᾶς*] *Facta esse Megalopolitanis hostilia contra nos*, id est. Megalopolitanos hostiliter contra nos fecisse. WOLF.

207, 1. *τοῖς Μεγαλοπολίταις*] In bello, ut videtur, Thebanorum adversus Lacedaemonios (Olymp. 104, 4.), in quo Megalopolitae a partibus steterant Thebanorum. V. Xenoph. Hellen. 7, 5, 5. JACOBS.

207, 9. *ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον*] V. ad p. 205, 2.

207, 10. *ἢ Θηβαίους*] Ellipsis syntactica notabilis. Plene *ἢ ἐπὶ Θηβαίους*. SCHAEFER.

ταῦτα μέν ἐστι—τούτους συμμάχους] Verba sic accipienda sunt, ac si structa essent hoc ordine: *ταῦτα μέν ἐστιν* (scilicet *ἔργα*) *ἀνθρώπων βουλομένων δεύτερον* (id est *τὸ δεύτερον*) *ποιῆσαι τούτους συμμάχους ἑτέρων.* *haec esse instituta hominum conantium iterum, denuo, ut jam antea semel fecerunt, hos Arcadas a societate vestra avertere coque cogere ut alios sibi socios quaerant*, Thebanos puta. REISK.

207, 12. *ὅσα* hic loci non adjectivum, sed adverbiale est, *quatenus*. REISK.

207, 15. *φημὶ ὑμᾶς—Θηβαίων*] Sic innuit Lacedaemonios daturos operam ut Thebanos internecione deleant, idque prohibituros Athenienses. WOLF.

[a] Explicat quod continuo sequitur *ἐμψύχου*. *vividae orationis vereque tanquam animatae.* SCHAEFER.

207, 18. ἐπιτρέψαι] ἐπιτρέπειν h. l. ἀμεταβάτως usurpatur. Latine vertas *concedere.* SCHAEF.

207, 22. ἀδεὲς] Rarior vox, h. l. passive usurpata, i. q. οὐ φοβερόν. Rursus φοβερὸς passim usurpatur active, cujus usus exempla sunt apud Platonem, Xenophontem, alios. SCHAEF.

207, 27. ὠρέγοντο] Vox rarioris usus in prosaicis. SCHAEF.

207, 28. ὑμεῖς] Mo seniores, inprimis qui ipsi mala illa passi estis. SCHAEF.

ἴσως] Non dubitantis est, sed fere eandem vim habet quam οἶμαι v. 10. V. not. ad Longi Pastoral. p. 357. SCHAEF.

208, 16. τοῦτο] Id est, τὸ μὴ ἐθέλειν τὰ δίκαια πράττειν ἁπλῶς. Id est, ne Thebanis tergiversandi relinquatur occasio, quo minus urbes illas instaurari sinant, si Lacedaemoniis grassandi contra Messenios et Arcadas licentia dabitur. Sic Archidamus apud Isocratem queritur de Thebanis, ὅτι Πλάταιαν μὲν καὶ Θεσπιὰς ἐχθὲς καὶ πρώην πεποιήκασιν ἀναστάτους, Μεσσήνην δὲ διὰ τριακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσιν, id est, quod Plataeas et Thespias nuper admodum everterint, et Messenam post annos trecentos instaurari jubeant. WOLF. τοῦτο significat τὸ μὴ φάσκειν δεῖν κατοικίζεσθαι etc. Sententia haec est: Quod si negemus oportere urbes illas Boeotiae, Thebanis adeo infestas ab iisque desolatas, rursus restaurari, (id quod contendebant Lacedaemonii oportere fieri,) erunt statim qui nos criminentur impedimento esse, quo minus Thebani deprimantur. Criminationem igitur hanc quo tollamus, age restauranda illa oppida esse assentiamur nos quoque Athenienses—. REISK. Tu audi Wolfium τοῦτο rectius interpretantem. SCHAEF.

208, 17. μικροὺς] I. q. ταπεινοὺς v. 8. V. p. 203, 8., ubi opponitur μέγας, *potens.* Sic inter se opponuntur comparativi μείζους et ἐλάττους p. 203, 10. s. et p. 210, 25. s. SCHAEF.

208, 18. τὸν Ὀρχομενὸν] Locum hunc citat scholiastes Thucydidis p. 72. ult. REISK. Verba ejus sunt ad 1, 113.: Ὀρχομενὸς θηλυκῶς παρὰ Θουκυδίδῃ, Ὀρχομενὸς ἀρσενικῶς παρὰ Δημοσθένει. ubi ante prius Ὀρχομενὸς articulus ἡ, ante posterius ὁ videtur excidisse: alioqui parum perspicias cur nomen bis positum sit. SCHAEF.

208, 20. ἀξιῶμεν] Subaudi συμπράττειν. SCHAEF.

208, 23. ἐπὶ τῇ προφάσει] Verba satis perspicua sunt, sed sensus obscurior est. Nec enim video cur necesse sit, Plataeis non instauratis, everti Megalopolin et Messenam. Sed quod sequitur, locum hunc declarat: δῆλοι δήπου πᾶσιν ἔσονται οὐχ ἵνα Θεσπιαὶ κατοικισθῶσι ποιούμενοι τὴν σπουδὴν etc. Unde apparet Laconas ursisse instaurationem Thespiarum, conquestos inique secum agi, si Thebani in Boeotia dominentur, jus idem in Peloponneso sibi non permittatur. WOLF. Ob caussationem, verendum esse ne oppida haec Boeotia sinantur in ruinis jacere et perire, si Lacedaemoniis obstemus, quominus Megalopolin rapiant. REISK. Nempe qui Lacedaemoniis favebant de grege oratorum, bellum jactabant inter Spartam Athenasque ob Me-

galopolitanos exortum fore impedimento, ne illa oppida restaurari possent. Hoc igitur dicit Demosthenes: ne praetexentibus oppidorum dirutorum restaurationem sic auscultemus, ut salutem adhuc florentium prodamus. SCHAEF.

208, 26. κἂν ᾖ πρόδηλα ταῦτα] S. ὅτι τοῖς Λάκωσιν οὐκ ἐπιτρέψομεν ἀδικεῖν. si palam factum fuerit Laconum grassationes prohibitum iri a nobis. WOLF.

208, 28. πρὸς ἐκεῖνα τούτους] τοὺς Θηβαίους πρὸς τὴν τῶν Πλαταιῶν κατοίκισιν. Thebani Plataearum instaurationi adversabuntur. WOLF. Non Thebani, sed Megalopolitani, ut mox Reiskius. Neque solae Plataeae intelligendae. SCHAEF.

πρὸς ἐκεῖνα] Ad restaurationem oppidorum Boeotiae a Thebanis eversorum. SCHAEF.

τούτους] Hos Arcadas puta. REISK.

209, 1. ἀνήνυτα πράγματα] *Irrita negotia habebimus*, id est, frustra labores atque molestias capiemus. WOLF.

209, 5. τὰς στήλας] Has pilas Megalopoli fuisse reor. SEAGER. Diar. Classic. 53. p. 50.

209, 6. ἔσονται σύμμαχοι] οἱ Μεγαλοπολῖται δηλονότι. SEAGER. l. c.

οὐκ εἶναι στήλας] Mihi locus videtur vitium contraxisse, suspicorque scribendum: οὐ κενὰς στήλας, ἀλλὰ—. ψήφισμα κενὸν dixit Orator p. 53. 7. SCHAEF. Corruptelam vidit Schaeferus, sed male emendat. Olim correxi φασὶν οὐ στήλας, ἀλλὰ—deleto scholio, quod agnoscit scholiastes, ut ex verbis ejus apparet φησὶ γὰρ μὴ ὑπάρχειν στήλας. DOBR. Recte Dobraeus Schaeferi illud κενὰς rejicit. Non magis ferri potest vulgata scriptura, cui repugnant verba mox sequentia καθαιρεῖν τὰς στήλας. Aptissimum vero est quod Dobraeus conjecit.

209, 11. εἰ τὰ μάλιστ' εἰσὶ τοιοῦτοι] *Si vel maxime tales sunt*, scil. quales se esse dicunt. Sic etiam Reiskius intellexit. V. not. seq. εἰ τὰ μάλιστα, *si vel maxime*, recurrit p. 1108, 27. Idem valet εἰ ὅτι μάλιστα, cujus formulae exempla e Platone congessi in H. Stephani Thesauro p. 5908 B. ed. Lond. SCHAEF.

ὡδί πως ἔχω] Subaudi γνώμης. si vel maxime fidem illis habentes persuadeamus nobis Arcadas tam simplicis esse naturae, tam fraudis vacuae, atque se ferunt, sic tamen arbitror, aioque sic esse agendum nobis, ut una Arcadasque rogemus ut stelam tollant eam, qua perscripta est formula foederis atque societatis in bellis ab ipsis cum Thebanis contractae, Lacedaemoniosque rogemus ut pacatos se atque quietos tenere velint. REISK. Nimirum talium stelarum ea vulgo habebatur religio, ut, si Megalopolitani evertere illas non cunctarentur, fides eorum Atheniensibus, novis sociis, satis certa videri posset. SCHAEF.

209, 13. ὁπότεροι] Vertendum *utricunque:* ut sit i. q. ὁποτεροιοῦν. Conf. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 292. s. SCHAEF.

209, 16. τῆς Θηβαίων συμμαχίας ἕξονται] Scilic. μὴ καθαιροῦντες τὰς στήλας. SCHAEF.

209, 18. *συμμάχους—ποιουμένων*] Cujus rei certum documentum erit *ἡ τῶν στηλῶν καθαίρεσις*. SCHAEF.

ἀδόλως] Ex formula, ut videtur. Conf. Herodot. 1, 69. Aristoph. Lys. 169. Xenoph. Hell. 3, 4, 5.—6. DOBR.

209. 23. *θαυμάζω δ'—ἡγοῦνται φοβερὸν*] Citant Anecd. Bekk. p. 148, 23. SCHAEF.

τὸ—εἶναι] Sic ratiocinatur Orator: Quantumvis nostra intersit foedus inter Megalopolitanos et Thebanos rescindi stelis eversis, tamen, si vel maxime utrique porro futuri sint socii, minus nobis timendum erit quam si Lacedaemonii Megalopolitanos suae faciant ditionis; Thebani enim Megalopolitanorum opibus semper utuntur contra Lacedaemonios, sed Lacedaemonii, cum illos sibi junctos haberent, usi sunt contra nos. SCHAEF.

Θηβαίων] *Θηβαίους* Anecd. Bekk. quod natum est e *Θηβαίοις*. SCHAEF.

209, 25. *συμμάχους εἶναι*] *εἶναι συμμάχους* Anecdot. Bekk. SCHAEF.

210, 6. *ἐὰν—ἄρα*] Sic v. 14: *ἂν ἄρα* v. 19. SCHAEF.

210, 8. *ἤδη*] Opponitur *τὸ συμβησόμενον*. SCHAEF.

210, 9. *καὶ*] Delet Dobraeus.

210, 10. *μετενεγκόντες*] S. a nobis, non dicamus de nostris, sed de Thebanorum et Laconum commodis aut incommodis. WOLF. Idem est ac si dixisset *μετενεγκόντες ἀπὸ τῶν Ἀρκάδων* (in quibus utramvis in partem eventura modo proposuimus) *ἐπὶ τοὺς Θηβαίους καὶ ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους σκοπῶμεν καὶ ἐπὶ τούτων*, *etiam in his*. REISK. Wolfium sequi malim. SCHAEF.

210, 15. *ἀνενέγκωσιν*] S. *ἐκ τῆς ἥττης τοῦ Φωκικοῦ πολέμου*. WOLF. Recte ab Reiskio in Ind. Graecit. vertitur *pristinas ad vires redire*, locutione petita a convalescentibus. Plutarchus Moral. p. 563 D: *ἀνήνεγκε, ταχὺ δὲ ῥωσθεὶς*—. SCHAEF.

210, 17. *δι' ἡμᾶς*] *οὐ διὰ τοὺς Θηβαίους*. SCHAEF.

210, 18. *ὥστε πανταχῇ συμφέρει κ. τ. λ.*] Loci hujus sententiam retulit adumbratam, non verba recitavit Hermogenes p. 90. REISK.

210, 23. *ἀλλ' ἃ νομίζω*] *ἀλλὰ νομίζων* Dobraeus.

XVII.

DE FOEDERE ALEXANDRIO.

Hanc orationem non scriptam esse a Demosthene jam veteribus criticis constitit. Nam inter *ψευδεπιγράφους* numeratur a Dionysio Halic. De admir. vi Demosth. c. 57. p. 1127. et ab Libanio in argumento, qui propius eam accedere observat ad Hyperidis genus scribendi, et duo notat vocabula non Demosthenica *νεόπλουτοι* (p. 218. 8.) et *βδελυρεύσεται* (p. 214, 25.). quibus *τυραννίζειν* addit Schaeferus ex p. 213, 16: quanquam, nisi alia accederent indicia, huic argumento nihil tribuendum foret. Hegesippo eam adscribi narrat Ulpianus p. 165 C. ed. Francof.: quem quo tempore haec oratio habita est jam mortuum fuisse probabile videtur Boehneckio Quaest. vol. 1. p. 629. Orationem post Olymp. 111. 2. habitam esse manifestum est. Memoratur enim p. 212, 25. *ἡ κοινὴ εἰρήνη*, quam post pugnam Chaeronensem primum a Philippo, tum ab successore ejus Alexandro cum Graecis factam esse constat: v. Diodor. 16, 89. (sub Olymp. 110. 4.) et 17. 4. (sub Olymp. 111. 2.). Plutarch. V. Phocion. c. 16. Arrian Anab. 1, 1, 2. Justin. 9, 5. 11, 2. Dixit de ea Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 622 seqq. et de hac oratione p. 628, 629.

211, 1. *Ἄξιον ἀποδέχεσθαι—διακελευομένων ἐμμένειν*] Citat h. l. Thomas M. v. *ἀποδέχομαι* p. 91. REISK. Item Anecd. Bekk. p. 121. in. SCHAEF.

ἄνδρες] Omisit Thomas M. SCHAEF.

211, 3. *πεπεισμένοι*] S. *ὅτι δεῖ ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις.* si ex animo ita sentiunt et citra simulationem. WOLF.

212, 3. *τὸν ἐξετασμὸν*] *Inquisitionem, disceptationem.* id est, nunc exeuti et explorari suum consilium patiantur. WOLF.

212, 7. *ἢ προελόμενοι*] Sensus: ut aut scientes volentesque inferri vobis injuriam patiamini, aut justi erga omnes sine culpa servantes ulciscamini injuriam, nulla amplius mora interposita. SCHAEF.

ἀνεγκλήτως] Aut h. l. aut alium similem, ubi v. *ἀνεγκλήτως* occurrit, citavit Pollux 8. 69. REISK. Recurrit hoc adverbium p. 218, 1. et 220, 6., utroque loco sic, ut pariter de justo agatur. Anecd. Bekk. p. 400, 29. citant *ἀνεγκλήτως* e Xenophonte, ta-

cente Lexico Xenophonteo, sed, quod mireris, ἀνέγκλητον e nostra Oratione. SCHAEF.

212, 8. τῷ συμφέροντι] Id vero quod est? τὸ ἀμύνεσθαι τοὺς παραβαίνοντας τὰς συνθήκας. WOLF. Conf. p. 220, 6. SCHAEF.

212, 10. σκεψαμένοις] Scribendum σκεψαμένους ex S.

212, 12. ὡς δὲ περὶ μεγάλων, συντόμως διδάξω] *Docebo vos breviter, ut de rebus magnis*, h. e. ea brevitate, quae locum habet in tanta argumenti amplitudine et ubertate atque gravitate, respective breviter, etsi non per se neque destricte. REISK.

212, 21. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον] Scilicet spero vos id facturos seu nullum periculum pro libertate vestra recusaturos esse. REISK.

212, 25. ἐν τῇ κοινῇ εἰρήνῃ] Communem pacem quam dicat paullo ante ostendimus. Ejus conditiones praecipue ex hac oratione cognoscuntur, quam v. p. 213, 24. 214, 12. 215, 20. 216, 3. et p. 219, 1. ex quo loco patet hoc quoque cautum fuisse ne Macedonica navis longa portus civitatum sociarum ipsis invitis intraret, ut monuit Schoemann. Antiq. publ. p. 356.

212, 26. τοὺς Φιλιάδου παῖδας] Neonem et Thrasylochum nominat Demosth. de cor. p. 324, 12.

213, 6. οὕτω περιβοήτως] Reiskius Ind. Graec. recte vertit *tam famose, cum flagitio tam immani.* περιβόητος et αἰσχρὸς junguntur p. 324, 28. V. Bos. Ellips. p. 380. SCHAEF.

213, 13. στρατεύεσθαι] Ne subaudias δεῖν: notio enim jubendi latet in v. προσγέγραπται v. 10. SCHAEF.

213, 16. οἱ τυραννίζοντες] οἱ τὰ τῶν τυράννων φρονοῦντες, *tyrannorum studiosi.* WOLF. Rarior vox, sed quam frustra firmes Demosthenis auctoritate. SCHAEF.

πρὶν τὰς συνθήκας—οἱ Φιλιάδου παῖδες] Citant Anecd. Bekk. p. 174, 31. SCHAEF.

213, 17. Μεσσηνίων] Μεσηνίων Anecd. Bekk. l. c. Placet quod S. dat Μεσσήνην, proba, etsi perrara, constructione, cujus exemplum in Demosthene legere non memini. Nam quod grammaticus in Bekk. Anecd. p. 174, 27. ex Demosthene affert, male intellexit locum Philipp. III. p. 127, 1. SCHAEFER. Lucian. Dial. meretr. 3. vol. 3. p. 285. τυραννεῖν τὸ συμπόσιον.

213, 20. τοὺς μὲν—ἐκβαλεῖν] Attractionis nexu liberans sic resolve: τοὺς μὲν ἐν Λέσβῳ τυράννους, οἷον ἐν Ἀντίσσῃ καὶ Ἐρέσῳ, ἐκεῖθεν ἐκβαλεῖν. SCHAEF.

213, 22. μηδὲν οἴεσθαι διαφέρειν] μηδὲν διαφέρειν significat rem esse indifferentem, non magni momenti, cujus neque commodum neque damnum sit ingens, sive fiat, sive omittatur, eoque reprehensionis vacuam. REISK.

213, 23. τῆς αὐτῆς δυσχερείας ὑπαρχούσης] I. e. ἀδικήματος κἂν Μεσσήνῃ ὄντος τοῦ πολιτεύματος. SCHAEF.

213, 26. ἡγεῖσθαι] I. e. ἐπιτάττεσθαι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ. SCHAEF.

213, 29. διαπεπρᾶχθαι] H. l. habet vim activam. Sic p. 216, 15. αἱ πόλεις αἱ ταῦτα διαπεπραγμέναι. SCHAEF.

214, 2. ἐφ' ἃ ὑμᾶς (ἡμᾶς Wolfius) παρακαλοῦσι] Sc. οἱ ὅρκοι καὶ αἱ συνθῆκαι. SCHAEF.

214, 3. τοὺς παραβεβηκότας] S. τὰς συνθήκας. WOLF.

214, 5. τῶν ἀδικουμένων] S. συστρατεύεσθαι καὶ διαφυλάττειν τὰς συνθήκας τά τε δέοντα ποιεῖν. WOLF.

ἰσχύειν—πράττειν] Sic construe: ἰσχύειν πράττειν τὸ συμφέρον καὶ ἄνευ τοῦ δικαίου. Et ἰσχύειν fortasse ἀντὶ τοῦ ἰσχύσειν. ἡ φράσις, ὁ καιρὸς ἰσχύει πράττειν τὸ συμφέρον, τουτέστι, δύναται, οἷός τ' ἐστι. WOLF.

214, 6. νυνὶ δ'—συνδεδράμηκεν] Sententia est, coërceri Macedones et justum et utile et tempestivum atque opportunum esse. WOLF.

214, 7. ὁ καιρὸς] Copiis Macedonicis alibi occupatis. SCHAEF.

214, 12. τὰς πολιτείας—καταλύσωσι] In foederis illius formula v. πολιτεία non speciali sensu oportet intelligi, quo dicitur de statu civitatis democratico, sed generali, de quo v. Indic. Graecit. SCHAEF.

214, 25. βδελυρεύσεται] V. Libanii Argumentum.

214, 28. δορυφορούμενοι τοῖς τοῦ τυράννου στρατοπέδοις] Infra p. 218, 23. δορυφορουμένων ὑπὸ τῶν τυραννικῶν στρατοπέδων. SCHAEF.

215, 16. τὸ μηδὲν ἀδικεῖσθαι] Malim τὸ μηδένα μηδὲν ἀδ. hactenus aio necessitatem in pactis perseverandi inculcantibus obsecundandum esse, quatenus eam urgentes non captiose loquuntur, hoc est non excludunt a cogitationibus suis eam pactorum clausulam, quae vetat ulli injuriam ullam offerri. REISK. Sensum Reiskius commode explicuit. Veruntamen videtur eum fugisse acerbus sarcasmus Oratoris non serio loquentis, sed τοὺς τυραννίζοντας ridentis: nam quod addit εἰ μὴ ἐκεῖνο—τῶν πολιτειῶν καταλυομένων, de illis praedicat vere καταγέλαστα. Sequitur τὸ ἔτι καταγελαστότερον. SCHAEF.

215, 21. τοὺς συνεδρεύοντας] In Plataico Isocratis (p. 300.) est. Ἀθήνησι γενέσθαι συνέδριον, quod scilicet sociorum legati ibi convenerint de republica Graeciae deliberaturi. WOLF.

ἐπὶ τῇ κοινῇ φυλακῇ] S. τῶν συνθηκῶν καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. WOLF.

215, 25. μηδὲ γῆς ἀναδασμοὶ, μηδὲ χρεῶν ἀποκοπαὶ] Jungit etiam Plato Leg. 3. p. 684 D. SCHAEF. Conf. p. 746, 24.

215, 26. δούλων ἀπελευθερώσεις ἐπὶ νεωτερισμῷ] Additur προσδιορισμὸς, ne ademtum videatur dominis jus manumittendi eos, qui serviunt liberaliter: sicut paulo post, ὅπλα ἐπιφέρειν ἐπὶ πολέμῳ, τουτέστι, πολεμικῶς, ἀλλ' οὐκ ἐμπορικῶς ἢ συμμαχικῶς. WOLF.

216, 2. περιορᾶν] Subaudi προσιούσας, vel ἐπερχομένας, vel tale quid: redit enim ad calamitates. REISK.

ἐπέταξαν] S. αἱ συθῆκαι. WOLF.

216, 3. ἐκ τῶν πόλεων—τῶν μετεχουσῶν τῆς εἰρήνης] Sic ordinanda verba sunt: μὴ ἐξεῖναι φυγάδας, ὁρμήσαντας ἐκ τῶν πόλεων τῶν κοινωνουσῶν τῆς εἰρήνης, ἐπιφέρειν ὅπλα ἐπὶ πολέμῳ πόλει μη-

δεμιᾷ τῶν μετεχουσῶν τῆς εἰρήνης. Sententia enim est, exules vi reditum in patriam (si ea sit ex foederatis civitatibus) sibi patefacere studentes in foederatis civitatibus neque ferendos neque adjuvandos esse. WOLF.

216, 6. ἐπὶ πολέμῳ] V. not. ad p. 215, 26. SCHAEFER.

216, 11. τὸν παιδοτρίβην] Non literatorem ludimagistrum, sed lanistam, qui palaestrae praeest, intellige. WOLF. Alexander hujusmodi homines videtur in primis dilexisse: quod sane βασιλικόν. Conf. p. 214, 20. SCHAEFER.

216, 16. αἱ Μακεδονικαί] S. πόλεις. *haec a Macedonicis urbibus esse facta.* WOLF.

216, 17. οἱ—τῷ Μακεδόνι ὑπηρέται] Pro ὑπηρετοῦντες: de qua loquendi forma satis in Isocrate multa notavimus. WOLF. Sic ὑπηρετικὴ cum dativo jungitur in Platonis Euthyphr. p. 13 D. ὑπηρεσία Apolog. Socrat. p. 30 A. SCHAEFER.

216, 25. ταῦθ' οὕτως ἔχειν] τουτέστιν, ἐκσπόνδους ποιῆσαι τοὺς Μακεδόνας. WOLF.

οὕτως] Ut ego aio: scilicet hos turbatores pacis esse, has violationes pactorum, et armis universae Graeciae communibus ulciscendas. REISK.

216, 26. τὴν κατὰ τῆς πόλεως οὖσαν] Orator loquitur hypothetice. *pactum, si quod officiat civitati.* Eadem, ut maximi momenti ad retundendas linguas τῶν μακεδονιζόντων, statim iterantur v. 28. s. Simul haec caussa est cur malim sic scribi: ἢ ὁμολογίαν τὴν μὲν κατὰ τῆς πόλεως. SCHAEFER.

216, 28. κἂν μέν τι—τοῦτο μὲν—ἐὰν δέ τι—πρὸς τοῦτο δὲ—] Concinne vincta periodus per iteratas particulas μὲν et δέ. V. Melet. Crit. p. 111. SCHAEFER.

217, 6. ἐξηλέγξατε τοὺς ταῦτα ποιοῦντας] Foederis conditiones tutando clara in luce posuistis perfidiam eorum, qui haec patrant. SCHAEFER.

217, 7. μικρὰ] Vim hic obtinet vocabuli ὀλίγα. Non enim hic de quantitate, sed de numero agitur. REISK. Hoc dicunt Graeci χρῆσθαι τῇ πηλικότητι ἀντὶ τῆς ποσότητος. V. schol. ad Aristophan. Plut. 377. coll. Galen. vol. 6. p. 867. s. edit. Lips. SCHAEFER.

217, 19. Μενεσθέα] Rhamnusium, Iphicratis filium, memoratum ab Isocr. de antid. p. 451. § 137. ed. Bekk., Pseudo-Demosth. Epist. 3. p. 1482, 6. Dionys. Hal. vol. 5. p. 667. et in inscr. navali a Boeckhio edita, quem v. p. 244.

217, 25. ἅμα—ἦσαν] ἀντὶ τοῦ παρανενομήκασι καὶ ἀναίσθητοι ἐγένοντο. Detentionem illam Ponticarum navium et injustam fuisse et incallide factam, ex eo probat, quod parum abfuerit quin a Graecis principatus maris Macedonibus eriperetur. WOLF.

217, 27. ὃ παρ' ἐλάχιστον—τὴν κατὰ θάλατταν ἡγεμονίαν] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 7. SCHAEFER.

ἀφαιρεθῆναι] ἢ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἢ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Hinc

apparet Alexandro jam tum decretum fuisse principatum, de quo Isocrates in Philipp. WOLF.

217, 28. *δικαίως*] S. propter intercepta navigia Pontica. WOLF.

218, 2. *πράττειν*] Navi, strenui, acres, fortes esse, audere, conari. REISK.

218, 5. *οὐδὲ*] Qui ne jurium quidem urbis debitorum fructum percipere audetis, nedum ut non permissa vobis arrogare audeatis. REISK.

218, 6. *ὃ καὶ*] Antecedentia enim spectant piraticam Macedonum: quae sequuntur pertinent ad *τοὺς μακεδονίζοντας ῥήτορας*. Haec generis tam disparis oratorem junxisse per *ὃ καὶ*, *id quod etiam*, ecquis credet? Scribo: *ὃ δὲ ὑβριστικώτατον συμβέβηκεν, εἰ οἱ μὲν—*. Est haec rarior constructio, sed legitima. Isocrates p. 127 D.: *Ὃ δὲ πάντων σχετλιώτατον, εἰ φιλοπονώτατοι δοκοῦντες εἶναι τῶν Ἑλλήνων ῥᾳθυμότερον τῶν ἄλλων βουλευσόμεθα περὶ τούτων*. V. F. A. Wolf. ad Reiz. de Accent. Inclinat. p. 98. SCHAEFER.

218, 8. *οἱ νεόπλουτοι*] Non tam Alexander et Macedones, quam horum studiosi oratores, quos supra *κατὰ τῶν Ἀθηναίων πεπλουτηκέναι* dixit. WOLF. V. Libanii Argumentum. SCHAEFER.

218, 11. *ὥσπερ ἐν Ἀβδηρίταις ἢ Μαρωνίταις*] Abderitica mens pro stupida proverbio celebratur. Abdera et Maronea sunt oppida Thraciae, prius patria Democriti, posterius vini praestantia nobilitatum ab Homero, jure certe optimo, cum Ulysses Cyclopem Polyphemum *ἀνθρωποφάγον* eo inebriatum excoecarit. WOLF.

218, 12. *μικρὰ—ἰσχυρὰ*] *πότερον λόγῳ*; extenuant nostras opes, Macedonum augent: *ἢ ἔργῳ*; dum auctores sunt connivendi ad injurias. WOLF. Prius verum esse docet quod sequitur, *λανθάνουσιν ἑαυτοὺς—ὁμολογοῦντες*. SCHAEFER.

218, 13. *λανθάνουσιν ἑαυτοὺς*] Significat eorum orationem secum pugnare. Quomodo autem? Dicunt urbem esse imparem Macedonibus, quibus metuunt ne suarum injuriarum poenas dent, si Athenienses jus suum persequi vellent, eoque hos quiescere jubent. WOLF.

218, 15. *τὸ δίκαιον οὐ δικαίως διαφυλάττειν*] *Jus non juste servare*. Aenigmati hoc simile videtur, quod sic intelligo: Justum per se est stare pactis; sed frangenti fidem servare fidem injustum est. Non dissimile huic est illud ex Megalopolitana, *οὐχ ἁπλῶς ποιεῖν τὰ δίκαια*: quod est, non simplicis justitiae esse amicum, sed, dum hujus studium prae te feras, aliud spectare. WOLF. Ut *τὸ δίκαιον*, pacta conventa cum Macedonibus, tueamur modo *οὐ δικαίῳ*, non justo, h. e. non eo, qui in formula foederis praescriptus est, ut nempe transgredientem capita foederis reliqui foederati prohibeant, sed alio iniquo, ut nempe illis liceat pacta violare, nobis minus. REISK.

218, 16. *προελομένην*] *ὑποθετικῶς, εἰ προέλοιτο*. WOLF. Ambo

membra hujus enuntiationis conditionalis *μετοχικῶς* indicantur: quod diligenter attendendum. SCHAEFER.

218, 18. *αὐτὸ*] *τὸ ὁμολογεῖν τοῦτο.* SCHAEFER.

218, 20. *τῇ ὑπαρχούσῃ δυνάμει*] *τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν* intelligam copias pedestres, quibus civitas nunc utitur. SCHAEF.

218, 21. *προβολὰς*] Citat hunc locum Harpocrat. v. *προβολάς*: nam hac ille lectione utitur, egoque vulgari *προσβολὰς* eam praetuli. Donec nobis liceat maris vel solius (etiamsi non una continentis quoque) potiri, penes nos erit praeter illas copias, quae jam praesto nobis sunt, adhuc alia comminisci et comparare munimenta tuendis nostris possessionibus in terra continente paria. REISK.

218, 21. *ἑτέρας ἰσχυροτέρας εὑρέσθαι*] Scilic. *τῆς ὑπαρχούσης δυνάμεως.* SCHAEFER.

218, 22. *τῶν δορυφορουμένων*] Qui sint isti mihi non constat, nisi quod de aliquibus Atheniensibus civibus proditoribus potius quam de exteris Graecis, intelligendum videtur. WOLF. V. p. 214, 28. SCHAEFER.

219, 3. *ἀλλ' ὅτι*] Videtur *ἀγανακτητέον* aut simile quid interponendum. *non est haec res parci facienda, sed vos decet succensere, quod—.* REISK. Nihil deest, sed subaudiendum *μέγα.* Est hoc ex idiomatis Graecae syntaxis, antegressa negativa enuntiatione, cui sequentia opponuntur per *ἀλλὰ*, ad hanc particulam subaudiri contrarium ejus quod antecessit. SCHAEFER. Qui vellem exempla huic similia attulisset: nam diversa sunt de quibus dixit ad p. 244, 1. Mihi *ἀλλ' ἀπόπειρα* scribendum videtur, deleto *ὅτι*, quod ex praecedente *οὐχ ὅτι* repetitum videtur.

219, 5. *ἐγγένηται*] V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 285. SCHAEFER.

219, 6. *καὶ ὅτι οὐκ—δογμάτων*] Tenor orationis docet *τὰ κοινὰ δόγματα* sensu speciali ea intelligenda esse, quibus triremes Macedoniae (fortasse etiam ceterorum Graecorum) vetarentur Piraeeum ingredi, hac venia data, ut verisimile est, solis mercatoriis navibus. SCHAEFER.

219, 13. *ἀντὶ τοῦ εἰσπλεῖν τὸ εὐθὺς ἔνδον εἶναι*] *τὸ εἰσπλεῖν* requirebat ex foedere petitionem facultatis appellendi. Sed Macedo non petita potestate appulit, et postea petiit, quod voluit, ne violenter egisse et contra foedus videretur. WOLF. Sensum loci Wolfius parum intellexit. Notat orator fraudem Macedonum, qui cum veniam peterent naves fabricandi in Atheniensium portubus, nihil aliud quam hoc spectabant, ut statim in illis essent nec necesse haberent aliunde intrare, uno verbo, portubus sine periculo potirentur. SCHAEFER.

219, 15. *ὑπομενοῦμεν*] Scilicet *ναυπηγεῖσθαι.* SCHAEFER.

219, 19. *τοῖς ἄλλοις τοῖς βουλομένοις*] I. e. *τοῖς ἄλλοις, οἳ βούλονται ὠνεῖσθαι.* Ideo articulus iteratus est. SCHAEFER.

219, 20. *εὐτελέστατα καθισταμένῃ*] *πιπρασκούσῃ.* id est, *minimo vendenti.* WOLF. Accuratius: *pretium materiae minimum statuenti, materiam vilissimo pretio venum exponenti.* Proprie di-

citur καθιστάναι τὴν τιμὴν, *pretium constituere*. πρὸς τὰς καθεστηκυίας τιμὰς p. 1285, 11. *ut quoque tempore pretia erant*, quippe mutabilia, nunc majora, nunc minora. Sequitur v. 28. πυθόμενος τὰς τιμὰς τὰς ἐνθάδε τοῦ σίτου καθεστηκυίας. Ibid. v. 6. συνιστὰς τὰς τιμὰς, *accendens pretia, flagellans annonam*: quod v. 15. uno verbo dicitur συντιμᾶν τὰ περὶ τὸν σῖτον. V. Photius p. 556, 16. SCHAEFER. Adde τῆς καθεστηκυίας τιμῆς p. 918, 25.

219, 22. διειρημένου] *Cum expressum sit.* id est, καίτοι διείρηται. WOLF. διειρημένον Baiterus.

219, 25. οὕτω—χρῶνται] Citat h. l. Thomas M. v. πανταχόθεν p. 678.: οὕτω καὶ πάντοθεν καταπεφρονηκότως ἐκεῖνοι χρῶνται. SCHAEFER.

219, 27. ἐντεῦθεν] Ne putes dictum pro ἐνταῦθα. Est enim hic etiam attractio, quam sic resolvas: διὰ τοὺς ἐνταῦθα διδασκάλους, οἳ ἐντεῦθεν ὑπαγορεύουσιν. SCHAEFER.

219, 28. οὕτω—μαλακίαν] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 14. SCHAEFER.

220, 2. εἶναι] Cave jungas participio μελλόντων. Sic enim συντακτέον: πρόνοιαν εἶναι ὑπὲρ τ. μ. SCHAEFER.

220, 5. ὡς τοῦθ' ἡλικίας ἔχων] Aetate provectior noster videtur hanc orationem habuisse: seniorum enim rem affirmantium major fere est auctoritas. SCHAEFER.

220, 10. τοὐναντίον] Quid est contrarium liberae voluntatis? Nimirum necessitas. Hoc vero contrarium sequitur continuo: εἰ ἄρα ποτὲ δεῖ. Scilicet clausula illa formulae foederis, *si volumus pacem communem participare*. orator in epilogo graviter sic utitur, ut dicat simul significari hoc: *si tandem aliquando nos oportet desinere—*. Hoc *oportet* cum illo voluntario pacis servandae studio ita conjunctum esse ait, ut neget alterum ab altero posse sejungi. SCHAEFER. δεῖ μὴ παύσασθαι recte Sauppius. Quo recepto sequentia verba ἀλλὰ μηδ' ἀναμνησθῆναι pendent ab verbo δεῖ, non, quae Schaeferi vulgatam sequentis scripturam sententia erat, a verbo παύσασθαι, cujus cum infinitivo constructio etsi per se non est reprehendenda, tamen inepta huic loco est.

220, 12. φιλοτιμίας] *Decoris.* V. not. ad p. 22, 21. SCHAEF.

XVIII.

PRO CORONA.

LUDOLPHI DISSENI

INTRODUCTIO.

Oratio Demosthenis de Corona omnium, quas novit Graeca et Latina antiquitas, praestantissima semper habita est, dixitque pulchre de ea Cicero Orat. c. 38: *Ea profecto oratio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest ut major eloquentia non requiratur.* Videamus quae caussa ejus fuerit et qua arte sit composita. Opposuerat se Demosthenes, ex quo ad rempublicam accesserat, dominationi crescenti Philippi, neque erat gravior in Graecia adversarius regis Macedonici maximo oratore, qui civitatem Atheniensem consiliis et eloquentia sua regebat: cum autem proelio ad Chaeroneam infausto libertas Graeciae interiisset, tandem Macedonicae factionis in urbe socii etiam suum tempus venisse rati, omnem operam dederunt ut Demosthenem perderent. Ac primum per alios agebant: vocabatur proximo post proelium tempore propemodum quotidie in jus et sequebatur aliam alia accusatio, cf. hujus orat. p. 310. Sed non destituit populus defensorem reipublicae; absolutus omnibus his caussis evasit victor. Quare gravius certamen decreverunt. Cum enim inter haec Ctesiphon quidam ad frangendos fortius istos impetus etiam populiscitum proposuisset, ut coronaretur Demosthenes ob egregie de republica merita, prodiit ipse maximus post Demosthenem orator Aeschines prostraturus adversarium et in aeternum famam ejus eversurus. De qua caussa nunc accuratius dicendum est. Erat Demosthenes curator muris reficiendis electus Ol. 110, 2.[a] Scirophorione mense, cum instaret bellum contra Philippum novissimum, et post proelium ad Chaeroneam Ol. 110, 3. Metagitn. 7., cum maxima opera munimentis reficiendis impenderetur, duas fossas circa Piraeeum suo sumptu duxerat tria talenta largitus: eodem

[a] [Imo Olymp. 110, 3. Neque Ctesiphontis rogatio Olymp. 110, 3., sed 110, 4. facta. V. ad p. 243, 10. G. DINDORF.]

tempore centum minas ex privato in *τὸ θεωρικὸν* erogaverat, quod et ipsum curandum forte cum aliis novem acceperat, cf. Orat. p. 243. 266. 315. sq. Hinc ansam rogationis sumpsit Ctesiphon, proposuitque Pyanepsione Ol. 110. 3., ut Demosthenes et propter haec dona et propter virtutem ac benevolentiam omni tempore reipublicae probatam corona aurea donaretur, eaque donatio Dionysiis magnis in theatro pronuntiaretur. Quae quidem rogatio senatusconsulto comprobata, unde *προβούλευμα* passim dicitur, antequam ad populum ferretur, intercessit Aeschines, libello ad archontem d. VI. Elaphebolionis ejusdem anni delato postulans Ctesiphontem psephismatis legibus contrarii, mulcta quinquaginta talentorum dicta, cf. p. 243. Accusatio in tria capita distributa est. Contendit Aeschines Ctesiphontem contra leges rogasse, primum quod de Demosthenis virtute et benevolentia falsa scripserit, legibus falsa scita in aerario publico reponi prohibentibus, deinde quod rationibus nondum relatis eum coronandum censuerit, vetante lege ne quis corona donetur in magistratu priusquam rationes retulerit, denique quod addiderit ut in theatro praedicatio donationis fiat, cum lex sit eos, qui a populo donentur, in concione donari debere, qui a senatu, in senatu. (Confer ad haec Ciceron. de opt. gen. orat. c. 7.) Tradito hoc libello non tamen statim etiam orationem suam habuit Aeschines, sed contentus interim prohibuisse intercessione sua ne senatusconsultum ad populum ferretur, judicio opportunius tempus exspectavisse videtur, si forte studia civium in Demosthenem refrigescerent, quem illo anno contra accusatorum impetus luculenter defenderant. Tradunt autem veteres Aristophonte archonte demum orationes habitas, h. e. Ol. 112, 3., v. [Theophrast. Char. c. 7. *προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντός ποτε γενομένην τῶν ῥητόρων μάχην*[b].] Dionys. Epistol. ad Amm. vol. 6. p. 746.,[c] et Plutarch. Vit. Demosth. c. 24., quod Cicero de opt. gen. orat. c. 7. sic dicit: *Alexandro jam Asiam tenente.* Ac tertio Olympiadis anno rem actam etiam Aeschinis verba p. 89. ostendunt Pythia instare dicentis, quae tertiis Olympia-

b [Addidi omissum a Disseno locum Pseudo-Theophrasti, quem non intellexerunt Casaubonus aliique notati ab Clintono Fast. Hell. vol. 2. p. 157. G. DINDORF.]

c [Dionysii verba sunt, *οὗτος γὰρ* (Demosthenes) *μόνος εἰς δικαστήριον εἰσελήλυθεν μετὰ τὸν πόλεμον ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος ὀγδόῳ μὲν ἐνιαυτῷ μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ἕκτῳ δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτὴν, καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἀρβήλοις ἐνίκα μάχην.* Nam sic haec in ordinem redegit Bentleius in libris valde turbata, *ἄρχοντος μὲν ἐνιαυτὸν μετὰ — ὀκτὼ δὲ μετὰ —*. Cf. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 309. Pro *octavo* et *sexto* Dionysius *nonum* dicere poterat annum et *septimum:* sed plenos tantum annos numerare ei placuit. Male vero Plutarchus V. Demosth. c. 24. decem annos dixit, *εἰσήχθη ἡ περὶ τοῦ στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος, γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος μικρὸν ἐπάνω τῶν Χαιρωνικῶν, κριθεῖσα δ' ὕστερον ἔτεσι δέκα ἐπ' Ἀριστοφῶντος.* in quibus verbis illud quoque *μικρὸν ἐπάνω* falsum est. Nam ad Chaeroneam mense Metagitnione est pugnatum, accusatio autem ab Aeschine instituta septem mensibus post. Rursus alio modo peccavit Cicero l. ab Disseno citato *quadriennium ante Philippi Macedonis mortem* dicens pro sedecim mensium tempore: unde *biennio* conjecit Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 364. G. DINDORF.]

dum annis celebrari solita constat, vere an auctumno dubium, credo auctumno.[d] Cum autem duo tempora Aeschini credas prae aliis idonea fuisse, alterum Ol. 111, 3. post Thebas ab Alexandro Ol. 111, 2. dirutas, cum Athenienses perterriti essent, et Ol. 112, 3. post bellum, quod Peloponnesii contra Macedones Ol. 112, 2. commoverant, ab Antipatro oppressum, prius tamen nondum satis commodum ei videtur visum. Expoposcerat non diu ante Alexander cum aliis oratoribus Demosthenem, sed Athenienses summo studio carum sibi virum tuebantur, et vel Demades magnam apud populum gratiam se initurum putaverat si Demosthenem deprecaretur. Postea vero victo Agide Spartanorum duce et Alexandro Asiam tenente sic potuit fractos videre Aeschines animos amicorum Demosthenis, ut adesse putaret tempus ad explendum odium. Atque Alexandrum, qui Ol. 111, 3. Hellespontum trajecerat, cum hae orationes haberentur, jam vicisse multis proeliis Persas et Demosthenis verba p. 311. 316. ostendunt et Aeschinis p. 72.; de Agide paullo ante debellato dicit Plutarchus Vit. Demosth. c. 24. Assentimur igitur Rauchensteinio in *Commentatione de tempore quo Aeschinis et Demosthenis orationes Ctesiphonteae habitae sint*, edita Argoviae a. 1835, bene de hac re disputanti, contra Westermannum, qui in libro *de litibus quas Demosthenes oravit ipse*, (Lips. a. 1834.) p. 85. posthabitis testimoniis veterum orationem hanc Ol. 111, 3. adscripserat. Qua conjectura non opus. Si quattuor annos differri res potuit, potuit etiam octo. Tradiderat Aeschines libellum archonti Elaphebolione mense; hic diem judicii constituit credo sic, ut aliquot mensibus post caussa diceretur. Sed Aeschines postea dilationes petiit. Sic elabi potuit finis anni. Successit alius archon, qui non curabat tradita antecessori. Quare cum Aeschines taceret et alii omnes, jacuit libellus, donec ab Aeschine denuo dies postularetur.[e] Atque haec de tempore judicii, de quo post Aeschinem p. 61 Cicero l. c. scribit: *Ad quod judicium concursus dicitur e tota Graecia factus esse. Quid enim aut tam cisendum aut audiendum fuit quam summorum oratorum in gravissima caussa accurata et inimicitiis incensa contentio?* Videamus nunc ipsas orationes.

Primum igitur prodiit Aeschines, qui mutato ordine capitum in libello positorum sic disposuit orationem suam: Post *prooemium*, primum ostendit non licere coronari quemquam nisi rationibus relatis, Demosthenem vero tum functum duobus muneribus esse ei demandatis necdum retulisse rationes cum Ctesiphon rogationem suam scriberet; deinde exponit praedicationem donationis in theatro fieri nulla lege licere. Ac postquam sic

d [Hoc demonstravit Clintonus Fast. Hell. vol. 2. Append. c. 1. p. 198—200. Idem de tempore hujus orationis disseruit ib. c. 20. p. 361 seqq. De Pythiis quae dixerat Clintonus impugnavit Boeckhius in Corp. Inscr. vol 1. p. 812 seqq., contra quem disputarunt Boehneckius Quaestion. vol. 1. p. 307 seqq. Brueckner. histor. Philippi p. 201. et Clintonus ipse in tertia operis sui editione p. 249. G. DINDORF.]

e [V. ad p. 243, 10. G. DINDORF.]

capere animos judicum studuit vi demonstrationum ex legibus petitarum, postremo ad tertium accedit, de quo non minus persuadere cupit quodque antecedentibus uberius explicat, Demosthenem res publicas male tractasse omniumque malorum publicorum auctorem exstitisse, esse civem improbum vita ingenioque donatione illa indignum. Haec ut ordine persequatur, dispescit vitam publicam et facta Demosthenis in quattuor tempora. Ac primum tempus est cum Ol. 108, 2. de pace cum Philippo facienda ageretur, quam male properaverit cum Philocrate Demosthenes, etiam legatis Philippi tum turpiter blanditus. Secundum tempus dicit ubi Demosthenes mutaverit mentem relicta amicitia Philocratis, et Philippi accusator factus: inde bellum et turbas ab eo excitatas; nam rupisse Demosthenem pacem, quod vero societatem Euboeae a se paratam jactet, turpiter cum in his rebus se gessisse pecunia corruptum. Tertium tempus complectitur bellum contra Amphissam, societatem Thebanam ultimumque Atheniensium certamen contra Philippum; Demosthenem totius calamitatis urbi his rebus ortae esse auctorem. Quarta denique pars criminationum Alexandri tempora attinet; blandiri eum nunc clam Alexandro, unde tria tempora opportuna praetermiserit, ubi patriae prodesse potuerit. Postremo claudit haec omnia sic, ut viri popularis imaginem proponat et Demosthenem cum hac comparet, cui originem turpem a matre et vitia multa exprobrat. Atque haec *prior* orationis universae pars est, sequitur *altera*, ubi omni modo hortatur judices caveant ne coronetur Demosthenes. Ac primum de abusu praemiorum publicorum dicit, ne honores in paucissimos olim eosque de republica optime meritos a populo collati malis nunc tributi vulgentur, monetque deinde antiquam severitatem in judiciis παρανόμων revocandam esse, veram eorum exercendorum rationem docens. In quem finem jam ostendit quibus artibus et dolis Ctesiphon et Demosthenes caussam suam acturi sint, postulatque a judicibus ut eundem ordinem rerum Demostheni praescribant, quem ipse in hac oratione secutus sit: ac cum animi judicum etiam calumniis decipiantur ab adversario jactis, porro criminationes futuras Demosthenis considerat et refutare studet, maxime illud quod antea non accusaverit adversarium. Post haec observat etiam turpe esse auctorem tot tantorumque malorum meritis vero nullis conspicuum honorari publice et reipublicae et iis qui olim ob egregia merita honorati sint, nec non damnosum juventuti. Quare caveant malos homines servatores civitatis sese dicentes, patriae vero et legum memores sint et clarorum majorum. Postremo subjicitur epilogus.

Aeschinis oratione finita primum Ctesiphon respondit, quam tamen responsionem brevem credas fuisse. Hic fortasse etiam de dilatione malitiosa caussae per octo annos questus est. Omnino consentaneum est Ctesiphontem et Demosthenem defensionis partes inter se distribuisse consiliis collatis.

Ctesiphonti συνήγορος successit Demosthenes, cujus nunc considerabimus orationem, quomodo composita sit.

In exordio §. 1—10. gravi et solemni formula invocat deos, ut in hac tanta caussa benevolentia judicum sibi adsit et fides jurijurando debita, quo possit libere defensionis ratione et ordine eo uti quo velit. Esse duo incommoda magna sibi in hac contentione; tamen non posse aliter fieri, communem esse caussam sibi et Ctesiphonti. Unde denuo ad superiora vota redit repetitque aliis verbis quod initio significaverat, sic claudens totum.

Post exordium, antequam ad ipsius libelli capita consideranda accedat, ponit §. 10—65. *refutationem criminationum a caussa alienarum, ut ait, quibus tamen decipi potuerint judices.* Pertinent haec partim ad privatam vitam suam, partim ad publicam ex eo tempore, cum nondum regeret rempublicam. Ac de privata vita nunc breviter respondet, de ceteris autem uberrime. In quo primum omnino consilium hujus accusationis insectatur pravum et malitiosum, quod malefacta tanta non singula olim suo quodque tempore ultum iverit Aeschines, et quod non directe ipsum aggrediatur, sed in Ctesiphontem litem et noxam intenderit, cum tamen omnia adversus sese dixerit: ad quam consilii malitiam etiam infra identidem redit. Jam ad ipsa singula accedit, quae hic refutare voluit. Nempe vidimus supra Aeschinem in quattuor tempora facta Demosthenis dispertiisse, quorum primum dicebat cum Ol. 108, 2. de pace cum Philippo facienda ageretur. Atque de hac pace et hoc tempore nunc exponit Demosthenes. Silentio enim praeterire has res nullo modo poterat; cum autem tum nondum regeret rempublicam, eas a caussa alienas dicit, atque ita scite sejungit a splendore ceterorum factorum suorum. Dividitur tota expositio quattuor partibus. Primum enim ipsam pacem purgat non suis rogationibus compositam, deinde ostendit Aeschinis et aliorum legatorum cunctatione et proditione factum ut oppida Thraciae complura inter pacem confirmandam posset Philippus capere, tum ejusdem post reditum mendaciis, cum sic Philippus nec inopinato irrumpere potuerit, Phocensibus interitum paratum declarat, postremo statu malo Graeciae proditorum magna multitudine deceptae coactas Athenas demonstrat etiam per sequentes annos servare pacem, Philippi autem potentiam magis magisque crevisse. Atque ita pacis illius caussas primarias explicans Macedonicaeque factionis proditionem et Graeciae malum statum ac pericula crescente Philippi audacia ostendens *praeparat secuturam suorum factorum et certaminum contra regem expositionem.* Eam orditur *recitando libello ab Aeschine archonti tradito proponendisque partibus defensionis ad normam libelli instituendae.* Cum enim dispositio capitum libelli sibi utilior esset, non ad orationem Aeschinis, ut iste postulaverat, sed ad hunc libellum rerum ordinem componit. De quo artificio jam veteres monuerunt. Factum est sic ut ordiri defensio a rebus gestis et redire potuerit ad has, quemadmodum infra videbimus. Decurrunt

quae nunc sequuntur a §. 65—161. Primum igitur aggreditur res pro incolumitate Atheniensium et totius Graeciae contra Philippum gestas dicere, ut ostendat Ctesiphontem non falsa de virtute sua et benevolentia praedicasse (§. 73—140.). Praemittit singulis rebus generalem introductionem, ubi primum iterum dicit de statu tristi Graeciae, qualem invenerit cum ipse ad reipublicae gubernacula accederet, deinde vero quae partes in tali tempore Atheniensium debuerint esse et oratoris suasoris disquirit, crescente in dies Philippi audacia et jamiam Athenas ipsas petente, §. 74—89. Post haec cum probasset vel sic non suis rogationibus sed Philippi dominandi libidini pacis solutae caussam tribuendam esse, de potioribus rebus gestis suis ipsis dicit, primum de liberatione Euboeae, ubi Philippi tyranni dominabantur, suis rogationibus debita et corona inde accepta — §. 108., deinde de auxilio Byzantiis et Chersoneso lato, ubi civitas ipsa coronata sit a servatis—§. 117., ac cum nec Euboeae urbes nec Byzantii hanc gratiam ob malefacta priora meruissent, praeterea has expeditiones subjecta generaliori demonstratione defendit, exemplisque ex historia reipublicae docet etiam antea eam non aliam rationem secutam, ubi de gloria sua et Graecorum incolumitate ac libertate ageretur, et vel se suadente aliter, tamen non acturam fuisse tum aliter postremo enthymemate nervoso probans, sic hunc locum absolvit, ut jam nihil sit quod addi posse videatur. Denique tertium subjicit factum, emendatum a se navalium rerum statum lege trierarchica nova, quod illustrat, §. 127—139. His omnibus enarratis patet talia se egisse, unde potentia, honos, gloria civitatis augeretur, nec quidquam magis cordi habuisse quam patriae utilitatem et prosperitatem: qui est exitus primae partis de rebus gestis. Ut postremo Aeschinis orationem comparemus, quod iste secundum tempus dicit vitae publicae Demosthenis, maximam partem huc pertinet. Ibi enim contendit pacem a Demosthene ruptam, quod ab hoc vidisti negari, dicit deinde de Euboicis rebus et dixerat etiam de auxilio Byzantiis lato, ut ex Demosthenis verbis §. 117. 176. patet. Trierarchicam vero legem alio loco memorat. Haec de his. Demosthenes nunc respondet ad cetera capita accusationis, §. 140—161. Ac quod Ctesiphon rationibus nondum relatis scripserat coronandum Demosthenem distinctione facta defendit. Omnino se rationibus reddendis per totam vitam civitati obnoxium declarat propter munera administrata et data consilia, sed hanc coronam ob summam de suo civitati ultro impensam esse sibi destinatam, quem honorem etiam aliis ob idem meritum habitum. Ultimo loco de renuntiatione coronae in theatro dicit, quam non illicitam esse lege Dionysiaca quadam probare studet, unde etiam aliae multae coronae illic renuntiatae sint. Postremo quemadmodum antecedentem locum enthymemate clauserat, quo calumniam adversarii ostenderat (§. 133.), sic nunc totam hanc rerum partem absolvens maledicentiam Aeschinis data opera accusat, et in

fine iterum subjungit enthymema hostilem in patriam animum hominis fortiter arguens (§. 160.).

Consideratis omnibus libelli capitibus ad ultimum progreditur contra Philippum bellum et proelium ad Chaeroneam. Quae apud Aeschinem in tertia parte vitae publicae Demosthenis tractantur. His igitur altera pars orationis occupatur, de qua dispositione antequam pergamus explicandum videtur. Non erat dubium accusationem de rationibus non relatis et de praedicatione coronae in theatro praetextui sumpta, imprimis vero res gestas Demosthenis et totum ejus certamen contra Philippum spectari. Vere scribit Cicero de opt. gen. orat. c. 7. consilium fuisse ut nomine Ctesiphontis judicium fieret de factis famaque Demosthenis. Non enim tam multa Aeschinem dixisse de rationibus non relatis quam de eo quod civis improbus ut optimus laudatus esset. Quare etiam Demostheni defensio maximam partem huc dirigenda erat, *fuitque ei manifesto hac oratione propositum ut totius vitae publicae suae rationem redderet et rerum rationem ac consilium suae rerum publicarum gestionis explanaret, in quo ipso unitas operis inest.* Cetera capita accusationis minoris momenti visa sunt, cum inter omnes constaret saepe coronas sic ut volebat Ctesiphon decretas, et profecto recte leviora visa sunt tali defensori reipublicae in tali tempore, comparata cum maximis rebus, gloria, libertate, incolumitate Graeciae et Athenarum, pro quibus ipse contra Philippum acerrime certaverat. Haec igitur in media oratione collocavit primum quidem cum partim tamen ex jure debiliora essent nec locum darent exquisitioribus expositionibus, ut Libanius dicit in Argum. *τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος εἰς τὸ μέσον τοῦ λόγου ἀπέρριψε στρατηγικῶς, κακοὺς δ' εἰς μέσσον ἐλάσσας, τῷ δὲ ἰσχυροτάτῳ εἰς τὰ ἄκρα προσκέχρηται.* Deinde vero etiam ceteras caussas et commoda observes velim hujus dispositionis Fac enim post enarrationem factorum, quam vidimus, positam continuo totam ultimi belli defensionem, denique in fine reliqua libelli capita considerata, et dilata esset nimis diu responsio de *παρανόμῳ*, quod Aeschines praemonuerat, et displicuisset inaequalitas partium summa atque argumenti in fine exilitas. Nunc autem priorem partem factorum suorum postquam exposuit, subjungens statim quae ad cetera capita accusationis responderi poterant, consecutus est ut et harum defensionis partium minus inaequalis esset ratio et universae orationis forma melior et pulchrior fieret, siquidem divisa bifariam rerum gestarum explicatione effectum est ut commode in duas partes propemodum aequales argumentum totum orationis discederet, quarum posterior etiam gravitate superaret priorem. Tripartita divisio *γραφῆς* non poterat ibi pro fundamento subjici ubi unitas summa alia esset, *sed in quo maxima vis orationis esset posita, huc fuit etiam forma summa ejus necessario revocanda.* Ac priorem partem orationis vidimus, restat ut posteriorem describamus.

Dixi in *altera parte* de ceteris rebus gestis Demosthenis agi, sed agitur etiam de Aeschinis factis et moribus. Nempe prosciderat omni modo Aeschines mores Demosthenis, quem prodigum, venalem, ignavum dixerat, cui fortunam infaustam additam contenderat et fallacem esse eloquentiam. Propter quas calumnias cum etiam de isto dicendum esset, ut palam fieret quis ipse esset qui talia effutiret, orta sic est compositio hujus partis, quae tota in oppositione versatur. Nam profectus ab insectatione adversarii mox ad suas res gestas transit, et reversus iterum iterumque ad Aeschinis vitam moresque denuo ubique suam rationem opponit. Neque tamen initio praedicit se etiam de se iterum dicturum, sed ita loquitur quasi finita defensione justa nonnisi insectatione adversarii opus sit, celans cetera ad quae tendit. Nunc videamus singula. Igitur primum exponit ut Aeschines patre servo, matre nequissima natus, furtim parata civitate mox ingrato animo Antiphontis proditoris et Pythonis insolentis patrocinio et amicitia Anaxini speculatoris contra rempublicam fecerit §. 161—179., tum vero ad belli contra Amphissam caussam et originem enarrandam pergit, contenditque Aeschinem etiam hujus auctorem factum, sic Philippo viam in Graeciam irrumpendi et Elateam occupandi feci se, quam rem uberrime tractat—§. 205. Jam res eo deducta est, ubi Demosthenis partes incipiunt. Hinc enim ultimum certamen Atheniensium natum, ubi maxime splenduit Demosthenis virtus, sed exitum infelicem conatuum experta est. Explicat igitur nunc et defendit suam rerum gestionem magna arte eloquentiae. Atque in introitu ostendit summum discrimen Athenarum Macedonicae factionis culpa per Philippi adventum ortum §. 205—218., tum ad rem ipsam accedens describit *primum* ut postremo nuntio de Elatea capta allato maximus terror in urbe exstiterit, et in summa consilii inopia omnium ipse societatem cum Thebanis proposuerit tanquam unicum periculi avertendi modum et persuaserit populo—§. 229. *Deinde* demonstrat hanc rationem ut longe optimam ne nunc quidem improbandam esse post eventum, et tunc etiamsi omnes mala futura praevidissent, nihilominus ut urbe dignissimam eligendam fuisse—§. 266. *Tum* continuatur narratio. Thebani, ad quos legationem obiit, societatem oblatam accipiunt, et geritur bellum initio feliciter, unde maxima laetitia in urbe oritur, Philippus magno timore afficitur, Demosthenes corona donatur—§. 286. Cum autem nihilominus exitus infelix esset, *quarto loco* ostendit, quantum in se fuerit, nihil omissum quod ad victoriam ducere posset: nam cum ante se urbs propemodum careret sociis dum Philippum formidolosum adversarium haberet, exponit quot socios, quae pecuniae subsidia ipse contra comparaverit patriae quibusque praesidiis eam cinxerit, nec cladem sua culpa acceptam, sed exercitu Philippum exercitato et proditione vicisse—§. 309. *Denique* addit populum ipsum comprobasse auctoritate sua omnia facta, cum etiam post proelium ad Chaeroneam mirabiliter de ipso senserit—

§. 314. Emensa hunc rerum cursum oratio jam nova incrementa capit ex aliis calumniis Aeschinis. Accusaverat Aeschines fortunam Demosthenis ut malam et infaustam, malorum gravissimorum urbi caussam, quare nunc auctor longius progressus de fortuna explicat, distinguens publicam urbis et orbis terrarum fortunam a sua privata, cum qua Aeschinis fortunam miserabilem comparat. §. 339. Dixerat porro Aeschines identidem fallacem et dolosam eloquentiam Demosthenis. Quae criminatio cum non solum harum defensionum fidem minutum iret, sed etiam priorum consiliorum suorum probitatem suspectam redderet, respondet etiam ad hanc: regerit convicia in vim suam dicendi jacta in adversarium et ostendit ut ipse illa ad utilitatem, Aeschines vero ad perniciem patriae et inimicos ulciscendos usus sit; summam virtutem oratoris in vero amore patriae esse positam —352. Atque ita *postremo denuo* provocat ad judicium populi, qui cum laudationem proelio ad Chaeroneam caesorum, ut cognati epulum funebre, sibi, non aliis, mandaverit, etiam hoc modo luculenter declaravit cujus verbis et voluntati plurimum confideret, quem pro vero amico patriae haberet—352.

Accipe nunc *ultima* orationis, §. 352.—ad finem. Haec omnia cum ita sint, ait, tamen Aeschines mihi culpam malorum tribuit, qui ipse ab hostium partibus stetit, atque adeo φιλιππισμοῦ me accusat. Enimvero dabo vobis recensum proditorum per Graeciam—§. 367. Tum ostendit quanta constantia ipse summam rempublicam retinuerit atque defenderit, quibus praesidiis eam contra Philippi opes munierit—§. 378. Jam his laboribus pro patria susceptis opponit Aeschinis malitiam et segne otium, qui nihil prorsus bene reipublicae fecerit, benevolentiae signa nulla ediderit, at hostibus omnia gratificatus sit—§. 387. Quod denique majorum mentionem faciat Aeschines, sese voluntatem habere his similem, istum vero calumniatoribus eorum tum viventibus comparandum, ac dum iste civitate calamitate oppressa hostibus blandiatur, sese forti animo virtutem et benevolentiam in rempublicam retinere, servilium civium mores aversantem—§. 398. In *epilogo* denique precatur deos ut hos nefarios homines vel reducant ad meliorem frugem, vel si obnitantur, perdant funditus, patriam vero his malis explicitam et liberatam pristinae libertati et incolumitati restituant. Ita Demosthenes, nunc nonnulla de his moneamus. Quae Demosthenes usque ad §. 352. de rebus gestis suis exposuit trifariam divisa, respondent tribus partibus vitae prioribus ab Aeschine descriptis, ac cum libellus archonti traditus sit septem menses post proelium ad Chaeroneam, vides defensionem ad justum terminum deductam, utpote complexam omnia tempora et momenta quae γραφὴν antecesserant. Quod Aeschines praeterea quartam partem rerum addidit, quod de morte Philippi et Alexandri primo tempore loquitur, contendens etiam tum male se gessisse Demosthenem, egreditur manifesto terminum libelli, nec positi erant hi ἔξωθεν λόγοι in oratione habita ab eo ante judices, quoniam nullum apud De-

mosthenem vestigium est talis malitiae, ad quam haud dubie respondisset. Quae cum ita sint, quaeras quid sit quod Demosthenes post antecedentia praeterea dicere voluerit in fine orationis. Voluitne respondere ad calumnias quasdam nondum memoratas? At enim etiam alia multa hic habentur jam supra dicta. Nimirum hoc agit nunc, *ut denuo suae vitae publicae rationem adumbret et Aeschinis, summam antecedentium sic complectens et repetens graviter.* Quo exitu nihil potuit inveniri aptius. Non ego sum auctor malorum et proditor corruptus, ait, sed quotquot Aeschini similes in civitatibus Graeciae rerum habenas tenent, a quorum pessima contagione me purum servans et urbem, omnia feci quae potui pro patriae incolumitate et gloria. Aeschines vero plane nihil. Ac cum iste malitiose majores comparasset, etiam hac comparatione scite utitur ad virtutis suae imaginem absolvendam, ingenue significans se majoribus non dissimilem, aequalium vero nulli non parem. Tempus inter libellum traditum et judicium alienum erat per se a caussa; tamen ut par erat vel hoc breviter complexus est in his descriptionibus, quam mentem ab initio habuerit, eadem se depingens hodieque praeditum. Claudit totum *epilogus.*

Perlustrata tota oratione duas observationes addo, quarum una ad formam, altera ad rerum tractationem pertinet. Primum enim, postquam structuram orationis per partes egregiam vidimus, etiam hoc nolim te fugiat ut ubique bene distinxerit has partes; atque in fine solet plerumque impetum facere in Aeschinem, in quo non semel enthymematis acumine utitur gravi. Omnino amat claudere partes singulas sententiis ponderosis, acutis. Secundo loco de repetitionibus nonnulla dicenda videntur. Habentur repetitiones fortasse in omni oratione, nec evitari possunt semper, siquidem eadem re saepe alio loco denuo opus est, nec reprehendi hic quidquam potest, modo res digna sit quae repetatur, nec jejune id fiat sed cum variatione. Atque in hac oratione hujus generis est *quod in Aeschinis moribus accusat et in quo suorum factorum laudem et defensionem ponit.* Quae cum fundamenta sint orationis, patet cur saepius repetantur atque alias alio modo ostendi debuerint. Igitur Aeschini repetitis vicibus objicitur malitia hujus accusationis, quod non justo tempore accusaverit, sed nunc veniat diu post. De quo dicitur §. 14 seqq. §. 103. 160. 249. 282. 337. 344., sed alias alio modo et nunc hac nunc illa in occasione. Aliis porro locis generalius de moribus Aeschinis agit. Sic ostenditur §. 250. eum inimicum patriae esse, cum bonos viros accuset ubi quid adversi accidat. §. 341. seqq. vero disertius de pravo usu eloquentiae agitur quem faciat Aeschines, quod non ad utilitatem urbis ea utatur, sed invidiose, malitiose, nec sentiat idem cum civitate. Denique §. 380 seqq. de tranquillitate insidiosa hominis loquitur, ut recedat a rebus publicis quoties utile sibi videatur, tempus nocendi exspectans, tum prodeat repente ex insidiis accusaturus, utilitatem autem plane nullam attulerit civitati eloquentia

sua, id quod nunc uberrime et gravissime ostenditur. Etsi igitur revera his omnibus locis subest idem, tamen sic tractati sunt, ut nullus plane similis sit ceteris, ultimus autem omnium sit disertissimus et acerbissimus. Atque haec de Aeschine. In defensione autem factorum suorum, ut nunc ad alterum quod dicebam veniam, maxime urget Demosthenes primum quod sibi obstiterit malus status Graeciae et proditorum pessima multitudo, deinde non a se inventam quam secutus sit rationem rerum gerendarum, sed rempublicam semper eodem modo sensisse et egisse. Jam videamus repetitam etiam harum rerum tractationem. §. 180 seqq. in generali introductione, singulorum factorum expositioni praemissa, ostendit ut semper pro principatu et gloria certaverit urbs, nec potuerit ipse in Philippi invasionibus continuis aliam viam suadere. §. 257. seqq. vero etiam magnificentius idem argumentum tractat alio modo, ubi ultimum bellum defendit, ad Persici belli tempora regressus et per caesos viros fortes celeberrimis proeliis jurans. Sed quod §. 362. denuo paucis repetit, non a sese demum urbem didicisse obniti libertatis Graecae aggressoribus, mihi quidem non videtur necessario factum post antecedentes illustres expositiones. Bis etiam vel morte se dignum futurum fuisse affirmat, si aliter suasisset civitati, §. 125. et 266. Similiter denique quid sibi obstiterit inculcans in curriculo suo, de statu malo Graeciae identidem queritur, ac postquam de proditoribus §. 57. seqq. et 76. graviter dixit, tamen §. 362 seqq. omnium gravissime loquitur recensum istorum hominum agens, reservato sic ad finem acerbissima rei tractatione. Vides quid dicamus. Est etiam hoc artificium praeclarum artis oratoriae non semper uno loco dicere omnia, sed graviora alio atque alio loco ostendere, et nunc brevius nunc explicatius, nunc generalius nunc specialius, nunc hac nunc illa ex parte, quae res quam vim habeat haec ipsa oratio luculenter docet mirifice commovens praecipuis sententiis rebusque tanta cum ubertate ingenii identidem explicatis. Diximus de compositione orationis.

Solebat Demosthenes accurate meditari et componere orationes antequam diceret, cf. Wyttenb. Animadv. ad Plutarch. de Educat. Pueror. p. 105; vel sic non dubitabis minus emendatam hanc orationem fuisse cum haberetur, quam nunc est. Quis v. c. credat cum multis in locis refutentur quae Aeschines dixerat, haec omnia ex tempore sic elaborata fuisse ut nunc habentur? Edita tamen non diu post judicium videtur, fervente admiratione Graeciae. Nec Aeschinem diutius cunctatum credas, et hic quidem etiam plura mutasse et adjecisse videtur quae ante non dixerat. Sic omisit quae de Byzantiis dixerat, disertius elaboravit ut videtur locum de Euboicis rebus, manifesta mendacia intulit narrationi de societate Thebana, addidit quartam partem rerum quae post γραφὴν traditam evenerunt ab ipsa caussa ex jure alienam, sed malitiose nunc insertam. Similiter in posteriore parte non pauca videntur esse postea adjecta. Hujusmodi est quod

p. 81. et p. 86. respondet ad locos de medico et de Philammone apud Demosthenem §. 303. et 392; neque enim talia praescire poterat dictum iri. Intulit haec et alia per figuram *subjectionis* seu ὑποφορᾶς, qua ad nauseam utitur, atque etiam sic ut praeoccupet quae revera audiverat demum a Demosthene. Respicit enim ad auditam orationem, editam ante oculos non habuit, alioquin etiam plures graves locos refutare tentasset apud Demosthenem, quos nunc silentio transmisit. Quemadmodum etiam Demosthenes si Aeschinis editam orationem antequam suam ederet vidisset, ad quaedam nunc intacta relicta videri potest responsurus fuisse. Sed habuit uterque nonnisi auditam adversarii orationem ante oculos. Atque Aeschines quidem in exilio voluntario, quod sibi imposuit, suam videtur edidisse, cum Demosthenes hanc Athenis ederet. Dixerunt acute de his quaestionibus Westermannus et Rauchensteinius in commentationibus supra memoratis, et nos in Commentario saepius eadem tangemus, ubi de singulis locis disputabitur.[f] Haec hactenus.

Tu vero, lector, singulas partes praeclarae hujus orationis perlustrans, simul quae omnino fundamenta sint hujus magnificae eloquentiae ne obliviscere observare. Nulla est vera ars dicendi, ubi summus finis habetur ut quidquid velit, persuadeat orator auditoribus; Demosthenis vero *prima laus* censeri debet quod justum et honestum praedicat ubique pro libertate et gloria Graeciae et Athenarum certans, nec quidquam fingi potest in oratorio genere sententiis suis nobilius et elatius. Plutarch. Vit. Demosthen. c. 13. *Παναίτιος ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησὶν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατ' Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικούς· ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ*

f [Quae Dissenus hic et saepius in Commentario de locis dixit quos Aeschines et Demosthenes, quum orationes suas ederent, vel addidisse vel omisisse vel aliter atque coram judicibus dicti essent conformasse videantur, conjecturis nituntur valde incertis et infirmis, jure impugnatis a Fr. Frankio in censura editionis Disseni, quae inserta est Jahnii Annalibus philol. a. 1838. vol. 22. p. 374 seqq. Praeter enim quam quod non opus erat ut alter alteri ad omnia responderet quaeque objecta sibi essent eodem ordine eademque in capita divisa persequeretur, alia non pauca, quae ab adversario prolatum iri probabile esset, ex conjectura occupari, quod in judicialibus quoque de caussis privatis orationibus saepe factum videmus, vel (ut in caussa Midiana: v. p. 522, 24.) ex amicorum sermonibus cognita haberi poterant. Non negamus tamen Demosthenem, audita Aeschinis oratione, fortasse nonnulla aliter coram judicibus dixisse quam antea meditatus esset, neque hoc fieri non potuit, quod hodierni quoque oratores faciunt, ut Aeschines et Demosthenes orationes paullo limatiores ederent quam in judicio habitae essent. Verum de istiusmodi locis vanus est labor hariolari, nisi quis certioribus quam quibus pleraeque de hoc genere Disseni opiniones nituntur indiciis utatur, qualia sunt quod de Demosthene in annotationibus ad p. 269, 24. tetigimus, aut hoc Aeschinis p. 86, 16. *καὶ νὴ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους, ὧν ἐγὼ πυνθάνομαι Δημοσθένην λέξειν, ἐφ' ᾧ νυνὶ μέλλω λέγειν, ἀγανακτῶ μάλιστα. ἀφομοιοῖ γάρ μου τὴν φύσιν ταῖς Σειρῆσιν, ὡς ἔοικε. καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνων οὐ κηλεῖσθαί φησι τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' ἀπόλλυσθαι.* Quae non leguntur apud Demosthenem, sed quae dicturum eum esse fama, ut videtur, acceperat Aeschines. G. DINDORF.]

τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος.—*Alteram virtutem* puta ingenii ubertatem et tractationis admirabilem usum, siquidem nihil acute inveniri potest in iis caussis, quas scripsit, quod ille non viderit, nihil explicari disertius, demonstrari accuratius, quam ille fecit, ut non credas reperiri posse quod opponi possit. *Tertio denique loco* accedit orationis perfecta ars. Dicit Dionysius de adm. vi dicendi in Demosth. c. 8. διάλεκτον Demosthenis μεγαλοπρεπῆ, λιτήν· περιττὴν, ἀπέριττον· ἐξηλλαγμένην, συνήθη· πανηγυρικὴν, ἀληθινήν· αὐστηρὰν, ἱλαράν· σύντονον, ἀνειμένην· ἡδεῖαν, πικράν· ἠθικὴν, παθητικήν· similiterque periodorum Demosthenicarum admirabilis est compositio ab nullo dum oratore superata.

In argumenta Graeca.

222, 1. τοὺς ἐπαίνους—τοὺς ἐπὶ τῷ Δημοσθένει] Notanda constructio. SCHAEF.

222, 12. μέσα] Similiter in argumento, quod sequitur: τοὺς μὲν γὰρ δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος, εἰς τὸ μέσον τοῦ λόγου ἀπέρριψε στρατηγικῶς τοὺς κακοὺς ἐς μέσον ἐλάσας. Quintilianus 7, 1. *Demosthenes atque Aeschines—in judicio Ctesiphontis diversum secuti ordinem, cum accusator a jure, quo videbatur potentior, coeperit, patronus omnia vel pene omnia ante jus posuerit, quibus judicem quaestioni legum praepararet.* Καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ, inquit Xenophon Memorab. l. 3. in principio, τούς τε πρώτους ἀρίστους δεῖ τάττειν καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν δὲ μέσῳ τοὺς χειρίστους κ. τ. λ. TAYLOR. Confer Syriani locum a Reiskio citatum ad p. 243, 23., ubi docetur Oratorem τὸ νόμιμον ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἐν μέσῳ τοῦ λόγου, θεῖναι. Quanquam vel sic apparet summum in ordinandis partibus admirabilis hujus orationis artificium. SCHAEF.

223, 15. δεδόχθω] δεδόχθαι Wolfius recte: v. ad p. 235, 7.

223, 16. τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν] Usitatum est τραγῳδῶν γιγνομένων (Aeschin. p. 59, 23.), vel τραγῳδῶν μελλόντων γίγνεσθαι s. εἰσιέναι (Aeschin. p. 75, 26. 83, 11.). vel τραγῳδοῖς καινοῖς (Demosth. p. 243, 17.) Sed τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων legitur in decreto Atheniensium in honorem Hyrcani apud Joseph. A. J. 14, 8, 5: unde scriptori argumenti τραγῳδῶν potius restituendum esse arbitror quam Josepho τραγῳδιῶν.

ἴσως—βλέπειν] Delevit ut spuria Wunderlichius.

223, 29. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] Sic Wolfius pro vulgato οὐκ ἐν τῇ ἐ. Adduntur haec ad explicandum insolitum istud vocabulum, Πνυκί. Vide omnino Aeschinem c. Ctesiph. p. 427. ult. et annotationes ad locum. Similiter in libello Aeschinis infra p. 244, 1. ἐὰν μὲν ἡ βουλὴ στεφανοῖ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνειπεῖν, ἐὰν δὲ ἡ πόλις, ἐν Πνυκί, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. In hac quoque sententia est Wesseling. ad Petiti LL. Attic. p. 378. TAYLOR. Suspiceris totum hoc, οὐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, margini olim adscriptum ad verba

quae mox sequuntur, ἐν τῷ θεάτρῳ, loco non suo in textum irrepsisse. SCHAEF.

224, 12. περὶ] κατὰ Wolfius.

224, 17. εἰς τὰ ἄκρα] *In utraque acie.* TAYLOR.

224, 19. ἀναιδῶς] Non mutandum cum Wolfio in ἀνέδην. *Artificium summum adhibet Demosthenes, non tamen eo utitur ἀναιδῶς, sine pudore et moderatione. Aliquando enim orationem suam, non arte, sed utilitate, πρὸς τὸ συμφέρον, metitur:* uti in ea instantia, quam statim adhibet scriptor hujus argumenti. Nempe cum τῷ νομίμῳ Aeschinis τὸ νόμιμον, non τὸ τεχνικὸν aut artificiosum, opponere debuit, effecit sane ut ratio ejus administrandae reip. utiliter in locum istius τοῦ νομίμου succederet. Ad eum locum confugit, non arte aut calliditate aliqua, sed ratione et necessitate. TAYLOR.

225, 2. ἀποτεθείσης] F. ἀποδοθείσης, scil. τῷ ἄρχοντι ἢ τοῖς θεσμοθέταις. WOLF. Male hoc. Vide Ulpian. ad p. 266, 5. TAYLOR.

225, 20. συνεβίωσε τῇ εὐνοίᾳ] V. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1030. b. Similiter φιλοσοφίᾳ συζῶν schol. MS. Brunck. ad Aristoph. Nub. 504. V. H. Stephani Thesaur. s. h. v. SCHAEF.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ] Rhetores grammaticique articulum saepissime negligunt citantes τὸν περὶ (ὑπὲρ) στεφάνου. SCHAEF. Philostratus Isocratis Panegyricum κάλλιστον λόγων appellat. Sed Dionysius Halicarnassensis: τὸν ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. WOLF. Orationem hanc Aristides vol. 2. p. 382. hoc citat elogio: τὸν ὑπὲρ τῆς ἀναρρήσεως (subaudi τοῦ στεφάνου) λόγον. Photius Bibl. p. 800. hanc ipsam titulo κατ' Αἰσχίνου laudat, qui titulus alias vulgo orationi de Falsa Legatione tribui solet: nam p. 801. hanc κατ' Αἰσχίνου orationem ab oratione de F. L. planis verbis discernit. REISK. Quae Dionysii Halic. Wolfius citavit, leguntur vol. 5. p. 204. Similiter rhetor vol. 6. p. 948. s. ἐν δὲ τῷ κρατίστῳ τῶν δικανικῶν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου γραφέντι λόγῳ κ. τ. λ. De tempore, quo Oratio habita est, v. idem vol. 6. p. 746. coll. Bentl. de Epist. Phalar. p. 294. s. Lennep. SCHAEF.

225, 1. Πρῶτον μὲν κ. τ. λ.] Laudatur hoc exordium a multis antiquis scriptoribus, et a nonnullis illustratur quoque. *Est et ille verecundae orationi aptissimus, quo, quatuor primis leviter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus et deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo coepisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoque principio.* Quintilian. 11, 3. Adde 9, 2. 4, 1. bis. Demosthenem aliquatenus in hoc exordio fuisse adjutum his verbis Aristophanis Equit. 760. scholiastae ad locum illum opinio est.

*Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ,
εὔχομαι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι
βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβακχῶ,
ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας, δειπνεῖν ἐν τῷ Πρυτανείῳ.*

TAYLOR. Citant hoc prooemium, quod fuit antiquitati celeberrimum, Hermogenes p. 113. 283. et p. 344. ubi sic ait: *ἀλλ' ἔστι ταῦτα μὲν ἁπλῶς κατ' ἀφέλειαν ἠθικά. ἕτερα δὲ παρὰ ταῦτά ἐστιν, οἶμαι, τὰ ποιοῦντα οἷον ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν τὸν λόγον. αὐτίκα τό· Πρῶτον μὲν—εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις· εὐχή τις ἐστὶ δήπουθεν. ἀλλά τι παραπλήσιον ἔχει τῷ· ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα τῶν φόβων εἴημεν· ἐν Σικελικῷ ὑπ' Ἀριστείδου εἰρημένῳ* etc. Porro Thomas M. v. *βούλομαι* p. 167. Aristides de D. C. p. 248. *ἀξιοπιστίας δὲ αἴτιον καὶ τὸ τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ἀραῖς χρῆσθαι. οἷον·—καὶ πάλιν· Πρῶτον μὲν, ὦ ἄ. Ἀ., τοῖς θεοῖς εὔχομαι—.* Scholiastae Hermogenis Aldini p. 72. *ἀμέλει ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου* (sic Sopater ait) *τὸ μὲν εἶδος δικανικόν ἐστιν, ἡ δ' ἰδέα πανηγυρική, ἐπειδὴ περὶ εὐνοίας ὁ ἀγών. τινὲς δὲ καὶ συμβουλευτικὴν τὴν ἰδέαν φασί· ψεῦδος δέ.* P. 74. Syrianus ad locum Hermogenis, qui p. 54. ed. Crisp. versu 18. legitur, haec affert: *ἐπισημαίνονταί* (notant cum reprehensionis significatione) *τινες τῷ χωρίῳ, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἔχοντι· οὐ γὰρ πάντως τὸ δικανικὸν εἶδος τοῦ λόγου καὶ δικανικῶς ἐξενεχθήσεται. ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου δικανικωτάτῳ τῶν λόγων ὅτι πανηγυρίζει τῇ λαμπρότητι τῶν οἰκείων ἐναβρυνόμενος πολιτευμάτων.* et Sopater: *δικανικὸς ὁ περὶ στεφάνου. καὶ γὰρ ζητεῖται καὶ ἀμφισβητεῖται, εἰ ἄξιος στεφάνου ὁ Δημοσθένης, ἢ μή.* Marcellinus p. 173. 1. sic dicit: *ὁ μὲν κατήγορος ἐμποιεῖν σπουδάζει τὸ πάθος, ὁ δὲ φεύγων καταστέλλειν, ὡς Δημοσθένης. Αἰσχίνου γὰρ διαβαλόντος ὡς δεινὸν, εὐθὺς ὁ ῥήτωρ ἐκ προοιμίων καταστέλλει τὴν διαβολὴν διὰ τῆς εὐχῆς* (designat votum, quod orationem hanc orditur.) *θραύων τὸ πάθος καὶ ἐκβάλλειν ἐπειγόμενος.—καὶ ὁ μὲν Αἰσχίνης οὕτως. ὁ δὲ Δημοσθένης εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καταστέλλει ὁρῶν φλεγμαίνουσαν τῶν δικαστῶν τὴν ὀργήν· Πρῶτον μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι—καὶ πᾶσιν ὑμῖν. καὶ τὴν ἑαυτοῦ συστήσας προαίρεσιν ἐν τῷ προοιμίῳ, ἐν τοῖς ἐπιλόγοις καθάπαξ ἀναιρεῖ τὴν ὀργὴν καὶ τοὐναντίον εἰς εὔνοιαν μεταβάλλει. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε καὶ ἐκόμπασε περὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν* (sic). *λέγει γάρ* [p. 327, 2.]· *εἰ, οἷος ἐγὼ παρ' ὑμῖν, εἷς ἐν ἑκάστῃ* etc. ad *παροῦσιν ἐχρήσατο κακοῖς.* REISK. Add. Dionys. de comp. verb. vol. 5. p. 119. et p. 205. Tiberius p. 62. Rufus p. 75. SCHAEFER. Adde Lucian. vol. 2. p. 823. A precatione orditur etiam Lycurgus orationem adv. Leocratem, et vide aliud exemplum apud Dionys. de Dinarch. vol. 5. p. 657. Frequens tamen res apud Graecos non videtur fuisse. Aliter Romani oratores antiqui, de quibus memorabilis locus exstat ap. Serv. ad Virg. Aen. 11, 301. qui ad verba *praefatus divos* annotat haec: "*More antiquo. Nam majores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant, sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi. Nam generale caput in omnibus legimus. Unde Cicero* (Div. in Caecil.

13.) *per irrisionem ait: Siquid ex vetere aliqua oratione, Jovem ego optimum maximum.*" DISSEN.

225, 2. *ὅσην εὔνοιαν—πᾶσιν ὑμῖν*] Citant excerpta ex Grammatica Georgii Lecapeni in Matthaei Lectt. Mosqu. 1. p. 62. Juliani imitationem tetigit Wyttenbachius in Julianeis p. 137. Lips. SCHAEF. Joannem Chrys. vol. 1. p. 437 C. ed. Montf. addit Dobraeus, *διὸ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὅσην ἡμῖν ἀγωνίαν ἐνεβάλετε τῇ συνδρομῇ τῇ κατὰ τὴν ἀκρόασιν, τοσοῦτον ἐμπνεῦσαι θάρσος ἡμῖν διὰ τῆς σπουδῆς τῆς κατὰ τὰς εὐχάς.* Idem *εὔνοιαν* ipsum esse monet decreti verbum, quod de *διατελῶ* recte notare argumenti secundi auctorem sub finem: v. p. 248, 13. 253, 20. 263, 11. 286, 3. al. Aeschin. p. 89, 2. et 14. *κηρύττεταί τις ἐν τῷ θεάτρῳ ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας καὶ εὐνοίας.—ἡ εὔνοια καὶ τὸ τῆς δημοκρατίας ὄνομα.*

226. 2. *ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας*] Amplificatio qua totum (*ὑπὲρ ὑμῶν*) cum partibus (*εὐσεβείας τε καὶ δόξης*) composuit, ut etiam gravior videretur sententia latitudine sua. Sic schol. Venet. ad Hom. Il. 8, 496. de alio loco annotant: *Δημοσθένης αὔξων τὴν Μειδίου κακίαν φησὶ, καταδείσαντα τοῦτον καὶ τὸ τούτου θράσος.* Alia exempla schematis vide apud Lobeckium ad Soph. Ajac. p. 451. DISSEN.

226, 5. *περὶ τοῦ—ἐμοῦ δεῖ*] Hermogenes p. 292. *πλεῖον δὲ τὸ τῆς ἐπιμελείας καὶ τοῦ κάλλους ἔχουσιν αἱ μικραὶ τῶν λέξεων καὶ δι' ὀλίγων συγκείμεναι συλλαβῶν, οἷον· περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ.* REISK.

πῶς ἀκούειν] Respicit Aeschinem p. 82, 43 etc. DOBR.

226, 7. *τὸν ὅρκον—ἀκροᾶσθαι*] Verba jurisjurandi judicum sunt: *καὶ ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν.* Demosth. in Timocrat. p. 747. SEAGER. Diar. Class. 53. p. 50.

226, 8. *τοῦτο δ' ἐστὶν κ. τ. λ.*] Haec non egregia, ut Dissenus putat, verborum est explicatio, sed sophistica et aperte falsa interpretatio, quam frustra confirmare studebis. Neque oratores quidquam aliud quam ut eadem, quae adversario, ipsis concedatur benevolentia, ab auditoribus petunt. SPENGEL ad Anaximenis Rhetor. p. 184. Minucianus p. 158. locum hunc citans enthymema *ἀπὸ τοῦ καθόλου* appellat. REISK. *Περὶ τοῦ καθόλου* tradit Tiberius hoc ipso utens loco p. 38. SCHAEF.

226, 10. *προκατεγνωκέναι μηδὲν*] Subaud. *τοῦ εἰσαχθέντος.* SCHAEF.

οὐδὲ] Plene *οὐδὲ μόνον.* V. H. Stephani Thesaur. p. 6225 C. ed. Lond. et infra p. 257, 6. 7. 262, 12. SCHAEF.

226, 11. *τὸ τῇ τάξει—ἐᾶσαι χρήσασθαι*] Tiberius l. c. dat sic contracta: *τὸ τῇ τάξει καὶ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρῆσθαι.* SCHAEF.

τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ] Pro v. *ἀπολογία* severior logica generalius verbum postulaverit, ambabus partibus litigantibus melius conveniens, veluti *τῇ ἀποδείξει.* Sed consulto specialius verbum

praetulit, suae personae soli accommodatum, cum sui caussa hanc generalem sententiam dicat. DISSEN.

226, 13. χρήσασθαι] χρῆσθαι cum aliis libris Tiberius l. c. SCHAEF.

πολλὰ μὲν οὖν κ. τ. λ.] Interpretatur rhetorico modo h. l. Aristides de D. C. p. 204. initio capitis περὶ περιβολῆς seu de amplificatione: πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. τοῦτο ἀόριστον. νῦν τὸ ὡρισμένον, ἐν ἀθροίσματι προσληφθέν. δύο δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα. εἶτα ταῦτα κατ' εἶδος ἐμέρισεν. ἐν μὲν—ἄχθεσθαι. ἅπαντα γὰρ ταῦτα περιβολῆς ἐστι. ἡ πρόληψις τοῦ ἀορίστου.—τὸ ἐν ἀθροίσματι συλλαβεῖν.—τὸ κατ' εἶδος μερίσαι —. REISK.

πολλὰ μὲν οὖν—Αἰσχίνου] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 23. SCHAEF.

226, 16. ἀγωνίζομαι] Loco hujus verbi dat Aristides p. 206. νῦν ἐμοὶ ὁ ἀγών. REISK.

οὐ γάρ ἐστιν—ἀρχόμενος τοῦ λόγου] *Non pari ego et adversarius periculo ad judicium venimus: sed mihi quidem —. Nolo quicquam initio dicendi ominosius prologui.* Aquila Romanus p. 147. Ruhnk. SCHAEF. Demosthenes cum corona sperata favorem civium amittebat, si male egisse judicabatur, et auctoritatem qua publice florebat, Aeschines vero, si quinta pars suffragiorum non contingebat, quod factum, mille drachmas pendere debebat et facultatem similes accusationes instituendi amittebat, cf. Boeckh. Oecon. Athen. 1. p. 406. Meier. et Schoemann. de judic. Athen. p. 736. DISSEN.

226, 18. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν—] Vertit Aquila Romanus in libro de Figur. Sentent. juxta init. Adde Quintilian. 9, 2. Hermogen. p. 352. 410. TAYLOR. Citat h. l. Hermogenes p. 352. et 410. Demetrius de elocut. §. 253. REISK. It. Tiberius p. 25. ubi v. Boissonad. cui junge Ruhnken. ad Aquil. Rom. l. c. SCHAEF.

ἀλλ' ἐμοὶ μὲν—οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς] Sic est quoque in texto Bavarici, verum margo ita dat: γρ. ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐ βούλομαι δυσχερὲς. REISK. Consentiunt Demetrius Phaler. cum Tiberio ll. cc. SCHAEF. Idem legisse Harpocrationem non potest colligi ex ejus verbis βέλτιον οὕτως ἀκούειν ὅτι ἐγὼ μὲν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύω.

226, 19. εἰπεῖν οὐδὲν] Invertit Hermogenes p. 352. Sed Demetrius et Tiberius οὐδὲν δυσχερὲς εἰπεῖν. SCHAEF.

ἀρχόμενος τοῦ λόγου] Hermogenes l. c. ἀρχ. τοῦ λέγειν. Demetrius plane omisit. SCHAEF.

ἐκ περιουσίας] Laborasse jam veteres in hujus loci recta perceptione et interpretatione, constat ex Harpocratione, qui in v. Ἐκ περιουσίας prodit interpretationem ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος sibi magis probari quam eorum, qui v. περιουσίαν de opulentia accipiant. Et profecto haud leve quoque est hanc dictionem, ἐκ περιουσίας, Latine reddere, si presse quidem et concinne reddere velis, unaque significationes quae in ea insunt adumbrare. In-

sunt autem ei hae tres praecipue notiones, fallendi otii ergo, quia quod agat melius nil est, me vexat; 2. ex mero fastu, insolentia, protervia, petulantia; 3. sed hoc in primis, quia, quicunque erit caussae exitus, sive secundus sibi, sive adversus, res suae, Aeschinis puta, post caussam dictam (etiamsi amissam) nihilo deteriore loco erunt quam fuerunt ante caussae dictionem. Si nihil lucretur, nihil tamen rursus multabitur. Thucydides 5. 103. praecipit χρῆσθαι τῇ ἐλπίδι ἐκ περιουσίας, uti quidem spe, veruntamen non ut praesidio palmario, sed *ex supervacaneo*, *ex abundanti*, velut adminiculo secundario, quod non tu quidem asperneris, attamen illi minimum omnium tribuas, sic ea fidas, ut sine ulla fraude tua prorsus aequissimo animo careas hac anchora, quia multo pluribus multoque firmioribus aliis niteris, ut, si prosper exitus spei tuae respondeat, laeteris, sin te fallat, nil ideo deteriore loco sis. Dio Chrysostomus p. 423, 29. queritur Tarsensium quosdam πολιτεύεσθαι ἐκ περιουσίας, remp. attingere obiter, subsecivis horis, fallendi otii ergo, cujus cum nonnihil supersit a negotiis domesticis peractis, in curiam, in forum provolant, quod melius agant non habentes. Philostratus p. 520, 22. ἐκ περιουσίας ἐκράτει τὴν πρεσβείαν, obtinebat legationem e superabundantia, h. e. non solummodo caussam vincebat, ob quam missus in urbem fuerat, sed etiam *insuper* multas impetrabat largitiones et gratias, neque rogatas, neque speratas. item p. 534, 19. Julianus in Misopogone (citatus a Valesio ad Harpocrat. p. 46.): ὅστις ἄρχοντα ὕβρισεν, οὗτος ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησε, non ipsum solummodo magistratum dehonestat, sed *insuper* quoque leges ipsas proculcat. Libanio vol. 1. p. 714, 10. οἱ ἐκ περιουσίας τῷ πολέμῳ χρώμενοι sunt, qui bella gerunt mera ex libidine et petulantia, otii fallendi caussa, non quo rem suam faciant, sed quia nihil amittunt. Apud Hermogenem p. 110. ed. Crisp. caput est περὶ τῶν ἐκ περιουσίας προοιμίων, de proloquiis accessoriis, quae veluti mantissae loco adduntur, tametsi sine iis quoque oratio sibi constet. REISK. *at a great advantage.* Figura videtur ab iis desumta, qui supervacanea tantum ex fortunis suis in discrimen committunt, quibus vel amissis jacturam non ita magnam faciunt. SEAGER. Diar. Classic 53. p. 50. Add. Hesych. vol. 1. p. 1147. Reisk. Ind. ad Demosth. et H. Stephani Thesaur. s. v. περιουσία. SCHAEF.

226, 27. ἂν δ' ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα κ. τ. λ.] Hermogenes p. 429. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου μέλλων ἑαυτὸν ἐπαινεῖν καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν πολλάκις χρῆται τῇ ἀνάγκῃ λέγων· ἐὰν δὲ ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα —. REISK.

226, 28. βαδίζω] V. Dorvill. ad Chariton. p. 439. Lips. SCHAEF.

227, 1. πειράσομαι—ποιεῖν] Citat Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 75. SCHAEF.

227, 2. τούτου τὴν αἰτίαν] Bene retorquet in adversarium quod hic Demostheni exprobraverat. Quint. Inst. Orat. 11, 1, 22. *Neque hoc dico non aliquando de rebus a se gestis oratori esse dicen-*

dum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte, quod tamen ita emendavit, ut necessitatem id faciendi ostenderet, invidiamque omnem in eum regereret, qui hoc se coegisset. Plutarch. Mor. p. 541 E. Ὁ δ' ἐπ' αὐτοῖς ψεγόμενος οἷς κατώρθωκε, καὶ παντάπασι συγγνωστός ἐστι καὶ ἄμεμπτος ἐγκωμιάζων τὰ πεπραγμένα· δοκεῖ γὰρ οὐκ ὀνειδίζειν, ἀλλ' ἀπολογεῖσθαι. τοῦτο γοῦν λαμπρὰν τῷ Δημοσθένει παρρησίαν ἐδίδου καὶ τὸν κόρον ἀφῄρει τῶν ἐπαίνων, οἷς παρὰ πάντα τὸν λόγον ὁμοῦ τι τὸν ὑπὲρ στεφάνου κέχρηται. DISSEN.

227, 6. ἐμοὶ καὶ Κτησιφῶντι] Sic pr. S. Alii libri omnes ἐμοί τε καὶ Κτ. Utrumque dici potuit; nam quod Schaeferus annotavit, non pati hanc formulam encliticam videri, quandoquidem Demosthenes et Ctesiphon ut duo, non ut ambo, cogitentur, ad id facile responderi potest quod respondit Dissenus, de conjunctione agi in eadem caussa. Est tamen τε fortasse solo errore librarii omissum in S. hic et p. 227, 29.

227, 9. εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας] Aeschines dixerat p. 84. σὺ δ' οὔτε περὶ τῆς οὐσίας οὔτε περὶ τοῦ σώματος οὔτε περὶ τῆς ἐπιτιμίας ἀγωνίζῃ· ἀλλὰ περὶ τίνος ἐστὶν αὐτῷ ἡ σπουδή; περὶ χρυσῶν στεφάνων καὶ κηρυγμάτων ἐν τῷ θεάτρῳ παρὰ τοὺς νόμους. Vides quam egregie Demosthenes respondeat. Erat enim φιλανθρωπία vox gratissima Atheniensibus; nam gloriabantur hac virtute, cf. Orat. adv. Leptin. p. 490. DISSEN.

227, 11. περὶ τούτων—ἀπολογουμένου] Citat Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 58. non sine vitio: vitiosius etiam Lexicon Paris. apud Osannum ad Philem. p. 257. SCHAEF.

227, 13. κατηγορημένων] κατηγορουμένων Georgius Lecapenus. SCHAEF.

ὁμοίως] ὁμοίως non cohaeret cum ἀκοῦσαι, sed cum ὑμῶν. *a vobis cunctis pariter*, excepto nemine, nobili ignobilive, potente an infirmo, sene an juvene, *peto atque contendo.* REISK.

227, 15. Σόλων—δημοτικὸς] Sic Aristoph. dicit in Nub. 1190. ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν. Saepe vero Solo vocatur δημοτικὸς, δημοτικώτατος, cf. Plutarch. Solon. c. 16. Bergmann. ad Isocrat. Areopag. c. 7. p. 97. Caeterum bene observat Jacobsius laudem Solonis hic simul propter ea positam videri, quae Aeschines dixerat p. 90. DISSEN.

227, 18. αἰτίας] *Criminationes.* Vide definitionem Demosthenis in Orat. adv. Androt. p. 600. Quare αἰτίαι et διαβολαὶ, αἰτίαι et λοιδορία junguntur. DISSEN.

ὁρῶν—διαβολὰς] Scholiastes Hermogenis: διττὸν τὸ τῆς διαβολῆς ὄνομα. ἐπί τε γὰρ τῆς διαβολῆς αὐτῆς (calumniatione, ut in vulgari sermone accipitur) τάττεται, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ· οὐκ ἔστιν οὐδὲ διάβολος γραῦς ἔνδον. καὶ ἐπὶ τῆς κατηγορίας, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου φησίν· ὁρῶ γὰρ ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολὰς—. REISK.

227, 20. παρελθεῖν] Citat h. l. Harpocration v. παρελθεῖν interpretans ἀντὶ τοῦ νικῆσαι. Simile ductum a certantibus cursu seu pedestri, seu equestri, seu curuli, et contendentibus inter sese praevertere. REISK.

227, 23. *διάγνωσιν*] *γρ. διαγνώμην, Ἀττικῶς*. Ita schol. Ulpiani. Quae vox Thucydidea est, non Demosthenica. SCHAEF.

227, 25. *μέλλων δὲ τοῦ τε ἰδίου βίου παντὸς κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 352. *αἱ δ' ἐνθουσιαστικαὶ ἐπικρίσεις ἧττον ἔχουσι τὸ ἐνδιάθετον, ἠθικαὶ μέντοι οὐδὲν ἧττόν εἰσι καὶ μᾶλλον προσήκουσι τῇ βαρύτητι, οἷον· μέλλων δὲ τοῦ τ' ἰδίου βίου παντὸς* etc REISK.

228, 5. *εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε κ. τ. λ.*] Syrianus p. 79. ad Hermogenem: *μάλιστα μὲν οὖν δεῖ περὶ τὸ κρινόμενον ἵστασθαι πᾶσαν τὴν δικαιολογίαν. εἰ δ' ἄρα τι κατεπείγει ἔξωθέν τινα παρεισάγειν, μιᾷ τῶν τριῶν μεθόδων χρησόμεθα τῶν τεχνικῶν, αἷς ὅ τε Θουκυδίδης κέχρηται καὶ ὁ Δημοσθένης παρ' αὐτοῦ* (hic videtur *λαβὼν* vel tale quid deesse). *ἢ γὰρ ἐπὶ τὰ πράγματα ἀνοίσομεν τὴν αἰτίαν, ἢ ἐπὶ τὰ πρόσωπα τὰ ἔξωθεν, ἤ, τὸ βιαιότερον, εἰς αὐτὸν τὸν ἀντίδικον. ἐπὶ μὲν τὰ πράγματα, ὡς ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας* (hic error est memoriae, nam locus legitur in Or. pro corona p. 230. 23.)· *ἔστι δ' ἀναγκαῖον, ὦ ἄνδρες, καὶ προσῆκον ἴσως, ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ὑμᾶς ἀναμνῆσαι, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε. ἐπὶ δὲ τὰ ἔξωθεν πρόσωπα, ὡς ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους· ἀναγκαῖον δ' ὑπολαμβάνω καὶ δίκαιον ἅμα περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν* (fieri potest, ut haec verba in Oratione in Aristocratem legantur[a]: insequentia certe leguntur in Or. pro corona p. 228, 11.), *ἵνα μηδεὶς ὑμῶν τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μόνον* (lege *μου*). *ἐπὶ δὲ τὸν ἀντίδικον αὐτὸν, ὡς ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου* (p. 236, 26.)· *ἀξιῶ δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ δέομαι, τοῦτο μεμνῆσθαι παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, ὅτι, μὴ κατηγορήσαντος Αἰσχίνου μηδὲν ἔξω τῆς γραφῆς, οὐδ' ἂν ἐγὼ λόγον ἐποιούμην—, καὶ πάλιν* (p. 228, 5.)· *εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ προβλήματος* (Lege *προβουλεύματος*.) *εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην.—ἐπισημαίνεσθαι δ' ἄξιον ὡς οὐκ ἀρκεῖ μόνον μιᾷ χρῆσθαι τῶν τριῶν μεθόδων βουλομένους τὸ παρὰ τὸ κρινόμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐνδείκνυσθαι ὅτι διὰ βραχέων λέξει τὰ παρὰ τὸ κρινόμενον καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὸ κρινόμενον ἥξει· πανταχοῦ γοῦν καὶ Δημοσθένης τό γε πρῶτον προστίθησι* (malim *τόδε πρῶτον προτίθησι*), *τὸ μικρὰ ἢ βραχέα περὶ τῶν ἐξαγωνίων ἐρεῖν*. REISK.

εἰ μὲν οὖν—ἀπελογούμην] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 28. SCHAEFER.

228.5.—243. 2. Refutatio praemissa criminationum gravium ad vitam privatam et publicam Demosthenis pertinentium, a caussa vero alienarum, ut ait, quas malevole finxerit Aeschines. Apparet prudenter hanc partem ab insequenti factorum suorum expositione separatam et ei praemissam, quae non id solum consilium habet quod Demosthenes ipse indicat, ne forte judices cavillationibus Aeschinis abalienati iniquo animo orationem audiant, sed etiam praeparat egregie et illustrat sequentia. Postquam enim ostensum est hac parte quae damna et pericula Aeschinis alio-

[a] Nisi forte hic etiam error est memoriae. Conf. v. 10. Ut Syrianus Demosthenica e nostra oratione omnia petiisse videatur. SCHAEFER.

rumque hominum factionis Macedonicae attulerit culpa, optamus vel maxime ut exsistat qui se fortiter opponat Philippo et defendat civitatis incolumitatem et honorem: ecce hic est Demosthenes et talem se describet per totam reliquam orationem. DISSEN.

228, 5. *περὶ ὧν ἐδίωκεν*] Sunt *ἃ ἐδίωκε* res in Ctesiphontis psephismate positae, ob quas tota accusatio instituitur, sunt ea quae ut *παράνομα* aggreditur *γραφὴ* tradita. *Κατηγορεῖν* vero et *κατηγορία* dicuntur de oratione actoris et accusatoris, cf. Meier. et Schoemann. de judic. Athen. p. 194. DISSEN.

228, 11. *τοῖς ἔξωθεν λόγοις*] *Criminationibus a caussa alienis.* Infra p. 236. *κατηγορεῖν ἔξω τῆς γραφῆς.* Isocrat. π. 'Αντιδ. §. 111. Bekk. *λέγειν ἔξω τῆς γραφῆς.* Panath. §. 80. *ὁρῶ δὲ τὰς πράξεις ἔξω λεγομένας τῶν ὑποθέσεων οὐκ ἐπαινουμένας.* Lysias (or. 3.) adv. Simon. §. 46. Bekk. *ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν οὐ νομιμόν ἐστιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν·* collatis Taylori Lect. Lys. p. 310. DISSEN.

228, 15. *εἰ μὲν ἴστε με κ. τ. λ.*] Aristides p. 248. *ἀξιοπιστίας δὲ καὶ ὅταν τις τὰς κρίσεις τῶν ταῦτα ἀκουόντων, ἐφ' οἷς ἂν λέγῃ, προσλαμβάνῃ, ὡς καὶ παρ' ἐκείνοις ὁμολογουμένων τῶν πραγμάτων.—οἷον· εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον· οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα.* REISK.

228, 16. *οὐ γὰρ—*] Sentit unusquisque legentium hiare sententiam et saltem tacite post *ἠτιᾶτο* subjicienda esse haec: (nam ut addantur, necesse non est) *οἷος δ' ἐγώ εἰμι, ῥᾴδιον ὑμῖν γνῶναι.* vel: *δύνασθε δὲ ἐμὲ, ὁποῖός εἰμι, εἰδέναι. facile enim vobis est me nosse, quippe qui totam aetatem meam inter vos exegerim.* REISK.

228, 17. *ἀνάσχησθε*] Scil. *ἐμοῦ γρύξαντος.* Aristides de D. C. p. 194. *ὅτε δὲ καθ' ὑπερβολὴν δύνασαι ἀποδεῖξαι μὴ ἀδικοῦντα σεαυτὸν, ἐκεῖ δὲ θρασύτητι χρῆσθαι τοιαύτῃ, ἀφαιρεῖν σεαυτὸν συγγνώμης ἢ φιλανθρωπίας τῆς παρὰ τῶν δικαστῶν, ὡς ὅταν λέγῃς· μηδὲ φωνὴν ἀνέχεσθε—καταψηφίσασθε.* REISK.

228, 20. *καὶ ἐκ βελτιόνων*] Lysias p. 118. H. St. *ἀλλ' ὅτι βελτίων καὶ ἐκ βελτιόνων ὁ φεύγων ἐμοῦ;* MARKLAND. Plato Gorg. p. 512 D. DOBR.

228, 27. *κακοήθης*] H. l. *Malitiose ingeniosus.* Docet quod ei mox opponitur *εὔηθες ᾠήθης.* SCHAEFER.

229, 1. *τετύφωμαι*] Vide Harpocrat. in v. et Lexicon rhet. in Anecd. Bekk. p. 308, 10. SCHAEFER. Psellus Opusc. p. 125. ed. Boiss.

229, 2. *τῆς δὲ πομπείας κ. τ. λ.*] Ex h. l. Ammonius p. 115. et Thomas Mag. p. 730. citant haec: *τῆς δὲ πομπείας ταύτης ὕστερον.* Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 58. haec: *τῆς δὲ πομπείας τῆς ἀνέδην οὑτωσὶ γεγενημένης.* Anecd. Bekk. p. 400, 20. haec: *τῆς δὲ πομπείας ταύτης τῆς ἀνέδην γεγενημένης.* SCHAEF.

πομπείας] Ulpian. *ὕβρεως, λοιδορίας, διὰ τὸ ἐν ταῖς πομπαῖς κωμῳδεῖν καὶ λοιδορεῖν ἀλλήλους.* Deinde sequitur scholion aliud, alterius, ut puto, scriptoris, quod tamen non longe distat sensu et interpretatione. Infra p. 268, 25. *ταῦτα τοίνυν εἰδὼς Αἰσχίνης οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο.* ubi rursus

consules schol. ad locum. Addes porro Hermogenem π. μεθ. δεινότ. statim ab initio, Harpocrat. s. v. πομπείας. TAYLOR.

229. 5. 12. Τὰ—ἐγγύς] Tria orator in hoc tanquam ingressu defensionis proponit: 1) atrocitatem criminum, 2) malum animum adversarii, 3) poenam sibi, si posset convinci, irrogandam. Jam orator sic pergit: Neque enim oportet (i. e. satis habendum est) jura τῆς ἐπιτιμίας alii (tertio cuidam, i. e. Ctesiphonti: v. p. 230. 10.) eripere nec jus fasque patitur hoc facere ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου, sed, si talia commisi, qualia adversarius paratragoedians jactat, in me, quo tempore deliqui, impetus fuit faciendus. SCHAEFER. Non tam plana est conformatio hujus loci quam alias loqui solet orator, ac notat ἀσάφειαν etiam scholiastes. Res tamen haec est: Non id agebat Aeschines ut poenas repeteret criminum insimulatorum, neque hoc erat verum consilium hujus accusationis, sed contumelia: calumniis undique congestis mores vitamque Demosthenis proscindens volebat famam adversarii evertere penitus et tandem communi contemtui civium objicere eum, qui tanta gratia apud eos floreret. Atque hoc est quod nunc urget Demosthenes multis verbis coacervatis, ad pravitatem talis malitiosi consilii significandam, atque etiam infra saepius repetit, veluti p. 268. φθόνου δίκην εἰσάγων, οὐκ ἀδικήματος οὐδενός. Clarior fuisset enuntiatio sententiae, opinor, si ultimam partem statim post primam posuisset hoc modo: "Crimina quidem objecta magna sunt gravibusque poenis obnoxia, has vero non quaerit nunc Aeschines, nec possunt eae a civitate vel ex parte sumi, sed hujus accusationis consilium unice contumelia est." DISSEN.

229. 7. τοῦ δὲ παρόντος—πάντα τὰ τοιαῦτα] Refert Hermogenes h. l. ad περιττότητα κατὰ πλῆθος p. 408., ubi sic ait: πλῆθος δέ ἐστι ποικίλων ὀνομάτων ἰσοτίμων ἐπίχυσις εἰς κίνησιν ἤθους, οἷον· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ προπηλακισμὸν καὶ λοιδορίαν ὁμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· ὅπου καὶ τὸ πλῆθος ἔδειξεν εἰπὼν ὁμοῦ. REISK.

229, 8. αὐτὴ] αὕτη S. aliique codices. Illud defendit Dobraeus collatis p. 168, 19. 292, 20. "Praetuli αὐτή. ipsum consilium propositumque, ad quod actor spectavit et contendit caussam capessens, sepositis et secretis criminibus." REISK.

μὲν] Huic respondet μέντοι v. 10.

229, 12. οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν] I. e. leges non sufficiunt ad poenam tantis criminibus dignam sumendam. Quod in S. pro ἔνι scriptum est ἔχει ex superiore ἔχει est repetitum librarii errore.

229, 13. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν] Haec ad superiora verba ἐχθροῦ—τοιαῦτα referenda esse recte monet Dissenus. Verba ipsa de juribus ἐπιτιμίας intelligenda esse dictum est ad p. 229, 5. Mirus est error Harpocrationis, a Photio et Suida repetitus. λόγου τυχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐπαίνου Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· neque enim verisimile est ἐπαίνου in εἰπεῖν mutandum esse cum Valesio. Locutionis λόγου

τυγχάνειν exempla Demosthenica indicavit Reiskius in Indice, velut p. 371, 14. *ἄχρι τοῦ λόγου τυχεῖν Φίλιππον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης.*

229, 14. *ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου* est *μετ᾽ ἐπηρείας καὶ φθόνου,* ac conferas *τὴν τῆς εὐνοίας τάξιν* infra p. 286. et *ἐν ἐχθροῦ τάξει, hostili modo,* Orat. in Leptin. p. 481. Poterat Demosthenes hic brevius sic dicere: *οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ μετ᾽ ἐπηρείας καὶ φθόνου τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν,* sed gravius divisit sententiam et duo membra fecit, cum prius etiam per se illicitum sit. DISSEN.

229, 15. *οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς*—] Probabilis est Morelli sive Lambini conjectura *ὃ* ante *οὔτε* inserentis, nisi quis sublata post *ποιεῖν* interpunctione verba *οὐδ᾽ ἐν ἐπηρείας τάξει—δίκαιόν ἐστιν* conjungere malit, quod Schaeferus proposuit.

229, 18. *ἐτραγῴδει*] *τραγῳδεῖν* est *verbis grandisonis conqueri, exaggerare,* quod simul cum allusione ad Aeschinis scenicam artem est dictum, de qua infra plura legemus. Pertinet eodem paullo post *ὑποκρίνεται.* Caeterum leges verbum etiam de fals. legat. p. 400. DISSEN

229, 19. *παρ᾽ αὐτὰ τἀδικήματα*] *εὐθὺς ὅτε ἠδίκουν ἐγὼ ταῦτα,* ferventibus delictis et flagrante crimine, ut ICti loquuntur. WOLF. *recentibus delictis.* Eo ore omnes fere Interpretes. Ita scribit Josephus Antiq. Jud. p. 416. *ἵνα γνῷς ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοὶ μὴ παρ᾽ αὐτὰ τἀδικήματα κολασθέντες,* scil. *poenam ex continente adjectam sceleri, τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον,* ut verbis utar Thucydidis 3, 38. TAYLOR.

229, 23. *οὐ γὰρ*—] Hermogenes p. 296. *ἡ ἐπαναστροφὴ τὸ σχῆμα τῶν καλλωπιζόντων· γίνεται δὲ, ὅταν τὸ τέλος τοῦ κώλου ἑτέρου ἀρχήν τις ποιήσηται. οἷον· οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι᾽ ἐμὲ, ἐμὲ δὲ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐγράψατο.* Sopater ad Hermogenem p. 128. s. *ὁ Δημοσθένης θείᾳ τινὶ μεθόδῳ κεχρημένος κἀν τούτῳ τὸ ἀξίωμα φυλάττει λαμπρῶς, καὶ—ἐξαίρει τὸ φρόνημα. ὥσπερ ἐν τῷ περὶ στεφάνου τοὺς μὲν παραγραφικοὺς λόγους τῷ ἀντιδίκῳ συνέπλεξε πρὸς αὐτὸν ἀποτεινόμενος, ὡς διὰ τοῦτο ἐφ᾽ ὅσον βούλεται χώραν παρέχων τῷ παραγραφικῷ, τοὺς δὲ τῆς ἀπολογίας τοῖς παροῦσι τὴν ἑαυτοῦ παρρησίαν οὐδὲν ἧττον ἐξαίρων. προὔταξε δὲ τὴν ἀπολογίαν τοῦ παραγραφικοῦ πάνυ τεχνικῶς, τοῦ μὴ δόξαι ἀσθενῶς ἔχειν περὶ τὴν ἀπολογίαν. ἔπειτα ἐπάγων τὸ παραγραφικὸν οὕτω πως λέγει* (p. 293, 22.)· *ἔστι δὲ ταυτὶ πάντα μοι πρὸς ὑμᾶς ἅμα καὶ τοὺς περιεστηκότας ἔξωθεν καὶ ἀκροωμένους· ἐπεὶ πρός γε τοῦτον αὐτὸν τὸν κατάπτυστον βραχὺς καὶ σαφὴς ἐξήρκει μοι λόγος. εἰ μὲν γὰρ ἦν πρόδηλα τὰ μέλλοντα, καὶ ἑξῆς. καὶ ἡ μὲν τῆς μεταχειρίσεως τοῦ παραγραφικοῦ μέθοδος τοιαύτη. περὶ δὲ τῆς τάξεως φαμὲν ὅτι Δημοσθένης συνιδὼν τὴν τοῦ κεφαλαίου δύναμιν καὶ πρώτην αὐτῷ καὶ μέσην χώραν ἀπένειμε καὶ τελευταίαν. καὶ πάντα ταῦτα ἐν τῷ περὶ στεφάνου εὑρήσεις. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν μετὰ τὰς προοιμιακὰς ἐννοίας οὕτω* (p. 229, 5.)· *τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλάκις*[b] *περὶ ὧν ἔνιοι τὰς ἐσχάτας τάττουσι τιμωρίας, καὶ ἑξῆς. κατὰ δὲ μέσον, οἷον*

[b] Corrig. *πολλὰ καί.* SCHAEFER.

p. 232, 21.)· ἔστιν οὖν ὅπου σὺ παρὼν τοιαύτην πρᾶξιν ἢ συμμαχίαν, ἡλίκην νῦν διεξῄεις, ὁρῶν ἀφαιρούμενον τῆς πόλεως, καὶ ἑξῆς. κατὰ δὲ τὸ τέλος· ἣν μέντοι τοῦ δικαίου πολίτου τότε λέγειν, μὴ νῦν ἐπιτιμᾶν. ὁ γὰρ συμβουλεύων, καὶ ἑξῆς.—περὶ δὲ τῆς ἐργασίας τοῦτό φαμεν. δύο τινὰ περὶ αὐτὸ θεωρεῖται, ῥᾳστώνη μὲν ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου, δυσχέρεια δὲ ἐκ τοῦ παρελθόντος, οἷον· εἰ παρ' αὐτὰ τἀδικήματα ἠλέγχθη, (p. 229, 20.), ῥᾳστώνην εἶχεν ἡ κατηγορία. χαλεπότης δέ ἐστιν ἐκ τῶν (f. τοῦ) μετὰ χρόνον ῥηθῆναι, ὥσπερ ὁ Δημοσθένης (p. 230, 1.)· καὶ ὁπηνίκα ἐφαίνετο ταῦτα ποιῶν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρημένος τοῖς πρὸς ἐμὲ, ὡμολογεῖτο ἂν ἡ κατηγορία τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. νῦν δ' ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ—καὶ τὰ λοιπά. δεῖ δ' ἐν τούτοις καὶ τὰ ἀντιπίπτοντα λύειν, ὥσπερ ὁ αὐτός. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ ὅτι ἢ δι' ἐπιείκειαν οὐ κατηγόρησεν, ἢ δι' ἀπραγμοσύνην, ἢ ὅτι οὐκ ἔτυχε παρὼν, ἢ ὅτι περὶ μικρῶν, ἢ ὅτι οὐκ ἐνόησε, λύει πάντα ταῦτα Δημοσθένης οὕτως εἰπών. τὴν μὲν ἐπιείκειαν οὕτως (p. 229, 23.)· οὐ γὰρ δὴ Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν, ἐμὲ δ', εἴπερ ἠδύνατο, οὐκ ἂν ἐγράψατο. (Hic videtur aliquid deesse.) πῶς γὰρ ἀπράγμων ἂν δόξειεν εἶναι, ὃς καὶ δι' ἐμὲ πράγματα παρέχοι (l. παρέχει[c]) ἑτέροις; τὰ δὲ λοιπὰ πάντα δι' ἑνὸς οὕτως (p. 232, 21.)· ἔστιν ὅπου καὶ σὺ παρὼν τηλικαύτην τάξιν (sic). ἡλίκην νῦν ἐτραγῴδεις. διὰ μὲν γὰρ τοῦ παρὼν λύει τὸ οὐ παρῆν, διὰ δὲ τοῦ τηλικαύτην, ὅτι οὐ μικρὰ ἢ φαύλη, διὰ δὲ τοῦ νῦν ἐτραγῴδεις τὸ ὅτι οὐκ ἐνόησας, ὃ πεποίηκας. Adde reliqua ad finem annotationis, quae nunc piget transcribere. REISK. οὐ γὰρ—ἐγράψατο citantur a Tiberio p. 42. et a grammatico Hermanni p. 367. Hujus autem membri qui sit nexus cum antegressis, Sopater perite ostendit. SCHAEFER.

229, 23. δήπου] δὴ Tiberius. SCHAEFER.

μὲν] Omittit Hermanni grammaticus. SCHAEFER.

229, 24. ἐξελέγξειν] ἐξελέγχειν αὐτὸν grammaticus Hermanni.

229, 28. τιμωρίαι] Poenae legibus constitutae. Cum autem neque hae sumi sine judiciis possint, et in iis caussis, ubi lex non praescripsit poenam, judices ipsi τίμημα decernant, pergit: *et caussarum contentiones et judicia, quae graves possent infligere noxas*, in ἀτιμήτοις ἀγῶσι puta, si gravium reum delictorum noxium judicant, in τιμητοῖς, cum praeterea noxae magnitudinem decernant. Caeterum τὰ ἐπιτίμια sunt omnino quae quis luere debet, sive debeat παθεῖν sive ἀποτῖσαι. cf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 739. DISSEN.

πικρὰ—τὰ ἐπιτίμια] Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 77. e Demosthene citans εἰσὶ νόμοι βαρέα τάττοντες τἀπιτίμια videtur hunc locum respicere. SCHAEFER.

230, 1. καὶ ὁπηνίκα ἐφαίνετο κ. τ. λ.] Citat Sopater. V. Reisk. ad p. 229, 23. SCHAEFER.

πεποιηκὼς] Perperam ποιῶν Sopater. SCHAEFER.

230, 7. ὑποκρίνεται] Histrionem agit, qui quaestus ei olim familiaris erat, h. e. alienam personam induit, non bona fide, sed mala fraude agit. Ctesiphontem accusat, quem laedere nullo

[c] Malim :—εἶναι ὁ—παρέχων—. SCHAEFER. Sic ap. Walzium vol. 4. p. 321.

modo vult, sed per latus ejus me petit, quamquam videri vult nullas simultates adversus me exercere. Citat h. l. Hermogenes p. 284. REISK.

230, 9. προΐσταται] Est i. q. πρόφασιν ποιεῖται, intelligendum illud de caussa vera, non de praetextu. Conf. p. 192, 5. s. SCHAEFER.

οὐδαμοῦ δ' ἐπὶ ταύτην ἀπηντηκὼς ἐμοί] *Nusquam tamen ad hujus disceptationem obviam mihi fit et se opponit mihi directe.* Orat. Mid. p. 563. ὡς μὲν οὐ πολλὰ καὶ δεινὰ πεποίηκεν οὗτος—οὐκ ἐτόλμων λέγειν, ἐπὶ ταῦτα δὲ ἀπήντων, ὡς ἥλωκεν ἤδη καὶ κατεψήφισται κ. τ. λ. DISSEN.

230, 10. τὴν ἑτέρου ζητῶν ἐπιτιμίαν ἀφελέσθαι φαίνεται] Si cadebat caussa Ctesiphon, multam pendere debebat impositam et, donec solveret nomen, debitor publicus civitatis fiebat, cum qua re ἀτιμία erat conjuncta, cf. Boeckh. Oecon. Athen. 1. p. 364. 420. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 743. Atque Aeschines quinquaginta talentorum τίμημα posuerat in γραφῇ, ut infra videbimus. quod minuissent judices, cf. Boeckh. l. cit. p. 411., sed ille tamen id egerat data opera, ut ἄτιμος fieret Ctesiphon et ἐπιτιμίαν amitteret. DISSEN.

230, 16. ἐξετασμὸν ποιεῖσθαι] *Disceptare*, de litigantibus; at ποιεῖν ἐξέτασιν judicum est, ut infra p. 303. Notat autem grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 93, 20. non laudari Demosthenem quod ἐξετασμὸν pro ἐξέτασιν posuerit. Nam illa forma minus purae Atthidis, vide Lobeck. ad Phrynichum p. 511. DISSEN.

230, 20. καθ' ἓν ἕκαστον] Cum totius vitae publicae rationem hac oratione reddere velit, scite explicationem universam harum rerum, ne fatigaret auditores, tribus locis divisit. Atque haec praemissa refutatio primam partem tractat, quae est *de pace Atheniensium cum Philippo facta* (Ol. 108, 2.) *et de legatione secunda ad eum missa.* Aeschines de his rebus loquitur in prima parte vitae publicae Demosthenis et initio secundae, p. 62. Dicit vero haec Demosthenes ἔξω γραφῆς prolata, cum aliorum orationibus et psephismatis propositis pax a populo decreta sit; suas tum partes *secundarias* fuisse et ad jusjurandum a Philippo quam primum exigendum pertinuisse, postquam pax populo placuerit. Narranda autem sunt nonnulla ex historia istius temporis, antequam ad singula verba veniamus. Philippus sceptrum Macedoniae sumpsit Ol. 105, 1. Paullo post cum Athenienses bello sociali impliciti essent Ol. 105, 3., Philippus eodem anno Amphipolin cepit, unde ortum bellum Atheniensium de Amphipoli recuperanda. Sociale quidem bellum finitur ab iis Ol. 106, 1., sed Philippus interim Pydnam et Potidaeam ceperat, jamque exarsit etiam in ipsa Graecia bellum Phocense sive sacrum Ol. 106, 2. quo mox in rem suam usurus erat. Athenienses quidem foedus cum Phocensibus fecerunt, et cum Philippus Thessalorum socius Pylas capere vellet Ol. 107, 1., celeriter classem miserunt et impediverunt transitum. Abiit interim tum Philippus, sed duxit exercitum in Thraciam, deinde

Olynthum aggressus est, cepitque Ol. 108, 1. Athenienses cum bellum de Amphipoli infeliciter gererent et eversa Olyntho nihil in septentrionalibus regionibus servassent praeter Chersonesum et Cersoblepten socium, a ceteris autem Graecis tum ubique dissidentibus auxilium sperari non posset, videbatur iis pax cum rege facienda. Ac Philippus amicissima consilia simulabat; significaverat saepius per cives, qui forte eum viderant, se cupere pacem. Vide historiam hujus pacis in Goelleri Prolus. Colon. 1823., in qua insunt Proleg. in Demosth. Orationes de Rep. habitas, et in Voemelii Proleg. in Orationem de Pace p. 240 seqq., in Brueckneri Historia Philippi (*König Philipp und die Hellenischen Staaten*) p. 143 seqq. Nempe Philocrates hinc primum psephisma proposuit, ut regi caduceatorem et legatos de pace mittere liceret, et cum Aristodemus histrio rursus nuntiavisset velle regem pacem, denuo prodiens proposuit ut decem legati ad regem mitterentur, qui eum invitarent ut, si transigere cum Atheniensibus vellet, mitteret legatos ad pacem faciendam. Rex legatos Atheniensium, quorum nomina in argumento secundo in Orat. de fals. leg. p. 336. leguntur, bene recepit, deditque epistolam, qua Atheniensibus omni modo se gratificaturum pollicebatur, atque etiam foedus optabat praeter pacem ut jungeretur; legati, quos promiserat se missurum, ad Dionysia magna Athenas venerunt. Hic Demosthenes, ut quam primum obligaretur rex semper nova agitans, operam dedit ut jusjurandum quam primum fieret, idque cum esset factum Athenis d. 19. Elapheb. Ol. 108. 2. suasit deinde ut statim ad regem legati mitterentur, qui etiam ab hoc jusjurandum reciperent. Creati legati certe ante d. 23. Elaph. et cum cunctarentur, senatusconsulto Demosthenis jussi sunt proficisci ad regem brevissima via, qui interim Cersoblepten in Thracia debellabat; hi vero exspectant Philippum in Macedonia, qui postquam Serrium, Doriscum et alia oppida ceperat, filium Cersobleptis obsidem secum ducens rediit, sed statim etiam arma contra Phocenses paravit, ut cum accepto jurejurando tandem post trium fere mensium absentiam legati redirent Athenas d. 13. Sciroph., etiam rex jam ad Thermopylas staret Phocenses aggressurus, quorum debellatio d. 23. Sciroph. peracta dicitur. Finitam rem Atheniensibus literis missis nuntiat non sine sarcasmo, ipse vero rediit, Pylis tamen retentis et alia tempora exspectans, in quem finem proditores alere pergebat ubique in civitatibus et corruptione in partes suas trahere quos posset. Atque haec praemittenda fuerunt propter sequentia. Summatim vero narravimus has res, non singulas quaestiones omnes et difficultates historicas exposuimus, de quibus data opera explicuerunt Winiewski in Comment. p. 70 seqq. et Westermannus in libro *de litibus quas Demosthenes oravit ipse*, p. 33 seqq. et Bruecknerus in libro laudato. DISSEN. Add. Boehneck. Quaestion. vol. 1. part. 2.

230, 23. Φιλοκράτους] Philocrates Agnusius erat amicus

Aeschinis, qui cum proponeret populo ut pax fieret, videtur id regis caussa fecisse, ac damnatus serius mortem exilio vitavit, cf. Demosth. de fals. legat. p. 376 seq. et Aeschin. de fals. legat. p. 29. Aeschines tamen contendit de fals. legat. p. 30. contr. Ctesiph. p. 62. Demosthenem his temporibus Philocrate familiariter usum, et cum eo operam dedisse ut pax fieret atque etiam in legatione secunda idem cum eo consilium esse secutum. Plura de homine vide apud Jacobsium hoc loco, et ad Philipp. II. p. 285. et ad Orationem de Halonneso p. 320., translationis suae. Amicitiam vero Demosthenis et Philocratis finxisse maligne Aeschinem observat bene Westermannus p. 34 seqq. DISSEN.

230, 23. *ἔστι δ' ἀναγκαῖον*—] Hermogenes p. 232. *καὶ εἰσὶν ἔννοιαι μὲν εὐκρινεῖς αἱ καταστατικαὶ πᾶσαι καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνάγουσαι τὸν λόγον, οἷον· ἔστι δ' ἀναγκαῖον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ προσῆκον ἴσως* etc. Conf. locum Syriani paulo ante ad p. 228, 5. recitatum. REISK.

230, 26. *ἀναμνῆσαι ὑμᾶς*] *ὑμᾶς ὑπομνῆσαι* Hermogenes p. 232. REISK. *ὑμᾶς ἀναμνῆσαι* Syrianus l. c. SCHAEFER.

230, 27. *τοῦ γὰρ Φωκικοῦ κ. τ. λ.*] Nobile exordium in scholis Technicorum: nam hic ingreditur Demosthenes tractationem. Citant Hermogenes p. 281. et 286. Alexander de Figuris p. 54. his verbis: *μετάστασίς ἐστιν, ὅταν ἀπ' αὐτῶν* (subaudi *ἡμῶν*) *μεθιστῶμεν τὴν αἰτίαν ἐφ' ἕτερον ἔξω τοῦ πράγματος ὄντα, ὡς Δημοσθένης· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε.* Scholiastes anonymus ad Hermogenem p. 380., cujus haec sunt verba: *ἐπεμβολή ἐστιν ἡ μεταξυλογία, ὅταν μεταξὺ τῆς ἀκολουθίας ἔξωθέν τι ἐπεμβάλλῃ, οἷον· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου. εἶτα ἡ ἐπεμβολή· οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. ἡ γὰρ ἀκολουθία ἦν· πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε.* Item p. 392. *ἡ δὲ ὑποστροφὴ ὑπ' ἐνίων καλεῖται καὶ ἐπεμβολή. οἷον* (p. 774, 5.)· *ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τό· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου. τό γε μὴν τῆς ὑποστροφῆς σχῆμα καὶ ὑπέρβατον λέγεται.* REISK. Demetr. de eloc. §. 322. 323. Quintilian. 5, 2. extr. Aquilam p. 156. addit Taylor. In Aquila Rom. p. 156. ed. Ruhnk. miror servatum *et.* SCHAEFER. Expositio nunc sequens est *διήγησις ἀποδεικτική*, ut bene dicit schol. cod. Bav. Revocat autem orator totum ad quattuor capita secutus ordinem temporum. *Primum* caussam pacis factae explicat, quam in malo statu Graeciae, in dissidio et ignavia civitatium positam fuisse ostendit non auxiliantium urbi. Ceterum non se, sed aliis suasoribus et auctoribus pacem decretam esse a populo. *Secundo loco* probat oppida Thracia incuria legatorum amissa, in Macedonia perperam sedentium. *Tertio loco* Phocensium interitus et orta inde pericula et timores Athenis ostenduntur iisdem proditoribus debiti. *Postremo* publicus status Graeciae, qualis post haec fuerit, describitur, manente ignavia et ignorantia civitatium nec animadversis veris consiliis Philippi in maxima proditorum corruptorum multitudine. Quare

pacem servare urbs coacta fuit etsi invita. Vides ultimum locum redire ad id, quod jam in primo est questus pacis caussam fuisse, statum dico malum Graeciae; sed nunc quam disertissime pertractat quod ante breviter dictum. Magnopere amant veteres talem formam compositionis. Phocicum bellum gestum videtur inde ab Ol 106, 2. usque ad Ol. 108, 3. Conf. Brueckner. Hist. Philippi p 64. DISSEN.

230, 28. *οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε*] Nam Olymp. 106,3, ergo post initium belli, primum coram populo habuit orationem de Symmoriis, et postea demum adversus Philippum dixit. DISSEN.

231, 1. *οὐ δίκαια ποιοῦντας*] Nam aerarium Delphicum diripuerant.

231, 2. *Θηβαίοις δ' ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν*] Odium magnum Atheniensium clare videas in oratione Demosthenis adv. Leptin. non diu post initium belli Phocensis scripta, cf. Wolf. Proleg. p. 57. DISSEN.

οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι] Quid est quod sic data opera ostendit justam tum fuisse iram Atheniensium? Nempe postea socii facti sunt et nunc miserrima fortuna utuntur Thebani post eversas ab Alexandro Thebas, ut paullo post praeclare dicit: *οἱ τότε μὲν βαρεῖς, νῦν δ' ἀτυχεῖς Θηβαῖοι.* Quare bene vides ab eo addi, non temere tum quidem succensuisse Athenas populo, qui nunc infelicissimus est, simul vero hujus priorem insolentiam ita significat, ut dicat quantum satis, nihil amplius. Dicit enim *οὐ μετρίως ἐκέχρηντο*, cum posset dicere *μάλ' ὑβριστικῶς*, vel similiter; nam Orchomenum everterant, cf. Diod. 15, 79. Pausan. 9, 15, 2. Winiewski p. 20. et alia multa tentaverant, vid. Isocrat. Philipp. p. 93. §. 59. Sed magnopere placet haec moderatio orationis post tantam cladem populi. Caeterum *ἃ εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις*, *principatum Graeciae* vides esse, quem isto proelio consecuti erant. DISSEN.

231, 4. *ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειστήκει*] Vide Longin. cap. 24. TAYLOR. Hujus dictionis ergo citat h. l. Alexander de Figur. p 74. REISK. Facit huc imprimis locus Pausan. 4, 28, 1, 2. Κατελθοῦσι δὲ αὐτοῖς (Messeniis) *κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπὸ Λακεδαιμονίων δεινὸν ἦν οὐδέν. Κατεχόμενοι γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι φόβῳ τῶν Θηβαίων Μεσσήνης τε ἠνείχοντο ἐποικιζομένης καὶ Ἀρκάδων εἰς μίαν ἠθροισμένων πόλιν. ὡς δὲ ὁ πόλεμος ὁ Φωκικὸς, καλούμενος δὲ αὐτὸς οὗτος καὶ ἱερὸς, ἀπήγαγεν ἐκ Πελοποννήσου Θηβαίους, ἀνεθάρρησάν τε οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ τῶν Μεσσηνίων οὐκέτι ἐδύναντο ἀπέχεσθαι. Μεσσήνιοι δὲ αὐτοί τε μετὰ Ἀργείων καὶ Ἀρκάδων ἀντεῖχον τῷ πολέμῳ καὶ Ἀθηναίων ἀμῦναι σφίσιν ἐδεήθησαν.* Conf. etiam Winiewski Comment. p. 148 seqq. Haec igitur post initium Phocensis belli orta sunt, unde Demosthenes dicit *ἔπειτα*. Atque *οἱ μισοῦντες Λακεδαιμονίους*, ut porro vides, sunt Arcades, Messenii, Argivi, qui autem dicuntur *οἱ πρότερον δι' ἐκείνων ἄρχοντες*, sunt *δεκαρχίαι* oligarchicae notissimae, institutae a Spartanis in civitatibus ex civibus sibi faventibus post

bellum Peloponnesiacum. Cf. de iis Xenophon. Hist. Gr. 3. 5. 13., Morum ad Isocrat. Panegyr. c. 32., Schneider. ad Polit. Aristot. 2, 8, 147. Sublatae hae *δεκαρχίαι* post pugnam Leuctricam, ut constat. DISSEN.

231, 7. *ἄκριτος*] Citat h. l. Harpocration v. *ἄκριτος*. REISK. Tangunt etiam Anecd. Bekk. p. 366. 16. SCHAEF. *ἀκρισίαν καὶ ταραχὴν* dixit Xenoph. Hell. 7, 5, 27.

231, 12. *αὐτοὺς*] Libri nonnulli *ἀλλήλους*. *ἑαυτοὺς* edd. veteres et Priscian. vol. 2. p. 187. ed. Krehl. V. ad p. 43, 7.

231, 14. *κατὰ πάντων ἐφύετο*] Crescebat, invalescebat adversus omnes. REISK. Sic Josephus A. J. 1. 18. 3. *Ἀβιμέλεχος καθ' αὑτοῦ φύεσθαι νομίζων τὸν Ἴσακον.* 4, 6, 1. *ἐπεὶ τοὺς Ἰσραηλίτας τοσοῦτον φυομένους ἑώρα.* Vita Josephi c. 38. p. 923, 10. ed. Huds. *ἐκκόπτειν με φυόμενον.*

231, 15. *τότε μὲν βαρεῖς, importuni et insolentes, νῦν δ' ἀτυχεῖς,* cum Ol. 111, 2. Thebae ab Alexandro deletae essent, cf. Plutarch. Alexandr. c. 11 seqq. Demosthen. c. 23. Arrian. Anabas. 1, 9. Diodor. 17, 13. DISSEN.

231. 16. *φανεροὶ ἦσαν ἀναγκασθησόμενοι καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς*] Nam pressi in Boeotia a Phocensibus, qui Orchomenum, Corsias et Coroneam tenebant, et Ol. 108, 2. clade afflicti ab iis, cf. Diodor. 16, 56. 58., jam externa auxilia circumspicere cogebantur. Vide etiam Winiewski p. 71. DISSEN.

231, 21. *ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, εἴτε—*] Constructio passim obvia. Nonnihil differt Galeni vol. 5. p. 830. s. ed. Lips. *τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, εἴτε κατασκευῆς, εἴτε διαθέσεως ὀνομάζειν ἐθέλοις, ἀρετή τις ἡ εὐεξία.* SCHAEF.

232, 4. *καὶ ταυτὶ—διεξέρχομαι*] Citat Aristides vol. 2. p. 322, 17.

232, 8. *Ἀριστόδημος ὁ ὑποκριτής*] Fuit unus ex clarissimis tragoedis istius temporis, per totam Graeciam cognitus, quem etiam Philippus plurimi faciebat ut Neoptolemum. Conf. de eo schol. ad Lucian. Jov. tragoed. c. 3., porro Lucian. Apolog. merc. cond. 5., Aeschin. de fals. legat. p. 320. et argument. secund. ad Demosth. Orat. de fals. legat. Egit de eo Grysar. in Dissertat. *de Graecorum tragoedia, qualis fuit tempore Demosthenis*, Colon. ad Rhen. 1830. p. 37. Caeterum de ipsa re paullo disertius loquitur Demosthenes de falsa legat. p. 344. 371. 442. DISSEN.

232, 11. *Ἁγνούσιος*] Citat Harpocration s. v. *Ἁγνοῦς*.

232, 12. *οὐδ' ἂν σὺ διαρραγῇς ψευδόμενος*] Magnopere enim laborat in eo Aeschines in Orat. de fals. legat. et contr. Ctesiphont., ut familiaritatem demonstret Demostheni cum Philocrate fuisse, sed frustra. DISSEN.

232, 13. *Εὔβουλος*] Citat h. l. Harpocration s. h. v. REISK. De Eubulo Anaphlystio, insigni tum *δημαγωγῷ* et oratore, ut constat, vid. Ruhnken. Histor. crit. Orat. Gr. p. 65 seqq., Wichers ad Fragment. Theopomp. p. 169., Boeckh. de Oecon. Civit. Athen. 1. p. 242. Erat suspectus *φιλιππισμοῦ*. Similiter Cephi-

sophon, unus legatorum ad Philippum missorum cum de pace ageretur, amicus Aeschinis, ut patet infra ex p. 240. DISSEN.

232, 17. *ὡς ἄρα ἐγὼ—*] Post Olynthum eversam Ol. 108, 1. Athenienses legatos miserant ad caeteros Graecos, qui ad bellum contra Philippum exhortarentur. Hoc verum. Aeschines autem maligne contendit etiam tum, cum jam de pace ageretur, missos Athenis legatos ad civitates, qui ad arma capienda excitarent. Demosthenemque accusat quod non exspectato eorum reditu pacem acceleraverit, quae aliter cum Graeciae communi conventu fieri potuerit. Atque hoc negat Demosthenes, et videntur revera nulli legati missi esse, etsi fortasse fuerant qui hoc suaderent. Disertius de his rebus disputarunt Winiewski p. 74 seqq. et Westermannus p. 39 seq. DISSEN.

232, 19. *συνέδριον*] *Conventus legatorum e civitatibus foederatis*, cf. disputantem de hac voce Boeckhium de Oecon. Athen. 1. p. 450. DISSEN.

232, 20. *εἶτ', ὦ τ', ἂν* etc.] Celeberrimus est h. l. in scholis Technicorum. Hermogenes p. 179. *τὸ κλητικὸν σχῆμα* (oratio per vocativum prolata) *πνεύματός ἐστι μέρος ἀποστροφὴν ἐργαζόμενον καὶ καταφοράν. εἶτα, ὦ τί ἂν εἰπών σε* etc. REISK.

232, 21. *ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν κ. τ. λ.*] Alexander de Figur. p. 54. tertium genus *τῆς μεταστάσεως* seu translationis facit, *ὅταν τὸν ἀντίδικον εἰς αἰτίαν καθιστῶμεν ἐξ ὧν αὐτὸς ἡμῖν ἐγκαλεῖ, ὡς πάλιν Δημοσθένης· εἶτα, τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι; ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν, τηλικαύτην—*. REISK. Bis utitur hoc loco Sopater l. c. ad p. 229, 23. SCHAEF.

ἔστιν ὅπου σὺ] Sopater priore loco *ἔστιν οὖν ὅπου σὺ*, posteriore *ἔστιν ὅπου καὶ σύ*. SCHAEF.

τηλικαύτην] Sopater priore loco *τοιαύτην*. SCHAEF.

232, 22. *πρᾶξιν*] Sopater posteriore loco *τάξιν. πρᾶξιν*, h. e. *τὸ ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων*. SCHAEF.

καὶ συμμαχίαν] Sopater priore loco *ἢ συμμαχίαν*, posteriore omisit. SCHAEF.

διεξῄεις] Sopater priore loco solum habet *διεξῄεις*, omissis *διετραγῴδεις καὶ*, posteriore solum *ἐτραγῴδεις*, omissis *καὶ διεξῄεις*. Conf. p. 229, 18. SCHAEF.

232, 25. *καὶ μὴν, εἰ τὸ κωλῦσαι κ. τ. λ.*] Citat Hermogenes p. 281. h. l. hoc pacto, non parum illo a vulgata lectione discrepante: *εἰ γὰρ τὸ κωλῦσαι τὴν πόλιν μετὰ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην ἐπεπράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ*. REISK.

233, 1. *οὔτε γὰρ ἦν πρεσβεία*] Contrarium dicitur p. 346, 2. ubi v. annot.

233, 6. *εἰ γὰρ ὑμεῖς κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 423. ult. REISK.

233, 7. *περὶ εἰρήνης*] *περὶ τῆς εἰρήνης* S., minus ex usu linguae. Talia enim fere carent articulo. Mox v. 13. *περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε*. V. Porsoni Addenda ad Euripid. Hecub. p. 99. ed. Lips. tert. et conf. p. 235, 6. SCHAEF.

233, 8. *Εὐρυβάτου πρᾶγμα*] Conf. de hoc homine Taylor. ad Aeschin. contr. Ctesiph. p. 517. Wessel. ad Diodor. Excerpt. libr. 6. vol. 2. p. 553., Boissonad. ad Aristaenetum p. 513. Marx. ad Ephor. p. 207. Significatur hoc nomine *πανοῦργος, κλέπτης, γόης*. Dicitur enim Eurybatus sive Eurybates Ephesius fuisse, qui accepta a Croeso pecunia ut exercitum contra Persas pararet, ad Cyri partes transierat. Haec ex Ephoro habent schol. ad h. l., Harpocrat., Suidas. Nominatur porro ita etiam unus ex Cercopibus, cf. Lobeck. Aglaoph. 2. p. 1306., quod genus vatum priscorum ex acuminibus flammarum futura praedicebat et callidas artes exercebat, ut instar Telchinum in malam famam abierit nomen eorum. Vide de iis etiam Welcker. in libr. de Trilog. Aeschyl. p. 186. Nempe verus homo fuit iste Ephesius fraudator ut Phrynondas, inde traductum nomen ad fabulosum usum, ut monet Lobeckius. DISSEN.

233, 15. *ἐξ ἀρχῆς*] Ulpianus haec illustrat ad Demosthen. *π. παραπρεσβ.* p. 369, 17. Vide Aeschin. p. 448, 1. TAYLOR.

233, 22. *βουλεύων*] H. e. *βουλευτὴς ὤν*. Infra p. 234, 20. V. Thom. M. p. 159. et H. Stephani Thesaur. s. h. v. SCHAEF. Fuit senatusconsultum a Demosthene senatore propositum, idque factum die 3. Munychion., de quo statim plura dicentur. DISSEN.

234, 3. *τοῦτο*] Id, de quo dixerat p. 233, 27. *ὡς πλεῖστον τὸν μεταξὺ χρόνον γενέσθαι*. REISK.

234, 4. *νομίζων—προλάβοι*] Citant Anecd. Bekk. p. 129, 3., omisso commate intermedio *ὅπερ* (sic corrig.) *ἦν ἀληθές*. SCHAEF.

234, 7. *ἃ ἐγὼ—γράφω*] Citat Hermogenes p. 278, 5. SCHAEF.

234, 12. *διέσυρε*] Aeschin. contra Ctesiphont. p. 65, 23. *Οὗτός ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὁ πρῶτος ἐξευρὼν Σέρριον τεῖχος καὶ Δορίσκον καὶ Ἐργίσκην καὶ Μουργίσκην καὶ Γάνος καὶ Γανίδα, χωρία ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ᾔδειμεν πρότερον*, ubi simul observabis ea nomina congesta per irrisionem, quorum similis sonus. Sed irrisio non est refutatio criminis, quod Demosthenes ei exprobrat. Tamen unicus hic locus est in ea oratione, ubi Aeschines de his rebus dicit. Neque vero credibile in edita demum oratione Demosthenem sic haec tractasse, sed Aeschines nihil habuit quod praeterea responderet etiam in edita oratione sua. Caeterum saepius memorantur haec loca, ut in Orat. de Halonn. p. 86., de Chersoneso p. 105., Philipp. III. p. 114., de fals. leg. p. 309. Quaedam Herodotus memorat 7, 59. 108. Adde Harpocrat. v. *Σέρριον, Μύρτανον, Ἐργίσκη*. Sita erant in ora maritima. DISSEN.

234, 13. *Μυρτηνὸν*] Harpocration. *Μύρτανον, Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. φρούριον ἦν ἐν Θράκῃ, ὡς Μαρσύας ὁ πρεσβύτερος ἐν ζ' Μακεδονικῶν καὶ Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικῷ*. Codex Parisiensis *μυρτώνιον*, quod habent Photius et Suidas Harpocrationis glossam exscribentes, nisi quod apud Photium *Μυρτόνιον* per *ο*. In *Μυρτῖνον* vel *Μυτῖνον* corruptum ap. Liban. vol. 4. p. 299, 17.

qui sua non ex Demosthene, sed ex Aeschine sumsit, apud quem nunc p. 65, 23. Ἐργίσκην καὶ Μουργίσκην legitur, libris tamen pluribus ἐ. καὶ μυρτίσκην praebentibus. ex quo manifestius etiam fit praecedentis nominis terminationem male esse repetitam, Aeschinem autem Ἐργίσκην καὶ Μυρτηνὸν scripsisse, quo ducit Libanii scriptura.

234, 14. τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων] Situm idoneum eorum laudat in littore Thracio, unde classes Atheniensium rex excludere volebat, etiam Chersonesum et Hellespontum sibi subjecturus. Caeterum cf. Thucyd. 1, 68. ὧν τὸ μὲν ἐπικαιρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἐπιχρῆσθαι (Potidaea), et Strab. 9, 639, C. de Elatea: ὅτι πασῶν μεγίστη τῶν ἐνταῦθα πόλεων καὶ ἐπικαιροτάτη διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι τοῖς στενοῖς καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἔχειν τὰς εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν Φωκίδα καὶ τὴν Βοιωτίαν. Erant vero haec castella Thracum et Cersobleptis, Atheniensium socii. Athenienses autem in duobus etiam praesidia collocaverant; nunc vero Philippus captis his locis et Cersoblepte devicto, tota Thracia potitus, κύριος τῆς Θρᾴκης et infra p. 236. προλαβὼν τὴν Θρᾴκην (conf. Winiewski p. 127.) plane exclusit Athenienses, ejusque possessionem habuit in perpetuum certam, h. e. terrae quae et pecunias ei et milites suppeditabat plurimos. Verbis πολλῶν μὲν χρημάτων εὐπορήσας aurifodinas Thracias apud Crenides sive Philippos respicit, unde Philippus plus mille talentorum quotannis lucrabatur, cf. Diodor. 16, 8. Accuratissime descripsit has aurifodinas Appianus de Bell. civ. 4, 105. DISSEN.

234, 18. εἶτα τοῦτο μὲν—] Locum hunc citat Minucianus p. 152. ult. ed. Norrm. REISK.

234, 20. προσάγειν τοὺς πρέσβεις ᾤμην δεῖν] Legati exterorum per senatusconsultum in populi concionem introducebantur, ut Aeschines de fals. leg. p. 35. dicit: ταῖς δὲ ξενικαῖς πρεσβείαις ἡ βουλὴ τὰς εἰς τὸν δῆμον προσόδους προβουλεύει. Hoc senatusconsultum tum scripserat Demosthenes senator cum esset, ac vides cur addiderit βουλεύων: fecisse se quod sit senatorum, significat. Caeterum προσάγειν *introducendi sensu* videas etiam in Xenoph. Hist. Gr. 5, 2, 11. DISSEN.

234, 21. διαβάλλει] Conf. Aeschin. p. 62. 20. 64. 24. BOBR.

234, 23. ἢ θέαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτοῖς κελεῦσαι;] Scripserat Demosthenes etiam aliam rogationem ut legatis, qui ad Dionysia magna venissent, προεδρία daretur in theatro, cf. Aeschin. contr. Ctesiphont. p. 64., de falsa legat. p. 281. Nam etiam haec proponebatur senatusconsulto populo a senatu. Caeterum de vocabulo ad locum Pollucis 4, 121. disputavit Groddeckius in Friedemanni et Seebodii Miscellan. crit. vol. 1 fasc. 2. p. 293 seqq. ἀρχιτέκτων, θεατρώνης, θεατροπώλης dicebatur qui theatrum conduxerat, et sartorum tectorum cura in se recepta pecuniam exigebat a spectatoribus, cf. Casaubon. ad Theophrast. c. 11. et Boeckh. Oecon. Athen. 1. p. 236. Vide exempli caussa in Corp. Inscript. nr. 102. ubi Piraeenses theatrum suum re-

demptoribus talibus locant, qui ibi simpliciter ὠνηταί dicuntur. Porro θέαν κατανεῖμαι est *dare sedem in spectaculis*, cf. Aeschin. de fals. legat. p. 35., ut θέαν καταλαμβάνειν *occupare* Orat. in Mid. p. 572. Lucian. de Saltat. c. 5. et 85. DISSEN.

234, 23. ἀλλ' ἐν τοῖν—τοῦτ' ἐγράφη] V. Etymolog. M. v. Θεωρικὸν ἀργύριον. ubi h. l. citat et illustrat. TAYLOR. Citat h. l. Pollux 9, 63. REISK. Et Tiberius p. 64. SCHAEF.

ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν] *Ex iis subselliis, quae mercede binorum obolorum conducuntur.* REISK. Cf. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 240. Articulum cum de certa quadam pecunia agatur, nemo dubitet recte additum esse. De eadem pecunia p. 169, 2. τοῖν δυοῖν δ' ὀβολοῖν ἅπαντες (μέμνηνται). SCHAEF.

234, 25. τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως] Illud nescio quid pecuniae, quod civitas non lucrata est, honoraria sede legatis adsignata. Similiter τὸ θεωρικὸν rebus magni momenti, unde salus pendeat civitatis, opponitur p. 168. s. Melli est Demostheni identidem insectari τοὺς δύο ὀβολούς. SCHAEF.

234, 26. τὰ—ὅλα] *Res summas.* V. Heinrich. ad Ciceron. Orat. pro Tullio p. 69. SCHAEF.

234, 27. λέγε] I. e. ἀναγίγνωσκε. Sic usurpatus hic imperativus in Demosthene frequentis adeoque solemnis usus est. V. ad p. 282, 6. SCHAEF.

234, 28. λέγε] Post λέγε [in libris praeter S. omnibus post παρέβη lectum] scriptum erat in Bavarico signum hoc ō rubrica: quod signum seu compendium vocabuli quid sibi velit, haud intelligo. Tum sequebatur titulus Ψήφισμα. REISK. Illud signum aliaque similia videntur esse de numero ductuum adventiciorum, de quibus v. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 738. Add. not. ad p. 237, 27. 249, 9. 250, 7. 25. 255, 18. SCHAEF. Explicatio scriptorum publicorum, quae in hac oratione habentur, ut olim viros doctos exercuit sic nostro tempore, atque ut olim etiam nunc aliis genuina videntur aliis supposita. Videamus primum Boeckhii sententiam. Habuit antiquitas praeter Inscriptionum collectiones ψηφισμάτων συναγωγὴν aut libros περὶ ψηφισμάτων a Cratero Macedone compositos, de quibus Boeckhius egit in Praefatione ad Corp. Inscript. §. 2.; ex hoc opere vel ex similibus videntur alii petiisse, qui decreta Attica nobis servarunt, atque etiam haec inde fluxisse monumenta putat, huic orationi quae inserta. Cum autem omnes archontes in decretis hujus orationis memorati alii sint quam qui in fastis habentur, Boeckhius in commentatione de archontibus pseudeponymis inserta Actis Academiae Borussicae a. 1827. ita censet: disposita Athenis in tabulario erant acta senatus et populi secundum annos et anni cujusque prytanias. Ad annos designandos probabile est inscripta loculis fuisse archontum eponymorum nomina schedulis vel tabellis exterius affixis, acta vero uniuscujusque anni cum videantur per codices sive volumina disposita fuisse secundum prytanias, probabile est inscriptum his voluminibus nomen scribae secundum prytaniam, qui ea servabat, ita :

ἐπὶ Μνησιφίλου (τοῦ γραμματέως τοῦ κατὰ πρυτανείαν). Sic opus non erat ut in decretorum singulorum exemplis aut archontis aut scribae nomen adderetur. Jam vidimus fuisse antiquitus libros, quibus continebantur acta publica partim ex inscriptionibus partim ex ipso Attico tabulario collecta, atque ex tali libro hujus orationis acta petita videri. Illum librum qui confecit, is ordinem tabularii secutus est. Sed qua aetate liber collectus est, loculorum schedulae vel tabellae cum archontis eponymi nomine olim affixae interierant, ut quo archonte decretum unumquodque latum esset, jam non posset perspici, cum in decreto ipso notatus non fuerit. Itaque cum omissus esset archon, potuit scriba actis cujusque prytaniae praefixus eponymus videri, si non illi qui librum collegit, certe recentiori docto, qui illo libro uteretur, ut in decretorum singulorum praescriptis, quae ex rubricis singularum collectionis partium supplere utique debebat, integrandis insereret pro archonte scribam eique adderet vocem ἄρχοντος. Atque ita habet hos archontes Boeckhius pro scribis secundum prytaniam. Praeter hanc conjecturam ad omnium psephismatum horum introitum pertinentem alias quasdam in nonnullis difficultates historicas sic tollere conatur, ut permutationem psephismatum accidisse statuat et pro vero aliud per errorem illatum. Secutus est Winiewskius et ad hanc normam singula explicuit. Aliam viam ante Spengelius ingressus erat, haec monumenta ab ipso Demosthene inserta statuens, sed postea corrupta et interpolata non parum. In caeteris autem etiam hic αὐθεντίαν tuebatur. Vide ejus Dissertationem in Museo Rhenano a Niebuhrio edito ann. 1828. p. 367 seqq. In contrariam vero partem nuper denuo Brueckneruis discessit, qui in Excursu ad Historiam Philippi id egit ut pleraque omnia supposita ostenderet. Ego quamquam non ignoro difficultates varias historicas in his monumentis obvias, tamen cautiorem eorum sententiam laudaverim, qui quantum fieri possit defendere αὐθεντίαν conantur. Nam etiam qui negant, non omnia sic expediunt. Quod nullius archontis nomen verum est, mirae hujus confusionis certa quaedam caussa fuerit necesse est, quam ingeniose divinavit Boeckhius. Ac sunt inter haec monumenta manifesto genuina, quae si ratione agas, tollere nequeas, ut psephismata Byzantiorum et Cherronensium, psephisma Aristonici, ultimum psephisma Demosthenis, pleraeque epistolae Philippi; alia temerarium videtur propterea rejicere quia aliquid inest quod certo explicare non possumus. Maximam vero difficultatem habent quae ad ultimum annum ante pugnam ad Chaeroneam pertinent, et hic quidem desperamus explicationes inventum iri, quibus omnia probabiliter expediantur. DISSEN. Quaestionem difficilem jam olim aliqua ex parte tractatam a Contareno, Palmerio, Corsino et Tayloro, copiosa disputatione pertractavit Boehneckius Quaestion. vol. 1. p. 321—370, qui examinatis virorum doctorum sententiis haec tanquam explorata proposuit:

"1. *Acta, quae in Demosthenis de corona oratione exstant, viginti et quinque numero, non ab ipso Demosthene profecta, sed aetate non admodum seriore ex ipsis tabularii Attici autographis petita et orationi addita sunt a viro quodam docto.*

Sunt autem haec: decem senatus populique Atheniensium psephismata: duae relationes, una de legatorum ad Philippum delectu, altera de Demosthenis legis trierarchicae accusatione, cui additi sunt catalogi et prioris et novae legis; duo dogmata Amphictyonum; unum Byzantiorum, unum Chersonensium psephisma; Philippi epistolae quinque, tres ad senatum populumque Atheniensium, una ad Thebanos, altera ad Peloponnesios socios; Aeschinis libellus de actione contra Ctesiphontem; duo testimonia judicialia; denique legis Dionysiacae fragmentum.

2. *Quod praescriptiones attinet, psephismata αὐτόγραφα non eadem forma olim exstabant, qua nobis in oratione de corona offeruntur.*

3. *Pseudeponymi archontes nonnisi in Hyperidis oratione deperdita et Demosthenea de corona exstant, et quidem in hac omnes omnino archontes pro pseudeponymis habendi sunt, nullus excipiendus est.* sunt autem apud Demosthenem hi: Demonicus, Chaerondas, Aristonici decreto de coronando Demosthene praescriptus, Polycles, Neocles s. Nicocles, qui bis apparet, Mnesithides, Heropythus, qui bis nominatur, Nausicles, Euthycles, Chaerondas, Aeschinis libello praefixus, Mnesiphilus, qui duobus decretis inscriptus est, et Nicias.

Apud Plutarchum (Vit. dec. orat. p. 850 B. et V. Demosth. c. 24.) *duo reperiuntur pseudeponymi*, ex ipsis oratoribus petiti, Xenias et Chaerondas. Xeniam Plutarchus e psephismate depromsit, quod Hyperidis orationi fortasse ab eodem homine insertum erat, cui acta in Demosthenis oratione debentur. Chaerondam autem *ex ipso Aeschinis libello*, qui in Demosthenis oratione (p. 243, 10.) exstat, petiit, diversum ab Chaeronda, qui vere fuit eponymus Olymp. 110, 3. memoratus ab Aeschine p. 57, 35. aliisque.

4. *Archontes, qui actis Demostheneae de corona orationis adscripti sunt, errore nituntur, quum is qui ea inseruit alium quendam magistratum, quem in tabella, qua tempora notata erant, perscriptum repperit, pro archonte eponymo habuerit.*"

Qui autem magistratus fuerint pseudeponymi isti ad liquidum perduci posse negat Boehneckius (p. 361. sq. et praefat. p. XIX.), quum neque vere eponymi iisve suffecti, neque e novemvirorum collegio, neque prytanum epistatae, nec denique scribae secundum prytaniam fuisse possint, quod videbatur Boeckhio, contra quem disputavit Boehneckius p. 344 sqq. Qui quod ipse conjecit strategos esse pseudeponymos illos, nihilo probabilius nobis videtur. Nititur enim hoc uno argumento, quod Romanis temporibus strategos summa inter omnes Atheniensium magistratus auctoritate praeditos fuisse et in multis titulis praeter archontem strategi quoque nomen vulgo post archontem, in

paucis ante eum reperiri (v. Boeckh. Corp. Inscr. n. 185. 189. 191. 192. 477. 478.) constet: unde conjici posse jam Demosthenica aetate quum decretum populi suffragiis confirmatum esset et antequam in tabulario reponeretur, unum e strategis, qui eo tempore in strategio praesidebat, vel sua auctoritate rogatorem adjuverat, in tabella, qua tempora notabantur, suum nomen adscripsisse. Ita apposito hoc nomine monstrari potuisse *rata esse decreta et in tabulario reponenda.* Doctum igitur illum, qui e tabulario Attico acta publica Demosthenis orationi inseruerit, strategum pro archonte eponymo habuisse ejusque loco decretis praescripsisse.

Eodem fere tempore quo haec scripsit Boehneckius idem argumentum non minus copiose tractandum sibi sumsit J. G. Droysenius in commentatione Germanice scripta, primum inserta Zimmermanni Diario stud. antiq. (*Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft*) a. 1839. fasc. 6.—10. et postmodum separatim edita. Qua probare studuit acta publica huic orationi inserta ad unum omnia non fraudis, sed exercitationis exemplive caussa in usum scholarum ficta esse ab homine non aliis uso subsidiis quam Demosthenis hac oratione, ne inspecta quidem Aeschinis oratione adversaria. Composita autem esse ante Plutarchi et Aristidis tempora, qui testes sunt antiquissimi nonnulla ex his actis memorantes. Eadem omnia, ut acta orationibus forensibus inserta, de quibus partim similis est dubitatio, in libris suis haud dubie legerunt recentiores rhetores et grammatici, velut Harpocration. Nam quod acta in hac aliisque orationibus in codicibus quibusdam, velut Augustano A., vel omnia vel partim desiderantur nec comprehensa sunt in numero versuum antiquis codicibus subscripto (v. ad p. 332, 24.), nullius plane momenti est, quum librariorum arbitrio ea esse omissa certissimum haberi possit. Droysenii sententiam impugnarunt Voemelius quattuor commentationibus, Francofurti ad Moenum a. 1841.—1844. editis, et Boehneckius in praefat. Quaestion. vol. 1. p. XVI. seqq. et in Addendis. Et Boehneckius quidem acta haec ad unum omnia defendere suscepit, Voemelius omnia, uno fortasse excepto psephismate Demosthenis (p. 288 seqq.). Verum quum paullo post Frankii commentatio de decretis Amphictyonum huic orationi (p. 278. 279.) insertis prodiisset, haec quoque ficta ab falsario esse concessit in commentatione quinta a. 1845. edita. Praeterea Voemelius commentationem de chronologia horum actorum edidit in Welckeri et Ritschelii Museo Rhenano a. 1842. p. 535—574. in qua quos numeros posuit, tantum non omnes falsos esse judicavit Boehneckius l. c. p. XIX. Contra Boehneckium disputavit Droysenius in Diariis supra memoratis a. 1845. p. 13. seqq. Mihi, etiamsi quis ea omnia, quae nimis incerta sunt et in diversas partes disceptari possunt vel justo cupidius objecta sunt, qualia plura in Droysenii commentatione jure notarunt Voemelius et Boehneckius, missa faciat, tot remanere videntur non dubia serioris originis imperitaeque inter-

polationis documenta ut non dubitem in eorum concedere sententiam, qui ficta ea omnia esse judicarunt: ab qua sententia Dobraeus quoque proxime abfuit, quum omnia *fere* decreta in hac oratione citata spuria esse videri pronunciaret. Ceterum notandum est quae recitari jusserat Demosthenes non per totam orationem suppleta ab interpolatore esse, nisi quis quae nunc desunt veterum librariorum culpa excidisse credere malit, quod non potest ad liquidum perduci. Desiderantur autem epistolae duae §. 268. 280., responsio Thebanorum §. 271., psephismata §. 276. 281.

235, 1. ΨΗΦΙΣΜΑ] Quod senserant etiam alii, nuper clarissime ostendit Boeckhius in Dissert. de Archont. pseudon. et Winiewski in Commentariis suis, hoc psephisma omnino alienum esse ab hoc loco. [Schoemannus quae dixerat de comit. p. 92. 93. (plag. F.), retractavit Antiq. publ. p. 222.] Cum venissent legati Philippi, bis comitia populi habita sunt; primum d. 18. Elapheb. de pace facienda deliberatum, deinde d. 19. pax cum foedere confirmata est, tumque etiam de legatis creandis cogitatum videtur, qui a Philippo jusjurandum exigerent, quos d. 23. mensis jam creatos fuisse Aeschines significat de fals. legat. p. 39. et 40. Cum autem hi per totum reliquum mensem Athenis morarentur, d. 3. Munychionis est a Demosthene senatusconsultum scriptum, ut proficiscerentur quam brevissima via ad regem, cf. Aeschin. l. c. p. 40. et Demosth. de fals. legat. p. 389. Atque hoc est quod nunc scribam recitare jubet. Quod vero pro eo hic legimus, psephisma senatus et populi est de legatis creandis, factum Hecatombaeone. In senatusconsulto decretum erat ut Proxenus praetor legatos deduceret, cf. Demosthen. de fals. legat. p. 389., hic abest plane hujus rei mentio. Legati qui Elaphebolione creati sunt decem erant, cf. Demosth. l. cit. p. 376. et ut videtur iidem, qui priorem legationem obierant. Fuerant autem hi in priore legatione: Ctesiphon, Aristodemus, Iatrocles, Cimon, Nausicles, Dercyllus, Phrynon, Philocrates, Aeschines, Demosthenes, cf. Argum. Demosth. Orat. de fals. legat. Sed in proposito decreto sunt omnino quinque et omnes alii praeter Aeschinem. Denique pax illa decreta erat d. 19. Elapheb. in secundis comitiis prytaniae tribus Pandionidis, hic vero decreta pax dicitur ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ, nec memoratur etiam συμμαχία, quae illi paci conjuncta fuerat. Quae cum ita sint, permutatio psephismatum accidisse videtur Boeckhio l. cit. et Winiewskio p. 86 seqq. et p. 320. Pertinere autem praesens psephisma putant ad aliam pacem, quae Ol. 110, 2. cum Philippo facta sit post Byzantium obsidione liberatum. Memorat eam Diodorus 16, 77. et dixit de ea multis verbis Winiewski p. 228 seqq. Ac possunt hinc explicari verba psephismatum p. 282, 283. de pace violata a Philippo. Sed ab altera parte taceri non debet nec a Philochoro apud Dionys. Epist. 1. ad Ammaeum c. 11. nec a Demosthene et Aeschine hujus pacis mentionem fieri, immo Demosthenes §. 185 seqq. manifesto

sic loquitur ut de bello non interrupto pace, sed continuato. Quare non injuria Brueckneru hanc pacem improbabilem dicit. Tamen haec psephismata aliter explicari non possunt aut non sunt genuina. DISSEN. Opinionem illam de pace Olymp. 110. 2. facta solus tenuit Voemelius in Comment. 3. p. 9: recte post Brueckneruum (p. 379.) rejecerunt Droysenius p. 911. 916. et Boehneckius Quaestion. vol. 1. p. 329. seqq. Quorum alteri, quum genuinum hoc haberet decretum, aliud, cui adscribi posset tempus, quaerendum fuit, quod invenisse sibi visus est Olymp. 111, 1. archonte Pythodoto, quo tempore latum hoc decretum esse conjicit ad confirmanda jurejurando pacta, quae Philippus brevi ante obitum Atheniensibus concesserit: de quo v. Boehneckius p. 351 seqq.

235, 2. Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου] Est archon pseudeponymus, quem Boeckhius, qui de fide horum actorum non dubitaret, pro scriba secundum prytaniam in hoc ceterisque decretis nominatum esse conjecit (v. ad p. 234, 28.). Imperite autem *ἄρχοντος* nomini archontis postposuit scriptor decreti. "Nam quo tempore haec oratio habita vox *ἄρχοντος* non praeponebatur, sed postponebatur nomini proprio in actis publicis. Praepositum id videmus recentissima demum aetate Romana: v. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. nr. 192. 194. 195." DISSEN.

235, 7. *δεδόχθαι*] Vide secundum Argumentum hujusce orationis p. 223, 15., ubi δεδόχθαι restituit Wolfius. Hic cod. Guelph. *δεδόχθω* habet. Ita etiam Vindob. noster. Vide Demosthen. p. 253, 22. 256, 5. 265, 23. 266, 25. Aeschin. *π. παραπρεσβ.* p. 240, 6. Et utraque lectio proba esse poterit. Cum infinitive dicitur (*δεδόχθαι*, *placere*), talis est constructio, qualem video in rogatione inferius producta p. 249, 18., ubi clausula, quam legislativam vocant in nostro jure, ita concipitur: *ἐπιμεληθῆναι τοὺς πρυτάνεις καὶ τοὺς στρατηγούς*. Istud etiam addere liceat. Ubicunque legitur *δέδοκται*, (nam et hoc legitur quoque, ut in celeberrimo isto *ψηφίσματι* Demosthenis infra p. 289, 25. et pariter apud Lucianum in Timone §. 51.) ibi facillima emendatione reponerem *δεδόχθαι*. Nam verbis, ut aiunt, precativis, non categoricis aut enunciativis, rogationes concipi solent, ut earum fert natura. TAYLOR. Aptus est hic infinitivus, ut in talibus formulis plerumque solet esse, ex *εἶπεν* versu 5. ille — auctor fuit senatui populoque, ut sciseeret —. REISK.

235, 9. *ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ*] Est haec prima ex quattuor statis in quaque prytania, habita d. fere 11. mensis. Tum igitur haec pax decreta esse dicitur, altera vero prior decreta fuerat d. 19. Elapheb. DISSEN.

πρέσβεις ἑλέσθαι ἐκ πάντων Ἀθηναίων] H. e. *ex universo populo, nulla tribuum ratione habita.* Formula hoc sensu solennis, vid. adv. Timocr. p. 707. Diog. Laert. 7, 11. Atque etiam *ἤδη* in talibus formulis legitimum, vide Boeckhium ad Corp. Inscript. vol. 2. p. 227. DISSEN. *ἤδη* recte vertit Reiskius *jam statim, actutum.* Sic intelligendum p. 567, 12. SCHAEF. V. ad p. 9, 16.

235, 11. ὑπερβολὴν] Per ἀναβολὴν ex h. l. explicat Photius p. 621, 20. et Etym. M. p. 778, 36. quod ipsum legitur in deterioribus codicibus Demosthenis.

235, 13. ὅρκους λαβεῖν τε καὶ δοῦναι] In senatusconsulto Demosthenis prius tantummodo jussum erat, ut exigerent jusjurandum a Philippo. DISSEN.

235, 17. Εὔβουλος--Κλέων] Eubulum et Ctesiphontem vidimus p. 232.—Democrates Sophili filius dicitur p. 291. Hujus dicta nonnulla afferunt Aristoteles Rhetor. 3, 4, 3. et Plutarchus Reip. Administr. Praecept. c. 7. p. 803, d.—Cleon Cleonis filius fuit amicus Aeschinis, cf. infra p. 244. DISSEN. Dixit de his legatis Droysen. p. 912—915. In genuino decreto decem fuisse legatos dictum est ad p. 235, 1. V. etiam Boehneck. p. 382.

235, 20. τὸ Φιλίππῳ] τὸ τοῦ Φιλίππου alii codices et Hermogenes p. 294. Genitivum qui maluerunt, etiam v. 20. tenere debuerunt τῆς πόλεως, quod cod. unus dat. Sic p. 234, 25. τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως. quod aliter scribi non potuit. Plutarchus V. Ages. c. 37. τὸ τῇ Σπάρτῃ συμφέρον. sed mox τῷ τῆς πατρίδος συμφέροντι. ubi mutatae constructionis caussa non est obscura. V. not. ad Gregor. Corinth. p. 139. SCHAEF.

235, 22. καθῆντο] Apud Priscianum vol. 2. p. 196. ed. Krehl. hic ordo verborum: ἐκάθηντο τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν Μακεδονίᾳ. SCHAEF.

τρεῖς ὅλους μῆνας] Die quinquagesimo Philippum convenerunt tandem e Thracia reducem, cf. Demosth. de fals. legat. p. 390. At domo aberant propemodum tres menses a d. 3. Munych. usque ad d. 13. Sciroph. DISSEN.

235, 28. ὥστε τῆς εἰρήνης ἂν διημαρτήκει] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 31. SCHAEF.

236, 1. τὸ μὲν τοίνυν κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 293. et de collocatione verborum subtilia, umbra et otio Grammatici digna, argutatur. REISK.

236, 2. κλέμμα] Ulpiani ad h. l. scholium, παραμυθεῖται τὰς συμφορὰς κλέμμα λέγων, ἀλλ' οὐ κατόρθωμα, tractans Lennepius ad Phalar. p. 312. s. nescio quid reconditi in verbo παραμυθεῖται inesse temere statuit: quippe simpliciter valet *solatur.* SCHAEF.

236, 5. ὑπὲρ οὗ—τουτοισί] Citant Anecd. Bekk. pag. 132, 6. SCHAEF.

καὶ ἀεὶ] Copulam omittunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER. Sic alias καὶ τότε καὶ νῦν Thucyd. 1, 88., νῦν τε καὶ τότε Soph. Electr. 676. 907. Porro καὶ νῦν καὶ ἀεὶ Plat. Phaedon. p. 88, d., νῦν τε καὶ ἀεί Sympos. c. 29. p. 217. Loquitur autem tam vivide Demosthenes propter irrisionem Aeschinis ista loca contemnentis. DISSEN.

236, 7. ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγησε] Constabat inter omnes Demosthenem ipsum huic legationi interfuisse, dixeratque id etiam Aeschines rursus in oratione sua, quare nullo modo res a Demosthene hic reticeri poterat; suspectum se reddidisset, si reti-

cuisset. Quare non dissimulat, at culpam morae ostendit non suam fuisse. DISSEN. In annot. crit. ad ὡμολόγησε pro "versum 5." corrige "versum 8."

236, 10. ὅπως μὴ—ποιήσαιτο] Citant Anecd. Bekk. p. 129, 4. SCHAEF.

236, 11. ἀπίωμεν] ἄπιμεν Anecd. Bekk.

236, 16. ὥσπερ πρότερον κλείσαιτε τὸν πορθμόν] Quod factum Ol. 106, 4., cf. Diodor. 16, 38., Demosth. Philipp. I. p. 44., de fals. legat. p. 367. Ac nunc poterant similiter praecludere transitum, cum praetor Proxenus cum classe ad Oreum Euboeae urbem versaretur, cf. Aeschin. de fals. legat. p. 45. Demosth. de fals. legat. p. 389. DISSEN.

236, 26. ἀξιῶ δὲ —] Alexander Rhetor de Figur. p. 22. l. h. citans nonnulla aliter recitat, ut versu 26. s. τοῦτο μέμνησθε παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, et p. 237, 2. pro κἀμοὶ dat με et πρὸς ἓν ἕκαστον τῶν εἰρημένων βραχέα ἀπολογήσασθαι. Scholiastes Hermogenis p. 236, 26. pro τοῦτο μεμνῆσθαι dat τούτου μεμν. et pro τούτου p. 237, 2. dat τότε et 3. ἀποκρίνασθαι. REISK.

236, 27. ὑμᾶς] Post μεμνῆσθαι in libris pluribus lectum non habet Syrianus. SCHAEF.

236, 28. οὐδένα non habet Syrianus. SCHAEF.

237, 4. τίνες οὖν —] Ad sequentia de *historia* adhibe Orat. de falsa legat. p. 347. 364. et Westermann. de litibus Demosth. p. 46. ubi plura de his rebus exponuntur. Proditos Phocenses ab Aeschine ne dubita, ac vide quam breviter ipse has res tangat contra Ctesiphont. p. 65. DISSEN.

237, 8. δυοῖν etc.] Citat Priscian. p. 1185. ed. Putsch. TAYLOR.

237, 10. οὐ γὰρ τὰ ῥήματα κ. τ. λ.] Citant Harpocrat. v. ὀνομάζων. Hermogenes p. 245. τοιοῦτόν τι (durum puta asperumque) καὶ τὸ παρὰ Δημοσθένει ῥηθέν τε ὁμοῦ καὶ θεωρηθὲν ὑπ' αὐτοῦ. λέγω τό· οὐ γὰρ τὰ ῥήματα τὰς οἰκειότητας ἔφη βεβαιοῦν. εἶτα ἡ θεωρία· μάλα σεμνῶς ὀνομάζων. Citat item schol. Hermogen. p. 392, 21. REISK.

237, 13. ἀναλγησίας] De ἀναλγησίᾳ et ἀναισθησίᾳ Boeotorum, quo pertinet etiam formula Βοιωτία ὗς, conf. Wolf. ad Leptin. p. 490, 5. Boeckh. ad Pindar. Ol. 6. p. 162. DISSEN.

237, 15. ἀσμένως τινὲς ἤκουον αὐτοῦ] Aeschines ista verba dixerat d. 16. Sciroph. in comitiis, d. 23. Sciroph. autem debellatio Phocensium peracta fuit, cf. Demosth. de fals. legat. p. 359. collat. p. 379. Deinde decreto Amphictyonum Ol. 108, 3. urbes Phocensium viginti duae praeter Abas eversae, moenia diruta et Phocenses in κώμας distributi sunt. cf. Diod. 16. 60. ibiq. Wessel., Demosth. de fals. legat. p. 361. DISSEN.

237, 19. Φωκέας ex S. edidi pro vulgato ταλαιπώρους Φωκέας, quod illatum videtur ex p. 240, 9. 275, 11.

237. 21. σκευαγωγεῖν ἐκ τῶν ἀγρῶν] ἀνασκευάζεσθαι τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν. V. Pollux 10, 14. SCHAEF.

237, 22. ἀπέχθειαν] V. ad p. 66, 10. Qua vi h. l. dicatur,

ostendit etiam oppositum χάριν. *Civitas nostra odium incurrit, Philippus gratiam tulit.* Sic χάρις et ἀπέχθεια inter se opponuntur p. 1447, 7. Conf. p. 368, 3. s. SCHAEF.

237, 25. ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει] Compendiaria locutio usus satis frequentis. Sensum sic integres: ἵνα δ' εἰδῆτε ὅτι οὕτω ταῦτ' ἔχει. Sic p. 265, 1. ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, λέγε τὰ ψηφίσματά μοι κ. τ. λ. p. 492, 6. ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τὸ ψήφισμα τουτί. Plena locutio occurrit p. 266, 10. SCHAEF.

237, 27. λέγε] Post λέγε rursus erat in Bavarico rubrica adscripta haec sigla mihi ignota: ὃ. REISK. Imo ō " V. ad p. 234, 28." SCHAEF.

238, 1. ΨΗΦΙΣΜΑ] Callisthenis decretum de σκευαγωγίᾳ latum die 27. Scirophor. Olymp. 108, 2., nuntio de Phocensium deditione Athenas allato, memoratur in orat. de f. leg. p. 368, 5. (Cf. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 414. sq.) Id hic recitari jusserat Demosthenes. Verum ejus loco aliud nunc legitur similis argumenti psephisma ab hoc loco plane alienum, ut idem hic accidisse appareat interpolatori quod in praecedente psephismate notavimus ad p. 235, 1. Dixit de hoc decreto Droysen. p. 916 seqq. Qui pro genuino habuerunt Boeckhius (de arch. pseudep. p. 9.), Voemelius (3. p. 9.) et Boehneckius vol 1. p. 352. seqq. ita inter se differunt ut Boeckhius ad Olymp. 108, 3., Voemelius ad Olymp. 109, 2., Boehneckius ad Olymp. 111, 1. retulerint. Quas conjecturas quomodo exornaverint v. apud ipsos.

238, 2. Ἐπὶ Μνησιφίλου ἄρχοντος] Archon pseudeponymus. V. ad p. 235, 1.

238, 3. συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ στρατηγῶν καὶ πρυτάνεων καὶ βουλῆς γνώμῃ] Extraordinariae conciones populi convocabantur a praetoribus, quod saepe legitur, aut a prytanibus et praetoribus, ut dicitur Thucyd. 4, 118. Nunc Schoemannus de Comit. Atheniens. p. 61. recte videtur καὶ ante πρυτάνεων delere. Convocata a praetoribus dicitur concio, consensu prytanum et senatus. DISSEN. Probabilius videtur alterum καὶ ante βουλῆς delendum esse cum Droysenio p. 919.

238, 4. Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος] Habuit Maemacterio anni Ol. 108, 3. secundum cyclum Metonis undetriginta dies, non triginta, ut error subesse videatur. DISSEN. Sequitur Dissenus Boeckhii opinionem decretum hoc ad Ol. 108, 3. referentis, de quo dictum ad p. 235, 1. Conf. Droysen. p. 919.

238. 5. Καλλισθένης Ἐτεονίκου] De hoc aliisque ejusdem nominis viris v. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 618.

238, 6. κοιταῖον γίγνεσθαι] Sic Polybius dixit 5, 17. 9. DISSEN.

238, 12. ἐὰν μή τι ἀδύνατον] Pari modo p. 262, 23. legitur πολλὰ δὴ τὰ ἀδύνατα συνέβαινεν. Sunt autem τὰ ἀδύνατα caussae improvisae aut humanae voluntati non obnoxiae, coeptis tuis peragendis aut muniis obeundis intercedentes, breviter, excusationes legitimae et honestae. Possit περὶ τοῦ ἀδυνάτου etiam in

genere masculino acceptum sic reddi: *de eo, qui invalidus, impar gerendo muneri sit, nec ne sit.* REISK.

238, 13. *ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγὸς*] *στρατηγὸς ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων* sive *τῶν ὁπλιτῶν* est imperator pedestribus copiis praefectus, ut discerneretur ab eo, qui equestribus erat praepositus. Uterque occurrit p. 265. in uno decreto. *ὁ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν* v. 18. (modo v. 7. scripsit *τὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων*) et *ὁ ἐπὶ τῶν ἱππέων* v. 20. Neque est quod quis *ὅπλων* pro *ὁπλιτῶν* dictum miretur. Nam apud Thucydidem et Xenophontem aliquoties *τὰ ὅπλα* dicuntur pro *οἱ ὁπλῖται*. TAYLOR. Conf. ad p. 265, 11.

238, 14. *ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς*] Sic nominatur p. 718. Dicitur etiam *γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν* in Inscriptionibus. Egit de eo Boeckhius primum in Oecon. Athen. vol. 1. p. 200. et Schoemann. de Comit. p. 319., deinde Boeckhius rursus ad Corp. Inscript. vol. 1. p. 120. p. 159. p. 323. ubi hunc scribam docet senatorem fuisse et prytanin, singulis prytaniis a senatu porrectis manibus ex prytanibus electum. Eundem suspicatur ibid. p. 148. postea *γραμματέα κατὰ πρυτανείαν* appellatum, ut ab alio recens addito distingueretur. DISSEN. De tribus scribis publicis (*γρ. κατὰ πρυτανείαν, γρ. τῆς βουλῆς, γρ. τῆς πόλεως* vel *τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου*), v. etiam Voemel. 3. p. 12. Collegium ex duobus strategis et scriba senatus compositum datamque ei ordinarii judicii potestatem cognoscendi *περὶ τοῦ ἀδυνάτου* non injuria miratur Droysenius p. 921., defendere conatur Voemelius l. c. p. 10. 11. ex singulari repetens quae tum fuerit Athenarum conditione.

238, 18. *Ἐλευσῖνα—Σούνιον*] Memorantur nunc *φρούρια* complura. Ac de Eleusine constat ut antiqua urbe. Etiam Phyle valde munita erat, cf. Xenoph. Hellen. 2, 4, 2. Diodor. 14, 32. Cornel. Nep. Thrasyb. c. 2. Porro Sunium est bello Peloponnesiaco munitum, cf. Thucyd. 8, 4. Hoc et Rhamnuntem Scylax inter munita loca affert p. 21. Huds. Caeterum vide Boeckhium de Oecon. Athen. 1. p. 216. DISSEN.

238, 19. *εἶπε Καλλισθένης*] Vidimus eadem verba in introitu. Nempe ut bene conjicit Winiewski, ultima verba ipse rogator posuerat, introitum *συγκλήτου ἐκκλησίας — εἶπε*, scriba praescripsit decreto in tabulario reponendo. Habes idem p. 254. 1. DISSEN. Verba *εἶπε Καλλισθένης Φαληρεύς* absunt ab F. S. Y. aliisque nonnullis codicibus. Iidem tamen p. 254, 1. habent nomen in fine decreti similiter repetitum *εἶπεν Ἀριστόνικος Φρεάρριος*.

238, 23. ΕΠΙΣΤΟΛΗ] Hanc epistolam Athenas misit Philippus, quum audiret populum in bello apparando occupari. Tradi enim regi cunctas Phocensium urbes[a] Athenienses aegerrime tulerunt et ut ipsi intercederent et Phocenses servarent, bellum pararunt.—Ceterum ex his litteris patet non omnia oppida continuo se Philippo dedisse, scilicet non omnes Phocenses comprobarunt, quae Phalaecus propriae salutis caussa cum Phi-

[a] Dem. *π. παραπρ.* p. 359 in. 360. 365. Aesch. c. Ctes. p. 65, 8.

lippo pactus erat. resistentes tamen urbes hic vi cepit ac delevit, aliis praesidia imposuit. Epistola[b] scripta est post occupatam a rege Phocidem, dum Amphictyonum concilium habebatur, archonte Attico Archia (Ol. 108, 3.), mense Hecatombaeone. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 418. Epistolam totam spuriam esse disputant Brueckner. p. 387. Droysen. p. 921—924: defendit Voemelius 3. p. 13.

238, 26. *τὰ κατὰ τὴν Φωκίδα*] Oppida Phocidis. DISSEN.

238, 27. *ὅσα μὲν ἑκουσίως προσετίθετο τῶν πολισμάτων.* Utitur leniore verbo, pro *se subjecerunt* dicens *se adjunxerunt partibus nostris*, cf. p. 293. et Orat. adv. Epist. Philippi p. 154. DISSEN.

238, 28. *αὐτὰ* post *εἰσαγηοχότας* typothetae culpa remansit ex vetere lectione *εἰς αὐτά.* Deleatur.

239, 1. *κατὰ κράτος—κατεσκάψαμεν*] Aliter Demosthenes tradit de falsa legat. p. 360. *τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἁλῶναι πολιορκίᾳ μηδ' ἐκ προσβολῆς κατὰ κράτος, ἀλλ' ἐκ τοῦ σπείσασθαι πάντας ἄρδην ἀπολέσθαι, μέγιστόν ἐστι σημεῖον τοῦ διὰ τούτους πεισθέντας αὐτοὺς ὡς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου σωθήσονται ταῦτα παθεῖν.* Vide etiam Diodor. 16, 59. Si hae narrationes ad verbum urgendae sunt, quod non credo, cf. Winiewski p. 114. DISSEN. Jacobsio Demosthenes altero loco nonnihil a veritate descivisse videtur ut culpam Aeschinis augeret.

239, 2. *καὶ ὑμᾶς*] *Etiam vos,* h. e. vos cum aliis Graecis. SCHAEF. Fortasse etiam Lacedaemonii, qui abierant, conf. de fals. legat. p. 356., denuo de auxilio ferendo cogitabant. DISSEN.

239, 5. *τοῖς—ὅλοις*] *καθόλου.* WOLF. V. Schweighaeuserus Lex. Polyb. s. v. *ὅλος*, Machon. ap. Athen. 8. p. 349 C. SCHAEF.

οὐδὲν μέτριόν μοι δοκεῖτε ποιεῖν] *Non videmini bene agere, facere in quo quis acquiescere possit:* quod lenius dictum pro *male agitis.* DISSEN.

239, 6. *ὁμοίως ἀντιπαρεξάγοντες*] *Nihilo secius, quasi re libera, exercitum parantes educere contra me.* De v. *ὁμοίως* cf. infra p. 263, 18. DISSEN. V. Schweighaeuseri Lexic. Herodot. vol. 2. p. 148. SCHAEF.

καὶ ταῦτα οὐδὲ συμπεριειλημμένων τῶν Φωκέων ἐν ταῖς κοιναῖς ἡμῶν συνθήκαις] Nam Philippus non receperat Phocenses in foedus pacis, speciosam rationem afferens. cf. de falsa legat. p. 444. DISSEN.

239, 11. *Ἀκούετε, ὡς σαφῶς δηλοῖ—*] Marcellinus ad Hermogen. p. 212. *εἰ δὲ μηδ' αὕτη ἡ ἐξέτασις ἡμῖν συμβάληται, ἡ τῆς διανοίας, ἐπὶ τὴν διαβολὴν τῆς γνώμης, ἐπειδὰν καιρὸν ἔχωμεν, τρεψόμεθα, καθάπερ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου παρεχόμενος Φιλίππου ἐπιστολὴν ἔφη· Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, ὡς σαφῶς δηλοῖ καὶ διορίζεται—.* Scholiastes anonymus ad Hermogen. p. 402. *κατὰ*

[b] Has publice scriptas litteras rex haud dubie etiam cum Thebanis et Thessalis communicavit. cf. Demosth. verba quae sequuntur l. l.

λέξιν ποιεῖ ἐνάργειαν τὰ πληκτικὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τὰ σημαντικὰ, οἷον· Ὁρᾶτε, ὡς σαφῶς διορίζεται καὶ δηλοῖ. REISK.

239, 11. πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ συμμάχους] Nam cum pace etiam συμμαχία conjuncta fuerat. DISSEN. συμμάχους autem dicit Thebanos et Thessalos.

239, 16. ᾤχετο ἐκείνους λαβὼν] Sententia ejus haec est. Progressus est Philippus ulterius. Thebanos Thessalosque, velut turbo omnia coram se agens, propellens, ruens et rotans, egit, quo voluit, obtorto collo, praecipites, occoecatos, dementatos, ut malorum sibi imminentium nil praeviderent. V. p. 347. 10. Aut est simile ductum de eo, qui subito, per vim correptum sublatumque in humeros aufert, quo vult, invitum et vociferantem. REISK.

239, 17. εἰς τὸ] Id est ὥστε.

239, 18. ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι] Modo p. 240, 21. δυνάμεις πολλὰς καὶ μεγάλας ἐποιεῖτο ὑφ' ἑαυτῷ. ut p. 241. ult. ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. et p. 248, 17. similiter. De qua constructione agit H. Stephanus Thesaur. L. Gr. vol. 3. col. 428. TAYLOR.

239. 20. Θηβαῖοι] Omisit Bekker. cum S. Sic etiam Thessali intelligendi. Sed quae continuo sequuntur de calamitate Thebanorum, arguunt, opinor, oratorem h. l. Θηβαίοι addidisse. SCHAEF. Recte Θηβαῖοι defendere puto Schaeferum: sed fortasse praestat post κέχρηνται collocari cum A. k. s.

239, 26. δῆλον γὰρ ὅτι κ. τ. λ.] Locum hunc Alexander Rhetor de Figur. cap. de ironia p. 44. ed. Norrm. sic recitat e memoria: δῆλον γὰρ ὅτι σὺ μὲν ἀλγεῖς ἐπὶ τοῖς τῶν Θηβαίων ἀτυχήμασιν, κτήματα ἔχων ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, ἐγὼ δὲ χαίρω, ὃς εὐθὺς ἐξητούμην ὑπὸ τοῦ ταῦτα πεποιηκότος. REISK.

239. 28. κτήματ'] Dicitur Aeschines ap. Demosthen. de falsa leg. p. 386. in Phocensium finibus agros possidere, et potuit etiam in Boeotia post eversas Thebas habere fundos, veluti Demades habuit. conf. Aeschines epist. 12. p. 484. Bekk. Erant enim Athenienses qui pro mercede operae praestitae dono acceperant agros in Boeotia, alii vili pretio tales possessiones coemerant. DISSEN.

239. 29. ἐξητούμην] Constat Alexandrum post Thebas eversas postulasse ut oratores Atheniensium sibi traderentur, decem, aut octo, conf. Arrian. 1, 10. Diodor. 17, 15. Plutarch. V. Demosth. c. 23.; quorum quattuor potiores idem Plutarchus etiam in V. Phocion. c. 17. nominat. DISSEN.

240, 1. οὓς αὐτίκα μᾶλλον ἴσως ἁρμόσει λέγειν] Hermogenes p. 350. οὓς αὐτίκα μάλα ὕστερον ἁρμόσει λέγειν. μάλα etiam codd. nonnulli, quod videtur expressisse Rutilius Lupus de Fig. Sentent. lib. 2. init.: *Sed nimirum inopinans incidi in caussam temporis hujus alienam*, de qua posterius dicendum. *Quapropter ad illud, quod paulo prius agendum, revertor.* TAYLOR.

240, 2. ἁρμόσει] V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 46. SCHAEF.

240, 10. *οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο*] Thessali maxime invisi erant Graecis et contemti ob malos mores publice privatimque. Dicuntur *στάσεως μεστοὶ*, Isocrat. Epist. ad. Philipp. 2. p. 487. Bekk., *ἄπιστοι* cf. schol. ad Aristoph. Plut. 521., *διπλοῖ καὶ ποικίλοι* Dionys. Halic. Rhetor. c. 11. p. 402. et notatur eorum intemperantia, *ἀταξία, ἀκολασία*, cf. Athen. 6. p. 260, B, C., Platon. Crit. p. 53, D. Ac Phocidi quidem semper infesti erant, cf. Aeschin. de fals. legat. p. 46. Pausan. 10, 2, 1., unde etiam nunc non satiati vastatione urbium, totius populi interitum postulabant, cf. Aeschin. de fals. legat. p. 47. Hi Philippo imprimis dediti erant Phocensium victori, qui etiam mores eorum imitabatur, cf. Theopomp. ap. Athen. 6. p. 260. et Ol. 109, 1. tyrannos iis denuo expulit, cf. Diodor. 16, 69. Thebani vero cur tantopere coluerint Philippum, paucis disce ex Demosth. de fals. legat. p. 385. *πρῶτον μὲν τοίνυν εἰρήνη γέγονεν αὐτοῖς πονοῦσι καὶ ταλαιπωρουμένοις ἤδη τῷ πολέμῳ καὶ ἡττωμένοις, εἶτα τῶν ἐχθρῶν Φωκέων ἄρδην ὄλεθρος καὶ ὅλων τῶν τειχῶν καὶ τῶν πόλεων ἀναίρεσις. Ἆρα καὶ μόνα ταῦτα; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἔτι πρὸς τούτοις Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Κορσιαὶ, τὸ Τιλφωσσαῖον, τῆς τῶν Φωκέων χώρας ὁπόσην βούλονται.* DISSEN.

240, 10. *φίλον—ἡγοῦντο*] Citat h. l. Alexander Rhetor p. 28. in capite *περὶ ἐπιμονῆς* et Phoebammon p. 132., qui genus tautologiae facit *διάφορα ὀνόματα σημαίνοντα τὴν αὐτὴν διάνοιαν, ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν πτῶσιν, ὡς τό· φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα ἡγοῦντο.* REISK.

240, 14. *ὑμεῖς δὲ—ἤγετε τὴν εἰρήνην ὅμως*] Plura de his temporibus Athenarum in Oratione de Pace inveniuntur. DISSEN.

240, 18. *περιιὼν ὁ Φίλιππος*] *Hostili exercitu huc illuc se vertens.* Gessit autem post Phocensium excidium Ol. 108, 3. bellum contra Illyrios Ol. 108, 4., cf. Diod. 16, 69., atque etiam Triballos tum videtur adortus esse. DISSEN.

240, 19. *τινὰς δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων κατεστρέφετο*] Sic in oratione de Halonneso p. 84. dicitur: *Φεραίων μὲν ἀφῄρηται τὴν πόλιν καὶ φρουρὰν ἐν τῇ ἀκροπόλει κατέστησεν, ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν, ἐπὶ δ' Ἀμβρακίαν στρατεύεται, τὰς δ' ἐν Κασσωπίᾳ τρεῖς πόλεις Πανδοσίαν καὶ Βούχετα καὶ Ἐλάτειαν, Ἠλείων ἀποικίας, κατακαύσας τὴν χώραν καὶ εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος, παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ δουλεύειν. σφόδρα γε βούλεται τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους εἶναι καὶ αὐτονόμους, ὡς δηλοῖ τὰ ἔργα.* Expeditio adversus Cassopiam in Epiro videtur facta Ol. 109, ½. cum etiam Ambraciam aggrederetur, et hanc quidem frustra. DISSEN.

240, 21. *ἐποιεῖθ' ὑφ' ἑαυτῷ*] Hermogenes, qui hunc locum laudat p. 185. iterumque per plura p. 189., habet *ἐποιεῖτο ὑφ' ἑαυτὸν* (vide supra p. 238, 27. 239, 19.) *τότε δὴ, τότε πάντες κ. τ. λ.* TAYLOR.

καί τινες—πόλεων] Hermogenes p. 185. dat *καί τινες τῶν πόλεων.* Verumtamen p. 189., ubi locum iterat, recte dat cum vulgatis. REISK.

240, 23. τότε πάντες] τότε δὴ, τότε πάντες Hermogenes, quod receptum a Reiskio non puto esse in codice v. cui tribuit Bekkerus. Illatum fortasse ex p. 241, 20.

240, 25. παρεσκευάζετο] Hermogenes p. 185. παρεσκεύαζεν: sed παρεσκευάζετο p. 189. REISK.

240, 26. λόγος] ὁ λόγος S. Sed haec phrasis solet articulo carere. V. not. ad p. 168, 11. SCHAEF.

ἐγὼ μὲν—πεμφθείην] Citant Anecd. Bekk. p. 129, 6. sic ut omittant γὰρ et pro διεμαρτυρόμην habeant διεμαρτυρούμην. SCHAEF.

240, 27. παρ' ὑμῖν ἀεὶ καὶ ὅποι πεμφθείην] Ut cum in Peloponnesum mitteretur. Fuerunt autem duae legationes in Peloponnesum, una Ol. 108, 4., ante Orat. Philipp. 2., ibi spectata p. 70., altera Ol. 109, 2. quae huc pertinet, et in Orat. Philipp. 3. p. 129. memoratur. Conf. Winiewski p. 152. 157. Eodem tempore etiam legationem in Ambraciam obiit orator, cf. p. 308. DISSEN.

ὅποι πεμφθείην] ἐλλείπειν τὸν ἂν minus recte vult gramm. in Anecd. Bekk. SCHAEF.

αἱ δὲ πόλεις κ. τ. λ.] Hermogenes p. 243. αἱ μετρίως μὲν οὖν ἔχουσαι τροπαὶ τοιαῦταί εἰσιν. εἰ δ' ὑπερβαῖέν τι τοῦ μετρίου, τραχύνουσι τὸν λόγον, οἷον· αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν. διὸ καὶ ἐξηγήσεως αὐτῷ ἐδέησε. τὸ γὰρ, τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκούντων, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦ ἐνόσουν ἐστὶν ἐξηγητικά. REISK. Conf. Naekii Choerilea p. 273. SCHAEF.

αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν] Usurpatur verbum de civitatibus, quae seditionibus, dissidiis aliove malo intestino laborant. Conf. Wessel. ad Diod. 11, 86. Et nunc quidem inertiam et caecitatem civitatium videbis intelligi a generosioribus sensibus, a defensione libertatis communis alienam, civibus aut pecunia aut socordia corruptis. DISSEN.

240, 28. τῶν μὲν] Sunt qui alias οἱ προεστηκότες, οἱ πολιτευόμενοι, οἱ τὰ κοινὰ πράττοντες dicuntur. Hi igitur corrumpi se patiebantur in administratione rei publicae. Frequens autem est conjunctio verborum πολιτεύεσθαι et πράττειν in his orationibus, et alias, v. c. Plutarch. V. Cicer. 40, 6. Pompeii c. 11. et 48. DISSEN.

240, 29. τῶν ἰδιωτῶν καὶ πολλῶν] Sunt synonyma: sed oratoris est hujusmodi pleonasmis abuti, inprimis quando concinnitatis studium abundantiam poscit verborum. Nam modo dixerat abundanter πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν, δωροδοκούντων καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασι. Atque infra p. 241, 7. τοῖς προεστηκόσι simpliciter opponuntur τὰ πλήθη, h. e. οἱ πολλοί. SCHAEF.

241, 3. ῥᾳστώνῃ] Mox v. 7. ῥᾳθυμίας. Utrumque jungitur p. 133, 12. SCHAEF.

241, 4. πλὴν οὐκ ἐφ' ἑαυτοὺς] V. Reisk. Ind. Graecitat. s. v. πλήν. Plenius p. 1290, 4. πλέουσα πανταχόσε, πλὴν οὐκ εἰς Ἀθήνας. SCHAEF.

241, 5. διὰ τῶν ἑτέρων κινδύνων] *Periculis quae aliis imminent.* SCHAEF.

241, 6. *σχήσειν*] Hac significatione rarior futuri forma pro *ἕξειν*. Infra p. 428, 22. *σχήσετε*, sed vi longe diversa, quae hujus formae tanquam propria est. V. Hesychius vol. 2. p. 1331. SCHAEF.

241, 7. *τοῖς μὲν πλήθεσιν*] Sic hic pluralis legitur etiam Philipp. 2. p. 71. et alias. DISSEN.

241, 9. *οἰομένοις*] *οἰομένους* Hermogenes Aldinus. Nam Portus in editione Crispini plerosque locos Demosthenicos ab Aldo aliter exhibitos ad lectionem vulgarem reformavit, ut hic loci, ubi editio Aldina sic dat, quamquam vitiose: *τὰ ἄλλα πλὴν ἐκείνους ὅμως οἰομένους ἄλλους πωλεῖν πρώτους ἑαυτοὺς πεπρακότας ἠσθῆσθαι*. REISK.

241, 10. *πρώτους ἑαυτοὺς πεπρακόσιν αἰσθέσθαι*] Respicit ad haec atque talia Plutarch. V. Demosth. c. 31. DISSEN.

241, 11. *ἃ*] Mox: *τἄλλα, ἃ προσήκει, πάντ' ἀκούουσιν*. V. L. Bos. Ellips. p. 352. SCHAEF.

241, 12. *ἡνίκα ἐδωροδόκουν*] Desunt Hermogeni Aldino. REISK.

καὶ τἄλλα—ἀκούουσιν] Idem dat *καὶ πάντα ἃ προσῆκεν ἀκούουσιν*. REISK.

τἄλλα, ἃ προσήκει, πάντ'] Reiskius Ind. Graecit. s. v. *ἀκούειν* subaudit *ὀνείδη* vel *αἰσχρά*. Nihil subaudiendum. Vide not. ad *ἃ* v. 11. SCHAEF.

241, 25. *μέχρι τούτου—*] Hermogenes p. 266, 3. citat h. l. et p. 295., ubi de discrimine *τῆς παρισώσεως* et *τῆς ἐπαναφορᾶς* loquitur: *αἵ τε οὖν παρισώσεις καλλωπίζουσιν, ὥσπερ ἐλέγομεν, καὶ αἱ κατὰ κῶλον ἐπαναφοραί, οἷον· μέχρι τούτου Λασθένης—μέχρι τούτου Τιμόλαος—*. Ponam hic locum e scholiasta ad Hermogenis librum *περὶ ἰδεῶν*, non quo lectores ex eo scitu digna discant, sed quo intelligant hoc e specimine, quam miseris et quam difficilibus nugis bonus Hermogenes oneratus sit. Quamquam hic anonymus in hunc de Formis librum scholiastes sequioris et generis et aetatis est nulloque modo cum Marcellino caeterisque vetustioribus et melioribus commentatoribus comparandus. p. 397. ergo, cum multis et ultra, quam par esset, subtiliter disputasset, ad rem obscurandam quam ad illuminandam accommodatius, in illo Demosthenico *μέχρι τούτου Λασθένης* obtinere *ἀκμὴν* compositam ex *ἀκμῇ καὶ λαμπρότητι*, tandem subjicit haec: *φησὶν οὖν ὅτι οὐ τοῦτο λέγω, ὅτι λαμπρότης καὶ ἀκμὴ συνελθοῦσαι ποιοῦσιν ἀκμήν, (ἡ γὰρ ἀκμὴ καθ' αὑτὴν οὐ συνέστηκεν,) ἀλλ' ἐκ σφοδρότητος καὶ λαμπρότητος καὶ τραχύτητος σύγκειται. ὥστε οὐχ ἁπλῶς δεῖ λέγειν ἐκ λαμπρότητος καὶ ἀκμῆς τὴν ἀκμὴν συνεστάναι, ἀλλὰ λαμπρὸν ἐν ταυτῷ καὶ ἀκμαῖον εἶναι τὸ μέχρι τούτου Λασθένης· λαμπρὸν μὲν διὰ τὴν λαμπρὰν ἔννοιαν, ἀκμαῖον δὲ διὰ τὰς τῆς σφοδρότητος καὶ τραχύτητος ἐννοίας καὶ τῆς λαμπρότητος τὴν μακροκωλίαν. ἐξ ὧν ἡ ἀκμή—. εἰ γὰρ ἁπλῆ οὖσα ἡ ἐπαναφορὰ κάλλος ποιεῖ τῷ λόγῳ* (pulchritudinem orationi per se conciliat epanaphora, etiamsi aliud nihil ad eam accessisset; est autem epanaphora particula *μέχρι* ter iterata;) *πολλῷ μᾶλλον διπλῆ κατὰ συζυγίαν*

γενομένη. (quanto majorem addet pulchritudinem duplicata per syzygiam seu conjugationem haec epanaphora. hoc est, μέχρι toties cum ἕως copulatum.) τὸ γὰρ μέχρι καὶ μέχρι καὶ ἕως καὶ ἕως κατὰ συζυγίαν τὴν ἐπαναφορὰν ἔχει. Ejusmodi disputationes, tenebris seculorum scholasticorum dignae, captum meum superant. Alexander Rhetor p. 62. πεποίηκε δὲ Δημοσθένης καὶ διπλῆν ἐπαναφορὰν ἐπί τε τῶν προηγουμένων κώλων τὸ αὐτὸ μόριον λαμβάνων καὶ ἐπὶ τῶν ἑπομένων· μέχρι τούτου etc. τῶν μὲν γὰρ πρώτων κώλων τὸ ΜΕΧΡΙ ἄρχει μόριον, τῶν δὲ δευτέρων τὸ ἝΩΣ. REISK.

241, 25. Λασθένης—Σῖμος] Lasthenes et Euthycrates prodiderunt Olynthum et a Philippo postea occisi sunt. cf. de f. leg. p. 426. et 451. De Chersones. p. 99. Winiewski p. 68.—Timolaus iterum nominatur infra p. 324. Confer de eo etiam Dinarch. adv. Demosth. p. 99, 31. H. St. et Athen. 10. p. 436. B.—Simus e gente Aleuadarum secundum Harpocrat. Dicitur Larisaeus adv. Neaer. p. 1382. Vide de eo Boeckhium ad Pindar. Pyth. 10. p. 333., qui etiam Eudicum censet Aleuadam fuisse. Adde Buttmann. Mythol. vol. 2. p. 251. 291. DISSEN.

241, 26. μέχρι τούτου Τιμόλαος—οἱ Λαρισαῖοι] Citat Tiberius p. 48. s., ubi v. Boissonad. SCHAEF.

241, 27. Εὔδικος καὶ Σῖμος—] Citat h. l. Harpocrat. v. Εὔδικος et Σιμὸς et Περίλλος (v. p. 242, 3.): nam sic exaratum ibi legitur. REISK.

Σῖμος] Σιμὸς Tiberius cum Harpocratione. Accentus vitium notavi Ind. ad schol. Apollon. Rhod. p. 656. SCHAEF.

241, 28. ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν] Quod factum Ol. 109, 1. ubi tyrannos expulit et formam reipublicae pro arbitrio constituit. DISSEN.

242, 1. ἡ οἰκουμένη] Recte Reiskius in Ind. Graecitat. *terra a Graecis habitata.* V. not. ad p. 85, 17. SCHAEF.

242, 2. Ἀρίστρατος—Περίλαος] Aristratus nominatur iterum infra p. 324., quemadmodum etiam Perilaus. Mentio fit Aristrati etiam ap. Plutarch. V. Arat. c. 13., Perilai vero ap. Demosth. de falsa legat. p. 435. DISSEN.

242, 3. Περίλαος] Περίλλος Harpocration, melius Πέριλλος apud Phot. p. 418, 2. Harpocrationis glossam repetentem. Solennis formarum duarum ejusdem nominis commutatio. Sic Περίλαος, ὁ τοῦ ταύρου δημιουργὸς, saepe dicitur Πέριλλος. SCHAEF.

ἀπερριμμένοι] ὑπὸ Φιλίππου. SCHAEF.

242, 5. τούτοις—ὑμῖν] Nota subitam conversionem a tertia persona ad secundam. SCHAEF.

242, 7. καὶ διὰ τοὺς—καὶ ἔμμισθοι] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 9. SCHAEF.

διὰ τοὺς πολλοὺς τουτωνὶ καὶ τοὺς ἀνθισταμένους τοῖς ὑμετέροις βουλήμασιν] *Per maximam partem civium et per nos oratores vestris machinationibus obstantes.* Vides populum Atheniensem et oratores intelligi Philippo adversarios. Per solos oratores

servatas Athenas esse arrogantius dixisset; quare necessario etiam populi mentio fieri debebat in tali laude. DISSEN.

242, 10. ἐπεὶ—ἀπολώλειτε] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 32. *nam, si per vos solos staret, dudum fame enecti periissetis.* SCHAEF.

242, 12. ἑωλοκρασίαν] In numero τῶν αὐθαδῶν καὶ τολμηρῶν διανοημάτων recenset Hermogenes p. 409. TAYLOR. Harpocrat. s. h. v. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος "Αἴτιος δ' οὗτος ὥσπερ ἑωλοκρασίαν τινά μου τῆς πονηρίας τῆς αὐτοῦ κατασκεδάσας." Δίδυμος δὲ "οὗτος χθὲς καὶ πρώην ἃ ἐκέρασε πράγματα, τήμερόν μου καταχεῖ καὶ ἐμὲ πρᾶξαί φησι."

242, 15. τοὺς νεωτέρους τῶν πραγμάτων] Rauchensteinius in Comment. *de tempore quo Orationes Aeschinis et Demosthenis Ctesiphonteae habitae sint*, p. 21. recte intelligit juniores, quam ut belli Phocensis exitum et res huic conjunctas accurata memoria tenerent. Atque judicum nemo sedebat minor triginta annis, cf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 126. Sunt igitur νεώτεροι τῶν πραγμάτων juniores judicum, qui Ol. 108, 2. annum decimum quartum, quintum, sextum, septimum agebant needum comitiis adesse poterant. DISSEN.

ἀπολύσασθαι] Sic Achilles Tatius dicit 6, 2. ἵνα σοι πρὸς Θέρσανδρον ἡ τῆς αἰτίας ἀπόλυσις ᾖ. DISSEN.

242, 16. καὶ ὑμεῖς] *Etiam vos.* Nam ipse ceperat molestiam quum illa juniorum caussa enarrare cogeretur. SCHAEF.

242, 17. καίτοι φιλίαν — ἐγὼ σέ] Citat Tiberius p. 44. SCHAEFER. Citat h. l. Alexander Rhetor. p. 36. in cap. περὶ ἐπαναλήψεως his verbis: πολλάκις δὲ καὶ ταὐτὰ (eadem vocabula) καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνεται. ὡς Δημοσθένης· καίτοι φιλίαν τε καὶ ξενίαν—ad πόθεν λαβόντι; REISK. Tiberius omittit encliticam.

242, 19. εἶπέ που λέγων] Dixit vero Aeschines contra Ctesiph. p. 63. ὁ τὴν ξενίαν ἐμοὶ προφέρων τὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου. Atque ita audiverat verba Demosthenes cum haberetur oratio; neque enim caussa apparet cur postea Aeschines προφέρων pro ὀνειδίζων scripserit. Ergo Demosthenes nunc non accurate recordatur. DISSEN.

242, 19. 20. ξενίαν] Tiberius priori loco ξενίαν, sed posteriori φιλίαν. φιλίαν bis poni poscit quod mox sequitur Ἀλεξάνδρου φίλον. SCHAEFER.

242, 20. ἐγὼ σοὶ ξενίαν—] Hermogenes p. 347. θαυμασμοῦ δὲ παράδειγμα, οἷον· ἐγώ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου καὶ τὰ ἑξῆς. REISK.

242, 21. πόθεν—ἀξιωθέντι] Omittit Tiberius. SCHAEFER.

242, 23. εἰ μὴ καὶ τοὺς θεριστὰς κ. τ. λ.] Rursus Hermogenes p. 319, 1. μέθοδός τις αὕτη ἀφελείας τὸ πλεονάζειν τοῖς κατὰ μέρος ἐπεξιόντας. ἐπεὶ καὶ τὸ, εἰ μὴ καὶ τοὺς θεριστὰς καὶ τοὺς ἄλλο τι μισθοῦ πράττοντας, εἰ ἀφέλοι τις τὸ ἀόριστον (aliud quodcunque), ἐπιμεῖναι δὲ τοῖς κατὰ μέρος, ἀφελῆ ποιήσει τὸν λόγον. οἷον, εἰ οὕτω λέγοι· εἰ μὴ καὶ τοὺς θεριστὰς καὶ τοὺς σκαπανέας καὶ τοὺς ἀμαλλοδέτας καὶ τοὺς ποιμένας καὶ τοὺς νομέας. εἰ γὰρ οὕτως ἐπιμεῖναι τις τοῖς κατὰ μέρος, πάνυ ἂν ἐργάσαιτο ἀφελῆ τὸν λόγον. REISK.

242, 28. *εἰ δ' ἀπιστεῖς κ. τ. λ.*] Aristides de C. D. p. 276. *ἐμφασιν δέ σοι καὶ ἐρωτήσεις ποιήσουσιν, ὡς ἐν τῷ περὶ στεφάνου· εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐρώτησον αὐτούς* etc. ad *ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου.* REISK.

242, 29. *πότερον ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μισθωτὸς Αἰσχίνης ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου; ἀκούεις ἃ λέγουσι*] Narrat Ulpianus ad hunc locum, Demosthenem consulto male pronuntiasse *μίσθωτος,* quod deinde vel judices vel Menander comicus correxerint *μισθωτὸς* clamantes, atque ita speciem affirmationis ortam, quam Demosthenes desideraverit. Sed de Menandro quod narrat, explodit Meinekius ad Menandri Reliq. p. 24. Atque intellexerunt etiam alii ineptum esse totum hoc commentum. Minime enim credibile est revera interrogatos auditores, inter quos esse poterant qui responderent non esse proditorem Aeschinem, ut turpiter caderet tota argumentatio. Nos tum demum, cum edenda esset oratio, censemus a Demosthene hunc locum sic ut legitur conformatum. Placebat veteribus species extemporalitatis, ut constat, vide Wolf. ad Leptin. p. 481, 22., veluti Cicero in Verrin. 4, 3. fingit interrogare se artificem et hunc respondere, cum tamen illa oratio non sit habita. Sic etiam Demosthenes credo hoc finxit callide, quasi revera ita factum esset. Omnino per se clarum, cum haec oratio edenda esset, alia addita esse a Demosthene, alia omissa aut mutata. Considera mihi v. c. hunc locum p. 273. *ἀλλ' οὐ τίθεται ταῦτα παρ' ὑμῖν εἰς ἀκριβῆ μνήμην οὐδ' ἣν προσῆκεν ὀργὴν, ἀλλὰ δεδώκατε ἔθει τινὶ φαύλῳ πολλὴν ἐξουσίαν τῷ βουλομένῳ τὸν λέγοντά τι τῶν ὑμῖν συμφερόντων ὑποσκελίζειν καὶ συκοφαντεῖν, τῆς ἐπὶ ταῖς λοιδορίαις ἡδονῆς καὶ χάριτος τὸ τῆς πόλεως συμφέρον ἀνταλλαττόμενοι. διόπερ ῥᾷόν ἐστι καὶ ἀσφαλέστερον ἀεὶ τοῖς ἐχθροῖς ὑπηρετοῦντα μισθαρνεῖν ἢ τὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἑλόμενον τάξιν πολιτεύεσθαι*: aegre credam haec ita dicta esse apud judices. Omissionis vero exemplum ut afferam, comparaverat Demosthenes Aeschinem cum Sirenibus, vide Aeschin. contr. Ctesiphont. p. 86., qui locus ab hac quam habemus oratione abest. Tetigimus has quaestiones etiam in Introductione. DISSEN.

243, 6. *καὶ τούτων—τυγχάνειν*] Construenda sunt vocabula sic, ac si hoc modo starent: *δίκαιός εἰμι τυγχάνειν καὶ τούτων τῶν δωρεῶν τῶν προβεβουλευμένων καὶ ἄλλων ἔτι μειζόνων, ἢ αὗταί εἰσιν.* REISK.

243, 8. *λαβών*] Post *λαβών* rursus habetur in Bavarico hoc signum : ὁ͂. REISK. V. not. ad p. 237, 27. SCHAEFER.

243, 10. *Χαιρώνδου*] Chaerondam quum archontem eponymum fuisse Olymp. 110, 3 Aeschinis (p. 57, 35.) Diodori Siculi, Dionysii Halicarnassensis et Plutarchi testimoniis a Clintono collectis constet, in quibus partim *Χαρώνδας* scriptum, certum viris doctis quibusdam olim visum est actionem Aeschinis contra Ctesiphontem anno illo primum esse institutam: quam sententiam praeter alios defendit Boeckhius in Comment. de archontibus pseudeponymis p. 157 seqq. et Winiewskius. Hodie exploratum haberi potest Chaerondam illum, qui Aeschinis libello hic

apud Demosthenem praescriptus est, non minus esse pseudeponymum quam Mnesiphilum in decretis p. 235. 1. 238, 1. appositis ceterosque archontes in aliis actis memoratos quae infra huic orationi sunt inserta. Certissimum enim est actionem ab Aeschine non illo anno, sed Olymp. 110, 4. archonte Phrynicho esse institutam. Quod demonstravit Boehneckius Quaestion. vol. 1. p. 587 seqq., quattuor potissimum usus argumentis, quae infra posuimus.

Argumentum primum.

"Ctesipho rogationem suam proposuit mensis Pyanepsionis d. 22., dum Demosthenes moenium reficiendorum curator et theorico praefectus erat, needum horum munerum rationes reddiderat. Demosthenes autem archonte Chaeronda Ol. 110, 3. Sciroph. d. 2. vel 3. a tribu sua moenium curator constitutus est: ergo Ctesipho Pyanepsione demum insequentis anni eum coronandum proposuisse potest.—Hoc domonstrant praeter gravissimum apud Aeschinem documentum sequentia testimonia.

§. 1. "Demosthenem τειχοποιοῦ munus suscepisse post cladem Chaeronensem et post subactas a Philippo Thebas testatur auctor argumenti secundi ad Demosthenis orationem de corona p. 222 sq. Ἀθηναῖοι καὶ Θηβαῖοι πολεμοῦντες πρὸς Φίλιππον ἐν Χαιρωνείᾳ ἡττήθησαν· ἐπικρατήσας οὖν ὁ Μακεδὼν φρουρὰν μὲν εἰς τὰς Θήβας ἐνέβαλε, καὶ εἶχεν ὑπὸ χεῖρα δουλεύουσαν. ἐλπίσαντες οὖν τὸ αὐτὸ παθεῖν Ἀθηναῖοι, καὶ ὅσον οὐδέπω κατ' αὐτῶν ἥξειν προσδοκῶντες τὸν τύραννον, ἐσκέψαντο τὰ πεπονηκότα μέρη τῷ χρόνῳ τοῦ τείχους ἐπανορθώσασθαι· καὶ δὴ ἀφ' ἑκάστης φυλῆς τειχοποιοὶ προεβλήθησαν. τοιόνδε καὶ ἡ Πανδιονὶς ἐξ ἑαυτῆς εἵλετο πρὸς τὴν χρείαν τὸν ῥήτορα. Jam vidimus pace Demadea minime pericula prorsus remota fuisse: scriptorem autem errasse non habemus cur statuamus. Si igitur Demosthenes Scirophorione τειχοποιὸς factus est, nonnisi Scirophorion anni Ol. 110, 3. intelligi potest.

§. 2. "Demosthenem post pugnam fatalem et post habitam orationem funebrem ad curam moenium reficiendorum accessisse, confirmat Plutarchus in vita X orat. p. 845 F. ubi postquam de ejus fuga e pugna exposuit, pergit: εἶπε μέντοι τὸν ἐπιτάφιον ἐπὶ τοῖς πεσοῦσιν. μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν ἐπισκευὴν τῆς πόλεως τῇ ἐπιμελείᾳ προσελθὼν καὶ τῶν τειχῶν ἐπιμελητὴς χειροτονηθεὶς κ. τ. λ. Demosthenes orationem funebrem post pacem Demadeam habuit sub hiemem, ut videtur, itaque insequenti demum vere curam murorum reficiendorum suscepit.

§. 3. "Demosthenem alio tempore tria illa talenta ad muros reficiendos dedisse quam continuo post pugnam Chaeronensem patet e psephismate in ejus honorem lato p. 851 A.[c]: καὶ εἰς τὴν τειχοποιίαν ἀνάλωσε χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπιδόντος αὐτοῦ τρία τάλαντα καὶ οἷς ἐπέδωκε δύο τάφρους περὶ τὸν Πειραιᾶ ταφρεύ-

[c] In hoc decreto is ordo observatur: primum recensetur quid Demosthenes beneficentia sua (εὐεργέτης), deinde quid consiliis suis (σύμβουλος) reipublicae profuerit.

σας, καὶ μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην ἐπέδωκε τάλαντον καὶ εἰς τὴν σιτωνίαν ἐπέδωκεν ἐν τῇ σιτοδείᾳ τάλαντον. Commemorantur igitur tres *ἐπιδόσεις*, quae diversis temporibus factae sunt, primo loco ea, quae maxima fuerat.

§. 4. " Demosthenes ipse pugnae Chaeronensi interfuit et clade subsequuta postquam Athenis omnia ad urbem defendendam ac muniendam psephismatis suis constituisset, eam reliquit eoque rediit quum pax fieret. Haec evincunt eum tum non *τειχοποιὸν* fuisse: is enim si fuisset, gravissimo instante discrimine opus non deserere debuisset.

§. 5. " Athenienses jam Sciroph. Ol. 110, 2. de muris reficiendis cogitasse, non probabile est. Usque ad aestatem Ol. 110 [illegible] ipsi et Thebani victores erant, nec mali quidquam se passuros, sed Philippum ipsum victuros esse sperare poterant.

§. 6. " Demosthenem circa et continuo post cladem non theorico praefectum fuisse jam supra docui.

Argumentum secundum.

" Si Ctesiphontis scitum Ol. 110, 3. Pyanaeps. d. 22. factum esset, duo tantum menses inter hoc et cladem Chaeronensem interfuissent. At vero intra brevissimum hoc spatium minime concludi possunt quae post cladem et ante Ctesiphontis rogationem evenerunt: ergo haec Pyanepsione anni Ol. 110, 3. proposita esse nequit.

" Demosthenes[d] dicit: *μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ὁ δῆμος . . . πρῶτον μὲν περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως τὰς ἐμὰς γνώμας ἐχειροτόνει . . . καὶ ἡ διάταξις τῶν φυλάκων, αἱ τάφροι, τὰ εἰς τὰ τείχη χρήματα διὰ τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων ἐγίγνετο*: postquam Demosthenes omnia ad defendendam urbem psephismatis suis instruxisset, ipse legationem obiit et Athenas reliquit: simul, ut Aeschines refert, legati ad Philippum abierunt, pax cum hoc subsequuta est, et Demosthenes post eam Athenas reversus orationem funebrem habuit sub hiemem: *ἔπειθ'*, pergit, *αἱρούμενος σιτώνην ἐκ πάντων ἐμὲ ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος*—hoc post pacem factum esse videtur, quum populus iterum eum ad munera elegit, sed nos non urgemus,—*καὶ μετὰ ταῦτα συστάντων οἷς ἦν ἐπιμελὲς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας πάντα ταῦτα ἐπαγόντων μοι . . . ἐν τοίνυν τούτοις πᾶσι ἐσωζόμην*. Etiamsi incertum est quo tempore Demostheni cura frumenti coëmendi demandata sit, utrum ante an post pacem, tamen non dubium quin adversarii aliquanto post pacem eum postulaverint: nam continuo post cladem populus Demosthenis consilia exsequutus est, nec adversariorum actionibus vacavit, tum autem Demosthenes ipse ne aderat quidem in urbe. Post pacem igitur prodierunt demum ejus adversarii et criminationes super criminationes struxerunt. De quibus quum in judiciis actum sit, etiam rationes rerum gestarum et administratarum a Demosthene relatae sint: non poterant haec omnia brevissimo

[d] P. 309, 21. Cf. Spengel. in Niebuhrii Museo Rhen. vol. 2. p. 375

tempore absolvi, etiamsi verba Demosthenis premis, ejus nomen *quotidie* fere ad judices delatum esse. Accedit quod adversarii et Macedonicarum partium studiosi *primum* non ipsi contra eum prodierunt, sed alios immiserunt. Pace enim cum Philippo composita, ut Winiewskius p. 268. ipse observavit, periculosius videri iis poterat, si ipsi rectaque via in virum veherentur populi studiis adhuc florentem. Sine dubio de his rebus per totam hiemem et vere quoque in judiciis transactum est. Etiam Winiewskius concedit spatium illud brevius esse quam ut eo omnes illi, quos Demosthenes numerat, impetus potuerint reprimi: nos ne incepisse quidem impetus illos primis duobus mensibus post cladem contendimus. Quare statuit *potuisse* Ctesiphontis legem etiam *inter* illos impetus ferri, immo eum id sane consilio petisse, ut, comprobata praejudicio senatus virtute Demosthenis, obtrectatores ejus ab invidis illis impetibus deterrerentur[e].—Num verisimile est Ctesiphontem suum pshephisma proposuisse, si nondum repressi fuissent adversarii? Sane tempore, quo hi Demosthenem impugnarunt, ille tacuerit et opportunius tempus exspectaverit. De hac vero re ambigi nequit, nam Demosthenes ipse diserte addit Ctesiphontis legem *post* repressos demum illos adversariorum impetus latam esse. Postquam enim de eventu harum litium exposuit, pergit p. 310. 23: *τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, τί προσῆκεν ἢ τί δίκαιον ἦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένοις θέσθαι τὸν Κτησιφῶντα ὄνομα; οὐχ ὃ τὸν δῆμον ἑώρα τιθέμενον, οὐχ ὃ τοὺς ὀμωμοκότας δικαστὰς, οὐχ ὃ τὴν ἀλήθειαν παρὰ πᾶσι βεβαιοῦσαν;* Manifesto innuit orator non posse reprehendi Ctesiphontem, qui sententias judicum et populi in rogatione sua repetierit.

Argumentum tertium.

"Omnem probabilitatem excedit Ctesiphontem scitum suum proposuisse Pyanepsione Ol. 110, 3., quum Philippus adhuc in Graecia versaretur. Post pacem auctumno exeunte redierat quidem Demosthenes Athenas, sed primis temporibus *ὑπότρομος* erat et *ἀσθενής*, et si tale quid de eo honorando Ctesiphonti in mentem venisset, certe id amico dissuasisset. Porro Demades circa illud tempus psephisma suum in honorem Philippi pertulisse videtur. Mutata autem erant tempora auctumno sequentis anni. Athenienses tunc rebus, quae novissime acciderant, male contenti.

Argumentum quartum.

"Objecerat Demosthenes Aeschini quod actionem studii in Alexandrum ostentandi caussa instituisset. Hoc opprobrium

[e] Aesch. c. Ctes. p. 610. *καὶ κατὰ τῆσδε τῆς κρίσεως εὐθὺς ἀρχόμενος τοῦ λόγου φέρει τινὰ αἰτίαν, λέγων ὡς ἐγὼ τὴν γραφὴν οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐγραψάμην, ἀλλ' ἐνδεικνύμενος Ἀλεξάνδρῳ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν.* Nec tamen Demosthenes hoc in sua oratione diserte dixit, sed tecte significare videtur p. 319, 8. *καί μοι δοκεῖς ἐκ τούτων, Αἰσχίνη, λόγων ἐπίδειξίν τινα καὶ φωνασκίας βουλόμενος ποιήσασθαι τοῦτον προελέσθαι τὸν ἀγῶνα. οὐκ ἀδικήματος οὐδενὸς λαβεῖν τιμωρίαν.*

actor his verbis refellit p. 612 sq.: ἀπηνέχθη γὰρ ἡ κατὰ τοῦδε τοῦ ψηφίσματος γραφὴ, ἣν οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐνδείξεώς με φῂς ἀπενεγκεῖν, ἔτι Φιλίππου ζῶντος, πρὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι, οὔπω σοῦ τὸ περὶ Παυσανίαν ἐνύπνιον ἑωρακότος, οὐδὲ πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν καὶ τὴν Ἥραν νύκτωρ διειλεγμένου. πῶς ἂν οὖν ἐγὼ προεδεικνύμην Ἀλεξάνδρῳ, εἴ γε μὴ ταυτὸ ἐνύπνιον ἐγὼ καὶ Δημοσθένης εἴδομεν; Optime haec verba quadrant et modo sensum habent, si Aeschines libellum ad archontem detulit Elaphebolione Ol. 110, 4. quinque mensibus antequam Alexander regnum adeptus est. Aeschines enim instituta actione Ctesiphontea nonnisi gratificari potuit Alexandro, postquam hic jam suscepisset imperium aut paulo ante. Demosthenes autem adversario officium hoc in Alexandrum ineptissime exprobrasset, si ille jam septendecim mensibus ante Philippi necem et Alexandri regni primordia Ctesiphonti litem intendisset: neque Aeschines, ut Spengelius (l. c. p. 371. 376.) jam observavit, ad diluendum opprobrium magnum hoc intervallum inter actionem institutam et Alexandri principium regni commemorare supersedisset. At quid dicit hic? imo fatetur rem se concedere, si idem somnium atque Demosthenes vidisset. Hic autem vidit somnium illud, si quidem omnino vidit, paucis diebus antequam Philippi mors Athenis cognita esset. Quum enim occulte ea de re comperisset, laeto vultu in senatum prodiit somnium se vidisse fingens, quod insignem aliquam populo felicitatem portenderet. Paullo post affuere qui Philippum vita excessisse nuntiarent. Quare nisi illud a Demosthene sine ulla veri specie Aeschini objectum esse statueris, actio brevi ante Philippi obitum instituta esse debet." Quomodo autem factum sit ut lis, quam Aeschines Ctesiphonti Olymp. 110. 4. intenderit, non eodem anno, sed diu intermissa Olymp. demum 112, 3. peracta sit, a pluribus viris doctis est quaesitum, quorum ea de re conjecturas valde incertas, partim etiam manifesto falsas, exposuit Boehneckius p. 594. seqq.

243, 11. Αἰσχίνης—Κτησιφῶντος] Citat Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 57. omittens Κοθωκίδης et ἀπήνεγκε ponens post παρανόμων. SCHAEFER.

243, 12. πρὸς τὸν ἄρχοντα] Dicuntur vulgo γραφαὶ παρανόμων thesmothetis traditae esse, sed probabile est ad omnes archontes eas deferri potuisse et thesmothetas in illis locis generaliori usu vocis pro archontibus omnino dictos, cf. Meier. et Schoemann. de judic. Athen. p. 60. DISSEN. Probabilitas illa, quam Dissenus dicit, hoc uno nititur loco, quem Droysenius p. 563. recte videtur inter argumenta rettulisse, quibus totam hanc accusationis formulam fictam esse demonstravit, repugnante Voemelio Comment. 1. p. 5. 6. Ceterum in accusationis libello thesmothetis tradito non est probabile scriptum fuisse Αἰσχίνης ἀπήνεγκε πρὸς τοὺς θεσμοθέτας παρανόμων γραφήν, sed debuit ille ab ipso incipere accusationis argumento, ἔγραψε Κτησιφῶν Λεωσθένους Ἀναφλύστιος παράνομον ψήφισμα etc.: unde Schoemannus in

libro de lite Attica p. 607. conjecit alterum illum loquendi modum *ἀπήνεγκεν ὁ δεῖνα γραφήν* locum habuisse in tabulis accusationum publice propositis.

243, 16. *ἀναγορεῦσαι*] Recurrit v. 28. P. 244. 2. 20. legitur eadem significatione *ἀνειπεῖν. τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ἀναρρήσεως* ibid. v. 22. SCHAEFER.

Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις τραγῳδοῖς καινοῖς] De Dionysiis quis non novit Boeckhii dissertationem egregiam in Actis Acad. Berol. a. 1817.? Sed non est credibile Dionysiis magnis, mense Elaphebolione ut constat actis, etiam tum semper novas fabulas spectatas esse aut ita mutatas ut pro novis haberi possent. Saepe Sophoclis tragoediae actae sunt a magnis istius temporis actoribus scenicis, cf. Demosth. de falsa legat. p. 418. Gell. N. Attic. 7. 5., qui in claris antiquioris tragoediae personis repraesentandis vel maxime artem suam ostendebant. Nam scenica ars tum erat perfectior quam antea, poesis vero deterior. Ergo non nimis urgebis formulam. Caeterum *τραγῳδοὶ καινοὶ* sunt, ut constat, *καινὰς τραγῳδίας εἰσάγοντες*, credo sic dicti cum novae personae, nova *πρόσωπα*, prodirent et spectarentur, ubi nova tragoedia agebatur. Pro *τραγῳδοῖς καινοῖς* dicitur etiam *τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν*, Aeschin. contr. Ctesiphont. p. 58. et *γιγνομένων τῶν ἐν ἄστει τραγῳδῶν* ibid paullo post, cf. etiam Hemsterhus. ad Lucian. Timon. c. 51. DISSEN. *τοῖς μεγάλοις* seclusit Voemelius, et recte fortasse.

243, 18. *ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας—καὶ ἀνδραγαθίας*] Post generalius verbum *ἀρετῆς* ponuntur specialia *εὐνοίας καὶ ἀνδραγαθίας* s. *benevolentiae et meritorum egregiorum in universam Graeciam et Atheniensem populum.* Supplebis igitur ad *ἀνδραγαθίας* iterum *εἰς τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων*, veluti in Orat. adv. Neaer. p. 1375. dicitur: *μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην.* Atque ut alias constructiones addam, ut Mid. p. 520. dicitur *ἀνδρῶν βέλτιστος περὶ ἐμὲ ἐγένετο*, et alias, sic in inscript. nr. 101. ap. Boeckh. vol. 1. p. 139. legitur *ἀνὴρ ἀγαθὸς περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων*, similiter ibid. nr. 105. p. 143. et alias saepius in inscriptionibus. Etiam *ἀγαθὸς ὑπὲρ τῆς πόλεως* dicitur. Porro frequens formula in talibus psephismatis *διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ ἄριστα, βέλτιστα τῷ δήμῳ, διατελεῖ πράττων ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθόν.* Postremo memorabile est quod psephisma Ctesiphontis p. 266. positum multo simplicius de meritis Demosthenis loquitur ita: *ἐπαινέσαι Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιᾶ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ καλοκἀγαθίας, ἧς ἔχων διατελεῖ ἐν παντὶ καιρῷ εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων.* Neque vero potuit Aeschines amplificare haec pro arbitrio in libello archonti tradito et plura ponere quam scripserat revera Ctesiphon. Accedit quod partem verborum Demosthenes ipse agnoscit paullo post dicens: *τοῦ μὲν οὖν γράψαι πράττοντα καὶ λέγοντα τὰ βέλτιστά τε τῷ δήμῳ διατελεῖν καὶ πρόθυμον εἶναι ποιεῖν ὅ τι ἂν δύνωμαι ἀγαθόν*, atque etiam Aeschines in oratione sua p. 60. et 87. confirmat repetens quae hic po-

suit. Quae cum ita sint, patet psephisma Ctesiphontis, quod infra legitur, non esse integrum, quale ab auctore profectum est. DISSEN.

243, 23. *ψευδῆ*] Quae Ctesiphon de laudibus Demosthenis praedicarat. Syrianus ad Hermogen. p. 79, 29. *χρὴ δὲ τοὺς μετὰ τέχνης ἐργάζεσθαι τοὺς λόγους ἐπιχειροῦντας ταῖς ἀποδείξεσι συμπλέκειν τὰς ἐπιφορὰς, ἀλλὰ μὴ ἔξω τοῦ προκειμένου δικάζειν* (num *ἀλυσκάζειν*, *errare, vagari*[f] ? *εἴπερ μὴ μέλλοιμεν τὸ τοῦ Αἰσχίνου παθεῖν καθ' ἑαυτῶν, φασὶν* (ut est in proverbio), *ἀλώμενοι* (fort. *ἀμώμενοι, congerentes, coacervantes*) *κόνιν. καὶ γὰρ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος οὐκ ἀρκεσθεὶς παράνομον δεῖξαι τὸ γραφὲν κατὰ* (non *adversus*, sed simpliciter *de*, tametsi utique *ὑπὲρ* mallem perspicuitatis saltim gratia et ne dubium supersit) *Δημοσθένους ψήφισμα, ἀλλὰ προσθεὶς ὡς οὐδὲ ἄξιος στεφάνου ὁ Δημοσθένης πρόφασιν τῷ ἀντιδίκῳ τῆς τῶν οἰκείων πολιτευμάτων διεξόδου κεχορήγηκεν ἄφθονον. εἰ δὲ περὶ μόνου ἔστη τὸ κρινόμενον*, (id quod fuit hoc, num Ctesiphontis auctoritas juri civili repugnet.) *θᾶττον ἂν εἷλε Δημοσθένην Τιμάρχου.* REISK.

τῶν νόμων οὐκ ἐώντων κ. τ. λ.] Syrianus ad Hermogenem p. 302. *τὸ νόμιμον πλατύνεται τῇ τε γνώμῃ τοῦ νομοθέτου καὶ τοῖς περιστατικοῖς μορίοις καὶ ἑτέροις νόμοις, ὥσπερ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου τὸ νόμιμον διὰ νόμων ἑτέρων ἐπλάτυνεν. ἔθηκε δὲ τὸ νόμιμον ἐξ ἀρχῆς* (in principio), *οὐ γὰρ, ὡς ἕτεροί φασιν, ἐν μέσῳ τοῦ λόγου. ἀφ' οὗ γὰρ τὴν πολιτείαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν ἐξετάζει, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ ἢ τὸ νόμιμον κατασκευάζει. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου τὸ Κτησιφῶντος ψήφισμα παρὰ τρεῖς γεγράφθαι λέγοντος νόμους, πρῶτον μὲν, ὅτι ψευδῆ γέγραφε περὶ Δημοσθένους γράμματα γράψας, ὅτι εὔνους, νόμος δ' ἐστὶν ὁ κωλύων ψευδῆ εἰσφέρειν γράμματα, δεύτερον δὲ, μὴ ἐξεῖναι στεφανοῦσθαι ἐν θεάτρῳ, ἀλλ' ἐν Πυκνὶ, τρίτον, τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦσθαι, πρῶτον ἐξετάζει Δημοσθένης περὶ τοῦ μὴ ψευδῆ γράφειν νόμον καὶ δείκνυσι διὰ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τήν τ' εὔνοιαν καὶ ὡς οὐ ψευδῆ γέγραφε Κτησιφῶν, ἀλλ' ὅτι μάλιστα ἀληθῆ. ἀφ' οὗ γοῦν τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας ἄρχεται τόπου, καὶ τῆς εὐνοίας ἀπ' ἐκείνου τὴν ἐξέτασιν ποιεῖται· ἐπιδείκνυσι γὰρ ὡς οὐ παράνομον τὸ ψήφισμα τοῦ Κτησιφῶντος, μὴ περιέχον ψευδῆ γράμματα περὶ Δημοσθένους, ὡς εὔνους* (scilic. *ἐστὶ τῇ πόλει*, *ἀλλ' ἀληθῆ. ζηλώσομεν οὖν τὸν Δημοσθένην τὸ νόμιμον πλατύνοντες, καθάπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ περὶ στεφάνου καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην.* REISK. Primum accusationis caput est quod Ctesiphon de Demosthenis virtute et benevolentia falsa scripserit, legibus falsa scita in aerarium publicum referri prohibentibus. Servabantur *δημόσια γράμματα* in Metroo ad forum. cf. Schoemann. de Comitiis p. 129. Ibi igitur etiam psephismata deponebantur, conf. Aeschin. contr. Ctesiph. p. 80. Cum autem per fraudem falsae literae in Metroum illatae essent passim, aliquando lex lata videtur, ne hoc fieret. Atque hanc legem

[f] *βαδίζειν* ex cod. Paris. restituit Walzius vol. 4. p. 205.

[g] F. addendum *τόν*. SCHAEF. Addidit Walzius ex cod. l. c. p. 725.

nunc callide Aeschines e re sua interpretatur. Aliud est enim supposita scripta inferre in tabularium publicum, quod sane contra leges, aliud ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς ψηφίσμασιν. Caeterum cf. Meierum in libro de bonis damn. p. 59. DISSEN.

243, 26. τειχοποιὸς καὶ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τεταγμένος] V. quae a Boehneckio dicta supra apposuimus ad p. 243, 10.

243, 27. ἐπὶ τῷ θεωρικῷ] Hoc munus quantae magnitudinis fuerit docet Aeschines contr. Ctesiph. p. 57. Caeterum dicitur de hoc munere: ἀρχὴ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ, ὁ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ ὤν, οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι, ὁ ἐπὶ τῶν θεωρικῶν τεταγμένος, ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατασταθεὶς, et grammaticis auctoribus etiam θεωρικὴ ἀρχὴ, ἄρχων τῶν θεωρικῶν, conf. Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 197. DISSEN.

ἔτι δὲ] Adde e praemissis tacita cogitatione οὐκ ἐώντων τῶν νόμων. REISK.

243, 28. μὴ] Ne mireris hic positum, cum infinitivi priores καταβάλλεσθαι et στεφανοῦν hac particula careant, memento οὐκ ἐώντων esse idem quod ἀπαγορευόντων, verbum autem ἀπαγορεύειν, ut omnino verba vetandi, legitime adsciscere infinitivum cum particula μή. SCHAEF.

τραγῳδῶν τῇ καινῇ] Intelligendum εἰσόδῳ. "Ellipsis τραγῳδῶν τῇ καινῇ satis defenditur exemplo, quod in decreto Calymniorum occurrit v. 20. κυκλίων τῇ πρώτῃ scilicet παρόδῳ. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 2. p. 461 b." BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 584. Conf. ad p. 223, 16.

244, 1. ἀλλ' ἐὰν μὲν—] Id est, ἀλλὰ κελευόντων τῶν νόμων, ἐὰν μὲν—. REISK. Recte supplevit. Saepe contrariae verbum significationis ex antecedentibus subaudiendum, ut h. l. κελευόντων ex illo praegresso οὐκ ἐώντων. Id quoties fit, oppositionis faciendae index est particula adversativa, omnem illa tollens sensus ambiguitatem. Simillima nostro loco sunt Herodotea 7, 104. 143. 9, 2. V. Schweighaeuseri Lexic. Herodot. vol. 1. p. 178. SCHAEF.

244, 2. ἐν πυκνὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] Aeschines p. 58, 28. ἐν τῷ δήμῳ ἐν πυκνὶ τῇ ἐκκλησίᾳ.

244, 3. τίμημα] Habebant γραφαὶ παρανόμων semper τίμημα accusatoris, accusato licebat ἀντιτιμᾶν, ὑποτιμᾶν, judicium vero τιμᾷ, ἐπικρίνει. DISSEN.

244, 4. κλητῆρες] Sunt testes προσκλήσεως, ut constat. Nam actor et accusator vocans in jus adversarium, προσκαλούμενος, testes secum habebat hujus rei plerumque duos, testaturos coram magistratu πρόσκλησιν revera factam. Horum nomina in γραφῇ subscribebantur. Confer de his testibus Boeckhii Dissertat. in Ind. Lect. Berolin. hibern. a. 1817, Meier. et Schoemann. de judic. Athen. p. 576. DISSEN.

244, 6. Ἃ μὲν—ταῦτ' ἐστίν] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 8. SCHAEF.

244, 9. τὴν αὐτὴν τάξιν] Postulaverat Aeschines ut Demosthenes eundem ordinem sequeretur, quo ipse in sua oratione

esset usus, qui primum dixisset de vetita ante rationes redditas donatione, deinde de praedicatione donationis non facienda in theatro, denique de vita et rebus gestis Demosthenis. conf. contr. Ctesiph. p. 83.; sed incaute tamen in libello ad archontem delato alium ordinem capitum ut vidimus admiserat, qui cum Demostheni magis placeret et suae defensioni longe aptior esset, ab eo praefertur. Simul sic gloriari licuit ad omnia se accurate responsurum, qui ordinem libelli religiose secuturus sit nec quidquam praeteriturus. DISSEN.

244, 13. *ἐπαινεῖν*] Item regitur a *γράψαι*. *laudandum me esse.* Aeschines p. 397 R. *προσεγγράφουσι — στεφανοῦν τὸν ὑπεύθυνον.* p. 592. *γράψαντα Δημοσθένην ὑπεύθυνον ὄντα στεφανοῦν.* SCHAEF.

244, 18. *τὸ δὲ μὴ προσγράψαντα*] Scil. *γράψαι τοῦτο.* Spectat hic locus verba Aeschinis contr. Ctesiph. p. 58. *ὁ ῥήτωρ γέγραφε τὸν ὑπεύθυνον στεφανοῦν, μὴ προσθεὶς ἐπειδὰν δῷ λόγον καὶ εὐθύνας,* et p. 83. *οὐδὲ προσεγγράψαντα, ἐπειδὰν δῷ τὰς εὐθύνας.* DISSEN.

244, 20. *κοινωνεῖν μὲν καὶ τοῦτο*] Nempe conjunctum etiam hoc dicit rebus gestis suis, quatenus dijudicandum est num merito propositum sit nec ne, s. num dignus sit donatione et praedicatione publica nec ne. Locutus igitur breviter est; cum antea plenius dixisset, *τοῦ γράψαι—τὴν κρίσιν ἐν τοῖς πεπολιτευμένοις εἶναι νομίζω,* noluit iterum: *τοῦ δὲ μὴ προσγράψαντα—κοινωνεῖν καὶ τούτου τὴν κρίσιν ἡγοῦμαι τοῖς πεπολιτευμένοις.* DISSEN.

244, 23. *ἔτι μέντοι—μοι δοκεῖ*] Hermogenes p. 430. *ὅταν δὲ τοὺς νόμους κλέπτῃ* (veras ab adversario oppositas judicibus et coronae ereptum it, falsas autem, commentitias subjectum). *ἀπλόγητα προσποιεῖται, λέγων οὕτως· ἔτι μέντοι καὶ τοὺς νόμους δεικτέον εἶναί μοι δοκεῖ· ὡς παρέργου μνημονεύων τοῦ ἰσχυροῦ τῷ ἀντιδίκῳ.* REISK.

244, 26. *βαδιοῦμαι δ' ἐπ' αὐτὰ κ. τ. λ.*] Alexander Rhetor p. 20. *προδιόρθωσίς ἐστιν, ὅταν μέλλωμέν τι τροιοῦτον λέγειν, ὃ δεῖταί τινος θεραπείας, ὥστε μὴ χαλεπῶς αὐτὸ προσδέξασθαι τὸν ἀκροατήν. καὶ προθεραπεύωμεν αὐτὸν, ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικόν· βαδιοῦμαι δ' ἐπ' αὐτὰ*—ad *καὶ λόγους ἐμπέσω.* REISK.

244, 27. *καί με μηδεὶς—τῆς γραφῆς*] Citant Anecd. Bekk. p. 10, 18. SCHAEF.

245, 3. *λόγους οἰκείους*] *λόγοι οἰκεῖοι καὶ ἀναγκαῖοι τῇ γραφῇ* sunt *necessario conjuncti cum accusatione*: opponuntur *ἀπηρτημένοι τῆς γραφῆς.* V. p. 244, 27. SCHAEF.

245, 5. *τὴν περὶ τὰς—εἱλόμην ἐγώ*] Interpretem hujus loci velut aget initium Epistolae tertiae. REISK.

τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις] Sic p. 263, 3 distinguit inter *τὰ κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύματα* et *τὰ Ἑλληνικά.* Scilic. *ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς.* MARKLAND.

245, 7. *ἃ μὲν οὖν—μέμνηται γεγονυῖαν*] Citat h. l. Dionysius Halic. vol. 6. p. 997. s. REISK.

ἃ μὲν οὖν κ. τ. λ.] Hermogenes p. 283. *ἔτι ἐφέλκονται νοήματα*

καὶ οἱ μερισμοί. οἷον· ἃ μὲν οὖν πρὸ τοῦ πολιτεύεσθαι—διεκωλύθη, ταῦτα ἐρῶ. REISK.

245, 7. ἃ μὲν οὖν πρὸ τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ δημηγορεῖν ἐμὲ προὔλαβε καὶ κατέσχε Φίλιππος, ἐάσω] Puta Amphipolin Ol. 105, 3., Pydnam Ol. 105, 4., Potidaeam Ol. 106, 1. captam, ipse vero primam publicam orationem de Symmoriis habuit Ol. 106, 2. Sed etiam quae post Ol. 106, 2. cepit Philippus, hic non persequitur omnia. Nam Thraciae oppida legatorum culpa amissa supra ostendit, de Halonnesi vero et Peparethi rebus alios decreta proposuisse contendit, quare etiam haec ad oratorem non pertinent. Sic restant ea, in quibus Demosthenis primariae partes fuerunt, quae Demosthenis opera impedita sunt, atque hoc est quod dicit: ἃ δ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπὶ ταῦτα ἐπέστην ἐγὼ διεκωλύθη (Φίλιππος), ταῦτα ἀναμνήσω καὶ τούτων ὑφέξω λόγον. Quae infra videbimus. DISSEN.

245, 10. ἃ δ'—ἀναμνήσω] Citant Anecd. Bekk. pag. 121, 12. SCHAEF.

245, 11. διεκωλύθη] διεκώλυον λαβεῖν Dionysius. REISK.

ἀναμνήσω] ἐρῶ Hermogenes. REISK.

τούτων] περὶ τούτων Dionysius. REISK.

245, 12. πλεονέκτημα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,—] Hermogenes p. 260. τοιοῦτόν ἐστι (splendidum quidem, at fracti tamen et interrupti splendoris) καὶ τό· πλεονέκτημα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μέγα ὑπῆρξε Φιλίππῳ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσιν. διέκοψε γὰρ καὶ οὐκ εἴασε φανῆναι τοῦ λόγου τὸ ἄγαν λαμπρὸν τῇ διακοπῇ καὶ ὑποστροφῇ. Aristides de D. C. p. 190. κατὰ δὲ ἀπαγγελίαν γίνεται σεμνότης, ὅταν τις ὀνοματικαῖς χρῆται ταῖς λέξεσιν ἀντὶ ῥηματικῶν, οἷον· πλεονέκτημα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μέγα ὑπῆρξε Φιλίππῳ. Scholiastes ad Hermogenis superiorem locum: παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν τὸ οὐ τισίν ἐστι διακοπὴ, τὸ δὲ ἀλλὰ πᾶσιν ἐστὶν ὑποστροφή. σημείωσαι δὲ ὅτι πάντα τὰ ἀξίωμα ἔχοντα πράγματα, ἱκανὰ μέντοι ἀνθρώπῳ πραχθῆναι, ἢ κατ' ἀναίρεσιν εἰσαγόμενα, ἢ κατ' ἀποστάσεις, ἢ ἀσυνδέτως, καὶ μὴ διακοπτόμενα, ἀλλὰ καθόλου διὰ μακρῶν προφερόμενα κώλων, τὴν λαμπρότητα μάλιστα ἀπεργάζεται. REISK.

245, 15. φορὰν] φορὰ Dionysius. SCHAEF.

φορὰν προδοτῶν] Diodorus Sic. 16, 54. τοιαύτη φορά τις προδοτῶν ὑπῆρξε τότε κατὰ τὴν Ἑλλάδα. ubi Wesselingius: "Sumsit Diodorus colorem ex Demostheris Orat. pro Coron. [h. l.]" Assentitur Valckenarius Diatr. de Philippo Maced. p. 241. V. φορὰ passim dici ἐπὶ τῶν χειρόνων monuit Joannes Philoponus. V. Meinekii Menandrea p. 260. SCHAEF.

245, 16. γενέσθαι καὶ τοσαύτην] Absunt a Dionysio. REISK.

καὶ in veteribus edd. ante τοσαύτην lectum deest in MSS. et apud Theonem, qui haec verba citat p. 18. TAYLOR.

245, 17. πω] τὸ Dionysius.

245, 27. τί προσῆκον—τὴν πόλιν] Respexisse Tiberius videtur p. 31. et 53. SCHAEF.

πράττειν καὶ ποιεῖν] Infra p. 373, 28. πράξει καὶ ποιήσει. Pleo-

nasmus est oratorius: ne putes discrimen significationis inter haec verba intercedere. SCHAEF.

246, 1. πότερον αὐτὴν ἐχρῆν κ. τ. λ.] Hermogenes p. 256. διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα σχήματα ἐπὶ τῶν οὐκ ἐπιδεχομένων ἀντίρρησιν παραλαμβάνεται. οἷον· ἀλλὰ τί ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὴν πόλιν ποιεῖν, ἀρχὴν καὶ τυραννίδα τῶν Ἑλλήνων ὁρῶσαν ἑαυτῷ κατασκευαζόμενον Φίλιππον; πότερον ἐχρῆν αὐτὴν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν—Δολόπων τάξει, καὶ τὰ ἑξῆς. Constat Hermogenem e memoria recitantem duos diversos locos consarcinasse, hunc puta cum eo, qui hujus paginae in fine legitur. Item p. 267. κατὰ δ' αὖ σφοδρότητα αἱ ἀποστροφαὶ δηλονότι καὶ οἱ ἔλεγχοι ποιοῖεν ἂν τὴν ἀκμήν. οἷον· πότερον ἐχρῆν αὐτὴν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν etc. REISK.

αὐτὴν ἐχρῆν] Invertit Hermogenes. SCHAEF.

246. 2. ἐν τῇ Θετταλῶν καὶ Δολόπων τάξει συγκατακτᾶσθαι Φιλίππῳ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχήν;] Thessalos invisos maxime et contemtos fuisse vidimus supra p. 240. Verissime autem Jacobsius monet hic illud praeterea recordandum, olim utrumque populum cum Persis contra Graecos pugnasse. cf. Herodot. 7. 132, 185. DISSEN.

246, 8. ἀλλὰ νῦν ἔγωγε—ἡδέως ἂν ἐροίμην] Non est haec nova sententia, sed repetitio antecedentis, cum quos posuerat modos, eosdem iterum consideret. Quare patet ἀλλὰ esse fortius instantis in eadem re. Hermogenes vero vol. 3. p. 267. ed. Walz. jure repetitas has interrogationes pro exemplo ἐπιμονῆς affert a Technicis dictae. DISSEN.

246. 10. τῆς ποίας—ἐβούλετ' ἄν] Citat Tiberius p. 31. SCHAEF.

246, 18. καὶ γὰρ —] Hermogenes p. 268. ita laudat hoc comma Demosthenis: καὶ γὰρ εἰ μὲν, ὡς ἐκράτησε Φίλιππος, ᾤχετο εὐθέως ἀπιὼν, καὶ μετὰ ταῦτα ἦγεν ἡσυχίαν, μηδένα μήτε τῶν ἑαυτοῦ συμμάχων μήτε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀδικῶν, ὅμως ἦν ἄν τις κατὰ τῶν ἐναντιωθέντων οἷς ἔπραττεν ἐκεῖνος μέμψις καὶ κατηγορία· εἰ δὲ ὁμοίως ἁπάντων τὸ ἀξίωμα, τὴν ἡγεμονίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. TAYLOR.

246. 23. εἰ δὲ ὁμοίως ἁπάντων] Pugna ad Chaeroneam interiit, ut constat, Graeciae libertas et Philippus principatum consecutus est. Τὸ ἀξίωμα speciali sensu aliis civitatibus aliud erat pro imperii magnitudine aut rebus gestis, ut Atheniensium erat κάλλιστον ἀξίωμα, splendor dignitatis pulcherrimus. cf. Philipp. III. p. 128. add. Aeschin. de falsa legat. p. 42. Generatim vero omnium ἀξίωμα s. dignitas amissa est ἡγεμονίᾳ erepta, ut v. c. Thessali postquam sub auspiciis Philippi dissecta communitate certabant, τὸ κοινὸν ἀξίωμα amisisse dicuntur a Demosth. de falsa leg. p. 424., cum antea ἡγεμονίαν complurium populorum in Thesalia habuissent. cf. Mueller. Hist. Dor. 2. p. 65. De v. ἐλευθερία conf. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 439. Quod denique addit etiam πολιτείας quibusdam ereptas, constat ubi poterat, tyrannos ab rege institutos; de Thessalia proxime subjecta Philippo vid. Philipp. II. p. 71. et Niebuhrii Scripta minora histor. et philolog. p. 284. seq. DISSEN.

246, 25. *περιείλετο*] Alexander de signis p. 72. dat *παρείλετο*. REISK.

246, 27. *τί τὴν πόλιν—Φίλιππον*] Citat Tiberius p. 31. Item Hermogenes, sed memoria fallente. Vide not. ad v. 1. SCHAEF.

247, 1. *ἑαυτῷ*] *αὐτῷ* Tiberius. SCHAEF.

τί τὸν σύμβουλον κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogenem p. 310. *τέταρτον* [scilic. *ἐγχείρημα*, argumentum ad fortitudinem bellicam adhortandi] *ἀφ' ὧν οἱ πολέμιοι ὑπέμειναν καὶ ἃ θαυμάζουσι καὶ δι' ἃ πολλοὺς πόνους ὑφίστανται, ὑπὲρ τούτων καὶ ἡμᾶς ἀγωνίζεσθαι συμφέρει. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου· τί ἔδει με τῇ πόλει συμβουλεύειν κινδύνων περιστάντων; καὶ τοῦτο κατασκευάζων ἐκ τοῦ Φιλίππου τὰς ἀφορμὰς ἔλαβεν εἰπών· ἑώρων δὲ τὸν Φίλιππον* —. V. versu 10. REISK.

247, 2. *τοῦτο*] *τὸ Ἀθήνησι σύμβουλον εἶναι*. SCHAEF.

247, 10. *ἑώρων δ' αὐτὸν κ. τ. λ.*] Citat Sopater l. c. ad v. 1. Item Gellius 2, 27. usque ad *καὶ δόξης ζῆν*. Tiberius p. 60: *Κἀκεῖνο ἀσύνδετον· ὁρῶ δὲ αὐτὸν τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν δὲ κλεῖν κατεαγότα, τὴν δὲ χεῖρα καὶ τὸ σκέλος πεπηρωμένον.* Ubi librarius *ἀσύνδετον* sustulit: ipse Technicus locum ut in libris Demosthenicis legitur dederat. SCHAEF.

αὐτὸν τὸν Φίλιππον] *τὸν Φίλιππον* Sopater omittens *αὐτόν*. *αὐτὸν Φίλιππον* Gellius omittens *τόν*. SCHAEF.

247, 11. *ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας*] Tiberius omittit. In Gellii editionibus haec verba male junguntur antecedentibus, subdistinctione posita post *δυναστείας*. SCHAEF.

τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον] Accidit hoc in obsidione Methonae Ol. 106, 4. cf. Justin. 7, 6, 14. Diodor. 16, 31 et 34. ibiq. Wessel. Strab. 8. p. 374. Plutarch. Mor. p. 307 D. Differt locus ap. Lucian. in libr. Quomodo Hist. conscrib. c. 38. ubi vid. not. Missa est sagitta ab Astro de muris. DISSEN.

τὴν κλεῖν κατεαγότα] Scholiastes hoc factum dicit in expeditione contra Illyrios, quae fuit Ol. 109, 1. Memoratur hoc vulnus Plutarch. Mor. p. 177 F. Caeterum afferunt locum veteres saepe propter formam *κλεῖν*, cf. Etym. M. p. 318, 25. Herodian. in Append. ad Phrynich. Lobeck. p. 461. Moer. p. 467. et Antiatt. in Bekker. Anecd. p. 101. DISSEN. Schol. Hom. Il. E, 146. SCHAEF.

247, 12. *τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον*] Cum e Scythis rediret et Triballi occurrerent, cf. schol., quod factum Ol. 110, 1. *Μηρὸν* tum vulneratum memorat Plutarch. de fortun. Alexandr. 1, 9. p. 331 B., femur Justin. 9, 3, 2. Utro autem *σκέλει χωλὸς* fuerit ignoratur. vid. Plutarch Quaest. Sympos. libr. 9. Q. 4. §. 1. DISSEN.

247, 13. *πᾶν ὅ τι—παρελέσθαι*] Citant Anecd. Bekk. p. 129, 8. SCHAEF.

247, 16. *τῷ—ἐν Πέλλῃ τραφέντι*] V. ad p. 78, 13. SCHAEF.

247, 20. *τοῦθ'*] Redit ad *τὸ ἄρχειν Ἑλλήνων*. REISK.

247, 21. *κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην*] *καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν* p. 777, 27., qui verborum ordo aliquanto frequentior est. V. not. ad p. 310, 8. SCHAEF.

247, 22. *καὶ λόγοις καὶ θεωρήμασι*] Schneiderus Lex. Gr. s. v. citat Athenaeum 12. p. 545 F., ubi juncta leguntur *τῶν θεωρημάτων καὶ τῶν ἀκροαμάτων*, quemadmodum hic *λόγοις καὶ θεωρήμασι*. Non memini alio loco sic usurpatum legere. SCHAEF. Intelligit autem Demosthenes omnino magnificentiam urbis, de qua praeter alios vide Boeckhium in libro de Oecon. Athen. 1. p. 215 seqq. DISSEN.

247, 23. *ὁρῶσι*] Τὸ *ὁρῶσι τοῖς θεωρήμασι προσνεμετέον, τοῖς δέ γε λόγοις ἐπιλογιστέον οἰκείαν τινὰ ἑτέραν μετοχὴν* [*ἀκούουσι*], ut utar verbis Eustathii ad Homer. Il. p. 1336, 22. SCHAEF.

247, 24. *αὐτεπαγγέλτους ἐθελοντὰς*] Offendit H. Stephanum in Thes. L. Gr. s. v. *αὐτεπάγγελτος*. Sit pleonasmus: non obloquor. Sed nec caret gravitate haec verborum abundantia in re turpi describenda, et Orator pleonasticis locutionibus ita abutitur, ut qui ejus rationem satis callet ad talia non facile offendat. SCHAEF.

248, 2. *ἤδη γάρ σε—ἀφεὶς*] Citat Tiberius p. 31. SCHAEF.

ἤδη γάρ σε—οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα] Citat idem p. 21. SCHAEF.

πάντα τὰ ἄλλα κ. τ. λ.] Bis citat h. l. Alexander Rhetor, semel p. 44. in capite *περὶ παραλείψεως*, de ficta vel simulata omissione, tum p. 72. in capite de asyndeto. REISK.

τὰ ἄλλα] Alexander de Figur. p. 44. *ταῦτα* dat. REISK.

248, 3. *Ἀμφίπολιν—Ἁλόννησον*] Citat Tiberius p. 59. SCHAEF.

Ἀμφίπολιν, Πύδναν, Ποτίδαιαν] Capta Amphipolis Ol. 105, 3. Pydna Ol. 105, 4. Potidaea Ol. 106, 1. conf. Winiewski p. 37 seqq. —Halonnesum Voemelius in Dissertatione, qua ostenditur Hegesippi esse orationem de Halonneso p. 32., et Prolegomen. ad Orat. de Halonnes. p. 40. occupatam statuit inter Ol. 106, 1. et Ol. 107, 4., Winiewski autem p. 128. vult Ol. 108, 4. Illud si ponis, caussam habebis cur in hac enumeratione Halonnesum cum istis urbibus composuerit. DISSEN.

οὐδενὸς] Post h. v. *γὰρ* inserit Tiberius p. 21. SCHAEF.

248, 4. *Σέρρειον*] Serrium, Doriscus, alia Thraciae oppida capta sunt Ol. 108, 2. Peparethum autem vastavit Ol. 109, 3 aut 4., cf. Winiewski p. 132. Memorantur res in Epistola Philippi. DISSEN.

248, 5. *Πεπαρήθου*] Citat Harpocration s. v. *Πεπάρηθος*. REISK.

248, 6. *ἠδίκητο*] *ἠδικεῖτο* S. Q. Sic etiam Tiberius p. 21.

248, 7. *ταῦτα λέγοντα*] *Tractantem orationibus in concionibus populi.* Caeterum vide Aeschinem contr. Ctesiph. p. 65, 24. DISSEN.

248, 8. *ἔχθραν*] Philippi. REISK.

Εὐβούλου καὶ Ἀριστοφῶντος] Eubulum intelligit Anaphlystium, qui postmodum inter principes partis Macedonicae fuit. Aristophontem autem Azeniensem, de quo v. ad p. 501, 24. In-

terpretum quorundam errorem, qui Eubulum Copreum et Aristophontem Collytensem intellexerunt, homines non aliunde cognitos quam ex decretis commentitiis p. 249, 13. 250, 18, notavit Arn. Schaeferus in Schneidew. Philologo vol. 1. p. 218 seqq. qui ibi (p. 188.—224.), quaestionem de Aristophonte a multis tractatam, quorum satis habemus nominasse Clintonum Fast. Hell. vol. 2. p. 147. Sievers. Hist. Gr. p. 299. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 659.. denuo instituit. Demosthenis locum jam Ulpianus recte intellexerat, sic scribens, *διαμονία τῶν προσηγοριῶν ἡ θέσις· προηγεῖται μὲν γὰρ ὁ Εὔβουλος, ὁ φίλος εἶναι τοῦ Μακεδόνος νομισθεὶς, διαδέχεται δὲ Ἀριστοφῶν, ἀνὴρ πολλάκις μὲν κριθεὶς, οὐδέποτε δὲ καταγνωσθείς* (hoc ex Aeschine constat p. 81, 39.). Utrumque, et Eubulum et Aristophontem, ut mortuos Demosthenes memorat infra p. 281, 18.—21. Diversus ab Azeniensi et, si hic unquam exstitit, Collytensi est qui p. 885 seqq. memoratur Aristophon.

248, 9. *Διοπείθους*] Est praetor notus ex oratione de Chersoneso. DISSEN.

248, 10. *εὐχερῶς*] *Temere. εὐχερῶς λέγειν, effutire.* Hesychius vol. 1. p. 1538. *εὐχέρεια· κουφότης.* SCHAEF.

248, 11. *ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν κ. τ. λ.*] Citatur a Demetrio Phaler. §. 293. 294. TAYLOR. Hermogenes p. 184. *ταῦτα μὲν οὖν κῶλα ἐστίν· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος καὶ κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. εἶτα ἐπιφέρει κόμματα· καὶ καταλαμβάνων Ὠρεὸν, καὶ κατασκάπτων Πορθμόν. εἶτα διαδέχεται κῶλον πάλιν· καὶ καθιστὰς ἐν μὲν Ὠρεῷ Φιλιστίδην τύραννον. εἶτα κόμμα πάλιν· ἐν δ' Ἐρετρίᾳ Κλείταρχον· ἢ κῶλον ἐπῳδῷ ἴσον. καὶ καθόλου τὸ πνεῦμα τούτοις συνέχεται.* Idem p. 266. *ἀπορήσειε δ' ἄν τις ἐκ τούτων εἰκότως, ποῖόν ἐστι—τό· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος—καὶ ὅσα τοιαῦτα, πότερον ἀκμαστικὰ ἢ λαμπρά ἐστιν, ἢ τὸ συναμφότερον· ὃ καὶ μᾶλλον.* Denique p. 309. *περιβολὴ δὲ μᾶλλον γενήσεται, ἢ γοργότης. οἷον· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν—.* Alexander Rhetor p. 28. *συναθροισμός ἐστι συναγωγὴ τῶν πεπραγμένων ἢ πραχθῆναι δυναμένων εἰς ἓν κεφάλαιον, ὥς φησι Δημοσθένης· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν*—ad *ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ;* Scholiastes Hermogenis p. 404. *ἐνταῦθα γένος μὲν ἡ ἀδικία, εἴδη δὲ ταύτης ἡ παρασπόνδησις καὶ λύσις τῆς εἰρήνης. καὶ ὅλον μὲν ἡ Εὔβοια, μέρη δὲ ὁ Ὠρεὸς, ὁ Πορθμός. καὶ ἀόριστον μὲν αἱ Ἑλληνίδες πόλεις, ὡρισμένον δὲ Βυζάντιον, Ὠρεὸς, Ἐρετρία. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα περιβλητικὰ ἑαυτῷ, οἱ δύο μερισμοὶ καὶ ἡ διὰ μακρῶν ἀπόδοσις.* REISK. Philippus etiam Euboea potiri studebat, ut hinc vexaret Athenienses. Ac facta erat jam prius expeditio in Euboeam ab Atheniensibus Ol. 106, 4., cum Plutarchus Eretriensis Athenienses in auxilium vocasset adversus mercenarios Philippi. Postea autem iterum turbae ortae sunt, cum Philippus post bellum Phocense potentior factus denuo insulam sibi subjicere conaretur, et erant qui ei faverent etiam hic ut ubique. Ac Ol. 109, 1. missis mercenariis muros Porthmi diruit et tres tyrannos Eretriae imposuit, Clitarchum cum Hipparcho et Automedonte. Orei expugnatio facta Ol.

109, 2 aut 3. Ibi Philistides cum aliis Philippi negotia agebat. Jam confer Boeckhium Oeconom. Athen. vol. 2. p. 110 seqq. et Winiewskium p. 159 seqq. DISSEN. Conf. p. 94, 13.

248, 13. ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν] V. ad p. 99, 2. Harpocrationis verba ad h. l. spectantia apposita sunt in annot. ad p. 41, 20.

Μεγάροις ἐπιχειρῶν] Videtur hoc esse factum Ol. 109, 1., cum Philippus, ut urbem teneret Athenis vicinam et Peloponnesum ingressuro opportunam, occupare Megara et praesidium imponere conaretur, cf. Demosth. de falsa legat. p. 368. Ac favebant his consiliis Perilaus et Ptoeodorus et Helixus, cf. ibid. p. 435. Attamen propositum non assecutus est Philippus, donec post cladem ad Chaeroneam Megarenses ultro imperio parerent. Antea vero impedita res est Atheniensium opera. Caeterum cf. Winiewski p. 144. DISSEN. Cf. p. 94, 12. 115, 2. 118, 6.

248, 15. Πορθμὸν] Citat Harpocration s. h. v. Fuit castellum Eretriae ad mare situm in ipso trajectu, cf. Philipp. III. p. 125. DISSEN.

248, 17. καὶ Ἑλλήσποντον ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος] Nam Ol. 109, 3. classe Hellespontum occupavit et in Chersonesum copias misit, cf. Winiewski p. 198, 9. Tum Ol. 109, 4. Selymbriam obsidet, Perinthum oppugnat et Byzantii obsidionem suscipit. DISSEN.

ὑφ' ἑαυτῷ] ὑφ' ἑαυτὸν Alexander Rhetor p. 28. REISK.

Βυζάντιον] τὸ Βυζάντιον Alexander Rhetor. REISK.

248, 18. καὶ πόλεις Ἑλληνίδας ἃς μὲν ἀναιρῶν, εἰς ἃς δὲ τοὺς φυγάδας κατάγων] Quas urbes intellexerit orator ignoramus. DISSEN. De ἃς μὲν—εἰς ἃς δὲ v. Reiz. de accent. inclin. p. 30. sqq. SCHAEF.

248, 20. πότερον ταῦτα—ἢ μή;] Citat Tiberius p. 31. SCHAEF.

ταῦτα πάντα] πάντα ταῦτα Tiberius.

248, 21. ἔλυε] διέλυε Tiberius. SCHAEF.

248, 22. μή] Repete φανῆναι. Sin scriptum esset οὔ, repeti oporteret ἐχρῆν. SCHAEF.

248, 23. μὴ] Subaudi φανῆναι. Docet oppositio v. 28. SCHAEF.

τὴν Μυσῶν λείαν] Proverbium notissimum, de quo v. interpretes Zenobii Prov. 5, 15. Harpocr. s. v. Μυσῶν.

248, 25. ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων] Sic p. 953, 16. Τιμοθέῳ τῷ νῦν ἔτ' ὄντι καὶ ζῶντι. Liban. vol. 4. p. 40, 7. ζῶντος καὶ ὄντος Πριάμου.

περιείργασμαι μὲν ἐγὼ κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 196. βαρύτης γίνεται οὕτως, ὅταν ἢ κατηγορεῖν τις προάγηται αὐτὸς ἑαυτοῦ, ἢ τῶν οἰκείων τινὸς ἢ φίλων, (βαρὺ γὰρ τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη, ἐξὸν ἐπαινεῖν,) ἢ ὅλως τούτων, ὑπὲρ ὧν λέγει ἢ πρὸς οὓς λέγει, ὡς Δημοσθένης· περιείργασμαι μὲν ἐγὼ—. REISK.

249, 5. ταῦτα] Scilicet τὰ ἡμέτερα κτήματα καὶ δίκαια καὶ καυχήματα, *haec nostra bona*, *copias*, *possessiones*, *jura*, *decora*. Ut Demosthenes vocabulo ταῦτα cunctas opes, totam remp., univer-

sum imperium Atheniensium, ita Tullius quoque vocabulo *haec* rem omnem Romanam complectitur. REISK.

249, 6. φέρε] Alibi solitarium et vice fungens ἐπιρρήματος παρακελευσματικοῦ hic casum suum regit. Sic p. 360, 15. SCHAEF.

249, 9. λέγε] Omittunt Bav. aliique. Ejus loco dat Bav. signum consuetum ö rubrica scriptum, quod nescio quid sibi velit. REISK. V. ad p. 234, 28. SCHAEF. Delendum λέγε.

249, 10. ΨΗΦΙΣΜΑ] Philippus quum Byzantios magna finitimorum sociorum manu adjuvari videret, hos a societate avertere machinabatur missis transfugis, qui nuntiarent ipsorum urbes oppugnari a Philippo, qui alias copias eo misisset, neque procul abesse quin urbes caperentur. Quum illi hoc nuntiarent, rex palam exercitus partes alias in alia loca dimittebat in speciem magis quam ad rem gerendam. Quod quum socii viderent atque audirent, desertis Byzantiis ad suam patriam singuli profecti sunt (v. Polyaen. 4, 2, 21.).

Ad hos socios haud dubie etiam Selymbriani referendi sunt. Eorum oppidum rex adortus est, quum jam longum tempus in oppugnando Byzantio occupatus fuisset, vel post solutam obsidionem.—Per idem tempus longa obsidionis mora exhaustus pecuniae commercium de piratica mutuatus est (Justin. 9, 1, 5. 6.) Macedonica enim classis, etiamsi a Byzantiis victa tamen non deleta erat. Quo cursum direxerit post cladem, quam in Bosporo accepit, nescimus, Bospori et Propontidis regiones infestas reddidisse videtur.

Quum itaque mare infestum esset, ab Atheniensibus auctumno[h] viginti armatae naves duce Leodamante in Hellespontum[i] missae sunt, ut frumentem ex Ponto in insulam Lemnum portandum comitarentur praesidii caussa ne diriperetur. Non fidei absonum, quod Philippus contendit, has naves Selymbrianis eo tempore ab eo obsessis auxilium tulisse. Amyntas autem Philippi dux eas cum nauarcho Leodamante intercepit et in Macedoniam abduxit. De quo quum Athenas allatum esset, in concione extra ordinem convocata hoc decretum latum est exeunte Boedromione.

Praeter hoc Eubuli psephisma in eadem populi concione duo alia decreta (v. infra p. 250, 5.) ab Aristophonte et Hegesippo proposita esse videntur, quae ad eandem[k] rem, fortasse etiam ad Chersonesum tuendam spectabant. Rex enim paulo post invasionem in Chersonesum fecit. BOEHNECK. Quaest. vol. 1.

[h] Naves frumentariae e Ponto solvere solebant μετ' Ἀρκτοῦρον. Dem. c. Polycl. p. 1212, 23. Arcturus Ol. 110, 1. statim initio Boëdromionis (circa 20. Septembr. Julian.) ortus est.

[i] Nota Hellesponti notionem apud Tzetzem Chil. 1. 837., qui dicit mare ex Abydi angustiis usque ad pontem Blachernarum (qui in sinu Ceratino situs erat) Hellespontum appellari.

[k] Hoc inde colligo, quia in Eubuli Coprii psephismate deest nota diei et in subsequenti scripto publico legitur: τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ψηφίσματα. Ergo plura populiscita senatusconsulto praecessisse manifestum est.

p. 480—482. Decretum spurium esse ostendere conatus est Droysen. p. 802 sqq. contra cujus argumenta disputavit Voemelius 2. p. 10. et partim Boehneck. p. 659. sqq.

249, 11. Ἐπὶ ἄρχοντος Νεοκλέους] Archon pseudeponymus. Verum archontis nomen Theophrastus est Olymp. 110, 1. V. Boehneck. p. 488 sqq.

μηνὸς βοηδρομιῶνος] Desideratur diei nota.

ἐκκλησίας συγκλήτου] σύγκλητος ἐκκλησία ex Demosthenis oratione κατ' Αἰσχίνου citat Harpocration, qui haud dubie locum significavit orat. de falsa leg. p. 378, 26. quam alibi quoque κατ' Αἰσχίνου appellat. Monuit Droysen. p. 960. Idem recte monet concionem non ab στρατηγοῖς, sed a prytanibus convocari solere: quod non refutatur iis quae Voemelius dixit p. 10.

249, 13. Κόπρειος] Locis in annot. critica allatis adde Boeckh. ad inscr. navalem p. 384.

249, 15. Λεωδάμαντα] V. ad p. 251, 3.

ναύαρχον] Imperatorem classis, στρατηγοῦ vices tenentem. Sic jam ap. Xenoph. Hellen. 5. 1. 5. (Olymp. 98.) οἱ Ἀθηναῖοι— αἱροῦνται Εὔνομον ναύαρχον. Monuit Voemel. 4. p. 12.

249, 16. εἰς Ἑλλήσποντον] Constructio est σκάφη ἀποσταλέντα εἰς Ἑλλήσποντον ἐπὶ τὴν τοῦ σίτου παραπομπήν. TAYLOR. Vere Taylorum de constructione verborum monuisse arguit Philippi Epistola p. 251, 7. σκάφη Reiskius recte vertit *naves bellicas.* Dicuntur πλοῖα v. 23. p. 250, 13. p. 251, 3. 6. 20. p. 262, 6. Neque ulla hic sensus ambiguitas: cujus vitandae ergo alibi dicitur πλοῖα μακρά, ut p. 1339, 12. 15. SCHAEF.

249, 20. συναχθῶσι] Scribendum συναχθῇ ex A. k. p. r. s. Illud natum ex proximo αἱρεθῶσι. Ceterum extra ordinem prytanibus, quorum erat convocare senatum, στρατηγοὺς adjunxit scriptor psephismatis.

249, 24. ὅτι] Id est ἐροῦσιν ὅτι. Latet illud ἐροῦσιν in διαλέξονται: quamobrem post στρατιώτας non puncto sed commate distinguendum esse monet Schaeferus.

249, 26. εἰ δέ τι πλημμελοῦντα κ. τ. λ.] S. τὸν ναύαρχον Λεωδάμαντα λαβὼν ὁ Ἀμύντας. WOLF. Idem est atque si plene sic dixisset: εἰ δὲ Ἀμύντας ταῦτα πεποίηκε τὸν Λεωδάμαντα λαβὼν πλημμελοῦντά τι —, ἐροῦσι τῷ Φιλίππῳ ὅτι ἐπισκεψάμενοι —. REISK.

249, 27. κατὰ τὴν τῆς ὀλιγωρίας ἀξίαν] V. Boeckh. de Oecon. Athen. vol. 2. p. 353. SCHAEF.

250, 1. ἢ ὁ ἀποστείλας ἢ ὁ ἀπεσταλμένος] *Sive qui delegavit Amyntam, sive delegatus praetor.* DISSEN.

τοῦτο abest ab F. S. Y. Q.: quo ejecto praecedens καὶ quoque uncis inclusit Voemelius, λέγειν ad Philippum referens 2. p. 12.

250, 2. λέγειν] γράψαι λέγειν edd. vet. cum paucis codicibus. γράψαι, ejecto λέγειν, probat Boehneck. p. 480. non ad legatos, quae aliorum fuit sententia, sed ad Philippum referens, quem legati jusserint ea de re ad populum scribere. Sed ratio grammatica postulat ut verbum ad legatos referatur.

250, 3. Εὔβουλος] Demosthenes demoticum nomen non addidit, nemo autem audientium de celeberrimo Anaphlystio cogitare potuit, quoniam hic Philippi partibus favit. BOEHNECK. p. 479. Quem vide etiam in Addendis p. 659. et Voemel. 2. p. 10.

250, 4. Ἀριστοφῶν] V. ad p. 248, 8. et Boehneck. vol. 1. p. 659 seqq. Voemel. 2. p. 13.

250, 5. Ἡγήσιππος] Hegesippus, orator easdem in republica partes cum Demosthene amplexus, de quo plura vide ap. Ruhnken. in Hist. Crit. p. 78 seqq. Est idem, cui orationem de Halonneso tribuerunt veterum quidam. DISSEN.

250, 6. πάντες οἱ ἄλλοι] Eubuli de navibus repetendis psephisma cautius scriptum erat. Hoc legatis primum regi perferendum erat, oratores autem Aristopho, Hegesippus, Philocrates, Cephisopho, alii rem acriter persequuti sunt; et populus legatis alia decreta mandasse videtur, regi tradenda, si non continuo postulationi satisfaceret aut eam omnino denegaret. Haec autem infestius scripta fuisse non dubito. Videtur populus regi exprobrasse, quod raptis navigiis pacem violarit, et minatus esse se vi recepturos esse quae jure iis denegaret. Simul legatos mandata accepisse conjicere licet duci copiis in Hellesponto praefecto perferenda. Quomodo res transacta sit nescimus. Fortasse Philippus non continuo legatorum votis respondit, ut ceterorum populorum, quorum naves ceperat, postulationem diu traxit. Potest de hac re a legatis Athenas allatum esse, aliaque decreta facta, quibus postulatio gravioribus verbis repetita est. Non dubito quin Athenienses post rapta navigia piratas emiserint ad possessiones regis vexandas et emporia claudenda. Tale quid etiam duci in Hellesponto mandasse videntur. cf. Dem. de cor. p. 276. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 483. sq.

250, 7. λέγε] Scriptum publicum quod sequitur ad alteram Aristophontis rogationem pertinere videtur. BOEHNECK. l. c. p. 482. Dixerunt de hoc scripto Droysen. p. 799. et contra eum Voemel. 2. p. 12 seqq.

250, 8. ΨΗΦΙΣΜΑ] Hoc scriptum publicum, cui perperam psephismatis nomen additum esse videtur, non est senatus decretum, sed refert solummodo quid senatus populi jussu egerit. (v. Schoemann. de comit. p. 90. (A.) 130.) Ex Eubuli rogatione populus senatui potestatem permiserat legatos creandi. Postquam igitur prytanes et strategi de iis, quae in concione dicta decretaque erant, ad senatum retulerunt, singulari senatus decreto opus erat de creandis legatis. Aristopho autem rogationem conscripsit (εἶπε), fortasse etiam legatorum nomina proposuit. In hoc senatus decreto, quod nobis non servatum est, de legatorum profectione, de viatico et mandatis iis dandis constitutum fuisse videtur. Talis autem rogatio non solum a prytanibus, verum etiam a quovis senatore proponi poterat. BOEHNECK. l. c. p. 483. Demosthenes non dubium est quin non istiusmodi scriptum, sed ipsa populiscita recitari jusserit.

250, 8. *ψήφισμα*] Post h. v. habetur in Bavarico hoc signum rubrica scriptum : ö⪢ . *διπλῆ* seu diple illa est, sed non *περιεστιγμένη*. De signis ejusmodi, praesertim in libris Platonis, commemorat pauca quaedam Diogenes Laërtius 3. cap. 66. et ibi interpretes. Sed parum ab illis adjuvamur. REISK.

250, 9. *Ἐπὶ Νεοκλέους ἄρχοντος*] Pseudeponymus, ut monitum ad p. 249, 11.

250, 18. *Ἀριστοφῶν Κολλυτεὺς πρόεδρος εἶπεν*] Aristopho non fuit e prytanibus, sed proëdrus non-contribulis. Collytenses enim non ad Hippothontidem, sed ad Aegeidem tribum pertinent. Vox autem *πρόεδρος* ideo apposita esse videtur, quod idem Aristopho alterum decretum scripsit, quum non proëdrus esset. *προεδρία* non-contribulium unius diei spatio definiebatur. BOEHN. l. c. p. 483. Conf. Brueckner. p. 393.

250, 25. *Φιλίππου*] Post *Φιλίππου* haec est rubrica in Bavarico: ö⪢. REISK.

250, 26. ΕΠΙΣΤΟΛΗ] "Haec epistola exeunte auctumno scripta est, certe non ante Pyanepsionem (Olymp. 110. 1.) Demosthenes bellum a raptu navigiorum et Chersonesi vastatione coeptum esse computat. Scilicet excitati belli culpa non se, sed alios teneri contendit et hoc ipsa Philippi epistola demonstrare studet. In hac enim rex magistratus quosdam et alios, quos dicit privatos, ideo accusavit[l], quod injussu populi nauarcho mandassent ut obsessis Selymbrianis succurrerent: de hac re jure queri poterat, quia Selymbriani, quod diserte quoque addit, non pace Philocratea comprehensi erant. Eos autem oratores, qui postea decreta de repetendis navigiis conscripserunt, etiam mandata illa de auxilio Selymbrianis ferendo nauarcho dedisse perquam verisimile est. Hos igitur regem innuere Demosthenes contendit, neque se in epistola significatum esse, quum rex non eà facta commemorarit, contra quae sua psephismata lata essent. Quod autem Athenienses Byzantiis auxilia misissent, jure rex iis exprobrare non poterat, quoniam illi pace inclusi erant et ipse quum eos aggrederetur pacem violaverat."

"Philippus legatis reposcentibus navigia reddidit. Apertum bellum contra Athenienses hoc tempore evitare voluit, quum ipse pecuniae inopia laboraret, ceterique Graeci adversus eum in procinctu starent. Etiam horum naves quas ceperat, brevi antequam expeditionem Scythicam susciperet, reddidit[m]. Ceterum ex hac

[l] Philippus nominatim de adversariis suis non scripserat. cf. etiam sententiam Ulpiani cui non assentior. p. 1168. ed. Francof. *νῦν οὖν Δημοσθένης αἰτιωμένου αὐτὸν Αἰσχίνου, ὡς αἴτιος ἐγένετο τοῦ πολέμου, δολίως μεταχειρίζεται τὸ πρᾶγμα, λέγων ἑαυτὸν μὴ ποιῆσαι τὸν πόλεμον, διὰ τὸ μὴ δηλῶσαι τὸν Φίλιππον τοῦτο ἐν τῇ ἐπιστολῇ. καίτοι αὐτὸς ἦν ὁ παρακεκινηκὼς Ἀθηναίους εἰς τὸ πολεμεῖν Φιλίππῳ, καὶ λέγων ὡς τῷ μὲν ἔργῳ πάλαι πολεμεῖ πρὸς τὴν πόλιν, τῷ δὲ λόγῳ νῦν ὁμολογεῖ διὰ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ πρὸς ὀργὴν ἐντεῦθεν Ἀθηναίους ἐπαίρων. ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου πρὸς τὴν τοῦ Φιλίππου ἐπιστολὴν πᾶς τις ἀναγνοὺς εἴσεται καὶ φωράσει τὸ ποικίλον τοῦ ῥήτορος.*

[m] Justinus l. 9. 1. refert, centum et septuaginta naves mercibus confertas ab eo captas esse.—Frontin. Strat. l. 1. c. 4, 13. Idem, quia Cherronesum, quae juris

epistola patet, hoc tempore pacem Philocrateam nondum solemniter dissolutam fuisse." BOEHNECK. l. c. p. 485. Dixit de hac epistola Droysen. p. 809. contra quem defendit Voemelius 2. p. 14 sq.

251, 3. *Λαομέδων*] *Λεωδάμας* dicitur in decreto Eubuli p. 249, 15. ubi accusativus est *Λεωδάμαντα*, in recentibus aliquot codicibus Taylori et Reiskii *Λαομέδοντα* scriptus. Probabilius est librarios ex Leodamante Laomedontem, notum ex historia fabulosa nomen, fecisse quam contra, nec magni momenti quod *Λαομέδοντα* legitur apud Liban. vol. 4. p. 299, 19. Quamobrem hic quoque *Λεωδάμας* vel saltem *Λαοδάμας* scribendum.

251, 5. *ἐν μεγάλῃ εὐηθείᾳ ἔσεσθαι*] Malim *μεγάλῃ εὐηθείᾳ συνέχεσθαι* aut *ἐνέχεσθαι*. REISK. Pro *ἔσεσθαι* mallem *εἶναι*, si vel unus liber addiceret. SCHAEF.

251, 7. *εἰς Λῆμνον*] Quae insula Atheniensium erat. Aeschines de falsa legat. p. 37. *Λήμνου, Ἴμβρου καὶ Σκύρου, τῶν ἡμετέρων κτημάτων.* Sancitum erat pace Antalcidae *ταύτας, ὥσπερ τὸ ἀρχαῖον, εἶναι Ἀθηναίων*, cf. Xenoph. Hist. Gr. 5, 1, 31. DISSEN.

251, 8. *Σηλυβριανοῖς*] Urbs prius Atheniensium socia fuerat, sed tum obnoxia Byzantio, cf. Demosthen. de Rhod. libertate p. 198. DISSEN. De obsidione urbis v. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 146. vol. 3. p. 606.

251, 11. *συνετάχθη*] *Injuncta, mandata sunt.* Hesychius vol. 2. p. 1305. *Συνέταξεν· ἐνετείλατο, παρήγγειλεν.* p. 1312. *Συντάξει· παραγγελεῖ.* SCHAEF.

251, 13. *ἰδιωτῶν μὲν νῦν ὄντων*] Ex hoc numero nihil vetat fuisse et Demosthenem. WOLF. Demosthenes potuit sane esse inter hos, sed negat is se hic significatum, propterea quod psephismata de ista re scripta aliorum fuerant, eorum autem factorum rex nullum commemoret, quibus ipse suis psephismatis obnisus sit. Post haec si Aeschinis orationem comparamus, is aliam omnino caussam ruptae pacis affert p. 65. cujus nulla mentio apud Demosthenem. Sed Demosthenes sic respondet ad ista, ut haec veriora opponat, nec opus est ut statuamus Aeschinem in edita demum oratione posuisse quod affert factum. DISSEN.

251, 16. *συντετελέσθαι*] Observabis perfectum significanter positum de re, quam isti quam primum ratam videre velint. Demosth. de Chersones. p. 91. *περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι.* DISSEN.

Atheniensium erat, occupare prohiberetur, tenentibus transitum non Byzantiorum tantum, sed Rhodiorum quoque et Chiorum navibus, conciliavit animos eorum reddendo naves, quas ceperat quasi sequestres futuras ordinandae pacis inter se atque Byzantios, qui caussa belli erant: tractaque per magnum tempus postulatione, quum de industria subinde aliquid in conditionibus retexeret, classem per id tempus praeparavit eaque in angustias freti, imparato hoste, subitus evasit. Ex eo, quod Philippus navigia reddidit et Atheniensibus pacem se observaturum declaravit, Diodori sententia de inita nova pace orta esse videtur. Possunt etiam Athenienses ceterique Graeci, Byzantiorum socii, pace quam cum his fecit comprehensi fuisse.

251, 16. ἢ—βοηθῆσαι] Id est ἢ τὸ—βοηθῆσαι. Subaudi ἑαυτοὺς aut ὑμᾶς. REISK.

251, 27. ὅτι—ἑαυτοῦ] Citant Anecd. Bekk. p. 126. s. SCHAEF.

252, 1. τὴν εἰς Πελοπόννησον πρεσβείαν] Facta haec legatio Ol. 109, 2., et Demosthenes ipse fuit unus legatorum. Conf. Winiewski p. 157 seqq. Memoratur ea in Philipp. III. p. 109. DISSEN.

252, 2. ἔγραψα] *Rogavi.* Proprie dicitur γράφειν qui de aliqua re rogationem fert. SCHAEF.

ὅτε πρῶτος ἐκεῖνος εἰς Πελοπόννησον παρεδύετο] *Cum primum rex Peloponnesum irrepere moliretur.* Erat enim tum is status Peloponnesi, ut gliscentes dudum turbae mox palam erupturae viderentur. Philippus autem, qui haec omnia alebat, jam etiam mercenarios miserat volebatque mox ipse venire. Tum factum est legatione Atheniensium ut civitates a Philippo averterentur. Quare rex nonnisi post proelium ad Chaeroneam Peloponnesum ingressus est. DISSEN. Conf. Phil. III. p. 115, 4.

252, 3. εἶτα τὴν εἰς Εὔβοιαν] De tempore hujus legationis multis disserit Winiewski p. 159—183. Missa videtur Ol. 109. 3. DISSEN.

252, 4. εἶτα τὴν εἰς Ὠρεὸν ἔξοδον] Expeditio in Euboeam ad expellendos tyrannos duce Phocione Ol. 109. 4. secundum Diodor. 16, 74. facta est. Vidimus enim jam supra etiam Euboea Philippum potiri conatum. DISSEN.

252, 7. μετὰ ταῦτα δὲ τοὺς ἀποστόλους ἅπαντας ἀπέστειλα] Intelliges non solum psephismata de auxilio istis regionibus ferendo, sed etiam legem trierarchicam infra explicatam, de qua p. 262, 15. dicit: πάντα τὸν πόλεμον τῶν ἀποστόλων γιγνομένων κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐμόν. DISSEN.

ἀπέστειλα] Hoc est ἔγραψα ἀποστεῖλαι. Conf. p. 262, 15. τῶν ἀποστόλων γιγνομένων κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐμόν. SCHAEF.

καθ' οὓς—ἐσώθη] *Per quas stetit, quo minus perderentur.* Eodem sensu Xenophon Cyrop. 5, 4. 11. τὸ δ' ἐπὶ σοὶ σέσωσμαι. SCHAEF.

252, 9. πάντες οἱ σύμμαχοι] Ut Proconnesus, Tenedus. Cf. p. 326. DISSEN.

252, 17. καὶ μὴν ὅτι κ. τ. λ.] Citat Tiberius p. 50. usque ad ἐφ' ὑμᾶς αὐτῷ. Citant etiam Anecd. Bekk. idque bis: primum p. 127, 6. usque ad Φιλιστίδης, rursus p. 147, 11. usque ad ἥκιστα σύ. SCHAEF.

Φιλιστίδης] Φιλιστείδης Tiberius. V. var. lect. ad p. 126, 11. SCHAEF.

252, 18. δὲ] Omittit Tiberius. SCHAEF.

252, 20. αὐτὸς ὁ] Omittit Tiberius. SCHAEF.

Pro ταῦθ' ὑπάρχειν Tiberius dat εἶναι. SCHAEF.

252, 25. παρὰ σοὶ—αὐτῶν] Haec verba adducit Thomas M. v. Προξενῶ p. 743. ex Orat. περὶ παραπρεσβείας, errore solito. TAYLOR. Hermogenes p. 256. σχῆμα σφοδρὸν τὸ κατὰ ἀπο-

στροφήν. οἷον· παρὰ σοὶ κατέλυον, Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. Item p. 306., ubi quaerit, sitne ἀποστροφὴ methodus, an schema. Quodcunque est, ait, τῶν ποιούντων ἐστὶ καὶ αὐτὴ γοργὸν τὸν λόγον, καὶ μάλιστα, εἰ συνεχῶς γένοιτο. ἡ γὰρ μετάβασις, ἡ νῦν μὲν ἐπὶ τοὺς δικαστὰς, νῦν δ' ἐπὶ τὸν ἀντίδικον ἢ ὀντινοῦν, κινεῖ πως καὶ γοργὸν ποιεῖ τὸν λόγον. REISK.

252, 26. οὓς ἡ μὲν πόλις—ἀπήλασε] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 15. SCHAEF.

252, 28. οὐ τοίνυν—οὐδὲν] Idem est ac si dixisset: οὐ τοίνυν τούτων (τῶν τοῖς τυράννοις πεπραγματευμένων) ἐπράχθη οὐδὲν (eorum omnium nihil confiebat), οὐ διὰ σὲ (non quo tu obstitisses), ἀλλὰ δι' ἐμὲ (sed quod ego obstiti), περὶ οὗ σὺ βλασφημῶν λέγεις ὅτι—. REISK.

252, 29. ὡς σιωπῶ μὲν—] Conf. Aeschin. p. 85, 8. DOBR.

253, 2. ἀτιμώσαντες τήμερον] Nam cui non contigerat quinta pars suffragiorum, is ἀτιμίαν quandam subibat, quandoquidem in posterum non poterat instituere accusationes ejus generis, in quo succubuerat, cf. Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 409., Meier. et Schoemann. de judic. Athen. p. 734. DISSEN.

253, 5. ἐπὶ τούτοις] Quod ego Clitarchi et Philistidae fraudes elusissem, irritas fecissem. V. v. 18. s. REISK.

253, 8. τούτου] Ambiguum, utra praeconizatio, ut dicitur, fuerit secunda, an illa Aristonici, an haec Ctesiphontis. Aliquid de hac re Ulpianus non praetereundum. Si qua fides Pseudo-Plutarcho, nemo tulit hos honores Demostheni ante Aristonicum. πρῶτος, inquit ille, ἔγραψε στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ Ἀριστόνικος Νικοφάνους Ἀναγυράσιος. TAYLOR. τούτου procul dubio ad praeconium hoc, de quo nunc certatur, Ctesiphonteum referendum. Quia jam antea semel, auctore Aristonico facto, populus coronam auream mihi decretam in theatro per praeconem promulgandam curavit, ex eo fit ut haec Ctesiphontea auctoritas mihi praeconium alterum cum altera corona pepererit. REISK. Recte Reiskius. Sed non mirum fuisse qui τούτου secus intelligerent. Scilicet orator solam sectans periodi concinnitatem parumque curans logicam membrorum rationem ceteris membris syntactice junxit quod variata constructione dirimendum esset. Quod si Demosthenes aliquanto λογικώτερον scripsisset ὥστε δεύτερον κήρυγμά μοι τοῦτο γίγνεσθαι, nemo erat futurus qui τοῦτο perperam interpretaretur. SCHAEF.

253, 11. ΨΗΦΙΣΜΑ] "Ex hoc psephismate d. 24. Gamelionis lato Demosthenes ejusdem anni Dionysiis magnis coronatus est, ut ipse dicit. Erat autem Aristonici κήρυγμα *secundum*, non primum[n]. Demosthenes ipse contendit se prius saepe coronatum esse. Ita loqui non debuisset, si bis tantum vel ter hic honor ei contigisset. Quater autem omnino coronatus est, si Hyperidis et Demomelae rogationes, eodem tempore latas, pro una computas. Ultima coronatio facta est ex Ctesiphontis decreto ab Aeschine

[n] De cor. p. 267. πολλάκις ἐστεφανῶσθαι πρότερον.

impugnato, magnis Dionysiis Ol. 112, 3., tertia e Demomelae et Hyperidis psephismatis magnis Dionysiis Ol. 110, 2., secunda hac Aristonici rogatione: *prima* Ol. 108, 2. ex suo ipsius psephismate[o], quo decemviros ob priorem ad Philippum legationem prospere gestam coronandos rogavit[p].

Aristonici psephisma primum Schoemannus[q] et post eum Boeckhius[r] et Winiewskius[s] recte tribuerunt anno Ol. 109, 4. Corsinus id falso in annum sequentem distulerat. Argumenta, quae hujus sententiam refellunt, jam a Schoemanno et uberius a Winiewskio exposita sunt. His prorsus acquiescere possumus." BOEHNECK. l. c. p. 457. sq. Dixerunt de hoc psephismate Brueckner. p. 387. et Droysen. p. 816 sqq. et contra Droysenium Voemelius 3. p. 4 seqq.

253, 12. Ἐπὶ Χαιρώνδου—ἄρχοντος] Pseudeponymus. Verum eponymi nomen Nicomachus est Olymp. 109, 4.

Ἡγήμονος] Notandum archontem, quem putabat scriptor decreti, addito patris nomine designari, quod in recentioribus titulis interdum factum esse ostendit Keilius in Analect. epigr. p. 17. et 250. quorum exempla non videntur in promptu fuisse Dobraeo, qui aut deleri volebat ἡγεμόνος (nam sic codd. plerique et per ε interdum etiam in inscriptionibus: vid. Keil. l. c. p. 153.), aut, quod praeferebat, scribi ἐπὶ Ἡγήμονος ἄρχοντος (pseudeponymus sc.), deleto Χαιρώνδου. Chaerondas pseudeponymus est in decreto p. 243, 10.

253, 15. πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται] Formula saepissime obvia in talibus decretis. Sic infra legitur in psephismate Byzantiorum et in psephismate Agrigentinorum illic allato apud Reisk. et in multis psephismatis in Corp. Inscript. a Boeckhio edito. DISSEN.

253, 27. τῆς δὲ ἀναγορεύσεως τοῦ στεφάνου ἐπιμεληθῆναι τὴν πρυτανεύουσαν φυλὴν καὶ τὸν ἀγωνοθέτην] Plenior formula legitur p. 265. Nam mandatur renuntiatio *prytanibus*, qui praeerant comitiis ubi decreta res, archonti credo qui ludis praeest, et *agonothetae*. DISSEN.

254, 3. Ἔστιν οὖν ὅστις ὑμῶν κ. τ. λ.] Marcellinus ad Hermo-

o Vide de f. leg. p. 414, 3. Aeschin. p. 228 sq. etiam haec magnis Dionysiis facta esse videtur.—Etiam Dissenus recte suspicatur jam ante Aristonicum semel coronatum fuisse Demosthenem, alia in re diversi generis. Primum autem psephisma non iisdem verbis conscriptum fuisse, ut sequentia sponte patet.

p Quod de diversis rogationibus in honorem Demosthenis latis Plutarchus in vita X. orat. refert, e nullo alio fonte hausit, nisi ex ipso Demosthene, quem tamen non prorsus intellexit. Primum enim dicit p. 846. a: πολλάκις ἐστεφανώθη (ὁ Δημοσθένης), πρότερον μὲν ὑπὸ Δημομέλους, Ἀριστονίκου, Ὑπερείδου χρυσῷ στεφάνῳ, τελευταῖον δὲ ὑπὸ Κτησιφῶντος. Disjungit igitur Demomelis et Hyperidis psephismata, uno eodemque tempore lata, et primi decreti auctorem facit, Demomelem, quod prorsus falsum est. Praeterea secum ipse pugnans in fine vitae Dem. p. 848. c. subjicit: πρῶτος δὲ ἔγραψε στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ Ἀριστόνικος Νικοφάνους Ἀναγυράσιος. In his verbis duo errores insunt. Aristonicus enim nec primus erat, qui honorem illum Demostheni decrevit, nec demo Anagyrasius, sed Phrearrhius. [De locis Pseudo-Plutarchi dixit Voemel. 3. p. 4. 5. G. DINDORF.]

q De Comit. Ath. p. 137. not. 29.

r De archont. pseudep. p. 139.

s Comm. p. 159 sqq.

genem p. 316. κράτιστον μὲν οὖν καὶ τὸ δόξαν τινὰ χρηστὴν ἀποδεικνύναι περιποιεῖν τόδε τὸ πρᾶγμα πραχθέν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνάμεθα, ἐπ' ἐκεῖνο τρεπτέον, ὅτι ἀλλ' οὐδ' αἰσχύνην περιποιήσει τῇ πόλει· ὁριμυτάτη γὰρ ἡ τοιαύτη μέθοδος, ᾗ καὶ Δημοσθένης ἐχρήσατο. ἀναγνοὺς γὰρ ἐν τῷ περὶ στεφάνου τὸ γραφὲν αὐτῷ κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους περὶ τοῦ στεφάνου ψήφισμα, ἐπειδὴ φανερῶς οὐκ εἶχεν ἀποδεῖξαι ὅτι καὶ δόξαν τινὰ τῇ πόλει περιπεποίηκεν, ἐπὶ τὸ ἕτερον μετῆλθεν· τίς οὖν ὑμῶν οἶδεν γέλωτα ἢ χλευασμὸν διὰ τοῦτο συμβάντα τῇ πόλει; REISK.

254, 7. ὡς ἑτέρως] Respondet Latino *secus*. Similis oppositio infra p. 298, 21. εἰ μέν τι τῶν δεόντων ἐπράχθη,—τῶν δ' ὡς ἑτέρως συμβάντων—. Utitur nostro loco Valckenarius Diatr. Euripid. p. 112. C., ubi hunc euphemismum illustrat. SCHAEF.

254, 11. πράττειν] Infinitivo ἀνωμολόγημαι jungitur etiam infra p. 315, 13. SCHAEF.

254, 20. σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθ' ἐπεισάκτῳ] Cf. Orat. adv. Lept. p. 466, 22. et Boeckhium de Oecon. Athen. 1. p. 84., qui fere decies centena millia μεδίμνων quotannis invecta putat, quorum magnam partem regiones frugiferae ad Pontum et Propontidem suppeditabant. Caeterum de v. ἐπείσακτος, cui oppositum ἔμφυτος, ἐγχώριος, vid. Wyttenb. ad Plutarch. Animadv. p. 319 seqq. DISSEN.

ἐπιτειχισμὸν] ἐπιτειχισμὸς h. l. non proprio sensu dicitur, quo locum munitum e vicinia hostiliter imminentem significat. ἕτερον igitur vertam *alius generis*. SCHAEF.

254, 23. Βυζαντίους] Post Selymbriam Ol. 109. 4. anno ineunte clausam obsidione, ipsa hieme anni aut vere rex Perinthum adortus est, sed restitit urbs defensa situ, virtute civium, auxiliis Byzantiorum atque etiam satraparum Persicorum, cf. Diodor. 16, 74 seqq. Continuata igitur per tres quattuorve menses obsidione divisit exercitum rex et contra Byzantios se convertit. Coepta obsidio urbis vergente ad finem anno Ol. 109, 4. et continuata est Ol. 110, 1. Tum enim Athenienses excitati Demosthenis orationibus decreverunt ruptam esse a Philippo pacem et post Charetem cum classe miserunt Phocionem Byzantiis auxiliaturum, archonte Theophrasto. Vid. Diod. 16, 77. Plutarch. Phocion. c. 14. Dionys. Hal. Epist. ad Amm. c. 11., Winiewski p. 189 seqq. DISSEN.

254, 28. οὐκέτ' ἐρωτήσω] οὐκέτι refertur ad interrogationes, quibus supra orator adversarium identidem urserat. SCHAEF.

255, 9. ἐνστὰς πόλεμος non est instans, sed *coeptum bellum*, quemadmodum etiam ὁ ἐνεστὼς πόλεμος dicitur, et ἐνέστηκε, ἐνεστήκει πόλεμος, conf. Schweigh. Lex. Polyb. Est autem pax solemniter discissa Ol. 110, 1. ineunte, post coeptam Byzantii obsidionem. Conf. Philochor. ap. Dionys. Epist. ad Amm. §. 11: ἐχειροτόνησε (ὁ δῆμος) τὴν μὲν στήλην καθελεῖν τὴν περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης καὶ συμμαχίας σταθεῖσαν. DISSEN.

255; 10. ἄνευ] *Praeterquam quod*, non excludit, sed una quoque

complectitur. REISK. Ind. Graecitat. Jam H. Stephanus Thesaur. hunc locum citans monuit. SCHAEFER.

255, 11. *τῆς νῦν εἰρήνης*] Hac sive pace sive servitutis specie, quam Athenienses habent ab Alexandro concessam. Utile erit Ulpianum de hac re consulere atque etiam addere quae exeunte oratione scribit noster p. 332, 15. *ἔξω δὲ βλέπουσι, καὶ ἐν οἷς ἀτυχησάντων τῶν Ἑλλήνων εὐτύχησεν ἕτερος, ταῦτ᾽ ἐπαινοῦσι. καὶ ὅπως τὸν ἅπαντα χρόνον διαμενεῖ, φασὶ δεῖν τηρεῖν.* TAYLOR.

255, 12. *οἱ χρηστοὶ*] Qui se ipsi *χρηστοὺς* jactant, cum reapse sint *πανώλεις*. SCHAEFER.

255, 14. *μὴ—μηδὲ*] *μὴ* omittit et *μὴ* pro *μηδὲ* praebet S. quem sequi debebam. Majore enim cum vi orator bona apprecatur quamvis contra machinantibus.

255, 16. *τοὺς τῶν Βυζαντίων*] Genitivi *τῶν Βυζαντίων—τῶν Περινθίων* nihil habent ambigui, cum statim sequatur *οἷς ἐστεφάνουν—τὴν πόλιν*. Sed infra p. 256, 20., ubi nihil hujusmodi additur, disertius est *τοὺς παρὰ τῶν ἐν Χερρονήσῳ στεφάνους*. SCHAEF.

255, 19. ΨΗΦΙΣΜΑ] Phocionis expeditione prohibitum est, ut Plutarchus[t] egregie dicit, ne confoederatorum filii ludibrio et contumeliis Macedonum essent obnoxii. Quum enim Byzantii gravis armaturae militibus carerent, nec magnum exercitum Philippo opponere possent, hic temporis decursu ac saepius iterato impetu expugnasset urbem, nisi Athenienses auxilium tulissent. Pro hoc Byzantii et Perinthii[u] populo Atheniensi hoc psephismate gratias egerunt. BOEHNECK. l. c. p. 487. Droysenius hoc decretum tractavit p. 810. sqq. Contra eum dixit Voemelius 2. p. 15. et 3. p. 3. Quae ex dialecto contra hoc decretum argumenta petivit Ahrensius in libro de dialecto Dorica p. 21.[x] iis nihil tribuendum esse recte judicat Voemelius 4. p. 9. Nam praeterquam quod valde imperfecta est quam hodie habemus dialecti Byzantiorum notitia, si vel verissima essent omnia quae notavit Ahrensius, non sequeretur scriptori decreti potius ea esse imputanda quam librariis, quos satis constat in scriptis

[t] De glor. Ath. p. 350. *ἆρ᾽ οὖν ἄξιον προκρῖναι—ἢ τὸν Αἰσχίνου κατὰ Τιμάρχου ἑταιρήσεως τῆς Φωκίωνος εἰς Βυζάντιον βοηθείας, δι᾽ ἧς ἐκώλυσε τοὺς τῶν συμμάχων υἱοὺς ἐνύβρισμά τε καὶ παροίνημα γενέσθαι Μακεδόνων; ἢ τοῖς κοινοῖς στεφάνοις, οὓς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας ἔλαβε, τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν.*

[u] Perinthii Byzantium synedros misisse videntur, qui publicis consiliis intererant.

[x] "Decretum Byzantiorum Droysenius dubitat an cum reliquis orationis de corona documentis spurium habendum sit, in dialecto tamen nihil fere videt quod offendere possit. Nos inde potius certissima fraudis argumenta petimus. Non enim solum vulgares formae haud paucae leguntur, ut *βοηθήσας* pro *βοαθήσας*, *ἑκκαιδεκαπήχεις* pro *-πάχεις*, *θεωρίας* pro *θεαρίας*, *πανηγύριας* pro *παναγύριας*, *ἡμῶν* pro *ἁμέων*, sed etiam, id quod fraudem maxime evincit multa e severioris Doridis genere intermixta sunt, quum Byzantii mitiore uterentur, alia adeo e dialectis Lesbiaca et Ionica. Nam Dorica quidem, sed a Byzantiorum dialecto aliena sunt *ω* et *η* pro *ου* et *ει* in his: *Βοσπορίχω, βωλά, Φιλίππω τῶ, τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως, τῶ δήμω, τὼς στεφάνως, ἦμεν*, quibuscum non concinunt *ἐξείλετο, κατοικεῖν, ἐθέλουσι, ἀλειτούργητος* et *λειτουργία, στεφανούμενος, ἀποστεῖλαι*, in quibus severior Doris *η* et *ω* postulat. Lesbiaca sunt *πλοίοισιν* et *ἄμμε*, Ionicum *ἐπιστέωνται*."

Doricis Ionicisque non solum inferendis dialecti vulgaris formis, sed etiam fingendis quae ipsis Doricae Ionicaeve viderentur licenter esse grassatos, quod de Ionicis ostendi in commentatione de dialecto Herodoti.

255, 20. Ἐπὶ Ἱερομνάμονος Βοσπορίχω] Colebantur Byzantii imprimis Megarici dii, quorum cultum ipsi coloni ex metropoli secum duxerant, et Argivi quidam, cum etiam Argivi homines condendae urbi interfuissent, conf. Muelleri Prolegom. Mytholog. p. 132 seqq. Dicebantur autem Megaris sacerdotes Neptuni ἱερομνάμονες, teste Plutarcho Sympos. 8, 8. §. 4. quare cum etiam Byzantii in littore templum Neptuni haberetur, dubitari nequit etiam ibi sacerdotem Neptuni ἱερομνάμονα dictum. Atque videtur is in maximo honore fuisse, fere ut in Siciliae urbibus ἀμφίπολος, ἱεράπολος, ἱεροθύτης, vide Mueller. Dor. 2. p. 168 seqq. Quare etiam eponymus fuit et designatus est ex eo annus, ut hic vides. Sic apud Polyb. 4, 52. legitur: ἐπὶ Κώθωνος, τοῦ Καλλιγείτονος, ἱερομνημονοῦντος ἐν τῷ Βυζαντίῳ. Atque idem videas in numis, conf. Heyn. Ant. Byzant. in Comment. Gotting. recent. vol. 1. a. 1808.—1811. p. 8. Similiter eponymus fuit apud Syracusanos ἀμφίπολος Jovis, cf. Mueller. Dor. 2. p. 162. et Agrigenti ἱεροθύτης, et Gelae ἱεράπολος, cf. Mueller. ibid. p. 164. Quemadmodum apud Platon. Leg. 12. p. 947. est ἀρχιερεὺς Apollinis et Solis, quem vult eponymum esse philosophus. DISSEN. Harpocration, ἱερομνήμονες, Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τοῦ συνεδρίου μετεχουσῶν οὕτω καλοῦνται, ὡς σαφὲς ποιεῖ Θεόπομπος ἐν τῇ τριακοστῇ. REISK.

Βοσπορίχω] De hujus formae nominibus v. Koen. ad Greg. Cor. p. 291. SCHAEFER.

255, 21. ἐν τᾷ ἁλίᾳ] Doricum nomen pro ἐκκλησίᾳ, usurpatum in Doricis civitatibus, cf. Mueller. Dor. 2. p. 86. DISSEN.

ἐκ τᾶς βωλᾶς] Pro γερουσίᾳ hoc nomen etiam in Doricis civitatibus hic illic in usu fuit. Conf. Mueller. ibid. p. 91. DISSEN.

λαβὼν ῥήτραν] H. e. προβούλευμα, cf. Mueller. p. 170. Alii explicant *veniam dicendi*, ἐξουσίαν τοῦ εἰπεῖν, aut τυχὼν λόγου, ut Schaeferus. De qua significatione vid. Gesner. ad Lucian. Philopatr. c. 22. DISSEN. Scribendum videtur ῥάτραν. Cujus formae exemplum est in inscriptione Elea ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 26.

255, 23. διατελέει] Notabis praesens διατελεῖ de tempore praeterito, qui usus ex aliis psephismatis illustrari potest. Sic in Corp. Inscript. vol. 2. p. 282. nr. 2353. in psephismate Carthaeo legitur: Ἐπειδὴ Κλεόμηλος Κλεοβούλου Ἀθηναῖος πρόξενος ὢν τῆς πόλεως τῆς Καρθαιέων ἔν τε τῷ ἔμπροσθε χρόνῳ εὔνους ὢν διατελεῖ τῷ δήμῳ τῷ Καρθαιέων. Adde inscript. nr. 2134, b. p. 169., et alia exempla a Thierschio notata in Actis Academ. Monacens. class. philosophico-philolog. vol. 1. a. 1835. p. 620. Vide etiam Boeckh. ad Inscript. vol. 2. p. 785. Eodem modo infra p. 289. in psephismate Demosthenis παραιρεῖται. Reperitur tamen etiam

praeteritum, veluti *διατετέλεκεν* in inscr. Deliaca nr. 2347. p. 276. DISSEN.

255, 23. *τοῖς συμμάχοις*] Subaudi *αὐτῶν*. REISK.

255, 24. *συγγενέσι Περινθίοις* dictum, cum venissent olim coloni Megarici cum Samiis Perinthum, cf. Plutarch. Quaest. Gr. c. 57., et Boeckhium in Ind. Lect. Berolin. aestiv. a. 1822. p. 5. DISSEN.

256, 1. *δαιόντος καὶ δενδροκοπέοντος*] Haec solenniter junguntur. In Atticis quidem historicis frequentissime legas *καίειν καὶ κόπτειν* (s. *τέμνειν*) *τὴν χώραν*. Xenophontea exempla collegit Sturzius Lex. Xenophont. vol. 2. p. 624. SCHAEFER.

βοηθήσας] Conf. Dio. 16, 77. *Ἀθηναῖοι—δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον ἐξέπεμψαν βοηθήσουσαν τοῖς Βυζαντίοις*. DISSEN.

256, 2. *καὶ βέλεσι καὶ ὁπλίταις*] Caruerant igitur Byzantii gravis armaturae militibus, quos opponerent Philippo, at habebant levi armaturae aptos homines ex vicinis Thraciis regionibus. DISSEN.

256, 3. *ἀποκατέστασε*] *Restituit*. Polyb. 9, 36, 4. *καὶ τοὺς νόμους καὶ τὸ πάτριον ὑμῖν ἀποκατέστησε πολίτευμα*. Quod hic *τῶς τάφως* additum, paullo latius extensa est significatio v. *ἀποκαθιστάναι*. DISSEN.

256, 5. *ἐπιγαμίαν*] *Jus connubii*. Exempla vide ap. Schoemann. de Comitiis Athen. p. 337. DISSEN.

256, 7. *ἔγκτασις γᾶς καὶ οἰκιᾶν*] *Jus acquirendi et possidendi agros et domos in civitate aliena*, nunc Byzantii. Conf. Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 155. Meier et Schoemann. de judic. Athen. p. 491. Atque *ἐγκτήματα* sunt tales possessiones in aliena terra, apud Atticos etiam in alieno *δήμῳ*, et *ἐγκεκτημένος* dicitur qui talia possidet. Dorica forma verbi proprie est *ἔμπασις*, *ἔππασις*: cf. Boeckh. ad Corp. Inscript. 1. p. 725. DISSEN. *ἔγκτασις* ex inscriptionibus Corcyracis Dorice scriptis (ap. Boeckh. nr. 1841. 1842. 1844.) memorat Voemelius 2. p. 16.

προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι] V. Wolf. Proleg. ad or. Leptin. p. 73. DISSEN.

256, 8. *πόθοδον ποτὶ τὰν βωλὰν καὶ τὸν δᾶμον πράτοις μετὰ τὰ ἱερά*] Cum sacra fierent Byzantii ut in reliqua Graecia antequam senatus aut comitia populi haberentur, datur Atheniensibus jus post facta sacra primum et ante alios omnes adeundi senatum aut cum populo agendi. Formula est saepe obvia in psephismatis. conf. v. c. Corp. Inscript. vol. 2. nr. 2267. 2268. 2330. 2332. 2333. 2347. c. 2354. Videbis ibidem etiam *προεδρίαν* et *ἔγκτησιν γῆς καὶ οἰκιῶν* dari, ut saepissime solebant haec decerni in talibus psephismatis. DISSEN.

256, 10. *ἀλειτουργήτοις ἦμεν πασᾶν τᾶν λειτουργιᾶν*] De liturgiis vide Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 481. qui p. 321. etiam de aliarum civitatium liturgiis dixit. Statae appellabantur *ἐγκύκλιοι*, extraordinariae nomen nullum Graecum habent. Extraordinariarum nunquam datam immunitatem monet Boeckhius.

Atque hoc loco aut excidit vox post *τᾶν*, aut, quod verius, sunt *πᾶσαι αἱ λειτουργίαι omnes vulgo usitatae Byzantii.* DISSEN.

256, 12. *στεφανούμενον τὸν δᾶμον τὸν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶ Βυζαντίων καὶ Περινθίων*] Statuae *δήμων* saepius memorantur, cf. Pausan. 1, 3, 2, 4. 3, 11, 8. Plin. 35, 36, 5. Conferri etiam possunt statuae Spartae, Thebae, Elidis, Helladis, Rhodi, similium, de quibus ad Pindar. Isthm. 1, 1. in Boeckhii editione dixi. Jacobsius comparat Polyb. 5, 88, 8. ubi de Hierone et Gelone narratur: *ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων Δείγματι, στεφανούμενον τὸν Δῆμον τῶν Ῥοδίων ὑπὸ τοῦ Δήμου τῶν Συρακουσίων.* DISSEN.

256, 16. *τὼς στεφάνως οἷς ἐστεφάνωται*] Lege *τὼ στεφάνω ὦ συνεστεφάνωται.* Cf. Rauchensteinii observationes in Demosth. or. de cor. Turici 1829. p. 20. BOEHNECK. l. c. p. 662.

256, 21. ΨΗΦΙΣΜΑ] Post liberatam Euboeam et ante Charetis expeditionem Byzantiam exeunte ut videtur hieme Atheniensium in Hellesponto copiae suasore Demosthene auctae esse videntur[y]. Quum Philippus classem in Hellespontum deducere vellet, restiterunt quidem Chersonesitae[z], nec tamen rem prohibere poterant: rex ipse tunc contra Athenienses violentius agere noluit[a]. Brevi autem ante solutam Byzantii obsidionem cum fortissimis militibus, ut Justinus[b] refert, incursionem in Chersonesum fecit. Selymbriam vel ipse *ἐν παρόδῳ*, vel unus ex ejus ducibus oppugnasse videtur. Terram devastavit, plures urbes adortus est, et potissimum eas quae in superiore ac interiore parte sitae erant, expugnasse videtur[c], ope tamen Atheniensium ceterorumque Graecorum prohibitus est, ne totam peninsulam occuparet, et urbes in littore et extrema fronte sitae magnis periculis exemptae sunt[d]. Pro hoc beneficio civitates illae ex hoc decreto Atheniensium populo gratiam retulerunt. BOEHNECK. p. 487 sq. Dixerunt de hoc decreto Droysen. p. 812. et in contrariam partem Voemelius 3. p. 3.

256, 22. *Σηστὸν—Ἀλωπεκόννησον*] Urbes Cherronesi, a quibus hoc decretum latum est, Sestus, Eleus, Madytus, Alopeconnesus, sitae erant in Cherroneso Thracia, quam Athenienses possidebant, sed continuis moliminibus Philippi tentatam. Ac sub ob-

[y] Dem. de cor. p. 252, 6. tunc etiam Demosthenes legationem ad Thracum reges obiisse videtur.

[z] Phil. ep. p. 163. Chersonesitae tunc bellum contra Philippum gesserunt. Huc fortasse referendum est, quod Tzetzes narrat Chil. 6. 97.—Dem. de cor. p. 276, 3. Dem. Phil. postr. p. 157, 22.

[a] Phil. ep. l. l. *τῆς πόλεως καὶ τῶν τριήρων καὶ τῆς χώρας ἀπεσχόμην, ἱκανὸς ὢν τὰ πλεῖστα λαβεῖν ἢ πάντα.*

[b] l. 9. c. 1, 7. Demosthenes Chersonesi vastationem post navigiorum raptum commemorat. l. 1. p. 274. acta est post rapta et ante reddita navigia. consentit cum Justino Georg. Syncellus Chronogr. p. 263. b. cf. etiam Win. Comm. p. 199.

[c] Scylax Peripl. p. 28. Huds. has Chersonesi urbes enumerat: Καρδία, Ἴδη, Παιών, Ἀλωπεκόννησος, Ἀράπλους, Ἐλαιοῦς, Σηστὸς, ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμοῦ, Κρῆσσα, (Plin. 4. 48. Cissa flumini Aegos apposita) Κριθώτη, Πακτύη.

[d] Front. 1. 4. 13. postquam Philippus ex Hellesponto cessit, Phocio pro raptis navigiis et vastata Chersoneso vindictam sumsit: vid. Plut. Phoc. c. 14.

sidionem Selymbriae Ol. 109. 4. primum ingressus Cherronesum videtur rex, cum autem Ol. 110, 1. pax cum Athenis facta solenniter discissa esset, violentius egit, vastavit terram et urbes multas adortus est. Vide Winiewski p. 199. Atque ex his periculis liberati sunt Cherronenses una cum Perintho et Byzantio ope Atheniensium.—*Eleus* memoratur in Orat. adv. Aristocrat. p. 675. Fuit in infima parte Hellesponti, cf. Pompon. Mel. 2, 2. Paullo altius *Madytus* sita erat. *Alopeconnesus* fuit in promontorio extremo versus Imbrum, cf. or. adv. Aristocr. p. 675. DISSEN. Droysenius miratur cur quattuor tantum foederatae urbes hoc decretum tulissent, neque aliarum mentio fieret. Scilicet ceterae Chersonesi urbes a Philippo expugnatae erant, ergo pro sua ipsarum salute Atheniensibus non gratias agere possunt. Cf. Georg. Syncell. Chron. p. 263 c: *ὁ Φίλιππος ἐπὶ Χερρόνησον χωρεῖ καὶ ταύτην λαβὼν ἐπανῆλθε.* BOEHNECK. p. 663.

256, 23. Ἀλωπεκόννησον] Citat h. l. Harpocrat. s. h. v. REISK.

256, 25. *ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα*] V. H. Stephani Thesaur. s. v. *ἀπό*. Photius p. 538, 4. *Λυκοῦργός φησιν· ἀλλὰ μὴν καὶ Καλλισθένην ἑκατὸν μναῖς ἐστεφανώσατε.* SCHAEFER. Ostendit Boeckhius de Oecon. Athen. 1. p. 27 seqq. *talentum auri* fuisse videri, quod pondus sex drachmarum auri haberet, pretio autem par esset sexaginta drachmis argenti. Sic totum quod donant, dimidium talentum fuit et sex minae. Atque ita res credibilis. Porro *ἀπὸ* h. e. ex, ut Herodot. 7, 65. Hanc igitur coronam miserunt. DISSEN.

256, 26. *παραίτιος γέγονε*] Haec est formula titularis seu in ejusmodi titulis et decretis usitata, velut in inscriptione Agrigentina in Gruteri Corpore p. CCCCI.: *Δημήτριον πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρεσχῆσθαι τῷ ἁμῷ* (id est *ἡμετέρῳ*) *δάμῳ καὶ μεγάλων ἀγαθῶν παραίτιον γεγόνειν* (id est *γεγονέναι*). et in alia ib. p. CCCC.: *ὑπάρχων τοῖς τε δημοσίοις ἡμῶν πράγμασι καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν παραίτιος ἀγαθοῦ πολλάκι γεγένηται.* REISK.

256, 27. *ἐξελόμενος ἐκ τῆς Φιλίππου*] Scil. *χειρὸς*, ut videtur, quemadmodum ap. Aeschinem contr. Ctesiphont. p. 90. dicitur: *ἐκ τῶν χειρῶν ἐξελέσθαι τῶν Φιλίππου.* Sed ad verba *τῆς Ἀριστοδήμου* Pausan. 4, 11, 1. cum Schaefero *ἀρχῆς* supplemus. DISSEN. Confer titulum Stratonicensium in Boeckh. Corp. Inscr. 2. p. 483 a. *τῇ τῶν προεστώτων αὐτῆς μεγίστων θεῶν ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ συνεχῶν κινδύνων σεσῶσθαι.* ad h. l. Boeckhius observat: "*τῇ* arbitror ferri posse omisso substantivo *ἐπικουρίᾳ* s. *βοηθείᾳ* ut ap. Dem. *ἐκ τῆς Φιλίππου* sc. *χειρὸς* et similia alibi multa." v. Aesch. c. Ctes. p. 646. BOEHNECK. p. 663.

257, 2. *οὐκ ἐλλείψει*] Scil. *ὁ δῆμος τῶν Χερρονησιτῶν.* Est *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον.* DISSEN.

257, 6, 7. *οὐδὲ—οὐδὲ—*] Antecedens *μόνον* etiam ad has negativas referendum. V. not. ad p. 226, 10. SCHAEFER.

257, 7. *ἡ προαίρεσις ἡ ἐμὴ καὶ ἡ πολιτεία*] Scil. *ἡ ἐμή*, h. e. *partes a me praelatae et mea gestio rei publicae.* p. 323. *οὐκ ἀπὸ τῆς ἐμῆς*

πολιτείας οὐδὲ προαιρέσεως κ. τ. λ. p. 330. *ἡ ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις.* DISSEN.

257, 12. *ὑμεῖς δ' οἱ καὶ μεμψάμενοι πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἐκείνοις*] Intelligit bellum sociale, quod Byzantii cum Chiis Rhodiisque ab Ol. 105, 3—Ol. 106, 1. adversus Athenienses gesserunt. Vide de eo plura ap. Winiewski. p. 34 seqq., Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 453., alios. DISSEN.

257, 15. *οὐδὲ—ἀδικουμένους*] *Vos non prodidisse injuria affectos, qui vos ipsi ante laesissent.* SCHAEFER.

257, 22. Εὐβοέων] De Euboeensium ingrato animo multa narrat Aeschines p. 65, 33 seqq. De Byzantiis vero quae dixerat, in edita oratione omisit, nihil enim de iis nunc legitur, satius ratus ut videtur locum de Euboicis rebus disertius elaborare. DISSEN.

257, 26. *ὑπάρχειν ὑμᾶς εἰδότας ἡγοῦμαι*] *Vos cognitum habere credo.* Majorem enim vim habet haec phrasis quam simplex *εἰδέναι.* Similiter dixit de Rhodiorum libertate p. 190. *ὑπάρχειν ἐγνωκότες*, et Mid. p. 527. *ταῦτα ἐγνωσμένα ὑπάρχει παρ' ὑμῖν*, ut infra p. 303. *ὑπάρχειν ἐγνωσμένους.* Conferas etiam Latinam linguam, ut *sis sciens* Terent. Andr. 3, 2, 28. DISSEN.

257, 29. *τῶν καθ' ὑμᾶς πεπραγμένων καλῶν*] Vult afferre quae ex ipsorum nunc viventium aetate deprompta sint, quamquam primum quod narrat, factum est Ol. 96, 2. et pauci ex illo tempore Ol. 112, 3. vivebant. Disputat Winiewski. de rebus historicis quae nunc sequuntur, p. 15 seqq. DISSEN.

258, 2. *τῶν ὑπαρχόντων*] *Facinorum jam patratorum.* Opponitur *τὰ λοιπά*, *quae restant patranda.* SCHAEFER.

258, 3. *ὑμεῖς τοίνυν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 173. s. et paene toto illo capite super eo disputat, cur *ἀπλώσει* maluerit orator quam *στρογγυλώσει* uti, et de arte, qua hanc simplificationem occultaverit, et de ordine narrationis, et de immistione enthymematum, quae ibi legat, si quem ista juvabunt. REISK.

258, 4. *Λακεδαιμονίων γῆς καὶ θαλάττης ἀρχόντων*] Vides tempus post Peloponnesiacum bellum describi. DISSEN.

258, 5. *καὶ τὰ κύκλῳ τῆς Ἀττικῆς κατεχόντων*] Atque Euboea occupata erat a Lacedaemoniis Ol. 92, 1., conf. Thucyd. 8, 95. Tanagram quod attinet, coeperunt Lacedaemonii post Peloponnesiacum bellum principatu suo etiam in Boeotia uti, certe ante Leuctricam pugnam revera harmostis et praesidiis plerasque Boeotiae urbes tenebant, cf. Xenoph. Hist. Gr. 5, 4. Megara capta a Brasida Ol. 89, 1. Subjecta hinc arbitrio Lacedaemoniorum urbs etiam praesidio tenebatur, ut videtur, cf. Schneid. ad Hist. Gr. Xenoph. 1, 1, 36. Aeginetae Ol. 93, 4. a Lysandro restituti sunt, vid. Xenoph. Hist. Gr. 2, 2. 9. Plutarch. Lysandr, c. 14. Cleonae quando in potestatem Lacedaemoniorum redactae sint non constat. Sed cur Demosthenes in hac enumeratione non dixit: Κλεωνὰς, Αἴγιναν? Denique *reliquas insulas* praeter Euboeam et Aeginam intellige maris Aegaei potissimum, cf. Plutarch. Lysandr. c. 13. 14. Xenoph. Hist. Gr. 2, 2. 5. Diodor. 14, 3. DISSEN.

258, 9. οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κεκτημένης] Cum horum participiorum eadem ratio sit in sententia quam antecedentium. vides vivida descriptione asyndeton illatum. Caeterum diruti erant a Lysandro muri longi cum Piraeei munimentis, nec relictae nisi duodecim naves longae. cf. Plutarch. Lysandr. c. 14. et 15. Wesseling. ad Diodor. 13. c. 107. WOLF. ad Lept. 477, 15. Locutus igitur orator hyperbolice est, nam urbis moenia manserant intacta; quare etiam navium plane nihil eos habuisse non credimus Wolfio. DISSEN.

258, 10. ἐξήλθετε εἰς Ἁλίαρτον] Ibi Thebani Ol. 96, 2. pugnarunt contra Lysandrum, qui tum occubuit. Imploraverant Atheniensium auxilium. quibus celeriter advolantibus duce Thrasybulo Pausanias rex. qui postridie pugnam advenit. infecta re domum reversus est. DISSEN. V. ad p. 44, 28.

258, 10. καὶ πάλιν οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον εἰς Κόρινθον] Post res feliciter in Boeotia gestas. Boeoti. Athenienses. Corinthii. Argivi foedus fecerunt. communi apud Corinthios senatu instituto. et commissa pugna cum Lacedaemoniis est. ubi tamen hi vicerunt. Bellum per octo annos gestum vocatur hinc Corinthium, donec pax Antalcidae finem imposuit. DISSEN. Conf. ad p. 40. 20. 258, 13. Δεκελεικὸν πόλεμον. Constat sic appellari ultimam partem belli Peloponnesiaci, ex quo Ol. 91, 3. Decelea a Lacedaemoniis sociisque communita fuit. ut inde commodius Attica vastaretur. DISSEN.

258, 13. πραχθέντων] πεπραγμένων Hermogens p. 174., in editione Aldina: nam Genevensis reddit vulgatam. REISK.

ἀλλ' οὐκ—ἐγγύς] Hermogenes Aldinus sic recitat: ἀλλ' οὐκ ἐποίουν ταῦτα, οὐδ' ἐγγὺς τούτων. καίτοι ταῦτα ἀμφότερα—. REISK.

258, 15. τότε] Omittit Hermogenes.

258, 18. διδόναι] ἐκδιδόναι Hermogenes et Sopater in Hermog. p. 315. REISK.

258. 20. πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν] Celeber locus communis. usurpatus Hermogeni p. 240. pen. et Aristidi de D. C. p. 168.. cujus haec sunt verba: καὶ τὰ τοιαῦτα σεμνότητος μετέχει, ὅταν περὶ βίου καὶ θανάτου διεξέρχῃ. οἷον· πέρας μὲν γὰρ—. Locum hunc citat Stobaeus p. 90, 5. REISK. Item Rufus p. 89. s. πᾶσιν ἡμῖν ὀφείλεται ὁ θάνατος citat e Demosthene Clemens Alex. Strom. 6. p. 750, 8. Pott. V. Heynius ad Homer. Il. vol. 5. p. 288. vol. 6. p. 329. Eodem modo p. 1306, 25. πᾶσίν ἐστιν ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος. SCHAEF. Priora laudant complures. v. c. Plutarch. de Fortun. Alexandr. 1. 12, fin. de Superstit. p. 166. f. Conf. praeclarum locum apud Lysiam in Ἐπιταφίῳ p. 198. §. 77 seqq. Totum nostrum locum πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις—τηρῇ affert Lucian. Demosthen. Encom. c. 5. Verba κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὐτὸν τηρῇ habet Alciphr. 1, 25. (postposito ut vides pronomine αὐτόν). V. οἰκίσκος pro ὀρνιθοτροφεῖον Harpocrat. explicat. Ad sententiam comparari etiam Proper-

tius 3, 18, 25. potest: *Ille licet ferro cautus se condat et aere, Mors tamen inclusum protrahit inde caput.* DISSEN.

258, 21. αὐτὸν] ἑαυτὸν Stobaeus.

δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς κ. τ. λ.] V. Heynius ad Homer. Il. vol. 6. p. 317. SCHAEFER.

258, 22. ἀεὶ] Omittit Rufus. SCHAEFER.

τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα] Citat grammaticus Hermanni p. 365. Item Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 75. SCHAEFER.

258, 23. προβαλλομένους] Citat h. l. Harpocrat. v. προβαλλομένους et Hermogen. p. 243., cujus haec sunt verba: αἱ μὲν γὰρ μετρίως ἔχουσαι (τροπικαὶ λέξεις καὶ διωγκωμέναι) ποιοῦσι τὸν λόγον σεμνόν. οἷον· τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, ἀντὶ τοῦ τὰ ἀγαθὰ ἐλπίζοντας. REISK.

ὅ τι ἂν] ὃ ἂν Stobaeus. SCHAEFER.

258, 24. ταῦτ' ἐποίουν οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι] Nam qui tunc pugnaverant, mortui erant cum haec oratio sexaginta annis post haberetur. DISSEN.

258, 25. ταῦθ' ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι] Quod nunc narrat, factum est Ol. 102, 4. Tum enim Spartani auxilium Atheniensium implorarunt, cum Thebani duce Epaminonda Laconicam ingressi essent Spartam exstincturi; venit Iphicrates cum duodecim millibus hominum et hostes Laconica excedere coegit. Vid. Xenoph. Hist. Gr. 6, 5. Atque etiam sequentibus annis cum repeterentur impetus Thebanorum, Athenienses Spartanis auxilium ferre perrexerunt. Conf. Xenoph. Hist. Gr. 7. Plutarch. de Glor. Athen. c. 7. p. 346, B. et c. 7. p. 350, A. DISSEN.

Λακεδαιμονίους cohaeret cum ἀνελεῖν v. 28. et constructio haec est: οἳ διεκωλύσατε Θηβαίους ἐπιχειροῦντας ἀνελεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους. *intercessistis Thebanis funditus exterminare Lacedaemonios conantibus.* REISK.

258, 28. Λεύκτροις] Citat h. l. Harpocrat. v. Λεῦκτρα. REISK.

259, 2. πεποιηκότων] Subaudi ὑμᾶς. Quamquam utique planius erat hoc addi. *quibus pro hominibus, quam infesta et quam nefanda in vosmet ausis, caput sitis objecturi periculis.* REISK.

259, 5. ἂν δ' ὑπὲρ σωτηρίας ἢ ἐλευθερίας κίνδυνός τις αὐτοὺς καταλαμβάνῃ] Quod in aliis libris est καὶ pro ἢ, non probo. Nam Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους ἀνελεῖν ἐπεχείρουν, quo respiciens melius dicit: ubi *vero de salute* (ut tum), *aut etiam de libertate agitur*, seqq. οὔτε μνησικακήσετε οὔθ' ὑπολογιεῖσθε. Poterat οὐ μνησικακήσετε οὐδ' ὑπολογιεῖσθε, sed nervosior disjunctiva forma. Caeterum ὑπολογίζεσθαι est ὑπόλογον ποιεῖσθαι (Dinarch. adv. Demosth. p. 91.) sive boni sive mali quid fecerit aliquis. DISSEN.

259, 7. αὐτοὺς] Refertur ad τις v. 5. V. Matthiae Grammat. Gr. §. 487. 4. p. 673. SCHAEF.

259, 9. Εὔβοιαν] Loquitur de expeditione Ol. 105, 3. Erant duae factiones in Euboea, altera Thebanos, altera Athenienses vocabat. Thebani insula excedere coacti sunt et πολιτεῖαι restitutae, cf. Diodor. 16, 7. Plutarch. Mor. p. 350 F. Aeschin. contr.

Ctesiphont. p. 65. Porro Boeckh. de Oecon. Athen. 2. p. 88. Winiewski p. 29. DISSEN. Conf. Aeschin. p. 65, 42.

259, 10. *Θεμίσωνος*] Locum hunc citat Harpocrat. v. *Θεμίσων*. REISK. Themiso tyrannus Eretriae cum Theodoro in pace Atheniensibus Oropum eripuit Ol. 103, 4. Conventum deinde est ut Thebani urbem tenerent, donec de jure actum esset, hi vero semel traditam reddere postea recusarunt. Vide totam historiam litis ap. Muellerum in libro de Orchomeno p. 411., et Winiewski. p. 26 seqq., et conf. Orat. pro Megalopol. p. 204, 22. DISSEN.

259, 11. *ἐβοηθήσατε καὶ τούτοις*] Demosth. adv. Andr. p. 597. *ἴσθ' ὅτι πρῴην Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε καὶ Θηβαίους ὑποσπόνδους ἀπεπέμψατε. ἆρ' οὖν ταῦτ' ἐπράξατ' ἂν οὕτως ὀξέως, εἰ μὴ ναῦς εἴχετε καινάς, ἐν αἷς ἐβοηθήσατε;* Et tum quidem, deficientibus trierarchis legitimis, primum *voluntarii* evocati sunt, ut hic videmus, quod Demosthenes studia civium laudaturus addit. DISSEN. Conf. p. 205, 25. et ad p. 597, 20.

259, 13. *ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων*] Sic Orat. de falsa legat. p. 403. *ἀλλὰ μήπω ταῦτα*, et *ἀλλὰ μήπω τοῦτο* Aristid. Lept. p. 147. Wolf., Julian. Orat. 6. p. 182 D. DISSEN.

259, 18. *ἐν οἷς ἐπιστεύθητε*] *Quo tempore aut quamdiu in potestate vestra erant oppida corporaque Euboeensium fidei tutelaeque vestrae credita.* REISK. Sensum non incommode expressit. Accuratius hoc membrum sic vertas: *nullam injuriarum vobis illatarum pensi habentes iis in rebus, quae vobis creditae erant.* sed omnes integras bona fide reddentes. SCHAEF.

259, 26. *ὑπὲρ αὐτῆς τρόπον τινὰ τῆς βουλῆς οὔσης*] *Cum ipsius urbis salus quodammodo in deliberationem veniret.* Orat. adv. Philipp. II. p. 74. *καὶ πεποίηχ' ὑμῖν* (Philippus) *μὴ περὶ τῶν δικαίων μηδ' ὑπὲρ τῶν ἔξω πραγμάτων εἶναι τὴν βουλήν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τοῦ πρὸς τὴν Ἀττικὴν πολέμου.* DISSEN.

259, 28. *μνησικακεῖν νὴ Δία*] Ironice dicta. Adhibet formulam hanc cum ironia passim Demosthenes, ubi sibi ipse respondet aut objici aliquid fingit, ut observatum est ab aliis. DISSEN.

260, 1. *καὶ τίς οὐκ ἂν κ. τ. λ.*] Citant h. l. Plutarchus in Moral. p. 542, 3. REISK.

καὶ τίς οὐκ] *τίς δ' οὐκ* Plutarchus. Nostrum paullo gravius. SCHAEF.

260, 2. *ὑπαρχόντων*] Plutarchus post *καλῶν* transponit. SCHAEF.

καταισχύνειν] *αἰσχύνειν* Plutarchus.

260, 6. *βούλομαι*—] Dicit se venire nunc ad ea, quae statim post illa fecerit. Philippus Byzantium aggressus est Ol. 109. 4. fin. et continuavit obsidionem Ol. 110, 1. Tum Athenienses, ut supra memoravimus, pacem decreverunt ruptam. et videtur lex trierarchica hoc ipso anno Ol. 110, 1. mense Boedromione lata esse. ut statim per hiemem novo hoc modo classis parari posset. Vide Boeckh. de Oecon. Athen. vol. 2. p. 11. Aeschines de hac

lege dicit contra Ctesiph. p. 85. et contendit se tum probassse, civitati sexaginta quinque celerum navium trierarchos hoc modo ereptos. Sed videtur etiam hic mendacium subesse, ac suspicor istum locum tum demum insertum, cum ederetur ab eo oratio. Nam Demosthenes eum ignorat.—Erat trierarchia liturgia extraordinaria pertinens ad naves bellicas. Accipiebat trierarchus navem de publico aedificatam, debebat vero ante Ol. 105, 3. armamento eam instruere et tueri, nec non conquirere remiges. Atque initio quidem omnes cives in quadraginta octo, post Clisthenem vero in quinquaginta naucrarias divisi erant, quarum cuique una navis tribuebatur curanda. Deinde tamen, cum augeretur classis, aucti sunt trierarchi et vocati omnino ditiores cives ad hoc munus. Ac primum unusquisque per annum navem curare debebat, paullo post tamen permissum est ut duo conjunctim hoc onus ferrent, qui *συντριήραρχοι* dicti. Memoratur res primum Ol. 92, 3., videtur tamen jam Ol. 92, 1. orta. Vel sic cum non satis multi adessent, Ol. 105, 3. primum voluntarii trierarchi evocati sunt, ut supra vidimus. Inde vero symmoriae institutae. Electi enim sunt mille et ducenti cives qui ditissimi, hi distributi in viginti symmorias sexaginta hominum. Jam si symmoria una duodecim naves curabat, quinque homines ad unam navem contribuebant, qui *συντελεῖς* dicti, et societas *συντέλεια*; si decem naves, sex *συντελεῖς* uni navi attributi erant. Postea numerus civium auctus videtur ad mille ducentos et octoginta, ut unaquaeque symmoria sexaginta quattuor hominum esset, unde si una symmoria quattuor naves curabat, sedecim homines contribuebant ad unam navem curandam. Erat vero etiam aliter minutus sumptus, quandoquidem hi *συντελεῖς* nonnisi reparare navem ejusque armamenta debebant. Sed cum vel sic ditiores se subtraherent oneri idque in tenuiores transferrent, res navalis autem in tristem statum venisset, tandem Demosthenes, cum esset *ἐπιστάτης τοῦ ναυτικοῦ*, optimam legem tulit, de qua nunc dicet. Abolitae sunt symmoriae, et ad communem civium censum revocata trierarchia. Constitutum vero est ut qui ad praestanda munera publica decem talentis esset census, is unam triremem curaret, qui viginti, duas triremes, qui triginta, tres triremes et navigium actuarium. Quorum denique census in tabulas relatus minor decem talentis esset, ut horum totidem ad unum corpus jungerentur, usque dum decem talentorum summa confieret ex pecunia, qua censi erant. Sumptus autem in navem curandam impendendi videntur fuisse iidem, quos symmoriae praestiterant. Atque haec quidem sufficient ad sequentem locum explicandum. Dixit accuratissime de trierarchia Boeckhius in libr. de Oecon. Athen. vol. 2. p. 79 seqq. DISSEN. Adde Boeckh. Proleg. ad inscr. nav. p. 189. et Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 477 sqq.

260, 8. *ὁρῶν γὰρ τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον*] *Cum viderem rem navalem laborare maxime et dissolvi.* Demosthenem tum *ἐπιστάτην τοῦ ναυτικοῦ* fuisse discas ex Aeschin. contr. Ctesiph.

l. cit. DISSEN. Citat h. l. et artificium ejus rhetoricum more suo demonstrat Hermogenes p. 276. s. Marcellinus ad Hermogen. p. 343. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος (τῆς συγκρίσεως, res inter se comparandi) ἀπὸ τῶν κυρωσάντων (scilic. τὸν νόμον). ὡς ὁ Δημοσθένης· ὡς οἱ πρόγονοι ἔθεντο —. καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἐτέθη. ὡς παρὰ τῷ Δημοσθένει εὑρίσκομεν (p. 644. 24.)· λογιζόμενοί τε ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονὼς, θεῶν δικαστῶν τυχὼν, ἀποφυγγάνει. καὶ πάλιν (p. 260, 8.)· ὁρῶν γὰρ ἐγὼ τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον. Horum inter se nexum ego equidem non intelligo. REISK. Sed hic etiam significatur ἡ αἰτία, δι' ἣν ὁ νόμος ἐτέθη. SCHAEF.

260, 11. τοὺς μὲν πλουσίους ἀτελεῖς ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων γιγνομένους] *Et divites immunes liturgiarum parvo sumptu fieri.* Sic ἀπὸ σμικροῦ Aristoph. Plut. 377. Nam locabant trierarchicum munus talento redemptori, qui suscipere vellet. cf. Orat. in Mid. p. 364. fin. Boeckh. de Oec. Athen. 2. p. 105., et cum plurimam hujus pecuniae partem a sociis exigerent τῆς συντελείας, ipsi pauca dabant, et tamen etiam reliquarum liturgiarum nullam praestabant, quandoquidem ab his liberi erant trierarchi. Ita factum ut parvo impendio immunes essent liturgiarum. DISSEN.

260, 18. καὶ γραφεὶς τὸν ἀγῶνα τοῦτον εἰς ὑμᾶς εἰσῆλθον] *Et accusatus legis latae prioribus legibus repugnantis subii hanc caussam apud eos.* Sic paullo post εἰσῆλθον τὴν γραφήν, et adv. Phorm. p. 907. οὐδεμίαν πώποτε δίκην εἰσήλθομεν πρὸς ὑμᾶς, οὔτ' ἐγκαλοῦντες οὔτ' ἐγκαλούμενοι. Adv. Aphob. p. 840. ὡς γὰρ τὰς δίκας ταύτας ἔμελλον εἰσιέναι κατ' αὐτῶν. Dicitur εἰσέρχεσθαι vel εἰσιέναι et de reo et de actore aut accusatore. Conf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 706. DISSEN.

260, 20. τὸ μέρος τῶν ψήφων] H. e. τὸ τακτὸν μερὸς, quod erat τὸ πέμπτον. DISSEN.

260, 21. τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν certum est fuisse ditissimos, unde secundis et tertiis opponuntur. Conf. Boeckh. de Oecon. Athen. 2. p. 69. et 103. Hi erant duces symmoriarum et gerebant rem. DISSEN. Citat h. l. Harpocrat. v. ἡγεμὼν συμμορίας. REISK. Vide Parreidt. Proleg. ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 36.

260, 24. εἰ δὲ μὴ, καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ] *Sin minus, ut eam ante institutam accusationem legis male rogatae desererem et revocarem.* Si ante legem aut psephisma jussum a populo exoriretur, qui inesse contenderet quod veteribus legibus esset contrarium, debebat is jurejurando interposito affirmare se rogatorem legis postulaturum esse. Quo jurejurando effectum est ut interim differretur lex aut psephisma nec perferri posset. Atque haec est ὑπωμοσία, verbum ὑπομόσασθαι. Cf. Schoemann. de Comit. Ath. p. 159 sqq. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 285. Rogatori vero licebat ante caussam dicendam deserere rogationem, quod est καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ, cf. Platner. de judic. Athen. 2. p. 54. Caeterum quod gloriatur Demosthenes se restitisse promissis eorum, qui pecuniam offerebant ne ferret legem,

Dinarchus quidem contra Demosth. p. 33. contendit eum tria talenta accepisse, ut aliter atque aliter mutaret legem, sed pro Demosthene loquitur res ipsa et vita publica anteacta, judice etiam Boeckhio Oecon. Athen. 2. p. 116. DISSEN.

260, 27. ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων συνεκκαίδεκα λειτουργεῖν] Cum symmoriae sexaginta quattuor hominum essent et sedecim uni navi attributi. DISSEN.

260, 28. αὐτοῖς μὲν—ἐπιτρίβουσιν] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 26. SCHAEF.

μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι] *Pauca vel potius nihil.* Plat. Theaetet. p. 173. ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν. DISSEN. Adde p. 791, 19.

261, 1. ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου] Ipsa junctura per particulas μὲν et δὲ (ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων, ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου) ostendit etiam infinitivum τιθέναι aptum nexumque esse ex ἦν p. 260, 27. Cujus verbi significatio (*licebat*) cum soli congruat infinitivo λειτουργεῖν, hic eadem quae tot aliis locis obtinet figura syntactica ad infinitivum τιθέναι subaudiendi verbum impersonale diversae significationis, cujusmodi est ἔδει. SCHAEF.

τὸ γιγνόμενον κατὰ τὴν οὐσίαν] *Ratam portionem pro censu.* Conf. de locut. τὸ γιγνόμενον interpretes Luciani Timon. c. 49. et Somn. c. 1. τιθέναι est saepius pro *numerare pecuniam*, conf. v. c. Demosthenes p. 606. Harpocrat. v. μετοίκιον, Eupolis ap. Polluc. 9, 59., Diogen. Laert. 4, 14. DISSEN.

261, 2. καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος] *Et duarum navium factus est trierarchus, qui antea unius decimus sextus erat contributor.* scil. si ei census erat viginti talentorum, in tabulas publicas relatus. Videtur autem Demosthenes quod tum summum erat, ponere, etsi lex etiam de triginta talentorum censu loquitur. Conf. Boeckh. de Oecon. Ath. 2. p. 114. DISSEN.

261, 5. συντελεῖς] Citat Harpocration s. h. v. REISK.

261, 7. τὸ ψήφισμα] Severas sanctiones de jure, tempore, examine legis rogandae Solo posuerat, si quis novam in locum veteris repudiandae substituendam proponeret. Nam et prytaniae primae finibus inclusa res erat et subjecta Nomothetarum judicio. Vide Schoemannum in libro de Comit. Athen p. 248 seqq. et Platnerum de jud. Athen. 2. p. 25 seqq. Sed cum fieret ut tempora et commoda reipublicae non ferrent tantas moras, postea etiam brevior modus extraordinarius introductus esse videtur, ut simpliciter per senatusconsultum rogatio legis ad populum ferretur, isque continuo re cognita suffragium iniret. Verissime vidit Platnerus l. c. p. 39. ita factum esse in hac re, cum non in prima prytania sed Boedromione mense lata sit lex. Scripserat igitur, ut videtur, Demosthenes psephisma ut placeret senatui populoque substituere in locum legis trierarchicae tum valentis novam a se excogitatam, et pertulerat. Tum exortus Patrocles παρανόμων propter hoc psephisma accusaverat Demosthenem, sed ceciderat caussa. Quae si vera est explicatio loci, porro videbis quod nunc sequitur scriptum publicum non esse

hoc psephisma, de quo Demosthenes loquitur, immo ne psephisma quidem est, sed protocollum in judicio conceptum caussa judicata, per errorem pro vero psephismate huc transscriptum. Traditur enim eo Demosthenem, perlata lege nova de trierarchiarum ratione emendanda accusatum a Patrocle, absolutum esse. Quod in publicas tabulas relatum erat. DISSEN. Est scriptum quod post psephismatis accusationem conceptum est et legis ipsius exemplari additum fuisse videtur, ut eo demonstrari posset, Demosthenis psephisma populi suffragiis esse sancitum et postquam frustra ab accusatore impugnatum esset, legem factum. Psephisma ipsum in Attico tabulario, ex quo acta orationis Demostheneae fluxerunt, non reservatum fuisse crediderim, sed *legem*. Boeckh. de arch. pseud. p. 140. "Hic libellus de absoluto in γραφῇ παρανόμων Demosthene in acta senatus et populi relatus, *ut de ratihabitatione legis constaret*." BOEHNECK. p. 477. Dixit de hoc scripto et qui sequuntur catalogis Droysenius p. 950 seqq.: contra cum Voemelius 4. p. 4 seqq. qui βοηδρομιῶνος ἕκτην ἐπὶ δέκα non legis latae, sed protocolli hujus diem esse conjicit.

261, 12. Πολυκλέους] Est pseudeponymus. Verum archontis nomen Olymp. 110, 1. est Theophrastus. Nam hoc magistratum gerente legem ab Demosthene latam esse ostenderunt Boeckhius in Proleg. ad inscr. naval. p. 189. et Voemelius in comment. chronologica (in Museo Rhen. a. 1842.) p. 557. eademque Schoemanni sententia est Antiq. publ. p. 328.

261, 15. εἰς τὸ deletum in exemplari Lindenbrogiano apud Taylorum, et recte quidem. Conf. Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 113. Τὸν τριηραρχικὸν νόμον dixit p. 329, 18.

261, 17. ἐπεχειροτόνησεν accipimus ut supra vidisti, nec referimus cum Schoemanno de Comit. Athen. p. 278. ad talem ἐπιχειροτονίαν, qua statuebatur possetne lex nomothetarum judicio tradi an rejici statim deberet: cum in hujus legis examine nomothetarum nullae partes fuisse videantur. Porro ex ordine verborum vides post jussam a populo legem exortum Patroclem contra Demosthenem; licebat enim etiam tum accusare auctorem legis ante elapsum anni spatium, vide exempla apud Platnerum l. cit. p. 58. Postremo observabis τὰς πεντεκοσίας δραχμάς, cum vulgo mille memorentur, hoc uno loco memoratas, de quo vide Boeckh. in libro de Oecon. Athen. p. 408. et Platner de jud. Ath. 2. p. 3. Caeterum non mirabor si propter haec verba et propter illa εἰς τὸ τριηραρχικὸν non genuinum quis dicat hoc scriptum. DISSEN. Haec Droysenii sententia est.

261, 18. Πατροκλῆς Φλυεὺς] Patrocles inter eos memoratur qui Harpalicae largitionis reos accusarunt ap. Plut. Vit. 10. orat. p. 846 C. Phot. Bibl. p. 494, 31. (ubi Προκλέους). Quem fortasse eundem esse monet Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 645.

261, 20. τὰς πεντακοσίας δραχμάς] Legitima erat mille drachmarum poena, sed minui poterat a populo. V. Lelyveld. de infamia p. 235. Quingentae drachmae aliorum quorundam de-

lictorum poena memoratur in orat. c. Euerg. et Mnesib. p. 1152. et ab Isocrate c. Lochit. §. 3. VOEMEL. 4. p. 5. Parum probabilis Schoemanni explicatio est Antiq. publ. p. 271. "nempe dimidiam partem poenae statim persolvit, alteram partem adhuc debebat." Hoc enim diserte dici debuisset.

261, 21. τὸν καλὸν κατάλογον] Sequuntur nunc *Catalogi* prioris et recentioris legis. Dicitur vero κατάλογος hic pars legis ea, quae descriptionem muneris pro census ratione praestandi exhibebat. DISSEN.

261, 22. τοὺς τριηράρχους καλεῖσθαι ἐπὶ τὴν τριήρη συνεκκαίδεκα ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συντελειῶν] H. e. *vocantor trierarchi ad unam triremem deni seni ex societatibus in symmoriis.* Obscura est vox λόχος. Cum ea tamen non solum de militaribus centuriis dicta sit, sed etiam de civilibus, cf. Aristot. Polit. 5. 8., videntur nunc symmoriae intelligendae, cf. Boeckh. de Oecon. Athen. 2. p. 102. DISSEN. V. Boeckh. in Proleg. ad inscr. nav. p. 181. qui hunc alterumque catalogum (de quo v. p. 182.) pro genuinis habet, defensos etiam ab Voemelio 4. p. 7. contra Droysenium.

261, 26. ἐπὶ ἴσον] Aliquanto frequentius ἐξ ἴσου. SCHAEF.

τῇ χορηγίᾳ] H. e. λειτουργίᾳ, ut ponitur interdum vox generaliori sensu, cf. Wolf. ad Lept. p. 462, 20. DISSEN.

262, 2. τοὺς τριηράρχους αἱρεῖσθαι ἐπὶ τὴν τριήρη ἀπὸ τῆς οὐσίας κατὰ τίμησιν, ἀπὸ ταλάντων δέκα] *Trierarchi leguntor ad unam triremem ex censu in tabulas relato inde a talentis decem.* Institutum erat apud Athenienses ut non tota οὐσία, sed pars certa οὐσίας ad munera publica praestanda vocaretur, quae vulgo τίμημα dicta (*Steuerkapital*), nunc οὐσία κατὰ τίμησιν dicitur. Sic ex descriptione Nausinici in prima classe τίμημα erat quinta pars οὐσίας, ut qui quingenta talenta possideret, hujus census in tabulas publicas relatus centum esset talentorum, decem vero talentorum ejus, qui quinquaginta possideret. De qua re explicuit Boeckhius Oecon. Athen. vol. 2. p. 22 seqq. DISSEN.

262, 4. ἐὰν δὲ πλειόνων ἡ οὐσία ἀποτετιμημένη ᾖ χρημάτων] *Si autem pluris aestimata sit facultas*, h. e. si census in tabulas relatus viginti aut triginta sit talentorum, *ad eandem normam liturgia praestetur usque ad tres triremes et navigium actuarium.* Ergo unam triremem curabit cujus τίμημα decem, duas cujus τίμημα viginti, tres triremes et scapham, cujus τίμημα triginta talentorum aut paullo pluris est. DISSEN.

262, 5. ἕως τριῶν—ὑπηρετικοῦ] Rarius obvia constructio in scriptoribus classicis: ut insolens visa fuerit Boeckhio de Oecon. Ath. vol. 2. p. 201. Sed Alexandrinorum temporibus ita increbuit, ut ex illius aetatis scriptoribus quod satis sit exemplorum facile colligas. Polybiana exempla citavit Schweighaeuserus Lex. Polyb. p. 293. SCHAEF.

262, 6. ὑπηρετικοῦ] ὑπηρετικὸν, sive ὑπηρετική, scapha, qualia navigia ad quaevis ministeria classes secum habebant. Conf. Scheffer. de Re nav. 2. 2. In sequentibus ad ἔστω supplebis ἡ λειτουργία, ad οὐσία vero κατὰ τίμησιν. Vides quorum minor

census, eos in societates componi, ut decem talentorum τίμημα confiat. DISSEN.

262, 9. Ἀρά γε] γε om. pr. S. Q. et Hermogenes p. 358, 10.

ὑμῶν] *Parti vestrum egentiori.* Flagitiosum enim fuisset neque ferendum, et judices profecto cuncti consurrexissent atque in os oratoris inspuissent, si judices suos omnes pauperes vel mendicos appellasset: id quod in vulgata facit. REISK.

262, 12. καθυφεῖναι τὸν ἀγῶνα, *caussam, litem deserere* saepius dicitur, ut p. 526. 563. 651. al. DISSEN.

οὐδὲ] Subaudi μόνον. V. not. ad p. 226, 10. SCHAEF.

262, 15. πεῖραν] *Periculum, documentum.* Subaudi τούτου, hujus rei, quod ego nempe legem hanc e re vestra publica tulissem. REISK.

ἔργῳ] Idem est atque ἐν ἔργῳ, διὰ τῶν ἔργων. REISK.

262, 16. οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκε τριήραρχος οὐδεὶς πώποτε ὡς ἀδικούμενος παρ' ὑμῖν] Si qui essent, qui supplices cum populo de aliqua re agere vellent, iis in secunda prytaniae ἐκκλησίᾳ aditum datum esse Pollux scribit 8. 95. Sic licebat etiam trierarchis, qui muneri praestando impares essent, orare populum ut levationem oneris daret. Atque ἱκετηρία quid sit notum. Vide de ramis supplicum Schaefer. ad Longum p. 366., Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 383., Duk. et Wessel. ad Petit. Leg. Att. p. 106. Locutionem τιθέναι ἱκετηρίαν legas v. c. in Orat. adv. Timocrat. p. 703. 717., Andocid. de Myster. §. 110 seqq. et Long. Pastor. 2, 19. Cum ara esset in Pnyce, ubi ineuntibus comitiis lustrale sacrum fiebat et acerra stabat, ibi puta ramum oleaginum deposuisse eos, qui populo in comitiis supplicabant. Hoc est ἱκετηρίαν τιθέναι ἐν τῷ δήμῳ, plena locutione, cf. Aeschin. de falsa legat. p. 30. Similiter aram in senatu cogitabis, ubi dicitur εἰς τὴν βουλὴν ἱκετηρίαν τιθέναι, Aeschin. in Timarch. p. 14. Vide mihi post haec Andocid. de Myster. p. 15. Καλλίας λέγει ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. DISSEN.

262, 17. οὐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθέζετο] Aut confugiebant etiam ad aram Dianae Munychiae, cf. Ulpian. ad h. l. Vide etiam de hac ara Lysiae Orat. adv. Agorat. p. 132. DISSEN.

262, 18. οὐχ ὑπὸ τῶν ἀποστολέων ἐδέθη] Fuerunt ἀποστολεῖς decem numero, ut constat, quorum erat videre ut classis in tempore exiret bene comparata. His licebat tardos trierarchos vincire. Confer de iis Ulpian. ad h. l. et Harpocrat., et quae praeterea habet Meierus de judic. Athen. p. 112. DISSEN. V. ad p. 1146, 29.

262, 23. τὸ δ' αἴτιον, ἐν τοῖς πένησιν ἦν τὸ λειτουργεῖν] *Caussa vero haec erat, quod tenuioribus incumbebat liturgia.* De constructione conf. v. c. Orat. de Chersones. p. 97. et Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 346. DISSEN.

262, 24. ἐμπόρους error typothetae pro εὐπόρους.

263, 1. βάσκανον] Ulpianus ad Orat. de rebus Chersonesi haec habet: οὕτω καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος καὶ ἐν

τοῖς ἑξῆς, βάσκανον δὲ καὶ κακόηθες οὐδέν ἐστι πολίτευμα ἐμὸν, φησὶν, ἀντὶ τοῦ φιλαίτιον καὶ συκοφαντικόν. Iisdem fere verbis Etymol. M. v. *Βάσκανος*, Harpocrat. v. *Βασκαίνει*, quorum uterque hunc locum laudat. Infra p. 307, 22. TAYLOR.

263, 8. *συμφερόντων*] Adde tacita cogitatione: quorum ego mercedem a nemine referebam, sed illa opera gratuita defungebar. REISK.

263, 13. *καίτοι τὰ μέγιστά γε τῶν πεπολιτευμένων καὶ πεπραγμένων ἐμαυτῷ παραλείπω*] Nondum enim narravit et defendit ultimum et gravissimum bellum se suasore contra Philippum gestum, in quo clades ad Chaeroneam accepta est, sed has res in altera parte orationis tractabit aptius. Quare nunc quidem eas praetermittit, ne illud quidem praenuntians, infra de iis dictum iri. DISSEN.

263, 19. Τῶν *μὲν* —] Contendit orator tantum abesse ut neget *ὑπεύθυνον* se esse, ut per totam vitam reddendis rationibus eorum, quae gesserit, se dicat obnoxium: minime vero rationes reposci eorum posse, quae de suo donaverit civitati, sed haec libera esse. Atque hac distinctione tota demonstratio sequens nititur. Ostendit igitur sibi ob summam trium talentorum centumque minarum ultro de suo civitati impensam a Ctesiphonte coronam destinatam, quemadmodum etiam aliis similiter ob tale meritum hic honos sit habitus. Apparet clare ex argumentatione Demosthenis voluntarias impensas non esse ad examen vocatas a logistis, sed publicarum tantum pecuniarum usum et si aliarum rerum civitatis cura fuerat. Injustum est et contra *ἐπιείκειαν* juris naturalis donorum repetere rationes. Donassetne aliquis aliquid civitati nempe non curabant logistae neque haec quaestio ad eos pertinebat, sed publicis pecuniis quomodo usus esset. Egregie hoc perspexit C. Fr. Hermann. de jure et auctorit. magistratuum ap. Athen. p. 47 seqq. Hactenus igitur recte et vere Demosthenes. Sed tamen his omnibus in proposita quaestione nihil efficitur, ut dudum monitum est. Neque enim videtur dubitari posse legum publicarum hunc fuisse verum sensum, ut omnino ante redditas muneris rationes nemo praemio afficeretur propter dona addita, atque hae nondum redditae erant tempore rogationis latae, etsi cum haec oratio haberetur. Caeterum confer quae Boeckhius disputat de Oecon. Athen. 1. p. 203. et vide Jacobs. Introd. ad hanc Orat. p. 452. DISSEN.

263, 20. *παραγεγραμμένων*] *οἱ παραγεγραμμένοι νόμοι* sunt leges, quas legis alicujus vel psephismatis accusator ex adverso legi accusatae seu psephismati in eadem tabula exarandas curabat, ut contra quas leges, lege nova vel psephismate lato, commisisset reus, judicibus manifestius appareret.—*οὐ τοίνυν τούτους μόνον τοὺς νόμους, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλοὺς, οὓς οὐ παραγεγράμμεθα διὰ τὸ πλῆθος.* Demosthenes p. 640, 20. Aristocratem psephismatis legibus contrarii postulat Orator. SEAGER. Diar. Class. 53. p. 52. Respicit autem Demo-

sthenes expositionem uberiorem, qua Aeschines leges de rationibus reddendis explicat, p. 55. DISSEN. P. 604, 2. *τοὺς νόμους οὓς παρεγραψάμεθα.*

263, 26. *ὥσθ'—παρ' ὑμῖν*] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 11. SCHAEFER.

263, 27. *διακεχείρικα*] Male *διακεχείρηκα* Anecd. Bekk. l. c., ubi praeterea perperam traditur hoc verbum regere genitivum. Immo *ὧν* per attractionem pendet a v. *ὑπεύθυνος*. SCHAEF. Aeschin. contr. Ctesiphont. p. 57. *καὶ τὰ δημόσια χρήματα διεχείριζε.* Ibid. p. 58. *πάντες ὅσοι διαχειρίζουσί τι τῶν τῆς πόλεως πλέον ἢ τριάκοντα ἡμέρας.* Dicitur verbum de iis omnino, qui pecunias aut alias res civitatis sibi commissas habent. *Πολιτεύεσθαι* autem generalius verbum est et ad omnes *ῥήτορας καὶ συμβούλους τῆς πόλεως* pertinet. DISSEN.

263, 28. *δέδωκα*] Hermogenes hunc locum p. 430. citans, omisso *ἐπαγγειλάμενος*, dat *ἐπέδωκα*. Amplector hoc *ἐπέδωκα* aut *ἐπιδέδωκα*: nam est in hac re proprium. Cum quis sponte sua se offert ad contributionem gratuitam reip. faciendam, hoc non *διδόναι*, sed *ἐπιδιδόναι* dicitur. Verum *ἐπαγγειλάμενος* nullo pacto patiar eripi *sponte mea pollicitus*. REISK. V. Ind. Graecitat. s. v. *ἐπιδιδόναι* et *ἐπίδοσις*. *ἐπέδωκα* tuetur etiam Syrianus l. c. ad p. 264, 2. Nec tamen simplex plane rejiculum. Conf. p. 263, 13. SCHAEFER.

263, 29. *ἀκούεις Αἰσχίνη; οὐδ' ἄλλον οὐδένα*] Opponit, non Aeschinem alii cuiquam, sed se ipsum, qui moenibus reficiendis fuerit, alii cuiquam, qui negotia majoris momenti publice curet, vel si sit de numero novem archontum. SCHAEFER.

ἀκούεις Αἰσχίνη;] H. e. *etsi tu contrarium contendisti in oratione tua.* Nam hoc fecit, cf. Aesch. p. 56. §. 17. seqq. Qui locus haud dubie jam tum affuit, cum haberetur in judicio ista oratio. DISSEN.

264, 1. *οὐδ' ἂν τῶν ἐννέα ἀρχόντων τις ὢν τύχῃ*] Qui imprimis severum examen apud *λογιστὰς* et *εὐθύνους* subibant. DISSEN.

264, 2. *τίς γάρ ἐστι νόμος*] Syrianus ad Hermogenem p. 211. *ὁ Δημοσθένης ἀπορῶν νόμου πρὸς τὰς εὐλόγους αἰτίας μεταβαίνει καὶ φησί· τίς γὰρ νόμος τοσαύτης ἀδικίας καὶ μισανθρωπίας μεστὸς, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν* (p. 267, 6.)· *τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ἔννομον εἶναι ὁμολογῶν τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι παρανόμων γράφῃ;* Idem Syrianus p. 212. ad illa Hermogenis p. 74, 22. verba *ἡ γνώμη* etc.: *καὶ ἅμα τῷ ῥητῷ καὶ τὴν διάνοιαν ἐξετάσει τοῦ νομοθέτου. ἐὰν δὲ μὴ συμβάληται ἡμῖν τὸ ῥητὸν* (litera legis) *σιωπήσαντες τὸ ῥητὸν ταῖς διανοίαις χρησόμεθα, ὡς καὶ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ στεφάνου. νόμου γὰρ ὄντος τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν, καὶ ἑτέρου νόμου μὴ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανοῦσθαι τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, ἀλλ' ἐν τῇ Πνυκὶ, ὁ μὲν Αἰσχίνης καὶ τὸ ῥητὸν καὶ τὴν γνώμην* (*intentionem*) *καὶ τὴν διάνοιαν* (*significationem verborum*) *ἐξήτασεν. ἵνα, φησὶ, μὴ ψευδῆ φιλοτιμίαν κτᾶται ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενος, τούτου χάριν ἐκώλυσεν ἐν τῷ θεάτρῳ, φησὶν, ὁ νομοθέτης τὴν ἀνάρρησιν. ὁ μέντοι Δημοσθένης τὴν γνώμην ἔθηκε λέγων ὅτι τὸν αὐτὸν*

ζῆλον ἔχει ὁ στεφανούμενος, ὅπου ἂν ἀναρρηθῇ, τοῦ δὲ τῶν στεφανούντων συμφέροντος ἕνεκα ἐν τῷ θεάτρῳ γίνεται τὸ κήρυγμα. περὶ δὲ τοῦ μὴ στεφανοῦσθαι τὸν ὑπεύθυνον ὁ μὲν Αἰσχίνης τὸ ῥητὸν προσήνεγκεν, ὁ δὲ Δημοσθένης τὸ μὲν ῥητὸν ἐσιώπησε παντελῶς, τῇ δὲ τοῦ ῥητοῦ διανοίᾳ κέχρηται φάσκων (p. 263, 25.)· *οὐ περὶ ὧν ἐπέδωκα ὑπεύθυνος εἰμὶ, ἀλλὰ περὶ ὧν ἦρξα καὶ πεπολίτευμαι πάντα τὸν βίον, περὶ δὲ ὧν ἐπέδωκα οὐδὲ μίαν.* Locum hunc Marcellinus, multo ille mea quidem sententia elegantior atque liberalior Hermogenis interpres quam reliqui esse videntur, copiosius atque dilucidius p. 213. tota et parte magna p. 214. interpretatur: quae necesse ut cuique legere volenti ipsi permittam. REISK.

264, 5. *φιλόδωρον*] Significatione multum differt a ceteris hujusmodi compositis; valet enim, non *appetens dona*, sed *facile largiens.* Ut compositionis analogia interdum conjuncta sit cum anomalia significationis. SCHAEFER.

264, 6. *εἰς δὲ τοὺς συκοφάντας*] Nempe ut *ἄγει νόμος εἰς τοὺς λογιστὰς* omnes, qui publicas res administrarunt, sic nunc inde ducta locutione graviter dicit: Quae lex tam injusta et crudelis est ut eos, qui civitati donarunt aliquid de suo, ad sycophantarum examen vocet et hos tanquam *λογιστὰς* et *εὐθύνους* rationibus repetendis praeficiat, h. l. sycophantarum malitiae eos objiciat, permittatque ut hi rationes postulent donorum civitati oblatorum. DISSEN.

264, 11. *ἐπῄνεσεν αὐτὸν—*] Huc pertinet totum caput 14. libelli Maximi Sophistae de insolubilibus objectionibus (apud Fabric. vol. 9. Bibl. Gr. p. 582.), cujus capitis initium hic referre satis habebo: *ὄνομα δὲ ἀντ' ὀνόματος μεταθεὶς τὴν ἄλυτον μεθοδεύσεις ἀντίθεσιν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου πεποίηκεν. οὐ δυνάμενος γὰρ ἀντιστῆναι πρὸς τὸ ὅτι οὐχ* [*οὐχ* delendum] *ὑπεύθυνον ὄντα αὐτὸν ὁ Κτησιφῶν ἀνηγόρευσεν, ὅπερ ἄντικρυς καὶ διαρρήδην ὁ νόμος ἀπαγορεύει—ὀνόματος μεταθέσει τὴν μέθοδον παρέσχετο ἀντὶ τοῦ ἀνηγόρευσεν ἐπῄνεσεν εἰπών. οἱ δὲ νόμοι οὐ κωλύουσιν ἐπαινεῖσθαι, ἀλλ' ἀναγορεύεσθαι.* Reliqua ipse quisque legito, qui volet, l. c. REISK.

ἐπῄνεσεν αὐτὸν ἡ βουλὴ ὑπεύθυνον ὄντα] Lex cum claris verbis vetaret *τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν*, cf. Aeschin. contr. Ctesiph. p. 55., Demosthenes prudenter leniori verbo *ἐπαινεῖν* utitur hic et in sequentibus, ubi de se loquitur. DISSEN.

264, 13. *ἀλλὰ καὶ τειχοποιὸς ἦσθα φησίν*] Acute observat Ulpianus Demosthenem callide dividere res, ut etiam sic commodius frangantur. Primum enim de uno tantum munere dixit, et refutavit per distinctionem objectionem Aeschinis. Quae refutatio si vera, nihil dicas et ridiculus fias si pergas objicere: at enim etiam aliud munus administravit. Quare haec quasi per lusum a Demosthene adduntur. DISSEN.

264, 19. *ὁδὶ*] Ctesiphon. REISK.

264, 20. *ὅτι δ' οὕτω ταῦτα κ τ. λ.*] Marcellinus ad Hermogenem p. 213. c. fin. *πῶς οὖν, καίπερ ἐξετάζοντες τὴν γνώμην τοῦ νομοθέτου, τὸ τοιοῦτο διαφευξόμεθα*; (ut nempe videamur verbisque legis

mentique repugnare.) ὅταν αὐτὴν τὴν ἐξέτασιν (correctionem) ἔθει παραδεδομένην δείξωμεν, καὶ οὐκ οἴκοθεν οὐδ' ἀπ' ἰδίας κρίσεως, ἀλλ' ἀπὸ παραδείγματος, αὐτὴν εἰσάγωμεν, ὡς ἐν τῷ περὶ στεφάνου ἔδειξεν ἡμῖν τὴν τοιαύτην μέθοδον ὁ Δημοσθένης. μετὰ γὰρ τὸ ἐξετάσαι τὴν γνώμην (sententiam legis correxit aut interpretatus est) πρὸς τὸ ἑαυτοῦ χρήσιμον φεύγων τὴν αἰτίαν ταύτην (quasi legis sententiam ad rem suam depravaret atque detorqueret) ἐκ τῶν παραδειγμάτων εἰσήνεγκεν (scilicet τὴν ἐξέτασιν, interpretationem vel correctionem legis)· ὅτι δὲ οὕτως ταῦτα οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις—. καὶ οὐ μόνον ἐκ τοῦ ἔθους καὶ παραδείγματος συνέστησεν, ἀλλὰ καὶ ἐνθυμήματος εἰπών· σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τουτό γε. Conf. Sopatrum p. 3?4. REISK.

264, 20. οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις] Contenderat nullam reperiri legem, quae rationes eorum reddi jubeat, quae quis donaverit civitati. Profecto tacebant de hoc leges. Quare restat ut de usu civitatis dicat. DISSEN.

264, 21. ἤθεσιν] Malim ἔθεσιν: quod praeter Marcellinum et Sopatrum res ipsa jubet. REISK. Item ego praefero ob vocem oppositam νόμοις. De discrimine inter v. ἔθος et ἦθος v. Wyttenbachii Musoniana (Stobaei vol. 4. Append. p. 59. ed. Gaisf.), G. I. Bekkeri Philostratea p. 11. et Sturzii praefat. ad Dion. Cass. p. 75. s., cui improbanti rationem Schweighaeuseri assentior: ut etiam in Herodoto 2. 35. scribi nunc malim ἔθεά τε καὶ νόμους. Perpetua confusio horum nominum. Vide ad p. 317, 23. SCHAEFER. Restitui ἔθεσιν.

264, 22. Ναυσικλῆς] Nausicles praetor Demosthenis aetate notissimus. Memoratur in Vit. X. Orator. p. 844., Diod. 16, 37., et alias, conf. Winiewski. p. 56. DISSEN.

264, 23. ἐστεφάνωται] Marcellinus ad Hermogenem p. 214. ἐστεφανοῦτο. Sopater p. 304. τετίμηται. REISK. Marcellini scriptura placet. Sic mox sequitur ἐστεφανοῦντο. Sed recte v. 27. τετίμηται, cum referatur ad οὑτοσὶ Νεοπτόλεμος. SCHAEF.

264, 24. Διότιμος] Diotimus memoratur in Demosth. Epist. 3. p. 1482., in Vit. X. Oratt. p. 844. Dicitur etiam fuisse inter eos, quos ad supplicium expostulaverat Alexander. DISSEN.

264, 25. Χαρίδημος] Est Charidemus Orita, cujus res gestas persequitur Demosthenes in orat. adversus Aristocratem (v. Winiewski p. 306 sqq.) De quo non erat cur dubitaret Brueckner. Histor. Philippi p. 371.

καὶ πάλιν Χαρίδημος] Sc. ἔδωκε.

De Neoptolemo quod nullum decretum affertur. factum videtur, quemadmodum Schaeferus censet et Winiewski. p. 331., quia ipse praesens erat. Fuisse eum unum ex ditissimis civibus patet ex Orat. in Mid. p. 583, 14. Ac δημοσίων ἔργων ἐπιστάται quam varii fuerint. discas ex Boeckhii descriptione de Oecon. Athen. 1. p. 215 seqq. DISSEN. V. ad p. 583, 14.

265, 1. ὅτι τοίνυν—λέγω] V. not. ad p. 237. 25. SCHAEFER.

265, 3. αὐτὰ λαβών] Decreta *ipsa* opponuntur narrationi Demosthenicae de illorum argumento p. 264, 22. SCHAEF.

265, 4. ΨΗΦΙΣΜΑ] Refert Boeckhius de archont. pseudonym.

p. 135. probabiliter hoc psephisma ad ann. Ol. 106, 2. ubi praesidium Atticum in Lemno et Imbro fuerit necesse est, quas insulas belli socialis tempore Chii, Rhodii, Byzantii Ol. 106, 1. vastaverant (Diod. 16, 21.). Quamquam negari nequit potuisse etiam aliud tempus esse psephismatis. DISSEN. Ad Olymp. 107, 2. rettulit Winiewskius p. 305 sqq. cui recte contradixit Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 283., qui ipse probare studet hoc proximumque de Charidemo decretum ad Olymp. 108, 2. esse referendum. Utrumque spurium videtur Droysenio, quem v. p. 924 seqq.: defendit Voemelius 3. p. 14 seqq., qui in Comment. chronologica p. 572. adscripsit Olympiadis 110. anno tertio.

265, 5. Ἄρχων Δημόνικος Φλυεύς] Demonicus pseudonymus est. Nominativus archontis insolitus in inscriptionibus nec demi nomen additum, cf. Boeckh. l. cit. p. 151. 152. DISSEN.

Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μετ' εἰκάδα] Vides ὑπεύθυνον fuisse τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρχεν Nausiclem, quod probare vult Demosthenes, si praetor factus erat initio anni, Boedromione vero decretum factum est ut Elaphebolione coronaretur in Dionysiis. DISSEN.

ἕκτῃ μετ' εἰκάδα] Usitatior altera numerandi ratio πέμπτῃ φθίνοντος: sed illius quoque exempla ex inscriptionibus attulit Boeckh. de arch. pseudep. p. 150. 154.

265, 6. γνώμῃ βουλῆς καὶ δήμου, Καλλίας εἶπεν] Comparabis ex inscriptionibus tales formulas: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Ἀριστοφῶν εἶπεν· vol. 1. nr. 90. p. 129., ne plura enotem. Est igitur decretum hoc psephisma de sententia senatus et populi, scripserat vero Callias. Post εἶπεν exspectaveris δεδόχθαι. Caussa variationis ignoratur, nisi res eadem est, ut quasi re jam decreta conceperit formulam. Dixit de hoc loco etiam Schoemannus in libro de Com. Ath. p. 100., sed obscurius. DISSEN. Praesens ὅτι δοκεῖ contra constantem psephismatum usum pro ὅτι ἔδοξεν positum notavit Droysenius.

265, 10. τοῖς κατοικοῦσιν Ἀθηναίων] Colonis Atheniensibus sive κληρούχοις, cf. Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 458. 461. DISSEN.

265, 11. τοῦ ἐπὶ τῆς διοικήσεως κεχειροτονημένου] στρατηγὸς ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, i. e. is cui militaris aerarii cura commissa erat, non aliunde cognitus quam ex hoc decreto et alio supra allato p. 238, 13. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 252.

265, 12. τοὺς χειμῶνας] Tempestatem dicit, non, quae quorundam opinio fuit, ventos etesias.

μισθοδοτῆσαι τοὺς ὁπλίτας] Haec solennis constructio verbi μισθοδοτεῖν. Rarius regit dativum. Xenophon Anab. 7. 1, 13. Κυνίσκος ὑμῖν μισθοδοτήσει. V. Anecd. Bekk. p. 157, 15. SCHAEFER.

265, 13. ἔδωκε] Scilicet τὸν μισθὸν, quod vocabulum latet in v. μισθοδοτῆσαι. REISK.

ἀναγορεῦσαι] Aptus est hic infinitivus a verbo δοκεῖ v. 6. REISK.

265, 16. ΕΤΕΡΟΝ ΨΗΦΙΣΜΑ] Factum hoc psephisma videtur Boeckhio et Winiewskio Ol. 106, 3., idque initio anni, quod Pau-

athenaea in fine memorata docent. Dux pedestris exercitus tum erat Charidemus, qui copias duxerat in Salaminem Atticam, ut Boeckhio visum, non Cypriam, fortasse tum forte a Megarensibus infestatam, cf. Winiewski. p. 298., quamquam haec nonnisi conjectura est. Fateamur ignorari accuratiora. Fluvium, qui memoratur, Bocarum fuisse putant. Auctor psephismatis iterum Callias, quod senatusconsultum fuit ad populum latum auctoritate senatus, *βουλῆς γνώμῃ*. DISSEN. A Boehneckio ad Olymp. 108, 2., a Voemelio ad Olymp. 110, 3. conjecturis nihilo certioribus referri diximus ad p. 265, 4.

265, 17. *εἶπε Καλλίας*] Corp. Inscr. vol. 1. p. 139. *Διόδωρος Πειραιεὺς εἶπεν*, p. 140. *Καλλιάδης εἶπεν*. Verba *πρυτάνεων λεγόντων* sic explicat Schoemannus de Comit. p. 101., demandatum esse Calliae a prytanibus ut referret ad populum. Immo sensus: *prytanibus referentibus de ea re ad populum.* DISSEN.

265, 20. *τῇ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ μάχῃ*] Bocarum fluvium, qui per Salaminem insulam fluebat, (de quo v. Strabon. 9. p. 394.) intelligit Winiewsk. Comment. p. 63. 297. Quae non minus incerta conjectura est quam Boehneckii vol. 1. p. 285. qui de Cephiso cogitavit.

265, 21. *τῶν στρατιωτῶν τινῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων σκυλευθέντων*] *Cum militum pars in pugna caesa ab hostibus spoliata esset.* DISSEN.

265, 22. *καθώπλισαν τοὺς νεανίσκους ἀσπίσιν ὀκτακοσίαις*] Deficientibus gravis armaturae militibus, in Imbro aliisve locis occupatis, ut hostis quam celerrime propulsaretur. Diotimus quidem cum juvenibus videri potest advenisse, quibus clypeos dederat, ex Attica, alios juvenes autem Charidemus ex ipsa insula collegisse, quos et ipsos clypeis armaret. Est haec nonnisi conjectura in re nobis ignota; confer tamen Demosthenis verba supra lecta: *ὅτε τὰς ἀσπίδας Διότιμος ἔδωκε καὶ πάλιν Χαρίδημος.* DISSEN.

Παναθηναίοις] Panathenaea magna tertio quoquo anno Olympiadum acta sunt, mensis ut videtur Hecatombaeonis die 28. cf. Boeckh. de Oecon. Athen. 2. p. 165 seqq. Factae igitur paullo ante erant praetorum impensae spontaneae, pro quo merito laudabili ut quam primum honorarentur, decretum est ut statim in Panathenaeis praedicatio coronae fieret; sed cum tamen exteri ad Dionysia maxime confluerent Athenas, repeti praedicationem placuit in Dionysiis mense Elaphebolione agendis. Quocum Brueckneras in Histor. Philippi p. 376. simile confert duplicis praedicationis exemplum in inscript. Salaminia nr. 108. p. 150. in Boechkii Corp. Inscr.: *καὶ ἀνειπεῖν τὸν στέφανον τοῦτον Διονυσίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι τραγῳδοῖς, ὅταν πρῶτον γένηται, καὶ Αἰαντείοις τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι.* DISSEN.

266, 6. *ἐπέδωκα;—οὐ κατηγορεῖς;*] Citat Tiberius p. 59. SCHAEFER. Post *ἐπέδωκα* et *ἦρχον* in editionibus quibusdam rectius colo quam interrogandi signo interpungitur, ut in locis similibus a Disseno memoratis, velut Aristoph. Av. 76. Nub. 1077.

266, 6. ἐπαινοῦμαι—ὑπεύθυνος] Tiberius: ἐπαινοῦμαι, οὐ, μὰ Δία, οὐκ ὢν ὢν ἐπέδωκα ὑπεύθυνος.

266, 7. ὢν] Male Tiberius ὡς. SCHAEFER.

266, 8. ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα κ. τ. λ.] Hermogenes p. 140. πολλάκις καὶ χωρὶς προτάσεως καὶ ἀντιπροτάσεως εὑρίσκομεν (scilicet τὴν ὑποφορὰν καὶ τὴν λύσιν) παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. οἷον· ἀλλ' ἀδίκως, φησίν, ἦρξα. ἡ ὑποφορὰ χωρὶς προτάσεως. εἶτα παρών, ὅτε με εἰσῆγον οἱ λογισταί, διὰ τί οὐ κατηγόρεις; ἡ λύσις χωρὶς προτάσεως. REISK.

ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα] Tiberius: ἀλλ' ἀδίκως, φησίν, ἦρξας. φησὶν inserit etiam Hermogenes l. c. SCHAEFER.

εἶτα παρὼν ὅτε μ' εἰσῆγον οἱ λογισταί, οὐ κατηγόρεις;] Dicuntur εἰσάγειν magistratus, ut constat, caussam in judicium introducentes, cui praesidebant. Conf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 30. Similiter etiam λογισταί, ubi rationes redditae non satisfecerant, rem in judicium vocabant, cf. Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 207., Meier. et Schoemann. p. 103. DISSEN.

εἰσῆγον] Tiberius εἰσήγαγον. SCHAEFER.

266, 9. λογισταί] Harpocrat. s. v. λογιστής. TAYLOR.

οὐ] διὰ τί οὐ aliquot codd. et Hermogenes.

266, 12. οἷς γὰρ οὐκ ἐγράψατο τοῦ προβουλεύματος] *Nam iis quae non accusavit in senatusconsulto, prodet se calumniatorem etiam in iis, propter quae caussam intendit.* DISSEN.

οἷς—φανήσεται] Hermogenes p. 364, 23. REISK.

266, 13. τούτοις orator poterat compendifacere, ut quod lateat in οἷς, sed addidit majoris gravitatis caussa. Nimirum οἷς dictum est e notissima figura attractionis pro τούτοις, ἅ: nam γράφεσθαι jungitur, non dativo, sed accusativo. V. p. 267, 4. 486, 1. SCHAEFER.

266, 15. ΨΗΦΙΣΜΑ] Non est hoc genuinum psephisma, quale a Ctesiphonte latum est Olymp. 110, 4. Phrynicho archonte, ut ex iis apparebit quae ad singulas ejus partes dicentur: quod Winiewskium movit ut ad conjecturam confugeret de qua Dissenus dicit infra ad p. 266, 26.

266, 16. Εὐθυκλέους] Archon pseudeponymus.

266, 19. γενόμενος ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς] Electus erat curator moenium reficiendorum a tribu sua, ut supra jam dictum, initio Scirophor. anni Ol. 110. 2.[z]; cf. Boeckh. de archont. pseudonym. p. 27 seq., et fungebatur hoc munere anno proximo usque ad Scirophorionem, unde Aeschines in γραφῇ sua Elaphebolione mense scripta dicebat: ἔστι δὲ Δημοσθένης τειχοποιός. Caeterum quod nunc ἐπιμελητὴς dicitur τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς, notabis ἀρχὰς etiam ἐπιμελείας dici, quod nomen vel de archontum ἀρχαῖς usurpatur, cf. C. F. Hermann. *de jure et auctoritate magistratuum ap. Athenienses* p. 42. DISSEN.

266, 20. προσαναλώσας εἰς τὰ ἔργα ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας τρία τάλαντα] Aeschines contr. Ctesiph. p. 87. ita loquitur: Εἰ μὲν γὰρ

[z] Imo Olymp. 110, 3. V. ad p. 243, 10.

λέγεις, ὅθεν τὴν ἀρχὴν τοῦ ψηφίσματος ἐποιήσω, ὅτι τὰς τάφρους τὰς περὶ τὰ τείχη καλῶς ἐτάφρευσε, θαυμάζω σου. Vides verbis: ὅθεν τὴν ἀρχὴν τοῦ ψηφίσματος ἐποιήσω, rideri Ctesiphontem quod orsus sit psephisma a fossarum ductarum commemoratione. Quare plane certum est de hac re initio dictum fuisse. Impenderat autem Demosthenes tria talenta in moenium reparationem et duas fossas circa Piraceum suo sumptu duxerat, secundum psephisma Democharis post Vitas 10. Orat. ap. Plutarch. p. 851, A. qui locus tamen depravatus. Videtur potius Demosthenes tria ista talenta in moenia et fossas, et magnam quidem partem in has impendisse ducendas, ut ita fere dixerit Ctesiphon initio psephismatis: Demosthenem moenium curatorem electum, impensis de suo tribus talentis in munimenta, praeter alia fossas duas duxisse egregie. DISSEN. Conf. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 581.

266, 23. ἐπέδωκε τοῖς ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν θεωρικοῖς ἑκατὸν μνᾶς εἰς θυσίας] Quid est ἐπέδωκε τοῖς θεωρικοῖς? Schaeferus et Jacobsius cum Seringeri schedis θεωροῖς legendum censent, quod habent Vitae 10. orator. p. 845, F. De θεωροῖς vid. Boeckh. in libr. de Oecon. Athen. 1. p. 229 seq. Hos igitur nunc intelligamus; potuerunt vero ad domestica sacrificia delegati tum esse, v. c. Eleusinia. Caeterum Aeschines contr. Ctesiph. p. 56. haec habet: λέξει γὰρ οὗτος, τειχοποιός εἰμι· ὁμολογῶ· ἀλλ' ἐπιδέδωκα τῇ πόλει μνᾶς ἑκατὸν καὶ τὸ ἔργον μεῖζον εἴργασμαι. Sed ridiculi caussa ibi tacens tria talenta, minas centum affert, credo cum ederet orationem sic mutato loco. Tamen his deceptus est Auctor Vit. 10. Orat. p. 845, F. quem vide, collato Boeckhio de Oecon. Athen. 1. p. 219. DISSEN. Pseudo-Plutarchi verba ex hoc quod nunc legimus psephismate sumpta haec sunt, καὶ τῶν τειχῶν ἐπιμελητὴς χειροτονηθεὶς ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας εἰσήνεγκε τὸ ἀναλωθὲν ἀργύριον μνᾶς ἑκατόν· ἐπέδωκε δὲ καὶ θεωροῖς μυρίας, ubi μυρίας ex εἰς θυσίας corruptum videri monet Boehneck. p. 581. Apud Demosthenem recte restitutum θεωροῖς.

266, 26. ἀρετῆς ἕνεκα καὶ καλοκἀγαθίας ἧς ἔχων διατελεῖ] Sic Orat. adv. Neaer. p. 1375. δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων. Atque ipsam propositam formulam videbis in inscriptione Deliaca in Corp. Inscript. vol. 2. nr. 2271. p. 228.: ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ καλοκἀγαθίας ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τὸ κοινὸν τῶν Τυρίων ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων. Quare de grammatica constructione non dubitandum. Vera tamen verba Ctesiphontei psephismatis supra vidimus ab Aeschine in γραφῇ exhibita. Ac Winiewski. quidem p. 334. censet post judicatam caussam Ol. 112. 3. contractum a populo primitivum psephisma et minutas laudes Demosthenis; sed non est verisimile, quem recte egisse judices solenniter pronuntiaverant et intrepide, ejus laudes a populo contractas. Immo quod legimus suppositum est nec pervenit ad nos genuinum psephisma. DISSEN. Winiewskio assentitur Boehneckius p. 582. Totum psephisma commentitium esse demonstrat Droysen. p. 854 seqq., frustra repugnante Voemelio 1. p. 3. sq.

267, 4. *Οὐκοῦν ἃ μὲν ἐπέδωκα κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 364. fine in exemplis *τῶν περινενοημένως*, acute, solerter, subtiliter, dictorum, et alio hinc citato loco subjicit: *πάνυ γὰρ περινενοημένως διόλου τῷ λόγῳ κέχρηται.* Minucianus p. 144. ait hunc locum a *ταῦτ' ἐστὶν* ad *παρανόμων γράφῃ* a quibusdam ad enthymemata referri, sed dubitans iis accedere. Item Apsines p. 703. circa fin. Rursus citat Hermogenes p. 294. *ταῖς μέντοι καθ' ὅλον κῶλον παρισώσεσι καὶ πάνυ χρῆται ὁ Δημοσθένης. τὰ γὰρ τοιαῦτα τοῦ κάλλους οὐκ ἀπηλλαγμένα τὸ γοργὸν οὐδὲν ἧττον ἔχει καὶ ἀληθές. οἷον· τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι παρανόμων γράφῃ. τρισὶ γὰρ κώλοις καὶ δι' ὅλων ἴσοις κομμάτιον ἓν ἐπήγαγε, τὸ παρανόμων γράφῃ. καὶ πεποίηκε κάλλος δαιμόνιον ὁμοῦ τῷ γοργῷ καὶ σφοδρῷ κατὰ τὴν ἀποστροφήν.* Citat item Thomas M. v. *παρανόμων*. REISK. De Thoma M. v. mox ad v. 6. SCHAEFER. Aeschines impensae a Demosthene pecuniae in libello mentionem nullam fecerat, credo quia hujus rei nullam vim esse putabat in quaestione juris proposita. Sed Demosthenes callide urget hoc ipsum, quasi per malitiam fecerit. De verbis: *τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα κ. τ. λ.* Dionysius de Composit. Verbor. p. 45. Reisk. notat haec: *τί δαί, εἰ τὴν Δημοσθένους λέξιν ταύτην· τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι, τὸ τούτων χάριν ἀποδοῦναι, παρανόμων γράφῃ; εἰ λύσας τις καὶ μεταθεὶς τὰ κῶλα, τοῦτον τὸν τρόπον ἐξενέγκαι· ὁμολογῶν οὖν ἔννομον εἶναι τὸ λαβεῖν τὰ διδόμενα παρανόμων γράφῃ τὸ τούτων χάριν ἀποδοῦναι, ἆρ' ὁμοίως ἔσται δικανικὴ καὶ στρογγύλη; ἐγὼ μὲν οὐκ οἴομαι.* Recte. Nam si praemittis cola: *ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι, παρανόμων γράφῃ*, quam vim rhetoricam possunt habere, cum nondum cognoveris quo pertineant? DISSEN.

267, 6. *ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι*] *ἔννομον εἶναι ὁμολογῶν* Syrianus l. c.: quem verborum ordinem tres codd. habent. SCHAEF.

τὸ χάριν—παρανόμων γράφῃ;] Thomas M. p. 686. s.: *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀτελείας· τὸ χάριν τούτων ἀποδιδόναι παρανόμων γραφῇ.* perperam ille citans Leptineam. Nec probandum *ἀποδιδόναι*. Sed pro vitioso *γραφῇ* codices verum *γράφῃ* editori frustra obtulerunt. SCHAEFER.

χάριν τούτων] *τούτων χάριν* Dionysius Halic., qui etiam mox, ubi, ut oratoriam artem hujus membri ostendat, verba in alium ordinem transponit. SCHAEFER.

267, 7. *ὁ δὲ παμπόνηρος—τοιοῦτος*] Imitatur scriptor orationis adversus Aristogit. 1. p. 794, 22. Monuit Dobraeus.

267, 10. *καὶ μὴν περὶ τοῦ γ' κ. τ. λ.*] Citat h. l. Maximus Sophista de insolubilibus c. 15. p. 583. REISK.

267, 11. *τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι πρότερον*] Vitae X. Orator. p. 846 A. narrant eum primum a Demomele, Aristonico, Hyperide coronatum, denique a Ctesiphonte. Immo ut videbis infra p. 302. ante Ctesiphontem prius ab Aristonico, deinde a Demomele et Hyperide. Praeterea semel ut videtur ante Aristonicum, cf. supra p. 253. DISSEN.

267, 12. *ἀλλὰ πρὸς θεῶν*] Demosthenes opponit haec iis, quae Aeschines dixit contr. Ctesiph. p. 58. Etsi vero non dubium

veram caussam rei fuisse, ut etiam exterorum quam plurimi coronatos cives et urbem talium civium matrem admirarentur, Demosthenis ingenium agnoscas in eo, quod pulcriorem interpretationem proponit. DISSEN.

267, 14. *τὸν αὐτὸν—ἀναρρηθῇ*] Citant Anecd. Bekk. p. 128, 15. SCHAEF.

τὸν αὐτὸν—ζῆλον] I. q. *τὴν αὐτὴν τιμήν*. V. H. Stephani Thesaur. s. v. *ζῆλος*. SCHAEF.

267, 15. *ὅπου*] Edd. vet. *ὅποι*. *ὅπου* etiam Maximus Sophista de insolubilibus p. 583. REISK.

ἀναρρηθῇ] Perperam *ῥηθῇ* Anecd. Bekk. l. c. SCHAEF.

267, 22. ΝΟΜΟΣ] Fuit *Διονυσιακὸς νόμος*, ut patet ex Aeschinis oration. p. 58. De qua lege accuratius videndum est; Winiewski de ea disputat p. 355 seq. Disserit autem copiose de argumento ejus Aeschines p. 59. unde apponimus haec: *καὶ διαρρήδην ἀπαγορεύει (ὁ νομοθέτης) μήτ' οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ, μήθ' ὑπὸ τῶν φυλετῶν ἢ δημοτῶν ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον, μήθ' ὑπ' ἄλλου φησὶ μηδενὸς, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα.* Tum p. 60. *καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκεν ὁ νομοθέτης μὴ κηρύττεσθαι τὸν ἀλλότριον στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐὰν μὴ ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τινὰ τῶν ὑμετέρων στεφανοῦν πρέσβεις πέμψασα δεηθῇ τοῦ δήμου.* Denique paullo post: *ἐπειδὰν τοίνυν ἐξαπατῶντες ὑμᾶς λέγωσιν ὡς προσγέγραπται ἐν τῷ νόμῳ ἐξεῖναι στεφανοῦν ἐὰν ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἀπομνημονεύετε αὐτοῖς ὑποβάλλειν, ναὶ, εἴγε σέ τις ἄλλη πόλις στεφανοῖ.* Patet ex his vetuisse hanc legem primum servos in theatro manumitti, deinde cives a tribubus aut pagis hic coronari, quod et ipsum saepe factum erat. Postremo autem ita fere scriptum fuisse videtur: *μήθ' ὑπ' ἄλλου μηδενὸς (ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον), ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα, πλὴν ἐάν τινας ὁ δῆμος ἢ ἡ βουλὴ ψηφίσηται· τούτους δ' ἀναγορευέτω.* Qui legitur nunc apud Demosthenem *νόμος*, fragmentum legis est, ac ne genuinum quidem, sed nescio quomodo consarcinatum. Vera verba exitus manifesto Demosthenes deinde ipse affert, unde simul patet in proxime antecedentibus de praecone dictum fuisse. Ad hanc igitur legem provocat Demosthenes. DISSEN. Eadem Droysenii sententia, quem v. p. 570. Contra Droysenium scripsit Voemelius I. p. 8. 9.

267, 25. *ἑκάστους*] *ἑκάστους*, scilic. *τῶν στεφανούντων* sive *τῶν στεφανουμένων*: nam perinde est. *sive coronant aliqui, sive coronantur, eos operam dare oportere, ut coronantes, quae e tribu sunt una cum coronando, ea quoque in tribu coronationem hanc renuntient seu promulgent.* REISK. *ἑκάστους* intelligendum de solis coronantibus. SCHAEF.

δήμοις] De loco intellige: sed *δήμων*, quod antecessit, de *δημόταις*. SCHAEF.

267, 26. *τούτους—ἀναγορεύεσθαι*] Hujusce legis ultima ad *ἀλλοτρίους στεφάνους*, ad coronas ab exteris solum civitatibus donatas, pertinere interpretatur Aeschines: *καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκεν ὁ νομοθέτης μὴ κηρύττεσθαι τὸν ἀλλότριον στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ,*

ἐὰν μὴ ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τινὰ τῶν ἡμετέρων στεφανοῦν πρέσβεις πέμψασα δεηθῇ τοῦ δήμου, ἵν' ὁ κηρυττόμενος μείζω χάριν εἰδῇ τῶν στεφάνων ὑμῖν ἢ τοῖς στεφανοῦσιν, ὅτι κηρῦξαι ἐπετρέψατε. In Ctesiphont. p. 437. SEAGER. Diar. Classic. 53. p. 52. Sed hac in lege intelligendi *στέφανοι δημοτικοὶ καὶ πολιτικοί*, non *ἀλλότριοι*. Conf. p. 268, 6. *ἀναγορεύεσθαι* Bekkerus uncis inclusit. Satis apparet in fine legis turbatum esse: omninoque parum ei convenit cum verbis Oratoris, quae statim sequuntur. Ceterum *ἔξεστι* passivi infinitivo junctum passim legitur. SCHAEF. In S. Y. v. pro *Διονυσίοις ἀναγορεύεσθαι* legitur *διονυσίοις ἐξειναι εσθαι*: unde Voemelius conjecturam fecit e loco Aeschinis derivatam *Διονυσίοις ἀναγορεύειν· εἰ ξένοι στεφανοῦσι, κηρύττεσθαι ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐὰν ψηφίσηται ὁ δῆμος.*

267, 29. *πλὴν ἐάν τινας ὁ δῆμος ἢ ἡ βουλὴ ψηφίσηται*] Supplendum est *ἀναγορεύεσθαι.* De sensu exceptionis vulgo dubitatum non videtur, unde factum ut quod hac lege per exceptionem permissum erat, frequentaretur postea denuo magis magisque; nam frequens haec donatio Demosthenis tempore in theatro fuit. Quae cum ita sint, non adeo debilis fuit in hac parte Demosthenis caussa, ut multi credunt; satis habet provocare ad verba exceptionis, quorum sensum cum maxima parte civium planum, certum indubitatumque habet. Videamus nunc Aeschinem. Hic contendit verba Dionysiacae legis *μήθ' ὑπ' ἄλλου μηδενὸς* de aliis urbibus solis intelligenda, eoque etiam exceptionem revocat in fine legis: quos senatus coronet, semper in senatu, quos populus, semper in concione coronari debere, aliarum vero urbium coronas civibus datas posse etiam in theatro, si permittat populus. De his ut judicium fiat, primum attendat mecum lector ad verba Demosthenis: *καὶ νόμους μεταποιῶν, τῶν δ' ἀφαιρῶν μέρη, οὓς ὅλους δίκαιον ἦν ἀναγιγνώσκεσθαι*, paullo post posita, quorum priora ad aliam legem recitatam pertinuisse videntur, posteriora vero maximopere suspicor esse propter hanc quam tractamus dicta. Nam videri potest Aeschines cum in judicio diceret, omisisse totam exceptionem legis, et postea demum cum ederet orationem reperta callida interpretatione de *ξενικοῖς στεφάνοις* hanc partem sic ut legimus elaborasse: quo posito intelligas cur Demosthenes hic nihil respondeat de interpretatione ista, quam non audivisset. Quidquid hoc fuit, illud perspicuum etiam nunc omitti ab Aeschine aliquid, qui pro his: *πλὴν ἐάν τινας ὁ δῆμος ἢ ἡ βουλὴ ψηφίσηται*, dicat *ἐὰν μὴ ὁ δῆμος ψηφίσηται*, praeteritis verbis *ἢ ἡ βουλή*, quae credo minus favebant interpretationi suae. Exterae coronae ut renuntiarentur in theatro credam non potuisse nisi a populo permitti; legis autem formula hunc sensum habuisse videtur: senatum posse coronas a se decretas certa de caussa permittere ut in theatro renuntiarentur, populum a se decretas vel ab aliis. Quod consentaneum: contra in Aeschinis interpretatione mirum est exteris coronis majorem honorem haberi quam populi et senatus coronis in theatri frequentiam non admissis. Sed provocat ad aliam legem, coronam

in theatro renuntiatam Minervae dedicantem. quod non posse nisi de exteris coronis intelligi. Verum etiam huic argumento non multum confido. Constat satis vulgarem in Graecia olim legem fuisse ut victores ludorum praemia suo deo consecrarent. Sic tripodes victorum in ludis Triopicis erant Apollini sacri, cf. Herodot. I. 144.; sic choregorum Atticorum in Dionysiis parti tripodes Baccho dedicabantur, in Pythio vero eorum, qui in Thargeliis vicerant cyclio choro, cf. Boeckh. ad Corp. Inscript. vol. I. p. 342. et Schoemann. ad Isaeum de Dicaeog. §. 41. p. 311. Quodsi igitur lex fuit ut coronae aureae in theatro datae Minervae dedicarentur, quo jure Aeschines rem ad ξενικοὺς tantum στεφάνους revocat? Nihil absoni video, si etiam coronae, propter insignia merita in theatro datae a senatu aut populo, in templo Minervae servabantur. Quamquam postea in desuetudinem lex abiit, ut videtur. DISSEN. Aeschineae argumentationis fraudem accuratius explicuit Frankius in Jahnii Annal. philol. a. 1838. vol. 22. p. 379 seqq.

268, 1. ἀναγορευέτω] Subaudi ἡ βουλὴ aut ὁ δῆμος. Nam ut ὁ κῆρυξ etiam hic subaudiatur, ut alias ad ἀναγνώσεται ὑμῖν subauditur ὁ γραμματεὺς, haud convenit. REISK.

268, 2. τί οὖν, ὦ ταλαίπωρε κ. τ. λ.] Citant h. l. Alexander de figuris p. 38. et Hermogenes p. 255. REISK. Item Tiberius p. 49. usque ad ἐπὶ τούτοις. SCHAEF.

268, 8. ἔπειτα—τοιαῦτα ποιῶν] Pro τοιαῦτα ποιῶν ἔπειτα. Herodotus 9. 98. extr. ἔπειτα ἀνενειχθέντα ἐς τοὺς βαρβάρους ποιήσειν ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι. V. Melet. Crit. p. 124. SCHAEF.

λέγεις ἃ δεῖ—] Conf. Aeschin. p. 77, 39. DOBR.

268, 9. κατὰ συγγραφὴν] Est proprie *scripta formula*, ubi συμβόλαιον, pactum privatum factum, v. c. adv. Phorm. p. 916. καὶ οἶδε μὲν πρὸς σὲ δύο συγγραφὰς ἐποιήσαντο ὑπὲρ τοῦ συμβολαίου. Et nunc quidem de conducto locato agitur, veluti etiam apud Andocid. contr. Alcibiad. p. 31, 17. DISSEN.

268, 12. ῥητὰ καὶ ἄρρητα ὀνομάζων] Sic p. 540. 8. καὶ τὴν μητέρα καὶ ἐμὲ καὶ πάντας ἡμᾶς ῥητὰ καὶ ἄρρητα κακὰ ἐξεῖπον. Conf. mox v. 22. SCHAEF.

ὀνομάζων] V. not. ad p. 237, 10. SCHAEF.

268, 13. ὥσπερ ἐξ ἁμάξης] Citat h. l. schol. Aristoph. Equit. 544. Sextus Empiricus p. 229. 6. REISK.

268, 14. καίτοι καὶ τοῦτο] *Ut etiam hoc dicam, afferam.* DISSEN. V. de hac formula ad p. 43, 15.

268, 18. ἃς κατὰ τὴν αὑτῶν φύσιν τοῖς ἐχθροῖς περὶ ἀλλήλων συμβαίνει λέγειν] *Quae prout est cuique animi indoles, fit ut dicantur ab inimicis*, h. e. cum accusatio justa e caussis veris certa ratione ducatur, nec nisi legum normam generalem spectet, convicia ex suo quisque animo haurit alius alia, prout ipse est malevolentior, virulentior. Caeterum conferunt Cicer. pr. Caelio c. 3. DISSEN.

268, 21. συλλέξαντες ὑμᾶς] Posteaquam ad illa tribunalia vos, o judices, contraxissemus, curassemus vos coire, in caussa fuisse-

mus ut coiretis ad sedendum et judicandum in caussis nostris. REISK.

οὐχ ἕνα ἀπὸ τῶν ἰδίων κακῶς τὰ ἀπόρρητα λέγωμεν ἀλλήλους] *Non ut ex privata supellectile, ex privata vita maledicamus nobis turpissimis probris.* Librorum lectionem κακῶς alii mutarunt in κακῶν, incommoda sententia. Dedecora privata pauci concedant se habere, nec Demosthenes concedit, sed maledicunt sibi ex privata vita litigantes nunc vere, nunc etiam mendaciis compositis. Teneamus igitur κακῶς. Cum vulgo dicatur κακῶς λέγειν τινά, atque etiam κακὰ λέγειν τινὰ, ut constat, potuit etiam conjungi utraque constructio, quod hoc loco factum. Ad v. ἀπόρρητα conf. p. 1335. λοιδορουμένους καὶ πλύνοντας αὐτοὺς τἀπόρρητα. Significat autem vox proprie *convicia gravia lege vetita*, conf. Isocrat. adv. Lochit. §. 2., Lys. adv. Theomnest. B. p. 119. §. 3. et Platner. de causs. et jud. Athen. vol. 2. p. 187. Caeterum ex Aeschinis oratione pertinet huc locus p. 78. DISSEN.

268, 22. λέγωμεν ἀλλήλους] λέγωμεν ἀλλήλοις Paris. quintus. REISK. Xenophon Memor. 2, 2. 9. ὅταν—ἀλλήλους τὰ ἔσχατα λέγωσιν. ubi pariter ἀλλήλοις in Stobaeo. Perperam. SCHAEF.

268, 25. πομπεύειν] Respexit h. l. Photius πομπεύειν interpretans λοιδορεῖν, quod habent duo codd. Demosthenis: nimirum e scholio. SCHAEF.

268, 26. οὐ μὴν οὐδ' ἐνταῦθα κ. τ. λ.] His verbis via munitur ad probra Aeschini ingerenda. ἔλαττον ἔχων, scil. τῶν λοιδοριῶν. ἐπὶ ταῦτα, ad dedecora hominis domestica. SCHAEF.

269, 2. ὑπὲρ τούτων] Pro his civibus Atheniensibus, hoc judicium circumstantibus, quo jura eorum salva tuereris. REISK.

ἠδίκουν] Scilicet αὐτούς. si qua in re eos, hanc coronam, laesissem. REISK.

269, 4. οὗ δ' ἐγὼ μὲν ἀθῷος ἅπασι κ. τ. λ.] Sententia haec est: Vexas me ejusmodi caussam forensem mihi ciens, cujus omni prorsus ex parte sum insons; verum existimatio, dignitas, fama reip. ab ea in discrimen venit, quia quaeritur, rectene factum in eo sit, quod civitas me jusserit coronandum. Qua quaestione discussa si patescit indignum eo honore me fuisse, una civitas ipsa quoque in pudorem datur et coarguitur judicium praecipitasse et indignos praeferre. Est ergo haec caussa ejusmodi, ut me prorsus non tangat, civitas autem effugere nequeat quominus existimationem de me vel super me actorum utramvis in partem plus minusve participet, apud alios benignius et rursus apud alios iniquius judicantes. Ergo inimicus es civitatis magis quam meus. REISK.

τῷ χρόνῳ] *Diuturnitate temporis*, cum diu post accuset Aeschines. Generaliori verbo subjicitur deinde specialius τῇ προθεσμίᾳ, qui est *terminus lege praescriptus alius in aliis caussarum generibus, ultra quem accusatio non datur*, cf. Meier. et Schoemann. de jud. Ath. p. 636, 7. DISSEN.

τῷ πολλάκις κεκρίσθαι περὶ πάντων πρότερον] Psephismata Ari-

stonici, Demomelae. Hyperidis Diondas, legem trierarchicam Demosthenis Patrocles, alii alia accusarunt, cf. infra p. 302. 328. DISSEN.

269, 10. Ἐπειδὴ—] Hermogenes p. 348. ἔστι δὲ παρὰ τὰς προειρημένας ἑτέρα τις μέθοδος ἐνδιαθέτου λόγου καὶ μάλιστα τοῦ δοκοῦντος σὺν ὀργῇ προϊέναι, τὸ μηδὲ τὰς ἀκολουθίας σώζειν τῶν τοῦ λόγου σχημάτων, ἀλλ' οἷον ἐξίστασθαι δοκεῖν ὑπὸ τοῦ πάθους. οἷόν ἐστι καὶ τό· ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μὲν εὐσεβὴς καὶ δικαία ψῆφος ἅπασι δέδεικται—. οὐδαμοῦ γὰρ ἀποδέδεικται τῷ σχήματι τὸ ἀκόλουθον, ἀλλ' ἐπιπολὺ (lege aut ἐστὶ πολὺ, aut ἐπὶ πολὺ διατείνει, aut ἐπιπολάζει) τὸ οἷον ἀκρόχολον. REISK. Vere Hermogenes monuit Demosthenem ira et indignatione ablatum incidisse in ἀνανταπόδοτον. Simile ἀνανταπόδοτον est infra p. 289, 1. ss. SCHAEF.

269, 12. τὰς ὑπὸ τούτου βλασφημίας εἰρημένας] Nota ordinem verborum. V. not. ad p. 323, 13. SCHAEF.

269, 13. ψευδῶν] Quae scilicet de me criminatus est. REISK.

269, 16. καὶ λόγους τίνας διασύρει] Scilic. ἐμούς. meaeque orationes, quas ille traducit, quales sint, quam sanctae, quam pudicae, quam honestae. REISK. Sensus est: *et dictiones quasdam, si diis placet, calumniatur, cum ea ipse dixerit, quae quis paulo modestior ausus esset efferre?* Vid. Aeschin. in Ctesiph. p. 554. l. 9. SEAGER. Diar. Classic. 53. p. 52. Recte τινὰς Seagerus. Ac τινὰς plures codd. habent. Neque Orator in iis quae statim sequuntur agit de suarum orationum honestate, sed de Aeschinis natalibus et educatione. SCHAEF.

269, 17. εἰ γὰρ Αἰακὸς κ. τ. λ.] Sententia est: Nam si homo frugi, vir bonus et honestus foret Aeschines, quem se simulat esse, similem Aeaco alicui aut Minoi, tum a te certe non profecta essent tam immania probra, quae in me conjecisti. Ergo non es ille sanctus et severus, qui esse vis, sed impurus rabula, qui cum sis, mirum non est te tam impudenter probra jactare. REISK.

269, 19. σπερμολόγος] Citat h. l. Harpocrat. v. σπερμολόγος, Hermogenes p. 255. schol. Aristoph. Nub. 259. Phoebammon p. 100., ubi tropicae dictionis exempla haec Demosthenica proponit: ὑποσκελίζειν ἀντὶ τοῦ ἀνατρέπειν, καὶ τὸ σπερμολόγος ἀντὶ τοῦ εὐτελὴς, καὶ τὸ εὐπροσώπους λόγους ἀντὶ τοῦ πιθανούς. REISK. Ut Phoebammon. Etymol. M. p. 723. 45. Σπερμολόγος—λέγεται —καὶ ὁ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ἄνθρωπος, καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν. Doctius et disertius Eustathius ad Homeri Odyss. p. 1547, 51: ὁ δὲ κυρίως φασὶ, σπερμολόγος καὶ σπερμονόμος εἶδός ἐστιν ὀρνέου λωβώμενον τὰ σπέρματα. (Conf. ad Aristoph. Av. 232.) ἐξ οὗ οἱ Ἀττικοὶ σπερμολόγους ἐκάλουν τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντας, διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων φασὶν ἀναρρέοντα καὶ διαζῆν. ἐκ τούτων δὲ τὴν αὐτὴν ἐλάγχανον κλῆσιν καὶ οἱ οὐδενὸς λόγου ἄξιοι. SCHAEF.

περίτριμμα ἀγορᾶς] Etymolog. M. p. 240, 21. dictionem περίτριμμα ἀγορᾶς ridicule interpretatur. REISK. Meliorem interpretationem pete ex Anecd. Bekk. p. 59. extr. Utitur hac locu-

tione etiam scholiastes ad Sophocl. Antig. v. 320. V. Piersonus ad Moerin p. 114. SCHAEF. V. interpretes Aristoph. Nub. 446.

269, 20. ὄλεθρος γραμματεύς] Infra p. 297. γραμματοκύφων nominatur. Fuerat Aeschines priori tempore aliquamdiu ὑπογραμματεύς, quales multi erant Athenis majoribus et minoribus magistratibus operam praestantes, cf. Boeckh. de Oecon. Ath. 1. p. 201. Disertius de ea re Demosthenes infra p. 314. dicit: τὸ κάλλιστον ἐξελέξω τῶν ἔργων, γραμματεύειν καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἀρχιδίοις. Dictum est de hac re etiam de falsa legat. p. 419. Add. Apollon. Vit. Aeschin. p. 247. ed. Bekk. p. 13. Reisk. Traditur postea etiam Aristophontis, tum Eubuli scriba fuisse, cf. Auct. anonym. Vit. Aeschin. p. 245. Bekk. et Phot. Bibl. Cod. LVI. p. 20, A. Bekk. DISSEN.

269, 21. οὐδ' ἂν πορίσασθαι] *Non exprompsisset.* Orat. adv. Lacrit. p. 938. ῥᾳδίως λόγους πορεῖσθαι. Epitaph. p. 1392. ὅτι χρὴ λέγειν πορίσασθαι. SCHAEF.

ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ βοῶντα] Alludit iterum ad scenicam artem Aeschinis, de qua infra plura legemus. Caeterum videas inepta haec verba pathetica in exitu orationis adv. Ctesiphont. DISSEN.

269, 24. ταῦτα γὰρ δήπουθεν ἠκούετ' αὐτοῦ λέγοντος] Ex his verbis Frankius in Jahnii Annal. philol. a. 1838. vol. 22. p. 375. non sine veri specie colligit verba §. 162. 163. εἰ γὰρ—περίεστιν audita demum Aeschinis oratione inseruisse Demosthenem, quum coram judicibus loqueretur, non antea meditatum esse.

269, 26. ὦ κάθαρμα] Esse hunc locum imitatos Julian. Orat. 7. p. 235. d. et Philostrat. Vit. Apoll. 5. p. 206. observavit Wyttenbach. Epist. Crit. p. 21., p. 242 seq. ed. Lips. DISSEN.

269, 29. ἧς τῶν μὲν κ. τ. λ.] Locum hunc citat Stobaeus p. 189, 17., sed nonnulla mutans et proposito suo accommodans. Sed deest editioni Trincavelli. REISK.

270, 1. τοιοῦτον οὐδὲν] Qualia nempe Aeschines de se praedicavit ipse ore suo: sed etiam, si alius quisquam talia de ipso diceret, offenderetur et erubesceret ob impudentiam adulatoris in os se laudantis. REISK. Stobaeus interpretans scripsit μέγα οὐδέν: sic enim legendum pro οὐδέ. SCHAEF.

ἐρυθριάσειεν] Imitatur Themistius or. 21. p. 259 B. ab Jacobsio comparatus, οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα φορτικὸν ὡς ὁ καθ' ἑαυτοῦ ἔπαινος, καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδείᾳ, ἐφ' ᾗ καὶ ἄλλων ἐπαινούντων ἐρυθριᾶν χρεὼν τοὺς ἀληθινῶς αὐτῆς ἐπηβόλους. "Conf. Plutarch. De sui laude c. 1. p. 539. d. et c. 21. p. 547, b., qui verba mox sequentia τὸ λυπεῖν τοὺς ἀκούοντας περίεστιν, οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι τοιούτους affert. ibid. c. 22. p. 547. fin." DISSEN.

270, 3. ὅταν λέγωσιν] Scilic. ἑαυτοὺς εὐπαιδεύτους καὶ συνετοὺς εἶναι. REISK.

270, 5. τοιούτοις εἶναι] Scilic. οἵους ἑαυτοὺς λέγουσιν. REISK.

Οὐκ ἀπορῶν δ' ὅ τι χρὴ κ. τ. λ.] Syrianus ad Hermogenem p. 43. τὰ πρὸς σύστασιν ἐροῦμεν τὰ βλάπτοντα σιωπῶντες, ὡς καὶ

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου πεποίηκε· Γέλωνα μὲν τὸν πρὸς μητρὸς αὐτοῦ πάππον, ὡς φυγάδα καὶ πρὸς τοῦ δήμου θανάτῳ καταγνωσθέντα, διὰ τὴν προδοσίαν Νυμφαίου τοῦ ἐν Πόντῳ, καὶ τὴν μητέρα, ὡς Σκυθίδα τὸ γένος, ἃ δὴ πάντα Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος παρέθηκε, σιωπήσας ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀνατροφὴν ὡς χρηστὴν οὖσαν ἐχώρησεν· ἐν μέντοι τοῖς κατ' Αἰσχίνου (in ea parte orationis pro corona, quae pars peculiariter Aeschinem insectatur) *πρὸ παντὸς ἄλλου ἐπὶ τοὺς προγόνους* (subaudi *αὐτοῦ*) *ἐχώρησεν ὡς ἀδόξους φάσκων· οὐκ ἀπορῶν δ' ὅ τι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν* etc.—*εἰ δέ τι χρηστὸν ἐκ τῆς ἀγωγῆς εἶχε καὶ τῆς περὶ λόγους ἀσκήσεως, παραλέλοιπεν.* REISK. Citat h. l. usque ad *ἐξέθρεψέ σε* v. 11. Tiberius p. 22. SCHAEF.

270, 5. *ἀπορῶν*] *ἀπορῶ* codd. Tiberii. SCHAEF.

270, 6. *περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν*] *περὶ σοῦ λέγειν καὶ τῶν σῶν* codd. Tiberii. SCHAEF.

ἀπορῶ τοῦ] *ἀπορῶ δ' ὅτου* codd. Tiberii. SCHAEF.

πρώτου] *πρῶτον* codd. Tiberii. SCHAEF.

270, 7. *πότερ' ὡς ὁ πατήρ σου κ. τ. λ.*] Marcellinus ad Hermogenem p. 141. *ὥσπερ δὲ ἐγκωμιάζομεν ἀπὸ γένους, οὕτω καὶ διαβοῦμεν* (sic Aldina: sed Fabricius Hamburgensis ibi adscripsit *διαβάλλομεν*. Nam Fabricii olim fuit exemplum, quo utor, et postmodum in potestatem Ernestii nostri pervenit, cujus indulgentia mihi usuram ejus concessit). *ὡς Δημοσθένης· πότερα ὡς ὁ πατήρ σου Τρόμης ἐδούλευσε παρ' Ἐλπίᾳ —· κατασκευάζων ὅτι εἰκὸς τὸν ἐκ τοιούτων γεγονότα προδοῦναι. καὶ ἀπὸ ἀγωγῆς* (educatione puerili) *διέβαλε· τὸ μέλαν τρίβων καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν.* REISK. *διαβαλοῦμεν* ex cod. Paris. restituit Walzius vol. 4. p. 348.

ἐδούλευε] *ἐδούλευσε* Marcellinus. Non male. Sic v. 12. *ἐξέθρεψε.* SCHAEF.

270, 8. *Ἐλπίᾳ*] *Ἐλπίδα* codd. Tiberii. SCHAEF.

τῷ πρὸς—ξύλου] Omittunt codd. Tiberii. SCHAEF.

Θησείῳ] Citat h. l. Harpocrat. v. *Θησεῖον.* REISK.

διδάσκοντι γράμματα] Est *γράμματα διδάσκειν* docere pueros legere et scribere. utrumque enim conjunctim exercebatur in his *διδασκαλείοις*, tum explicare verba et sententias poetarum, qui legantur, et ediscere jubere ex his multa. Conf. Plat. Protag. p. 325. e. Constat vero hos ludimagistros privatim quaestus caussa ut opifices negotium suum exercuisse. De opera servili patris et ipsius Aeschinis in his scholis adde alium locum infra p. 313. *ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων, τὸ μέλαν τρίβων καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν.* At in Orat. de falsa legat. p. 419. pater ipse dicitur *διδάσκων γράμματα* nec de servili conditione ejus sermo est. DISSEN.

χοίνικας παχείας ἔχων] Similiter *crassas compedes* Latini dicunt, ut Plaut. Captiv. 3. 5. 64. et 75. Caeterum scholiastes annotat: *εἰπὼν δουλεύειν αὐτὸν τὰ ἑπόμενα τοῖς φαύλοις τῶν δούλων ἐπήγαγε τὰς πέδας λέγων.* DISSEN.

270, 9. ξύλον] ξύλον est collare ligneum, in medio perforatum, in quod servi nequam puniendi cervices immittebant, ut ne manus ori admoverent. Citat h. l. Hermogenes p. 317. REISK.

270, 9. μεθημερινοῖς γάμοις] Sunt coitus qui de die fiunt: qui sunt inprimis flagitiosi. Nam qui pudoris sui non omnem prorsus curam abjecerunt, hi spurcitiem suam noctis tenebris occultare conantur, non radiis solis exponunt. V. Gesneri Thes. L. L. v. *Nonaria*. χρῆσθαι μεθημερινοῖς γάμοις est *de die in fornice prostare*. V. ad h. l. Wesseling. ad Petiti Leges Atticas p. 575. et Pierson. ad Moerin p. 229. REISK. Ex Demosthene sumsit Philo vol. 1. p. 155, 44. ab Lobeckio indicatus ad Phryn. p. 54.

270, 10. κλεισίῳ] Per προστῴῳ explicuit Ulpianus, rectius, ut videtur, per οἰκήματι (i. e. *lupanari*) Apollonius in Proleg. ad Aeschinem vol. 3. p. 13. ed. Reisk. Dixi de h. v., quod non raro vitiose scriptum est κλίσιον, in Thesauro Stephani vol. 4. p. 1654.

τῷ καλαμίτῃ ἥρωϊ] Hesychius, καλαμίτης· ἥρως τῷ κλισίῳ πλησίον. Suidas, Καλαμίτης· κύριον ὄνομα, adjecto hoc Demosthenis loco. Ἥρως ἰατρὸς dicitur ab Demosthene p. 419, 22. (quo spectat Photii gl. Ἥρως ἰατρός p. 75 extr., quamvis orationem περὶ τοῦ στεφάνου nominantis) ubi schol. annotavit nomen proprium ei fuisse Aristomacho. Καλαμίτου nomen unde acceperit non constat. "Ab Jacobsio comparatur Κύπρις ἐν καλάμοις, Athen. 13. p. 572 F. et Theocrit. Id. 28, 4, ut heros nomen habuerit a calamis, in quibus statua staret. Quod verum habeo. Etenim *hic heros antiquus cognomen medici habuit*, ut vidit Odofr. Muellerus, *cum populus statuae medicam vim tribueret*. In quam rem confer haec exempla: Persii Satir. 2, 56. cum schol., Lucian. Philopseud. c. 18 seq., Athenagor. legat. 23. Caeterum huc pertinet etiam Hesychii glossa: ἰατρὸς ἥρως Ἀθήνησιν ἀρχαῖος." DISSEN.

270, 11. τὸν καλὸν ἀνδριάντα καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον] Tertiarum partium actor saepius dicitur, cf. infra p. 288. 315. 265., de falsa leg. p. 418. et p. 449. Sed cur καλὸν ἀνδριάντα appellat? Nempe videtur εὐφυὴς fuisse Aeschines, conf. Vit. Aeschin. p. 246. Bekk., ac notant Anecdota Bekkeri p. 394. ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγουσιν αἱ μητέρες περὶ τῶν υἱῶν, ὁ καλὸς ἀνδριάς μου. Adde deinde quod, cum diceret, videtur gestu abstinuisse et propemodum immotus stetisse, in quam rem Demosth. cf. de falsa legat. p. 421. οὐ λέγειν εἴσω τὴν χεῖρ' ἔχοντ', Αἰσχίνη, δεῖ, οὔ, ἀλλὰ πρεσβεύειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα. Contra Demosthenis actio admodum vivida erat. Jam clarus sarcasmus. DISSEN. Citat h. l. Hermogenes p. 265. REISK.

270, 13. Δίωνος τοῦ Φρεαρρίου] Hic aliquoties memoratur in inscr. navalibus a Boeckhio editis, quem v. p. 236.

ἀνέστησεν αὐτὴν ἀπὸ ταύτης τῆς καλῆς ἐργασίας] Primum, ut constat, ἐργασία, αἰσχρὰ ἐργασία dicitur πορνεία, cf. Aristaenet. 1, 19. p. 49. ubi Abreschius p. 122. etiam hunc Demosthenis locum affert. Vide praeterea Valcken. ad Herodot. 1, 93. Deinde

memineris *prostare in lupanari* Graece dici *καθῆσθαι, καθέζεσθαι ἐπ᾽ οἰκήματος*, ut ap. Plat. Charmid. p. 163, d., Aeschin. adv. Timarch. p. 11. §. 74. add. ibid. p. 6. §. 40. p. 8. §. 50., et Apollon. Vit. Aeschin. p. 247. Bekk. Quare *avocare* inde dicitur *ἀνιστάναι*, ut Aeschin. adv. Timarch. p. 6. §. 41. Nunc autem matrem Aeschinis *avocavit ab isto quaestu* Phormio, credo conjugio inito, unde postea Atrometo nupsit. DISSEN.

270, 19. *οὐδὲ γὰρ*—] Hermogenes p. 438. *τούτοις δὲ πᾶσι χρῆται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου. ἔνθεν δηλοῦται ὅτι κωμῳδεῖν ἐπίσταται. τῇ μὲν παρῳδίᾳ οὕτως· τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον. τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν οὕτω περὶ τοῦ Αἰσχίνου λέγων· οὐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ᾽ οἷς ἡ πόλις καταρᾶται. τῇ δ᾽ ἐναντιώσει τῶν εἰκόνων οὕτως· αὐτοτράγικος πίθηκος, ἀρουραῖος Οἰνόμαος.* REISK. Rutilius p. 56 :—*parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed hujusmodi, ut omnes hos exsecrarentur.* SCHAEF.

οὐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ᾽ οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται] *Neque enim vulgaris generis erant* (*ἃ βεβίωκεν*), *sed qualia populus exsecratur.* Sunt *τὰ τυχόντα vulgaria, vilia, mediocria, obviis obvia*, ut constat, quae nunc *ἃ ἔτυχε* dicta. Cum igitur scribere posset: *οὐ γὰρ τῶν τυχόντων ἦν*, scripsit quod idem: *οὐ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν*, attractione notissima modo lecta pro *οὐ γὰρ τούτων ἃ ἔτυχεν ἦν.* Verba autem *οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται* pertinent ad solemnem precationis formulam, quam praeco populi nomine pronuntiabat initio comitiorum. Implorans deos deasque omnes precabatur ut bonum felix faustumque Atticae reipublicae civibusque omnibus evenire juberent quod a populo decretum foret, eosque omnes omnemque eorum domum male perderent, qui hostili in rempublicam animo essent, qui tyrannidem affectarent, qui cum Medis conspirassent in Atheniensium perniciem, qui pecunia corrupti scientes dolo malo populum fallerent et in fraudem inducerent. Vide Schoemann. de Comitiis Athen. p. 92 seqq. qui accurate de his precibus disputat. Respiciunt eas saepe oratores, et hic quidem etiam infra p. 319. Demosthenes. Quae cum ita sint, patet nullam adesse difficultatem in toto loco, sed recte haberi membrum ubi nunc legitur. Ut enim nunc etiam de altera explicatione dicamus, cum *γρ.* S. haec verba (*οὐδὲ γὰρ—καταρᾶται*) post *λόγους* ponat, assensi sunt Schaeferus et Jacobsius, et de parentibus Aeschinis ea intelligunt h. modo: "*Nam ne in faece plebis quidem parentes habuit, sed natus est talibus hominibus, quos populus diris devovet.*" Intellexerat parentes etiam Rutilius Lupus et interpres ejus Ruhnkenius p. 56. Sed tantae pravitatis fuisse hos parentes non video, nec fecisse eos quidquam hujusmodi credibile, qualia populus in comitiis exsecrabatur: at Aeschinis *facta*, quae mox leges, profecto hujus generis sunt, fuitque is orator clarus, dignior sane persona, in quam a Demosthene gravis formula transferretur hic ut infra p. 319., quam viles isti parentes. Haec igitur intelligamus. DISSEN.

270, 21. *ὀψὲ γάρ ποτε*] Hermogenes p. 352. *ἔτι ἐνδιάθετον σχῆμα καὶ ἡ τοιαύτη ἐπανόρθωσις, ἡ αὐξήσεως ἕνεκα παραλαμβανομένη.*

οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε—ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. Alexander Rhetor p. 94. capite *περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως, ἣν καὶ ὑπαλλαγὴν τινες καλοῦσιν· τοῦτο τὸ σχῆμα γίνεται καὶ αὐτὸ κατά τινας. ἢ γὰρ ἐπιτιμήσαντες τῇ πρώτῃ λέξει ἑτέραν ἐλάβομεν. οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε—ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην.* Item Phoebammon p. 132. Aristides de D. C. p. 256. *ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ἐπικαταψεύδεσθαι. οἷον ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, ἐν οἷς λέγει τὸν Αἰσχίνην ὀψὲ Ἀθηναῖον γεγενημένον· ὀψὲ γάρ ποτε—.* REISK. *ὀψὲ* refertur ad Aeschinis aetatem. Is dicitur grandis natu atque sero factus civis et orator, adeoque tam sero, ut res paucis diebus ante accidisse videatur. Citat haec usque ad *ῥήτωρ* Tiberius p. 24. SCHAEFER.

270, 22. *γέγονε* ab libris aliquot abest, nec Tiberii liber videtur habuisse. Sed abesse nequit. SCHAEFER.

270, 23. *δύο συλλαβὰς προσθεὶς*] Laudat hunc locum Hermogenes *περὶ μεθ. δεινότ.* p. 438. ed. Crisp. *τούτοις δὲ πᾶσι χρῆται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου. ἔνθεν δηλοῦται ὅτι κωμῳδεῖν ἐπίσταται. τῇ μὲν παρῳδίᾳ οὕτως· τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον.* Lucianus in Rhet. praecept. c. 10. *καὶ ὁ μὲν ταῦτα φήσει, ἀλαζὼν καὶ ἀρχαῖος ὡς ἀληθῶς καὶ κρονικὸς ἄνθρωπος, νεκροὺς εἰς μίμησιν παλαιοὺς προτιθεὶς, καὶ ἀνορύττειν ἀξιῶν λόγους πάλαι κατορωρυγμένους, ὥς τι μέγιστον ἀγαθὸν, μαχαιροποιοῦ υἱὸν, καὶ ἄλλον Ἀτρομήτου τινὸς γραμματιστοῦ ζηλοῦν ἀξιῶν.* Intelligit Demosthenem et Aeschinem, quorum hic *γραμματιστοῦ* fuit filius, ille patrem habuit *μαχαιροποιόν*. vid. Suid. in v. Cultellos venditasse dicit Valerius Max. III. 7. *Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque saeculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditasse, omnium pene doctorum literae loquuntur.* TOUP. Jacobsius ad h. l. comparat alia exempla, ubi homines obscuri generis nomini suo additis syllabis granditatem conciliare studuerunt. Conf. Animadv. ad Anthol. vol. 10. p. 34. Alii etiam plane alia nomina sumpserunt, vid. Lucian. Timon. c. 22. ibiq. Hemsterhus. DISSEN.

270, 23. *ἐποίησεν*] Aliquanto gravius, opinor, quam *ὠνόμασεν*: quippe hoc verbo sarcasticae quid acerbitatis indicari videtur. Quod quale sit facile senties, si memineris *ἀτρόμητος* etiam *ἐπιθετικῶς* dici de *intrepido*. Antipater in Anthol. Palat. 6, 256. *Ζεὺς ἀτρόμητος εἶδεν.* SCHAEFER.

270, 24. *Ἀτρόμητον*] *Ὁ Ἀτρομήτου* Aeschines simpliciter dicitur Choricio. V. Villoisoni Anecd. vol. 2. p. 52. SCHAEFER.

τὴν δὲ μητέρα] Demosthenis verba matrem *Empusam* non *nomine*, sed *cognomine* appellatam esse, clare loquuntur. Eique nomen Γλαυκὶς fuisse tradit Apollonius de Aeschine agens ed. R. vol. 3. p. 13. *μητρὸς δὲ ἦν ὁ Αἰσχίνης Γλαυκοθέας, ἢ, ὡς ἔνιοι, Γλαυκίδος.* Atque ipse comprobat Aeschines *π. παραπρ.* p. 256. *καὶ ὁ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας ἀδελφὸς θεῖος δὲ ἡμέτερος, Κλεόβουλος ὁ Γλαύκου τοῦ Ἀχαρνέως υἱὸς κ. τ. λ.* A patre igitur, Glauco appellato, filia no-

men Glaucidis traxit, unde, duabus syllabis adjectis, Glaucothea factum est. WUNDERLICH. Praefat. p. 43.

270, 25. Ἔμπουσαν] Citat Harpocrat. v. Ἔμπουσα. REISK. Alciphron 3. 62. ἡ ἐπιτήδειος γραῦς, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν καλεῖν εἰώθασιν ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ βιάζεσθαι (i. e. πάσχειν, verbo passive usurpato). Quae e nostro loco petita esse monuit Wagnerus. SCHAEFER.

270, 28. ἄλλοθεν] Post ἄλλοθεν videtur inserendum esse, quod olim suspicor in libris in hac regione lectum esse, sed critici exterminarunt, Hermogene teste, cujus haec sunt verba: ἐκεῖνα μέντοι διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς καὶ ὀβελίσαντες ὑπεξείλοντο, ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες. λέγω τὸ κυάμους ἑφθοὺς βοῶσα, καὶ (forte copula haec tollenda est) κατὰ πᾶν τὸ θέρος ἐπλανᾶτο, καὶ τὰ ἑξῆς. *Fabas coctas proclamans circitabat per totam urbem tota aestate,* id est, vociferans se circumferre ollas plenas fabis coctis, si quem juvet emere, ut is veniat atque sumat. REISK. De loco Hermogenis vol. 3. p. 308. ed. Walz. dixi in Praefat. vol. 1. p. V.

271, 6. τίς γὰρ—Ἀντιφῶντα] Citant Anecd. Bekk. p. 440, 5. et Suidas s. v. ἀποψηφισθέντα. SCHAEFER.

οἶδε τὸν] οἶδεν Bekk. Anecd. et Suidas.

271, 7. Ἀντιφῶντα] Antiphon quidam per fraudem in album civium irrepserat; unde cum postea expunctus esset, ad Philippum se contulit, eique ad comburenda navalia Atheniensium operam suam obtulit. Sed comprehensus a Demosthene cum eo consilio Athenas clam rediisset, postea poenam dedit proditionis. Conf. Ulpian. ad h. l., Plutarch. V. Demosth. c. 14. Dinarch. in Demosthen. p. 98, 14. τὸν ἀποψηφισθέντα, h. e. *expunctum e civium numero* cum quondam haberetur διαψήφισις, cf. praeter laudatum modo Ulpianum, Suid. in v. et Anecd. Bekk. p. 439. De nomine διαψήφισις autem vide Taylor. Praefat. ad Orat. in Eubulid. Platner. de jud. Athen. 2. p. 65 seqq., Meier. de bonis damnatorum p. 78 seqq. Schoemann. de Comit. Athen. p. 380 seqq. et C. Fr. Hermann. Antiquit. Gr. §. 123. Postremo vide de hoc loco Boeckhium in Dissertatione de Delo in Actis Acad. Berolin. a. 1834. p. 12 seq. [et Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 288. seqq.] Nempe habita est talis διαψήφισις Ol. 108, 3. neque alia isto tempore fuit; haec igitur intelligenda. Nec diu post homo de comburendis navalibus videtur cogitasse. Caeterum Aeschines in edita oratione nihil respondet; tamen audiverat haec, nec videri potest postea demum Demosthenes, cum ederet orationem hancce, inseruisse locum, qui profecto tam gravem rem non neglexit cum in judicio caussam diceret. DISSEN.

271, 13. ἐπ' οἰκίας βαδίζων ἄνευ ψηφίσματος] Neque enim licebat invito domino intrare domum civis nisi psephismate permittente, aut ubi quis munere publico fungeretur, per quod posset intrare quaerens maleficos. Conf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 589. DISSEN.

271, 14. ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου] Cum Areopagus curam legum haberet, jure suo cognita maleficia imprimis contra civi-

tatem commissa deferebat senatui aut populo, ut judicium constitueretur. Quae dicta ἀπόφασις. Ita factum ut etiam Antiphon iterum comprehenderetur et traderetur judicio Heliastico, ut hic videmus atque etiam Dinarchus c. Demosth. p. 98, 14. narrat: ἐστρέβλωσαν Ἀντιφῶντα καὶ ἀπέκτειναν οὗτοι τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει πεισθέντες. Vide plura de his exponentem Platnerum in libro de jud. Athen. 1. p. 28 seqq. Conf. etiam Meier. et Schoemann. p. 344. DISSEN.

271, 15. καὶ εἰ μὴ—ὁ τοιοῦτος] Citant Anecd. Bekk. p. 127, 2. sic ut omittant καὶ τὴν ὑμετέραν—συμβεβηκυῖαν ἰδοῦσα et deinde καὶ συλλαβοῦσα—ὡς ὑμᾶς. SCHAEFER.

ἡ βουλὴ] ἡ om. Anecd. Bekk. SCHAEFER.

271, 16. τὴν ὑμετέραν—συμβεβηκυῖαν] Inscitiam, ignorantiam nostram (vestram), aut, si sic reddere mavis, errorem. lapsum in loco vel tempore non opportuno factum. Potest enim aliquis aliquid ignorare ἐν δέοντι, vel errare, labi, cum expedit nobis nos id ignorare, aut cum scientes dissimulamus et connivemus, aut cum error noster nobis fortuito casu fit salutaris. REISK.

271, 21. τοιγαροῦν εἰδυῖα ταῦτα ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου] Apollinis in Delo templum Athenienses inde ex longo tempore sibi vindicabant, unde continua simultas et controversia fuit inter Delios et Athenienses, anno vero, ut videtur, Ol. 108, 3. aut paullo post Delii caussam ad Amphictyones detulerunt, ut ab his sibi templum tandem redderetur. Ac primum Aeschines electus erat, ut apud Amphictyones Atheniensium jura defenderet, deinde Hyperides missus est et orationem habuit. Est hic λόγος Δηλιακὸς ejus, cujus fragmenta nonnulla exstant. Dixit de ea oratione accuratissime nuper Boeckhius in Dissertatione de Delo p. 16 seqq. DISSEN.

271, 25. ὡς προείλεσθε κἀκείνην] Electus erat Aeschines. Cum autem deinde pars magna civium aliter sentiret et rejectum vellet Aeschinem, populus assumpsit Areopagum, qui decerneret quis esset mittendus. DISSEN. προσείλεσθε Wolfius, quod verum puto ob sequens κἀκείνην. SCHAEFER.

271, 27. ἀπὸ τοῦ βωμοῦ] Ita Demosthenes c. Conon. p. 1265, 6. πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες καὶ ἐξορκίζοντες. Add. Cicer. pro C. Balbo §. 5. *Athenis aiunt, cum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset, et testimonium publice dixisset, et, ut mos Graecorum est, jurandi caussa* ad aras *accederet.*—TAYLOR. Demosthenes p. 1054, 8. λαβόντες τὴν ψῆφον, καιομένων τῶν ἱερείων, ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες τοῦ Διὸς—. Herodotus 8. 123. διενέμοντο τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ. ubi v. Wesseling. et Valckenar. SCHAEFER.

272, 1. τούτῳ] I. e. in favorem ejus.

272, 3. ΜΑΡΤΥΡΕΣ] De *testimonio* quod sequitur disputat Winiewski p. 354. Suspicatur accepisse id Demosthenem alio tempore ab Areopagitis et tradidisse senatui, cum proditionis actio intenderetur Aeschini ob clandestinum cum Anaxino colloquium, de quo mox dicetur. Ex actis senatus igitur petitum

esse testimonium, cum in hac oratione esset recitandum. DISSEN. Dixit de hoc testimonio Droysenius p. 945: defendendum suscepit Voemel. 4, p. 1. 2.

272, 8. *συνεδρεύσαντες*] Areopagum tum saepe *συνέδριον* dictum notavit Boeckhius de Oecon. Athen. 1. p. 450. DISSEN.

272, 11. *τούτου—αὐτὸν*] Cur non brevius et simplicius *τοῦτον μέλλοντα λέγειν ἀπήλασεν* dixit? Ratio reddi nulla potest, nisi forte numeri gratia aut fortuito. Nam utraque dicendi ratio est probata. REISK. Non infrequens haec prolixior constructio, quae homines doctissimos passim male habuit, ut nostro loco jam olim visa fuit nonnullis, Ulpiano narrante, *ἐπικίνδυνος καὶ σολοικοφανής*. V. Dorvill. ad Chariton. p. 354. ed. Lips. Alia ejus exempla dedi in Bosii Ellips. p. 50. s. Adde annot. ad p. 336, 7. SCHAEFER. *αὐτὸν* post *προδότην* vulgo lectum delevi auctore S.

272, 12. *προδότην εἶναι*] Sopater ad Hermogenem p. 166. *ἀλλ' οὐ πάντως ὁ τοιοῦτος* (reprobatus et exclusus ab ejusmodi functione) *καὶ προδότης. οὐ γὰρ ἀντιστρέφει.* (Converti propositio nequit: Omnis proditor reprobatur; ergo reprobatus omnis proditor est.) *οὐ μὴν πᾶς ὁ ἀπελαυνόμενος διὰ προδοσίαν* (scilic. *ἐστὶν ἀπελαυνόμενος*). *ἔστι γὰρ καὶ δι' ἄλλην αἰτίαν ἀπελαύνεσθαι.* REISK.

272, 13. *ἓν μὲν τοίνυν κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 233. *καὶ αἱ συμπληρώσεις ταῖς ἐννοίαις καὶ ταῖς μεθόδοις εὐκρινῆ ποιοῦσι τὸν λόγον, τὰ μὲν ἀναπαύουσαι τὰ παρελθόντα, τῶν δὲ ῥηθησομένων πάντως ἔχουσαι παρασκευάς τινας, ἀφ' ὧν εἰς ἀρχὴν ὁ λόγος ἀνάγεται. οἷον· ἓν μὲν τοίνυν πολίτευμα τοῦτο τοιοῦτον τοῦ νεανίου τούτου· ἕτερον δὲ ἀναμιμνήσκεσθε. εἶτα ἀρχὴν ἔλαβεν ὁ λόγος. οἷον· ὅτε γὰρ Πύθωνα* etc. REISK.

272, 14. *τοῦ νεανίου τούτου*] Si Antiphontis fraudulentum consilium ad Ol. 108, 3. referendum est, Aeschines tum quadragesimum quintum annum agebat, cf. Aeschin. adv. Timarch. p. 7., quae oratio ipso anno Ol. 108, 3. habita videtur, vid. Westermann. *de litibus, quas Demosthenes oravit ipse*, p. 51. Dixit de eadem re Winiewski p. 53. paullo aliter. DISSEN.

272, 15. *ὅτε γὰρ Πύθωνα Φίλιππος ἔπεμψε τὸν Βυζάντιον*] Fatendum est accuratiora nos ignorare de hac re, quae initio sequentis Olympiadis facta videtur. Memoratur in Oratione de Halonneso p. 81 seq. legatio Pythonis atque etiam argumentum orationis ejus affertur. At enim etiam ibi est quod nostro loco non videtur convenire. Addit enim auctor Orationis de Halonneso: *καὶ τούτους τοὺς λόγους ὑμεῖς ἀκούοντας ἀπεδέχεσθε, καὶ δίκαια ἔφατε τὸν Πύθωνα λέγειν. καὶ ἦν δίκαια.* Sic vides ipse parum hic ad liquidum perduci posse. Nimirum multa nobis in istius temporis historia ignota sunt. Caeterum Pytho fuit orator eloquens et vehemens, qui teste Ulpiano ad Demosth. Orat. de falsa legat. etiam Ol. 108, 3. Athenas venerat cum aliis legatis Philippi. Vide de eo Demosth. Epist. 2. p. 1469, 18. Aeschin. p. 44, 35. Diodor. 16, 85. Philostr. p. 316. DISSEN. Diodori errorem, qui l. c. Pythonis hanc ad Athenienses legationem Thebas et in

tempus cladi Chersonensi proxime antecedens transtulit, demonstravit Winiewskius, qui hanc legationem ad Olymp. 109, 1. rettulit p. 133 sqq. Conf. etiam Brueckner. Histor. Philippi p. 216 sqq. Ad Olymp. 109, 4. rettulit Droysenius p. 818.

272, 18. *ἐν αἰσχύνῃ ποιήσων τὴν πόλιν*] Rarior locutio. Hunc locum citans H. Stephanus Thesaur. s. v. *αἰσχύνη*: "*ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖν τὴν πόλιν*, Dedecore afficere civitatem, Ignominiam inurere civitati. Quod Plato in Apologia dicit *αἰσχύνην τῇ πόλει περιάπτειν*." SCHAEFER.

272, 20. *τότε ἐγὼ—καθ' ὑμῶν*] Scholiastes ad Aristoph. Equit. 523. *καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς· τότε τοίνυν τυφῶνος πολλοῦ ῥέοντος καθ' ὑμῶν.* Philippicas citavit, cum nostram orationem deberet. SCHAEFER.

τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ κ. τ. λ.] Huc respexit Philostratus in praefat. ad Vit. Sophist. p. 482. *οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου Πύθωνος, ὃν Δημοσθένης μόνος Ἀθηναίων ἀνασχεῖν φησι θρασυνόμενον καὶ πολὺν ῥέοντα.* Atque hinc forsan corrigendus Philostratus Vit. Apollon. 7, 37. *ὁ Πύθων ταῦτα δημηγορέων, ὥς φασιν.* MSS. omnes *ταῦτα ῥέων.* Legendum censeo *ταῦτα πολὺς ῥέων*, quanquam et illud alterum ferri possit. Sed hoc elegantius. Quin et Pollucem 6, 147. corruptum puto, ubi legitur: *λάβρος, πολλῷ ῥέων.* Immo *πολὺς ῥέων* ex Demosthene. TOUP.

πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν] *Qui magno flumine verborum inveheretur in eos*, translata dictione ab aquarum exuberante copia. Vide ad locutionem Diod. 16, 85. ibiq. Wessel., Heindorf. ad Horat. Serm. 1, 2, 28. Tangit etiam Wyttenb. ad Plutarch. Animadv. p. 348. Saepe respiciunt hunc locum veteres, et placuit propter audaciam, cf. Lucian. Encom. Demosth. c. 5., Plin. Epist. 9, 26, 9. DISSEN.

272, 27. *Ἀναξίνῳ*] De Anaxino exploratore vide Winiewski p. 347 seqq. Venisse videtur Athenas Ol. 109, 3. exeunte, quo tempore Athenienses de Euboea liberanda et de subsidiis in Hellespontum mittendis cogitabant, exploraturus eorum consilia. Aeschines ad haec in edita quam habemus oratione respondet p. 85; nam responderi ibi vix dubitabis. DISSEN. Ad Olymp. 109, 4. rettulit Droysen. p. 818 sq. Sic etiam Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 334.

273, 5. ΜΑΡΤΥΡΕΣ] De *testimonio* sequenti disputat Winiewski p. 351 seqq., secundum Boeckhii sententiam. Videri potest Demosthenes Aeschinis crimen ad praetores detulisse, qui proditionis litem intendebant, si quis cum hoste conspiraret, conf. Schoemann. de Comit. p. 202 seqq. Unde coram praetoribus hoc testimonium dictum esse jurejurando interposito. Praetores vero rem ad senatum detulisse, a quo tamen non dignam eam habitam Boeckhius suspicatur, ut judicio traderetur. Ita tamen factum esse ut hoc testimonium in actis senatus reponeretur, unde nunc Demosthenes eo utatur in alia re. Non negabis acutas esse has conjecturas, etsi certae non sunt. Mirum est enim quod Aeschines contra Ctesiphont. p. 85. silentio

transit non acceptam a senatu εἰσαγγελίαν.—Postremo quaeras de his: Αὗται ἀπεδόθησαν αἱ μαρτυρίαι ἐπὶ Νικίου ἑκατομβαιῶνος τρίτῃ ἱσταμένου. Videntur vero Boeckhio a scriba secundum prytaniam scripta, de quo supra toties vidimus. Hic cum traderetur testimonium, antequam reponeretur in actis, subscripserat, traditum id esse senatui scriba Nicia. Hecatombaeonis die tertio, qui videtur fuisse anni Ol. 109, 4. Pluralem μαρτυρίαι Winiewski putat ad hoc et antecedens testimonium simul pertinere. Brueckncrus autem p. 369. dubitat, si εἰσαγγελία accepta non sit, talia testimonia servata esse in actis. DISSEN. Boeckhii et Winiewskii conjecturas recte impugnarunt Boehneck. p. 335. et Droysenius p. 819 sqq., cui totum hoc testimonium suppositicium videtur, in quo praeter alia mirum est testium nominibus patrum tantum, non pagorum nomina addita esse.

273, 12. Νικίου] Nicias archon circum illa tempora nullus fuit. Est igitur pseudeponymus. Frustra Voemelius Νικήτου conjecit, qui eponymus fuit Olymp. 112, 1. Ejus nomen Νικήτης scriptum ap. Dionys. Hal. vol. 5. p. 649., Νικήρατος apud Diodor. 17, 40. Recta nominis forma Ἀνίκητος videtur, servata ab Arriano Anab. 2, 24 extr. Boehneck. p. 335. ad Olymp. 112, 3. rettulit, cujus eponymus fuit Aristophon.

273, 17. τοῖς μὲν ἐχθροῖς—ἐπηρεάζων εὑρέθη] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 29. SCHAEFER.

273, 18. ἀλλ' οὐ τίθεται ταῦτα παρ' ὑμῖν] *Sed non reponuntur haec apud vos ad recordationem et justam indignationem.* DISSEN.

273, 22. ὑποσκελίζειν] Phoebammon p. 100. ad h. l. respicit verbum ὑποσκελίζειν commemorans in numero tropicorum pro ἀνατρέπειν. REISK. V. not. ad p. 269, 20. SCHAEFER.

273, 25. διόπερ—πολιτεύεσθαι] Citant Anecd. Bekk. p. 177, 8. SCHAEFER.

273, 26. ὑμῶν] Male ἡμῶν Anecd. Bekk. SCHAEFER.

273, 27. καὶ—μὲν δὴ] Fuit cum hic particularum complexus tali in positura mihi offendiculo esset, ut ostendunt quae adscripsi ad Xenophont. Hellen. 6, 5, 17. p. 457. ed. Schneid., augebatque suspicionem fluctuatio librorum: velut l. c. plures omittunt δή. Eadem scripturae diversitas ibid. 7, 1, 19. Cyrop. 2, 2, 2. 2, 3, 24. Sed aliis locis libri ita consentiunt, ut temerarii sit vulgatae fidem suspectare. V. Xenophont. Hieron. 2, 12. et 18. SCHAEFER.

274, 3. Χερρόνησος ἐπορθεῖτο] Vastavit terram et multas urbes adortus est, cf. Justin. 9, 1. et vide supra p. 257. DISSEN.

274, 3. ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐπορεύεθ' ἄνθρωπος] Quaeras quid significent haec. De seriori tempore cum Philippus Amphictyonum dux Elateam cepisset et impetus in Atticam metueretur, cogitare noli; neque enim captae naves et vastata Cherronesus cum his rebus uno tenore potuerunt componi. Immo haud dubie de priori bello loquitur, quod contra maritimum imperium Atheniensium gerebatur a Philippo. Volebat Ponti Euxini, Hellesponti, maris Aegei imperio potiri, atque ita ipsi Atticae imminere dici poterat. Caeterum conf. Orat. de Cherrones. p. 100.,

ut discas quomodo Demosthenes de consiliis Philippi Thraciam occupantis loquatur. DISSEN.

274, 6. ἰαμβειοφάγος] Alii libri ἰαμβειογράφος. Praetuli ἰαμβειοφάγος: quam terminationem (φάγος) addunt vocabulis significare volentes eum, qui rem assidue tractat eaque exsatiari nequit. Hermogenes p. 350. λέξις δὲ πᾶσα μὲν ἡ τραχεῖα καὶ σφοδρὰ καὶ πεποιημένη διάθεσιν ἔχει τὴν μετ' ὀργῆς, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπιφοραῖς, ἐν αἷς καὶ αἱ μὴ συνήθεις, αὐτόθεν δὲ πεποιημέναι καιρὸν ἔχουσιν, ὥσπερ τὸ ἰαμβειογράφος καὶ τὸ γραμματοκύφων καὶ πᾶσαι αἱ τοιαῦται καιρὸν ἔσχον, αὐτόθεν δόξασαι ἀπό τινος διαθέσεως λέγεσθαι. Item p. 256. Scholiastes Hermogenis: γραμματοκύφων οἱονεὶ νοτάριος. καὶ γὰρ Αἰσχίνης γραμματεὺς ἦν τοῦ δήμου. τὸ δὲ ἰαμβιοφάγος ἀντὶ τοῦ ὑβριστής. ἰαμβίζειν γὰρ τὸ σκώπτειν ἐστίν. REISK. Etymol. M. v. Ἰαμβοφάγος, λοίδορος· ἐπειδὴ ἴαμβος ἔμμετρός ἐστι λοιδορία. ὁ φαγὼν οὖν ἐν τῷ στόματι, ὁ ἔχων τοὺς ἰάμβους, τουτέστιν ὁ ἔχων διὰ στόματος τὴν φιλολοιδορίαν. μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου, τάχα καὶ παραπαίζων εἰς τὸν Αἰσχίνην, ὅτι τὰ ἰαμβεῖα τῆς τραγῳδίας ἔλεγεν ὑποκριτὴς ὤν. V. Zonaras p. 1078. et Anecd. Bekk. p. 265, 31. Eadem p. 190, 9: Ἰαμβοφάγον τὸν πταίοντα λέγουσιν. quae, satis obscura per se, vide ne lucem accipiant a Demosthenicis p. 288, 20. 315, 10. 21: ut Grammaticus hanc vocem intellexerit non de φιλολοιδόρῳ, sed de λυμαινομένῳ τοὺς ἰάμβους, h. e. de disperdente bonos trimetros per vitiosam pronuntiationem, qua homo iambos tanquam absorbere videretur. Ac parum mirer, si quis neget vocem ab ipso oratore alio sensu usurpatam esse. Glossaria Gr. Lat.: πταίει, *titubat*. Cicero de Orat. 3. 50: *versus—debilitatur, in quacumque sit parte titubatum*. Conf. not. ad p. 288, 17. SCHAEF.

274, 10. ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι] Constat enim orationes forenses ad clepsydram habitas. Conf. Aristoph. Acharn. 700. Vesp. 93. Platon. Theaetet. p. 173. Platner. de caus. et jud. Athen. vol. 1. p. 185 seq. Disertus locus et ap. Aeschin. contr. Ctesiphont. p. 82., unde discas πρῶτον ὕδωρ actori s. accusatori infusum, δεύτερον reo. Descriptionem vero clepsydrae vide ap. Simplic. ad Aristot. de Coelo fol. 127, b. Sic paulatim ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι coeptum est dici pro eo, quod prius dicebant, ἐν τῷ ἐμῷ λόγῳ, qua formula Andocides utitur de Myster. p. 4, 31. seu ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ. Lys. pro Polystrat. p. 159. DISSEN. Conf. ad p. 359, 5.

δυοῖν αὐτὸν ἀνάγκη θάτερον] V. ad p. 113, 12.

274, 15. ἆρ' οὖν οὐδ' ἔλεγεν κ. τ. λ.] Foret utique dictio planior, si sic dixisset: ἆρα οὖν, ὥσπερ οὐδὲν ἔγραφεν, ἡνίκα ἐργάσασθαί τι ὑμᾶς ἔδει καλὸν καὶ συμφέρον, οὕτω καὶ πάλιν οὐδὲν ἔλεγεν, ἀλλ' ἐσιώπησεν, ἡνίκα ἔδει ἐργάσασθαί τι κακὸν καὶ ἀσύμφορον ὑμᾶς; *Num, quemadmodum sententiae nullius scriptae auctor factus est tum, cum honestam rem atque salutarem essetis suscepturi, ita rursus quoque tacuit, cum agitarentur turpia et damnosa?* Et haec fuit utique sententia oratoris. Verum nimium ejus studium brevitatis atque concinnitatis implicuit et in contrarium plane invertit orationem. REISK. Vere Reiskius, nisi quod minus considerate scripsit, *nimium oratoris studium brevitatis atque concinnitatis*

implicuisse et in contrarium plane invertisse orationem. ὥσπερ οἷα ἔγραφεν, ut inserta παρενθέτως, quod vocis inflexio, cum Demosthenes oraret, satis docuit, sola per se intelligenda nec referenda sunt ad ea quae continuo sequuntur. Ad ἔγραφεν subaudias τότε. SCHAEF.

274, 20. τοὺς πολλοὺς ἀνήλωσε λόγους] V. Aeschin. p. 69. DISSEN.

τὰ τῶν Ἀμφισσέων διεξιὼν δόγματα] H. e. *decreta Amphictyonum de Locris Amphissaeis.* Sic ap. Thucydid. 1, 140, et schol. Aristoph. Nub. 302. τὸ Μεγαρέων ψήφισμα, *Atheniensium de Megarensibus decretum.* Vide Heinrich. ad Ciceron. Orat. p. Flacco p. 95. SCHAEF.

274, 23. ἐκνίψῃ] Scribendum ἐκνίψει.

274, 24. καλῶ δ' ἐναντίον ὑμῶν κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 246. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ἀραῖς χρῆσθαι. οἷον· καλῶ δ' ἐναντίον ὑμῶν τοὺς θεοὺς—. Hermogenes p. 319. ἔτι ἀφελές τε καὶ ἠθικὸν κατ' ἔννοιαν καὶ τὸ δι' ὅρκων πιστοῦσθαι ὁτιοῦν, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν πραγμάτων. οἷον καλῶ δὲ τοὺς θεοὺς—. Item p. 345. REISK. Praemittenda hic nonnulla sunt ex historia illius temporis. Aeschines cum Midia et Thrasycle Pylagoras creatus archonte Theophrasto (cf. Aeschin. contr. Ctes. l. cit.) Ol. 110, 1. Anthesterione, profectus Delphos in concilio verno, Elaphebolione aut Munychione habito, Locros Amphissenses sacrilegii accusavit apud Amphictyones, quod agrum Cirrhaeum colerent Solonis aetate Delphico templo consecratum. Qua re vehementer commoti Amphictyones decernunt postero statim die agrum Cirrhaeum adire, Locrensium opera demoliri, fines columnis designare. Conf. Aeschin. l. cit. et hic infra decretum Amphictyonum. Ac conferunt se revera in haec loca, demoliuntur portum Amphissensium, devastant agros, evertunt domicilia. Sed redeuntes adorti Locri fugant. Jam decretum fit praesidente Cottypho de extraordinario conventu ad hanc rem componendam, ἥκειν τοὺς ἱερομνήμονας πρὸ τῆς ἐπιούσης Πυλαίας ἐν ῥητῷ χρόνῳ ἐς Πύλας ἔχοντες δόγμα, καθ' ὅ τι δίκας δώσουσιν οἱ Ἀμφισσεῖς. Conf. Aeschin. p. 124. Sed Athenienses suasore Demosthene non mittunt legatos; abstinuerunt etiam Thebani Amphissensium amici. Amphictyones autem bellum decernunt et creatus est primum Cottyphus dux, paullo post vero cum res negligenter gereretur, ad Philippum imperium defertur concilio auctumnali, Ol. 110, 2. Rex continuo epistola scripta mandat sociis Peloponnesiacis ut conveniant in Phocidem ad auxilium deo ferendum. DISSEN.

274, 27. τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον] Cujus jura Aeschines queritur a Demosthene contempta, cum retinuerit Athenienses a sacro bello. Ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει, propter Ionem filium suum, qui auctor Ionum. Unde ab omnibus civibus quemadmodum Ζεὺς ἑρκεῖος privatis caerimoniis colebatur. Caeterum vide Platner. Symbol. ad Jus Att. p. 88. Mueller. Histor. Dor. 1. p. 244. Schoemann. ad Isaeum p. 201. 218. DISSEN.

275, 5. τῶν ἀγαθῶν] Articulum omittit Aristidis p. 248. REISK.

275, 7. ἔχων—εἰδὼς] *Etsi habeo—scio.* Sic κρατοῦντι p. 276, 10. i. q. καίπερ κρατοῦντι. SCHAEF.

ἐν τῷ δημοσίῳ] *In tabulario*, non *in aerario*, quomodo hic intellexit H. Stephanus Thesaur. s. h. v. SCHAEF.

275, 10. ἐλάττων] Vilior, contemtior, minoris homo momenti, quam qui talia, publice tam noxia perpetrare possit. V. p. 350. in. SCHAEF. Ad sententiam confer de falsa legat. p. 350. δεῖ δὲ μηδένα ὑμῶν εἰς τὸ τῶν πραγμάτων μέγεθος ἀποβλέψαντα μείζους τὰς κατηγορίας καὶ τὰς αἰτίας τῆς τούτου δόξης νομίσαι. DISSEN.

275, 12. τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν ἦλθε Φίλιππος] Amphissam sexaginta stadiis distantem Delphis habitabant Locri Ozolae, ut constat. De Elatea Strabo 9. p. 418. dicit: πασῶν μεγίστη τῶν ἐνταῦθα πόλεων καὶ ἐπικαιροτάτη διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι τοῖς στενοῖς καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἔχειν τὰς εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν Φωκίδα καὶ τὴν Βοιωτίαν. Caeterum notant veteres hexametrum hic excidisse Demostheni, cf. schol. ad Hephaest. p. 138. ed. Gaisford. Talia etiam alias reperiuntur. Alciphro 3, 51. τῆς Πελοποννήσου εὐδαιμονίας ἀνέχεσθαι. Liban. Ep. 470. ἡμῖν τιμήσων χαίροντ' ἀπόπεμπε τὸν ἄνδρα. Vide etiam Harless. ad Cicer. de Orat. III. §. 175. et Peerlkamp. ad Xenoph. Ephes. p. 353. DISSEN. V. ad p. 1345, 6.

275, 17. καὶ τότ' εὐθὺς ἐμοῦ διαμαρτυρομένου] Confer de his rebus narrantem Aeschinem p. 71. DISSEN.

275, 19. πόλεμον εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσάγεις, Αἰσχίνη, πόλεμον Ἀμφικτυονικόν] Alia exempla figurae vide apud Auct. Rhet. ad Herennium 4. c. 28. qui addit: *vehementer auditorem commovet ejusdem redintegratio verbi.—quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem partem corporis.* DISSEN.

275, 20. ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι] *Ex advocatione et condicto.* Constat παρακλήτους dictos vulgo amicos, quos qui judicio periclitarentur, ad se vocabant, ut se consilio et alia quavis opera juvarent, veluti Demosth. de falsa leg. init. p. 341. Vide Platnerum de jud. Athen. 1. p. 96. Iidem apud Romanos Terentii et Ciceronis tempore *advocati* dicti. Sed etiam qui in comitiis rogationem perferre populoque persuadere sententiam suam studebant, in auxilium adhibebant amicos, qui nunc sunt οἱ ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι. DISSEN.

275, 26. εὖ πρᾶγμα συντεθὲν] I. e. πρᾶγμα εὖ συντεθέν. εὖ passim sejungitur a voce ad quam pertinet. V. Heindorf. ad Platon. Charmid. p. 111. SCHAEF.

275, 27. δεινότης] *Calliditas.* SCHAEF.

275, 28. οὐκ ἦν—ἔπασχε κακά] Citat Rufus p. 83. SCHAEF.

Οὐκ ἦν τοῦ πρὸς ὑμᾶς πολέμου πέρας οὐδ' ἀπαλλαγὴ Φιλίππῳ] Vidimus supra, initio anni Ol. 110, 1. inter obsidionem Byzantii novum bellum contra Philippum coeptum, quod compositum creditur mense Hecatombaeone sequentis anni propter psephismata nonnulla hujus orationis. Vides tamen Demosthenem ita hic loqui, ut qui pacem hanc plane ignoret. Conf. supra ad p. 235. DISSEN.

275, 28. ὑμᾶς] ἡμᾶς Rufus.

276, 2. καίπερ ἀθλίως καὶ κακῶς τῶν στρατηγῶν τῶν ὑμετέρων πολεμούντων αὐτῷ] Annotat Jacobsius maxime propter Charetem haec dicta videri, cf. Plutarch. Vit. Phoc. c. 14. et Jacobs. ad Orat. de Rhod. Libert. p. 139. DISSEN.

276, 3. ὑμετέρων] ἡμετέρων Rufus.

276, 4. ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πολέμου] ὑπὸ τοῦ πολέμου Rufus.

τῶν λῃστῶν] Qui hic et illic, ut tales solebant militum ductores, (cave enim vertas *praedones*,) incursiones naviter cumque successu facerent, cum οἱ στρατηγοὶ ipsi res gererent ἀθλίως καὶ κακῶς. V. p. 23, 15. 46, 13. SCHAEF.

276, 5. ἐκ τῆς χώρας] Cohaeret syntactice cum γιγνομένων, logice cum ἐξήγετο. Plena enim locutio haec est: οὔτε γὰρ ἐξήγετο τῶν ἐν τῇ χώρᾳ γιγνομένων ἐκ τῆς χώρας οὐδέν. SCHAEF.

276, 6. αὐτῷ] αὐτῷ ab ἐδεῖτο interjecto commate dispescui, quia pronomen non cum verbo hoc, sed cum ἐξήγετο et εἰσήγετο cohaeret. *quia ipsi neque exportabatur neque importabatur quicquam*, h. e. ex ejus emporiis nihil exportabatur eorum, quae in finibus ejus provenissent, neque rursus ad ejus emporia advehebatur eorum quicquam, quibus ipse opus haberet. REISK. Recte interpretatur: sed non propterea interpungendum, ut ille interpunxit. SCHAEF.

276, 8. κρατοῦντι] V. ad p. 275, 7.

276, 11. αὐτῇ τῇ φύσει τοῦ τόπου καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἑκατέροις] *Ipsa natura loci et subsidiorum utrisque suppetentium.* Orat. Philipp. I. p. 48. τὸν τόπον τῆς χώρας dicit, ut Diod. Sic. 1, 42. notante Schaefero τοποθεσίαν τῆς χώρας. Sic igitur Philippus nihil poterat contra Athenienses, cum terrestres quidem copias multas haberet, quas tamen non contra Atticam ducere poterat, maritimis autem subsidiis Athenae essent superiores. DISSEN.

276, 16. τὰς ἐκείνων κοινὰς προφάσεις λαβών est: *si caussas belli iis communes excitare posset, et his uteretur ad imperium sibi parandum.* Has p. 280. Ἀμφικτυονικὰς προφάσεις dicit. Verborum autem παρακρούσεσθαι et πείσειν hoc Thessalos spectat, illud Thebanos. DISSEN.

276, 19. πόλεμον ποιῆσαι τοῖς Ἀμφικτύοσι] *Bellum excitare Amphictyonibus gerendum.* καὶ περὶ τὴν Πυλαίαν ταραχήν. *et turbas circa Pylaeam*, h. e. *angustias parare Pylaeae.* DISSEN.

276, 22. ἱερομνημόνων] Videntur ii legati sic dicti ad consilium Amphictyonicum missi, qui magistratus essent synedrii, deliberationes praepararent, decreta exsequerentur. Caeterum egit de iis data opera Letronnius in Actis Paris. Ac. Inscr. vol. 6. p. 221. ann. 1822. Erat autem Philippus post Phocense bellum Amphictyonibus adscriptus, et translata in eum erant horum duo suffragia, conf. Diodor. 16, 60. DISSEN.

276, 23. ἐκείνου] Item refertur ad Philippum: ut vice fungatur pronominis αὐτός. Xenophon Hellen. 1, 6, 14. οὐκ ἔφη ἑαυτοῦ γε ἄρχοντος οὐδένα Ἑλλήνων ἐς τοὐκείνου δυνατὸν ἀνδραποδισθῆναι. SCHAEF.

276, 28. φυλάττοντος] Exspectes φυλαττομένου. Sic φυλαττόμενον καὶ προορώμενον p. 773. in. Sed τὸν φυλαττόμενον (*caventem*) oportet φυλάττειν (*invigilare*), ne accidat quod nocere possit: ut activum mediumque passim promiscue usurpari possint. SCHAEF.

276, 29. Verba ὥσπερ εἴωθε τὰ τοιαῦτα παρ' ὑμῖν γίγνεσθαι notissimam δυσβουλίαν Atheniensium spectant, de qua vide Demosthen. in Lept. p. 458. ibiq. Wolf. Addit autem haec, ut fidem faciat narrationi de Aeschinis electione. DISSEN.

277, 1. προβληθεὶς] Citat h. l. Harpocration v. προβαλλομένους: qui Harpocration ex hoc Demosthenis loco est emendandus. REISK.

πυλάγορος] Alterum genus legatorum, qui ad consilium Amphictyonicum missi. Horum maxime videtur fuisse deliberare, orationes habere, decernere. Ac τοὺς ἱερομνήμονας Demosthenes paullo post dicit ἀνθρώπους ἀπείρους λόγων. Caeterum Aeschines Pylagoras factus archonte Theophrasto, cf. contr. Ctesiph. p. 69. h. e. Ol. 110, 1., Elaphebolione. DISSEN. Forma πυλάγορος hic et infra p. 278, 19. 28. e libris melioribus restituta pro πυλαγόρας. Eandem tuetur praeter Anecd. Bekk. p. 292, 26. Photius p. 474, 10. ubi εἰς τὸν πόλεμον mutandum esse in ἐκ τῶν πόλεων docent Anecd. Bekk. l. c. Etymolog. M. p. 695. 44. et Harpocration s. v. Πύλαι, qui nostrum locum citant. V. Schweighaeuseri Lexic. Herodot. vol. 2. p. 261. s. Fortasse forma in ος fuit vetustior ideoque magis accommodata tabulis publicis. SCHAEF.

277, 5. πάντα τἄλλ' ἀφεὶς κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 275. REISK.

277, 6. λόγους εὐπροσώπους] Citat Phoebammon p. 100. REISK. V. not. ad p. 269, 20. SCHAEF.

Κιρραία] Rem vero, de qua hic agitur, narrat Aeschines contr. Ctesiph. p. 68, 36. Vide etiam Mueller. Hist. Dor. 1. p. 43. 258., et ejusdem libr. de Orchom. p. 495. Habitabant istam regionem olim Cirrhaei et Craugallidae, qui Ol. 47. bello Amphictyonico ut hostes templi deleti sunt, ager autem Apollini dicatus, interdictumque est gravissima exsecratione, ne quis in posterum occuparet aut coleret haec loca. Ac dubitari nequit de historica veritate rei, quam Demosthenes injuria fabulam dicit. Sed levia ei videbantur talia prae salute Graeciae istis turbis perdita. DISSEN.

277, 9. Ἀμφισσεῖς] *Amphissenses* neglecta antiqua lege Amphictyonica agrum iterum coluerant. Habebantque in ea figlinas et stabula portuque utebantur diris devoto. DISSEN.

277, 11. οὐδεμίαν δίκην τῶν Λοκρῶν ἐπαγόντων ἡμῖν] Narrat Aeschines contr. Ctesiph. p. 70. seq. Amphissenses legem suasisse Amphictyonibus de L talentorum mulcta Atheniensibus irroganda propter aureos clypeos in novo templo dedicatos cum inscriptione: Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων, ὅτε τἀναντία τοῖς Ἕλλησιν ἐμάχοντο. Ac cum ipse intrasset consessum ut defenderet urbem, Amphissensium unum exortum clamasse, si sapere-

tis, Amphictyones, ne nomen quidem Atheniensium hic ferretis, sed expelleretis eos e templo. Quibus verbis se vehementissime commotum monstrasse continuo Amphictyonibus agrum devotum Cirrhaeum ab Amphissensibus cultum, atque ita has turbas ortas et Amphictyonicum bellum. Demosthenes autem plane negat litem intendisse Amphissenses urbi, neque quod de expellendis Atheniensibus narraverit Aeschines ab iis propositum esse, sed totam historiam fictam ab eo, ut veram caussam belli Amphictyonici a se excitati occultaret. DISSEN.

277, 16. ἐπὶ ποίας ἀρχῆς] *Quo archonte?* I. e. *quo anno.* REISK.

277, 22. ἐγκλήματα καὶ πόλεμος—ἐταράχθη] Infra p. 278, 15. ἡλίκα πράγματα ἡ μιαρὰ κεφαλὴ παράξασα αὕτη —. V. Bosii Ellips. p. 324. Eadem ratione interpretatus sum δεινὰ ταράσσει Sophoclis Oed. T. 483. SCHAEF.

277, 23. αὐτῶν τῶν Ἀμφικτυόνων] Ubi soli et meri essent Amphictyones, nulli intermixti Macedones. Ergo tum Philippus aberat. REISK. Mox αὐτῶν τῶν Ἀμφικτυόνων στρατιὰν dicit propter Philippi exercitum postea adscitum. Cottyphus autem hic praeses fuerat in verno concilio, ubi turbae ortae, cf. Aeschin. contr. Ctesiph. p. 71, 8. Dicitur Φαρσάλιος ab Aeschine p. 71, 41, quod vero in Amphictyonum decreto Arcas vocatur, error est, ortus, ut videtur, ex confusione vocum Φαρσάλιος et Παρράσιος. Nam Arcades non fuerunt inter Amphictyones. DISSEN. Quod Arcas dicitur, falsarii imperitiae tribuit Frankius. V. ad p. 278, 17.

277, 24. ὡς δ' οἱ μὲν οὐκ ἦλθον] Aeschines loquitur de his rebus p. 72. Nempe facta primum expeditio contra Amphissenses Cottypho duce et mulcta iis imposita est. Ipsam legem Amphictyonum, ex qua fere hae res gestae sunt, vide in Corp. Inscript. vol. 1. p. 807. ibiq. Boeckh. p. 809. Cum autem Amphissenses non solverent mulctam nec sufficeret Amphictyonum exercitus, res ad Philippum est delata. Ac maxime verisimilis est Demosthenis narratio Philippicae Amphictyonum factioni hoc tribuentis, accepitque rex quod cupiebat imperium non πολλῷ χρόνῳ ὕστερον, ut mentitur Aeschines, sed εὐθὺς, ut Demosthenes dicit, cf. Westermann. de Litibus quas Demosthenes oravit ipse, p. 65. DISSEN.

277, 25. τὴν ἐπιοῦσαν πυλαίαν] Significatur nunc auctumnale concilium. DISSEN.

277, 26. ἐπὶ τὸν Φίλιππον—ἦγον] Ad Philippum ducebant, h. e. ablegabant, clamantes ad eum esse redeundum, ad eum confugerent, eum imperatorem belli sibi deligerent. REISK. V. not. ad v. 27. SCHAEF.

277, 27. ἦγον] Subaudias τὸ πρᾶγμα. Supra p. 125, 20. οἱ μὲν ἐφ' ὑμᾶς ἦγον τὰ πράγματα, οἱ δ' ἐπὶ Φίλιππον. SCHAEF.

278, 3. καὶ μετὰ ταῦτ' εὐθύς] Contrahit hic orator facta in brevius, uti videtur, quo gravius dicat. Bellum quidem haud dubie statim paravit, sed tamen Elaphebolione demum Pylas

trajecisse videtur, quidquid caussae fuit, Seirophorione autem Elateam cepit. DISSEN.

278, 8. ὥσπερ—ἅπαν] Aristides Τέχν. p. 184. sic recitat: ὥσπερ σκηπτὸς ἢ χειμάρρους ἅπαν (sine ἄν). REISK. Hoc pro ipsa Oratoris manu habet Toupius ad Longin. p. 307. ed. Weisk. Sed Rhetoris memoriae fortasse obversatus est locus similis p. 292, 28. De v. χειμάρρους v. Dorvill. ad Chariton. p. 551. ed. Lips. Alia hujus comparationis exempla collegit Wyttenbachius in Julianeis p. 192. s. ed. Lips. SCHAEF.

278, 10. τό γ' ἐξαίφνης] *Certe ne derepente irrueret:* nam quae post nobis acciderunt, ne sic quidem potuerunt impediri. SCHAEF.

278, 17.—279, 15. De duobus his decretis Amphictyonum in contrarias partes disputarunt Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 498 sqq. et Droysenius p. 585 sqq., ille ut genuina esse probaret, quae Voemelii quoque sententia fuerat 2. p. 3 seqq., hic ut ab falsario supposita esse ostenderet, de quo omnem dubitationem sustulisse videtur Fr. Frankius in Commentatione de his decretis edita Lipsiae a. 1844. (assentiente Voemelio 5. p. 3 seqq.) cujus disputationis summam (p. 11.) infra posuimus.

"Duo sunt decreta quae recitare jussit Demosthenes, alterum in priore conventu ordinario Aeschinis suasu de circumeundo agro Cirrhaeo, alterum in posteriore Thessalorum inprimis opera et studio de Philippo duce creando factum. Nemini potest dubium videri quin primum Amphictyonum decretum, de quo Demosthenes §. 191. dixerat, primo loco recitari jusserit. Itaque si nostrum decretum diversum ab illo est, apparet eum qui decreti formulam in hanc orationem inseruit falsarium fuisse et fictum ab ipso decretum pro vero vendidisse. Erroris enim venia huic quidem nulla parata est. Nam quum certum sit Amphictyones post Cottyphi expeditionem, quia Amphissenses in scelere pertinaces essent, non iterum circuitionem terrae sacrae aut finium descriptionem, sed bellum decrevisse, decretum quod nunquam factum est ne in Attico quidem tabulario quisquam invenire potuit, ita ut jam non errorem hominis immensam vim decretorum perscrutantis, sed fraudem falsarii deprehendi concedendum sit. Sed mihi crede secus est: noluit ille aliud apponere decretum quam quod in priore pylaea factum esse ex Demosthene didicerat. Qui si Aeschineae orationis bene memor fuisset, haud dubie aliud nobis decreti carmen idque simile ei quod Boehneck. p. 498 sq. ex Aeschinis Demosthenisque verbis consarcinavit, exhibuisset. Vere enim Droysenius monuit non ea illo decreto contineri quae ab Amphictyonibus decreta esse ex Aeschine colligitur, neque facile quisquam Voemelio concesserit duo decreta facta esse, alterum, quod praeco renuntiaret, alterum de circuitione, quod non publicaretur, sed ipsum decretum ex quo agrum sacrum circuituri erant a praecone renuntiatum esse consentaneum est. Nunc quum falsarius iste Aeschineae narrationis vel ignarus vel oblitus praeter Demosthenem

non haberet unde materiam decreti peteret, suam ipse conjecturam secutus decretum effinxit. Itaque ut fraudem obtegeret, non *περιελθεῖν* sive *περιιέναι* scripsit, quod verbum in ea re proprium et legitimum est, sed *ἐπελθεῖν*, i. e. *accedere*, neque Delphos quicunque sextum decimum aetatis annum egressi essent, tam ingenuos quam servos, accedere ad terram sacram jussit, sed pylagoras et hieromnemones, idque non ad diruenda opera hominum, de qua re nihil apud Demosthenem commemoratum viderat, sed ad terminos ponendos, ad quam rem sane satius erat solos hieromnemones cum pylagoris misisse quam tantam multitudinem hominum excitasse. Denique id addidit (*καὶ ἀπειπεῖν κ. τ. λ.*), quod, quia circuire terram sacram nihil aliud erat quam re et facto vetare ne coleretur, supervacaneum esse neque in ipso Amphictyonum decreto scriptum fuisse consentaneum est. Praeterea credibile est in illo decreto aliam caussam scriptam fuisse quam quae a falsario verbis *ἐπειδὴ*—*καταιέμουσιν* posita est; nam aut satis erat dicere *ἐπειδὴ γεωργοῦσι* vel *ἐξεργάζονται τὴν ἱερὰν χώραν*, aut, si agri culturam et rem pecuariam distingui opus fuit, quid caussae fuisse dicas cur non etiam tuguriorum, quae tamen ab Amphictyonibus diruta sunt, et portus exsecrati, qui obrutus est, mentio fieret? Nempe falsarius, qui ipsam rem quae gesta est ignoraret nec tamen nihil nisi quod apud Demosthenem legitur procudere vellet, verbum *γεωργεῖν* (§. 191) circumscribendum ejusque notionem amplificandam esse duxit, idem secutus consilium, quo verbum *περιελθεῖν* sprevit.

"Quum igitur non sit dubium quin prius decretum in priore pylaea ordinaria, alterum autem de Philippo duce creando in posteriore, quae illam post extraordinarium conventum secuta est, factum sit, apparet non posse utrumque ad *eandem* pylaeam pertinere. Recte vero Boehneck. p. 508. Reiskii conjecturam, in posteriore decreto *ὀπωρινῆς πυλαίας* scribendum esse, infelicissimam dixit. Enimvero nihil mutandum est. Quippe falsarius eandem opinionem, quam Corsinus, secutus utrumque decretum in verna pylaea, alterum Ol. 110, 1. (339), alterum in Ol. 110, 2. (338), factum esse existimavit[r]. Sed certum est inter eam pylaeam in qua circuitio agri sacri decreta est et eam in qua Philippus dux creatus est non aliam ordinariam pylaeam intercessisse. Itaque necesse est alterutrum illorum decretorum in auctumnali pylaea factum sit. Recte igitur et rebus quae gestae sunt congruenter Droysenius (l. c. p. 574) eam pylaeam, in qua Aeschines bellum Amphictyonicum accendit, vernam Ol. 110. 1. s. 339 fuisse, Philippum autem in auctumnali Ol. 110. 2. (339) ducem electum esse statuit eique Voemelius (Mus. Rhen. a. 1842. p. 559) adstipulatus est, sed ita ut Elateam statim auctumno

[r] Cur non credam falsario, ut Tayloro, utrumque decretum in eadem verna pylaea Ol. 110, 1. factum visum esse, caussa haec est quod ille ex ipso Demosthene, unde decretorum materiam congessit, intelligere debuit in alia pylaea circuitionem decretam, in alia Philippum ducem electum esse.

occupatam esse negaret (p. 563 sq.). Recte, opinor. Nam quum Aeschines auctor sit alteram in Amphissenses expeditionem multo tempore post priorem factam esse[s], Philippus non statim postquam dux creatus est arma intulit Amphissensibus, quia sic non multo, sed paulo post priorem expeditionem intulisset, sed statim postquam e Scythico bello in Macedoniam rediit (Voem. p. 563), vergente hieme, opinor, vel sub ver Ol. 110, 2. in Graeciam movit. Quod autem ad temporis notationem attinet, quam falsarius his verbis: *ἄρχων Μνησιθείδης, μηνὸς ἀνθεστηριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα* adscripsit, scilicet hoc mense videbatur is quem ad vernas pylaeas missum putabat pylagoras creari potuisse; archontem autem quum fastos non haberet unde peteret, e suo petivit ingenio posuitque eum qui neque archon unquam neque opinor scriba prytaniae aut praetor fuit. Verum apparet eum verba oratoris perverse interpretatum esse. Demosthenes enim non quando Aeschines pylagoras creatus esset (non enim sic scripsit: *λέγε δὴ καὶ τοὺς χρόνους ἐν οἷς ἐπυλαγόρησεν οὗτος· εἰσὶ γὰρ καθ' οὓς ταῦτ' ἐγίγνετο*), sed quando *ἕκαστα*, i. e. duo illa decreta, quae supra commemoravit, facta essent, indicari a scriba voluit. Quod si recte intellexisset falsarius, non dubito quin aliam temporis notationem adscripturus fuerit. [V. Droysen. p. 590.]

"Itaque hoc opinor certum est ne in altero quidem decreto, quod ad auctumnalem pylaeam referendum esse supra diximus, *ὀπωρινῆς* pro *ἐαρινῆς* scribi debere. Utrumque enim in verna factum voluit quicunque composuit, sed quod *ἐαρινῆς πυλαίας*, non, ut debebat, *πυλαίας ἐαρινῆς* s. *ἠρινῆς* (cf. Curt. Anecd. Delph. p. 49) scripsit, id ipsum satis idoneum fraudis indicium facit. Sed videamus de ipso decreto. In quo hoc primum summam habet offensionem, quod ejus expeditionis quae Cottypho duce suscepta est nullam videmus mentionem factam esse. Facile enim tibi persuaseris eam ipsam caussam, qua sola Amphictyones ad arcessendum Philippum impulsi sunt, non debuisse in illo decreto praeteriri. Non enim quod agrum sacrum circumeuntes ab Amphissensibus depulsi, quidam etiam sauciati erant, sed quod frustra expeditionem fecerant intellexerantque suis viribus non posse illorum impietatem coerceri, Philippi opem implorarunt. Itaque cur quaeso eam rem silentio praeteriverunt? Anne eos puduit expeditionis quae optatum eventum non habuisset? Dicam quid rei sit. Falsarius, quum apud Demosthenem nihil invenisset unde revera factam illam expeditionem esse disceret, Aeschinem autem vel ignoraret vel oblitus esset, decreti formulam, utcunque potuit, ad eam rei imaginem quam e Demosthenis verbis sibi finxerat composuit. Itaque ne hoc quidem pro certo habeo Cottyphum legatum fuisse: nempe falsarius, quum ad imitandam veritatem nomen legati ponendum

[s] *Οὕτως ἤδη τὴν δευτέραν στρατείαν ἐπὶ τοὺς Ἀμφισσεῖς ἐποιήσαντο, πολλῷ χρόνῳ ὕστερον, ἐπανεληλυθότος Φιλίππου ἐκ τῆς ἐπὶ τοὺς Σκύθας στρατείας* Aesch. p. 72.

videretur, illud posuit quod unum e Demosthene cognitum habebat, parum ille quidem reputans quam veri dissimile esset in eo rerum statu, quem ipse animo informaverat, postquam Amphissenses arma Amphictyonibus impune intulerant, hi exercitum collegerant, ipsum militum praefectum in Macedoniam legatum esse. Sed ut missus fuerit Cottyphus, certe Arcas non fuit, quandoquidem Amphictyoniam ad Arcades non pertinuisse pro comperto habetur. Neque ulla idonea caussa est cur aut in decreto nostro τὸν Φαρσάλιον (Boehneck. p. 506. adn. 2.) scribamus aut apud Aeschinem p. 71. τὸν Παρράσιον, quam Orellii conjecturam a Winiewskio (Comment. p. 212.) repetitam Voemelius l. c. comprobavit; nam ne Parrhasios quidem, licet ab Argis oriundi fuerint, in Amphictyonum numero fuisse probabile est. Thessalum autem fuisse qui exercitui Amphictyonico praeficeretur, in ea quae tum erat Thessalorum apud Amphictyones gratia et auctoritate (Dem. §. 187.) consentaneum est. Demosthenis igitur culpa, quod, cujas Cottyphus esset, non dixerat, factum est ut ille jam pro Arcade venderetur. Scilicet aut fallor aut falsarius ille avium quas in Cyllene Arcadia monte inventas esse compererat nomine inductus Cottyphum Arcadem fecit."

280. 1. ΕΠΙΣΤΟΛΗ] "Philippus postquam Thebani ejus consiliis non obtemperarunt, per has litteras mense Metagitnione (Olymp. 110, 2.) vel coepto jam Boëdromione scriptas[t] socios Peloponnesios invitavit, ut Boëdromione in Phocidem convenirent ad debellandos Amphissenses. Hi socii sunt Arcades, Elei, Messenii, Argivi[u].

Epistola ipsa propter temporis notationes gravissimi momenti est ad constituendos Macedonum Fastos, sed idcirco chronologis magnas movit dubitationes, quae ex parte tolluntur, simulac verus rerum ordo exploratus est.

Corsinus[x] hanc epistolam exaratam esse ait ante pugnam Chaeronensem et post captam Elateam, proinde postquam Thebani foedere cum Atheniensibus inito Philippo non parerent.— Haec omnia recte se habent, verum Corsinus in anno erravit, quo Philippus Amphictyonum dux creatus est et Elateam cepit. Quod quum Ol. 110, 2. factum esse posuerit, Philippi epistolam anno Ol. 110, 3. tribuere atque in ea mensem mutare, et pro

[t] E Boeckhii sententia d. arch. Att. pseud. p. 141. not. 3. haec epistola mense Metagitnione scripta est. "Μὴν ἐνεστὼς est *mensis instans*, proximus ei, qui agitur, ut Corp. Inscr. Gr. n. 1543. extr." cf. v. 2. n. 2683. e. p. 476. Dissen. expl. p. 329. vertit: *praesente mense*, et hoc verum esse videtur. Winiewsk. Comm. p. 218. inter utramque interpretationem dubitat.

[u] De amicis, quos Philippus in Peloponneso habuit, Theopompus egit in libro 51., quo res ante pugnam Chaeronensem enarratae erant. fr. 256. 257. Apud Demosthenem in celeberrimo proditorum Graeciae catalogo Argivi recensentur Teledamus, Myrtis, Mnaseas; Theopompus pro Myrti et Mnasea nominavit Amyrtaeum et Paseam. cf. de Myrti Theophrast. ap. Athen. 6. p. 254 d.—Apud Arcades imprimis Hieronymus, Cercidas et Eucampidas Philippo favebant, apud Eleos Euxitheus, Cleotimus, Aristaechmus, apud Messenios Philiadae filii Neo et Thrasylochus, qui tunc tyrannidem exercuisse videntur: cf. Or. de foed. c. Alex. p. 213, 16.

[x] F. A. vol. 1. p. 143 sq. Dissert. Agon. 3. 14.

Βοηδρομιῶνος: Ἑκατομβαιῶνος rescribere coactus erat. Huic conjecturae, quam Boeckhius merito prorsus rejecit, tantum tribuit, ut ex ea mensium Macedonicorum ordinem constituerit.

Temerariam Corsini conjecturam amplexus est Clinto[y], qui etiam intra quinquaginta dies comprehendit quae per annum et totidem dies gesta sunt.

Boëdromionem Ol. 110, 2. verissime intellexerunt Taylorus[z] et Boeckhius, in eo autem errant, quod epistolam *ante* captam Elateam et ante Thebanam societatem scriptam esse censent.

Epistolam scriptam esse postquam Thebani rejecta Philippi societate cum Atheniensibus foedus iniissent, manifesto verba demonstrant: ὡς οὐχ ὑπήκουον οἱ Θηβαῖοι. Usque ad hoc tempus Philippus non infenso animo in Thebanos erat, imo speravit fore ut totos se ipsius partibus addicerent et una contra Athenienses pugnarent, eosque veluti benevolos laudavit in epistola brevi ante captam Elateam data. Praelata autem Atheniensium societate rex Peloponnesios socios convocavit, quorum subsidia non desiderasset, si Thebanos sibi conciliasset. Denique Demosthenes dicit Philippum in hac epistola veram rerum caussam, scilicet ea, quae contra Graeciam, *Thebanos* et Athenienses moliretur, occultasse seque Amphictyonum decreta exsequuturum esse *simulasse*[a]. Itaque ex mente Demosthenis epistola necessario scripta est tunc demum, quum rex etiam Thebanos debellare secum statuisset, non decem mensibus ante captam Elateam, ut Boeckhius vult.

Dissenius, ne quidquam praeteream, epistolam Elatea capta priorem esse clarissime patere opinatur e tota expositione Demosthenis. Scilicet hic epistolam recitare jubet antequam de Elatea capta egit. Verum demonstrare vult ab Aeschine bellum Amphictyonicum excitatum esse et occasionem structam Philippum in Graeciam vocandi. Quare ubi ad decretum de imperio belli Amphictyonici in Philippum deferendo provocat, statim post ex epistola ostendit Philippum ipsum praetendere se in Graeciam venisse ad Amphictyonum decreta exsequenda; Aeschinem autem ei opportunitatem et praetextus suppeditasse. —Quum igitur orator optimam caussam habeat cur hoc loco epistolam illam allegarit, nihil ex hac orationis dispositione demonstrari debet." BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 528—530. Totam epistolam ab falsario compositam esse jure contendit Droysen. p. 590 sqq., quanquam argumentis usus partim infirmis, cujusmodi est quod in initio epistolae non solum δημιουργοὺς et συνέδρους, qui sunt civitatium aristocraticarum, sed etiam τοὺς δήμους aliorum sociorum salutandos fuisse censet, aut quod οἱ καλούμενοι Locrensium Ὀζολῶν nomini adjectum recentioris aetatis scriptorem sapere ait. Contra Droysenium disputavit Voemel.

y F. H. vol. 2. p. 289 sqq. vol. 3. 616 sqq. [sive vol. 2. p. 348 seqq. ed. tert. De Loo mense recte judicasse Clintonum infra dicetur ad p. 280, 12. G. D.]

z Ad Dem. de cor. p. 280, 13.

a V. Demosth. de cor. p. 279, 21.

2. p. 4 seqq. et in Museo Rhenano a. 1842. p. 567. ubi hanc epistolam Olymp. 110, 3. adscribit.

280, 3. δημιουργοῖς] δημιουργοὶ videntur fuisse δήμου προστάται, frequens in Peloponneso magistratus, ut Mantineae, apud Asinaeos, Argivos, Eleos, cum Attici demagogi non essent magistratus. Vide de iis Muelleri Hist. Dor. 2. p. 141. DISSEN. De Peloponnesiorum demiurgis vid. Boeckh. C. I. vol. 1. inscr. 4. p. 11. Sunt principes magistratus apud Eleos et Arcades Mantinenses (Thucyd. 5, 47.), porro apud Argivos et eos qui ab his originem repetunt, apud Achaeos, alios. cf. C. I. n. 1193. 1542. 1543. 2653. 3091. BOEHNECK. p. 528.

280, 3. συνέδροις] σύνεδροι videntur *senatores ex optimatibus* esse, quales Philippi tempore in urbibus Peloponnesi erant. conf. Mueller. Aeginet. p. 138. Denique τοὺς ἄλλους συμμάχους dicit rex reliquum populum. DISSEN.

280, 10. τῶν ἐν ἀνθρώποις εὐσεβῶν] *Quae sancta habentur apud homines.* Vox raro de rebus sic dicitur. Translatum vero est adjectivum passim ad res, quas pietas dedicavit aut vovit, ut Empedocl. dicit Fragm. v. 308. τὴν οἵγ' εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο, ad preces et suffragia religiose ferenda. ut supra p. 269. εὐσεβὴς ψῆφος lectum. ad leges et mores sacros quos religio sanxit observandos. ut hoc loco. DISSEN.

280, 12. τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς] *Praesente mense.* Sic ἐνστὰς πόλεμος p. 255. Quo minus vertas: *instante proximo mense*, ut in Corp. Inscript. vol. 1. nr. 1543. p. 713. prohibent temporum difficultates. Porro fuerunt nomina mensium Macedonicorum haecce: Daesius, Panemus, Lous, Gorpiaeus, Hyperberetaeus, Dius, Apellaeus, Audynaeus, Peritius, Dystrus, Xanthicus, Artemisius, quorum si tum Daesius respondebat Hecatombaeoni Attico, Lous Boedromioni aequiparari debuit ut hic factum, cf. Boeckhii Dissertat. de Demosth. Orat. Mid. p. 94. Quod postero tempore Hecatombaeoni Loum comparatum invenimus, eo antiquitatem epistolae probari credas, quae cum scriberetur necesse est alia ratio fuerit. Panemus autem Macedonibus, Boeotis, Corinthiis, aliis communis vulgo respondebat Metagitnioni Attico, vid. Boeckhium ad Corp. Inscript. vol. 1. p. 732. et 734; quod nunc Boedromioni respondere dicitur, factum puta cum forte ille annus Ol. 110, 2. Corinthiis intercalaris esset. Vide Boeckhium locis cit. DISSEN. Similia opinatur Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 311. Vides quibus artibus opus sit ut defendatur quod defendi nequit. Loum Macedonum non potuisse respondere nisi Hecatombaeoni Attico Clintonus Fast. Hell. vol. 3. p. 619. (sive vol. 2. p. 358. ed. tertiae) tam clara computatione ostendit ut clariore non potuerit. eademque C. F. Hermanni sententia est in Comment. de mensibus p. 30. 69. 101. Itaque nihil relinquitur quam ut aut Ἑκατομβαιῶνος cum Corsinio scribatur pro Βοηδρομιῶνος, aut. quod probabilius est. Boedromion falsarii imputetur imperitiae, qui ipsa Attici mensis comparatione in literis ad Peloponnesios datis se prodidit.

280, 13. ὡς ἡμεῖς ἄγομεν] *Ut nos agimus menses*, h. e. *ex nostris fastis.* De significatione verbi praeter exempla a Schaefero allata (Plut. vol. 4. p. 35. vol. 5. p. 639. ed. Reisk.) vide Gemini Isagog. c. 6. p. 31. in Petavii Uranol., et Bekker. Anecdot. p. 180. fin. Imprimis autem ad hancce formulam confer Corp. Inscript. vol. 1. nr. 1707., Ἄρχοντος Στρατάγου, μηνὸς Ποκίου, ὡς Ἀμφισσεῖς ἄγοντι, ubi vide Boeckhium p. 832. Atque omittebatur etiam verbum, ut in Inscript. nr. 2265. vol. 2. p. 218. legitur ὡς Ἐρετριεῖς, ὡς δὲ Νάξιοι—, ὡς δὲ Πάριοι. DISSEN.

280, 14. πανέμου] Scribendum πανήμου ex S. aliisque codicibus. V. C. F. Hermanni Comment. de mensibus Graecis p. 72.

280, 15. Deleatur comma post χρησόμεθα typothetae errore relictum. Verba τοῖς δὲ συμβούλοις ἡμῖν κειμένοις seclusi cum Dobraeo, etsi quod is conjicit duas exstitisse lectiones, alteram τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεί, alteram τοῖς δὲ συμβούλοις ἡμῖν μὴ χρωμένοις (sic Felicianus pro κειμένοις) eo incertius est quod μὴ ante κειμένοις a libris plerisque et optimis abest. Ceterum in eandem cum Dobraeo conjecturam incidit Schaeferus, cujus haec est annotatio: "Lego: τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα ἐπιζημίοις. *Qui autem non venerint cum omnibus copiis, eos tractabimus ut mulctae obnoxios.* Vides, quam rotunda vereque Philippica clausula haec epistola finiatur. Xenophon Hellen. 5, 2, 21. εἰ δέ τις τῶν πόλεων ἐκλίποι τὴν στρατιὰν, ἐξεῖναι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιζημιοῦν στατῆρι κατὰ τὸν ἄνδρα τῆς ἡμέρας. Deleta illa, τοῖς δὲ συμβούλοις ἡμῖν μὴ κειμένοις, quae et densissimis tenebris locum obscurant nec congruunt epistolae tenori, unde quave de caussa pedem intulerint, quaerant quibus majus est otium aut plus acuminis. Nolo enim, quamvis facile sit, ludere conjectando." Parum probabiliter Boehneckius, "Possis etiam conjicere: τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ, χρησόμεθα τοῖς διὰ συμβόλων ἡμῖν κειμένοις ἐπιζημίοις. *qui autem non venerint cum omnibus copiis eos afficiemus poenis, de quibus in pactis inter nos convenit.* cf. etiam Rauchenstein. observatt. in Dem. or. de cor. Turici 1829. p. 34."

πανδημεὶ] I. q. πανστρατιᾷ. Xenophon Hellen. 2, 2, 7. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐξῄεσαν πανδημεί. SCHAEF.

280, 17. προφάσεις] Non *praetextus*, sed *caussas*. SCHAEF.

280, 18. τίς οὖν—ἐνδούς;] Citat Tiberius p. 49. SCHAEF.

συμπαρασκευάσας — ἐνδούς] συγκατασκευάσας — δούς Tiberius. SCHAEF.

280, 22. ὑφ' ἑνὸς—ἀνθρώπου] A Philippo.

280, 28. ὁ γὰρ—αἴτιος] Choricii imitationem hujus loci v. in Villoisoni Anecdotis vol. 2. p. 55. SCHAEF.

281, 1. πολύ τι—τῆς ἀληθείας] Tiberius p. 20. citat sic scripta: ὡς ἔοικε, πολύ τι σκότος ἐστὶ παρ' ὑμῖν πρὸ τῆς ἀληθείας. SCHAEF.

281, 7. εἰ ἐγὼ μὲν—ἀνέξεσθε] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 18. SCHAEF.

τὰ ἔργα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων] Poterat brevius scribere τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν πόνους: sed maluit illo modo ob solennem oppositionem τῶν ἔργων et τῶν λόγων. SCHAEF.

281, 8. *τοὺς λόγους αὐτῶν*] *Sermones de illis.* Ὁ μὲν τοίνυν τοῦ πράγματος λόγος—p. 1089, 29. V. not. ad Sophocl. Antig. 11. et Musgrav. ad Euripid. Ion. 638. (650.) SCHAEFER.

281, 11. *ἑκατέροις—ἀμφοτέροις*] Discrimen horum vocabulorum discant tirones ab Ammonio p. 14. s. SCHAEFER. παρ' ἑκατέροις, *apud utrosque seorsim*, ut mox ἀμφοτέροις *utrisque simul*. De differentia harum vocum vide Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. p. 177, F. DISSEN.

281, 18. Ἀριστοφῶντα] Est Ἀζηνιεὺς ille nobilissimus. πλεῖστον χρόνον τὴν τοῦ Βοιωτιάζειν ὑπομείνας αἰτίαν, ut Aeschines loquitur p. 73. Videmus igitur jam ante fuisse qui sentirent quid conduceret Athenis, sed odium inveteratum non facile restingui poterat. Aeschines l. cit. etiam plures nominat, Demosthenes, ut par erat, principes sententiae. DISSEN. De Aristophonte et Eubulo v. ad p. 248, 8. De tempore quo Aristophon mortuus esse videatur dicetur ad p. 501, 23.

281, 20. *ταύτην τὴν φιλίαν*] Atheniensium cum Thebanis. REISK.

281, 21. *ἑαυτοῖς*] ἀλλήλοις. SCHAEFER.

οὓς σὺ ζῶντας μὲν κολακεύων παρηκολούθεις] Prius scriba eorum dicitur fuisse in Vit. anonymi p. 245 Bekk., tum assecla fuit Atque Eubulum in auxilium vocat in fine orat de falsa legat. DISSEN.

281, 22. *κίναδος*] Citat Harpocration s. h. v.

281, 23. *αἰσθάνει* recte ex S. pro *αἰσχύνῃ* restitutum. Non impudentiam notat Aeschinis, sed absurditatem, ut ex sequentibus verbis apparet.

281, 26. *τὸν ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον—τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔχθραν*] Ne quem offendat positura abnormis particularum μὲν et δὲ, sciat oratorem duo haec periodi membra consulto sic junxisse. Cum enim vulgaris ordo hic fuisset: *ποιήσαντος μὲν τούτου τὸν ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, συμπεραναμένων δὲ—*: Demosthenes ordinem ita invertit, ut artificium struendae orationis appareat eximium. Nam vide mihi quam egregie nunc sibi respondeant ex adverso tanquam ad amussim architectonicam posita *τὸν ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον* et *τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔχθραν*, *τούτου* et *τῶν ἄλλων*, *ποιήσαντος* et *συμπεραναμένων*. V. not. ad p. 330, 22. SCHAEF.

282, 3. *οὕτω μέχρι πόρρω*] *οὕτω* referendum ad *πόρρω*. Passim *οὕτω* a sua voce dirimitur alia interserta. Infra p. 301, 27. *οὕτως ἐπεπείσμην μέγαν εἶναι τὸν κατειληφότα κίνδυνον τὴν πόλιν.* Xenophon Cyrop. 2. 2. 13. *οὕτως ἐν πολλῇ ἀτιμίᾳ ἡμᾶς ἔχεις.* Synesius Epist. 44. *οὐχ ἕτερος οὕτω τρόπος θεομισὴς, ὡς—.* Postponitur suae voci, simul alia interserta, in Xenophontis Hellen. 6. 1, 15. *ὃς φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν—.* SCHAEFER.

282, 6. *λέγε ταῦτα λαβών*] Plato Theaetet. p. 143 C. *λαβὲ τὸ βιβλίον καὶ λέγε.* V. not. ad p. 234, 27. SCHAEF.

282, 7. ΨΗΦΙΣΜΑ] Dixerunt de hoc proximoque decreto Philippique ad Athenienses et Thebanos responsis Winiewskius p. 220 sqq., Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 511 sqq. Droysenius p. 596 sqq. 699—702. contra quem dixit Voemelius 1. p. 9. et

2. p. 7. Quorum Winiewskius et, qui haec quoque acta spuria esse ostendit, Droysenius ad Olymp. 110, 2. (archonte Lysimachide), Boehneckius ad Olymp. 110, 1. (archonte Theophrasto), rettulerunt. Cum neutro consentit Voemelius, qui in Museo Rhen. a. 1842. p. 549. 550. Olympiadis 109. anno secundo adscripsit.

282, 8. Ἡροπύθου] Archon pseudeponymus.

Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος] H. e. d. 24. mensis, cum eo anno[b] Elaphebolion undetriginta dies haberet secundum cyclum Metonis. Vides porro non venisse Philippum Boedromione, ut voluerat. Cujus rei quae caussae fuerint difficillima est quaestio. Aliquid morae fortasse Thessali attulerant, quos Athenienses in suas partes trahere erant conati, ut ex epistola Philippi liquet. Sed haec vix sola caussa fuit, ac nescimus cetera impedimenta, quibus retardatus in Macedonia rex coactus fuit in ver differre expeditionem. Ingressus vero in Graeciam est haud dubie paullo ante hoc psephisma demum. DISSEN.

282, 10. βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμῃ] *Ex auctoritate senatus et praetorum*, qui proposuerant hoc psephisma, et assentiente senatu auctores fuerant ut ferretur ad populum. DISSEN. Senatus auctoritate opus erat ut psephisma ad populum ferri posset, non στρατηγῶν, ut contra scriptorem psephismatis monet Droysenius p. 597. Id utcunque excusat Voemelius 1. p. 12.

ἐπειδὴ Φίλιππος ἃς μὲν κατείληφε πόλεις τῶν ἀστυγειτόνων, τινὰς δὲ πορθεῖ] Si Philippus continuo adversus Amphissam profectus esset, Athenienses non habuissent de quo quererentur. Verum ante Elateam captam non adortus est Amphissam, cf. Demosth. supra p. 278. καὶ παρελθὼν ὡς ἐπὶ τὴν Κιρραίαν, ἐρρῶσθαι φράσας πολλὰ Κιρραίοις καὶ Λοκροῖς τὴν Ἐλάτειαν καταλαμβάνει. Sed cum Elatea occupaverat etiam Cytinium, Doricam urbem, cf. Philochor. ap. Dionys. ad Amm. c. 11., unde etiam ad Ozolas Locros via ducebat, cf. Thucyd. 3, 95. Hinc profectus, ut videtur, cum parte exercitus post societatem a Thebanis et Atheniensibus initam, ut primum minus bellum finiret, fudit 10 millia mercenariorum a Demosthene Amphissensibus elocata, cf. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 74. Adde Dinarch. adv. Demosth. p. 99. Quae cum ita sint, patet Philippum trajectis Pylis primum alia fecisse, unde concluderent Athenienses majora moliri regem et sese potissimum peti. Atque in hoc psephismate vicinorum urbes quasdam occupare dicitur, quod obscurum est. Nam Phocensium urbes dirutae erant, ac credas regem, qui magnum certamen exspectabat, primum Locrorum prope Pylas oppida occupasse, ut a tergo omnia tuta essent. Hi autem quomodo ἀστυγείτονες dici potuerunt? DISSEN. Non mirandum est quod hi ἀστυγείτονες dicuntur. Etiam Thebae πόλις ἀστυγείτων nominatur Aesch. p. Ctes. p. 523. Dinarch. c. Dem. p. 17.—Aesch. c. Ctesiph. p. 532. ἐπειδὴ Φίλιππος—τὸν πόλεμον, ὃν πρότερον ἐξήλασεν ἐκ τῆς χώρας τῆς τῶν Βοιωτῶν, τοῦτον

[b] Sequitur Dissenus Winiewskii sententiam de Olymp. 110, 2.

πάλιν τὸν αὐτὸν πόλεμον ἐπήγαγε διὰ τῆς Φωκίδος ἐπ' αὐτὰς τὰς Θήβας. BOEHNECK. p. 511.

282, 12. πορθεῖ] *Oppugnat.* Diodorus Sicul. 15. 4. πολιορκίαν συνεστήσαντο πρὸς τῇ Σαλαμῖνι καὶ τὴν πόλιν ἐπόρθουν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. SCHAEFER.

κεφαλαίῳ δὲ] *Quod autem ceterorum omnium caput est.* SCHAEF.

282, 14. τὰς ἡμετέρας συνθήκας] Significatur pax Philocratea. BOEHNECK. p. 511.

282, 19. εἰ δὲ μὴ—μηνός] Haec ut absurda merito notavit Droysenius p. 598.

282, 24. ΨΗΦΙΣΜΑ] V. ad p. 282, 7.

282, 25. Ἡροπύθου] Pseudeponymus, ut notatum ad p. 282, 8.

μηνὸς Μουνυχιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ] Cum tempus usque ad Thargelionem elapsum esset, Philippus autem consilia hostilia sua persequi pergeret, nunc iterum eum adeunt. DISSEN.

282, 26. πολεμάρχου γνώμῃ] Hujus igitur auctoritate latum est ad populum, assentiente ut per se patet senatu, de legatis induciarum caussa mittendis. DISSEN. Hoc πολεμάρχου γνώμῃ, quod plane inauditum est, falsarii imperitiae jure tribuit Droysenius p. 699.

ἐπειδὴ Φίλιππος εἰς ἀλλοτριότητα Θηβαίους πρὸς ἡμᾶς ἐπιβάλλεται καταστῆσαι] Thebani, quos Athenienses speraverant ad suas partes transituros, interim Philippi persuasionibus et promissis capti, hujus amicitiam praeferre coeperant, de quo postea etiam epistolam ad Philippum miserunt. DISSEN.

282, 28. παρεσκεύασται] Recte παρεσκεύασται, etsi in priori psephismate legitur παρασκευάζεται. Scilicet paucis illis diebus, qui inter illud et hoc psephisma effluxerant, periculum auctum erat. SCHAEFER.

283, 2. κήρυκα] Nunc ob majorem metum κῆρυξ additus est, quo plus Philippo offerretur religionis: nam οἱ κήρυκες erant sacrosancti. SCHAEFER.

283, 5. ἐνδεχομένως] Est i. q. ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, ut poscunt αἱ περιστάσεις. "pro ratione temporum" Reiskius Ind. Graecitat. SCHAEFER. In S. aliisque ἐνδεχομένων: unde ἐκ τῶν ἐνδεχομένων conjecit Voemelius 1. p. 14.

283, 6. καὶ γὰρ νῦν—τῶν μετρίων] Ad verbum sonat: *P. A. decrevit non succurrere, in re id quidem nulla de tolerabilibus.* βοηθεῖν est Demostheni *copias aliquo mittere hosti obstituras.* Est ergo sententia: decrevisse P. A. adhuc quidem, quicquid agat instituatque Philippus, quod quidem tolerabile sit, in eo non adversari, neque id, missis copiis, disturbare. Vel potest quoque sic accipi: decrevisse P. A. nullum capere consilium, quo suae saluti tutelaeque finium suorum provideat, dummodo tolerabiles sint, quas Philippus ferat, conditiones. REISK.

283, 8. ἐκ τοῦ δήμου] Solus a parte plebis pro legato missus fuit praeco, qui, senatorii ordinis cum non esset, necessario plebeii erat. REISK.

283, 10. ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ] V. ad p. 282, 7. Perti-

net hoc responsum ad psephisma alterum, ut apparet ex verbis *πρέσβεις καὶ κήρυκα* p. 283, 19. Monuit Dissenus.

283, 16. *μὴ*] Proprietatis negativarum magis servans scripsisset *οὐ*. SCHAEFER.

283, 17. *ἐξ ὑποστροφῆς*] Militariter Philippus loquitur. V. Schweighaeuseri Lexicon Polybianum p. 640. b. SCHAEF.

283, 24. *παραπέμψαντες*] *Cum contemtu transmittentes.* Hesychius *παραπέμποντες* per *ἀπωθοῦντες* explicat. DISSEN.

τῆς προσηκούσης ἀτιμίας ἀξιώσητε] *Justa ignominia affeceritis, ut facultate dicendi in comitiis in posterum careant.* DISSEN. Simili ratione Philippus jam prius ad Athenienses scripserat. Cf. or. de cor. p. 251, 21. de Halon. p. 85, 14. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 663.

283, 26. ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΘΗΒΑΙΟΙΣ] V. ad p. 282, 7.

284, 1. *πᾶσαν προσφέρονται φιλοτιμίαν*] Quid promiserint ignoramus. Sic etiam postea in foedere multa concessit Demosthenes Thebanis, cf. Aeschin. contr. Ctes. p. 73. 74. Pertinet vero huc etiam sequens locutio: *ταῖς ἐκείνων ἐλπίσι*, *pollicitationibus Atheniensium*, ut saepe *ἐλπίδες* sunt spes ostensae ab aliquo. DISSEN.

284, 14. *Οὕτω διαθεὶς—καὶ τῶν Θηβαίων*] Citat Dionysius Halic. vol. 6. p. 743. SCHAEFER.

284, 15. *ἧκεν ἔχων τὴν δύναμιν καὶ τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν*] H. e. uno verbo *Elateam cepit*; sed latiori locutione opus erat in tanta re. Capta vero urbs circiter Sciroph. d. 13; nam d. 16. Demosthenis psephisma decretum est a populo. De urbe memorabili vide Boeckhium de Oecon. Athen. 2. p. 372. Postremo conf. Aeschin. contr. Ctesiph. p. 73. qui sic loquitur de proposito facto: *καὶ τὸ τελευταῖον Ἐλάτειαν καταλαβὼν ἐχαράκωσε καὶ φρουρὰν εἰσήγαγεν.* DISSEN.

284, 17. *συμπνευσάντων*] Hesych. *συμπλευσάντων· ὁμονοησάντων.* Legendum *συμπνευσάντων*, ut interpretes viderunt. SCHAEF.

284. 18. *ἀλλὰ μὴν τὸν τότε συμβάντα κ. τ. λ.*] Citat Tiberius p. 63. usque ad *ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν*. SCHAEFER.

τὸν τότε—θόρυβον] *τὸν τῇ πόλει συσταθέντα τότε θόρυβον* Tiberius. SCHAEFER.

ἐν τῇ πόλει] *ἐν* omittunt codd. nonnulli et Apsines p. 696. REISK.

284, 20. *μικρὰ—τἀναγκαιότατα*] *μικρὰ δὲ ἀκούσατέ μου τὰ ἀναγκαιότατα* Tiberius. *μικρὰ* i. q. *ὀλίγα*, *pauca*. SCHAEF.

284, 21. *ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν κ.τ.λ.*] Admirabilis narratio, ad quam digitum intendit Longinus c. 10. Citat hunc locum Hermogenes p. 284. 309. 312. Adde Diodor. 16, 84. TAYLOR. Addi potest Strabo p. 9. 424. REISK. Chariton 1. c. 3. in. p. 6. ed. Lips. *ἑσπέρα μὲν ἦν, ἧκε δὲ ἀγγέλλων τις ὅτι—.* Poterat Sophista sponte sua isdem quibus orator verbis ordiri: sed qui cognitum habet morem illorum hominum, haud dubitet servilem esse imitationem Demosthenicae narrationis. SCHAEFER.

ἦν] *ἤδη* Tiberius. SCHAEFER.

284, 22. *μετὰ ταῦτα—δειπνοῦντες*] Convivabantur enim in prytaneo quotidie prytanes, unde huc respicit Athenaeus 5. p. 186 A. Vides autem partem prytanum statim surrexisse inter convivium, ut ante omnia forum vacuefieret, postea alii prytanes praetores arcessunt et tubicinem vocant. Ac praetores arcessuntur et tubicen, ut *ἐκκλησία σύγκλητος* in crastinum diem indicatur, forum autem vacuefactum, ut cras adscensus in Pnycem pateret, cui subjacebat, atque ut jam nunc locum haberet confluens multitudo. DISSEN.

284, 25. *τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν*] Harpocration, *Γέρρα, Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος, "τούς τε ἐκ τῶν σκηνῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν." Περσικὰ μέν τινα ὅπλα τὰ γέρρα ἐστὶ, καθὰ καὶ Ἡρόδοτός φησιν* (7, 61.). *ἤδη δὲ καταχρηστικῶς καὶ ἅπαν σκέπασμα, εἴτε δερμάτινον εἴη εἴτε ἄλλης τινὸς ὕλης, γέρρον ἐλέγετο. νῦν γοῦν τὰ τῶν σκηνῶν σκεπάσματα καὶ παρακαλύμματα ἐμπίπρασθαί φησιν ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τοῦ μὴ συνεστάναι περὶ τὰ ὤνια ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μηδὲ πρὸς ἄλλοις τισὶ τὰς διατριβὰς ἔχειν. ἐν δὲ τῷ κατὰ Νεαίρας* (p. 1375.), *εἰ γνήσιος ὁ λόγος, φησὶν οὕτω· "τοὺς δὲ πρυτάνεις κελεύει τιθέναι τοὺς καδίσκους ὁ νόμος καὶ τὴν ψῆφον διδόναι προσιόντι τῷ δήμῳ, πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέναι καὶ τὰ γέρρα ἀναιρεῖν." ἤτοι οὖν ταυτὸν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ἢ τοιοῦτό τι ὑποληπτέον ὡς παρὰ τοῖς ἐκκλησιάζουσι πολίταις ἡ ψῆφος ὑπὸ τῶν πρυτάνεων ἐδίδοτο, πρὶν εἰσιέναι τοὺς ξένους καὶ πρὶν ἀναιρεθῆναι τὰ περιφράγματα, τουτέστι πρὶν ἀναπετασθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ παντὶ τῷ εἰπεῖν βουλομένῳ.* Conf. Becker. Charicl. vol. 1. p. 269 sq. "Suspicor incendium fuisse loco *φρυκτωρίας*, ut in tanto tumultu omnes e demis in urbem confluerent. Tali quidem consilio vix quidquam poterat melius servire quam *τὰ γέρρα*, quae Phrynichus in Anecd. Bekk. p. 33. 26. interpretatur *περιφραγμάτων προβλήματα πλεκτά*.—Citatur hic locus etiam in Lexico Lucianeo ap. Bachmann. Anecd. vol. 2. p. 339." SCHAEF.

285, 2. *ἄνω*] In Pnyce. SCHAEF. Pnyx enim in clivo sita, qui Lycabettum montem contingebat. DISSEN.

285, 3. *ὡς εἰσῆλθεν ἡ βουλὴ καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις*] H. e. decem illi ex iis, qui Proedri erant, cf. Schoemann. de comit. p. 90. DISSEN.

285, 10. *ὑπὲρ σωτηρίας*] Malim *ὑπὲρ τῆς σωτηρίας*. Citat hunc locum Alexander Rhetor p. 60. REISK. Articulo facile caremus. V. p. 146, 11. SCHAEF.

285, 17. *οἱ τριακόσιοι*] *Trecenti ditissimi secundum symmorias Nausinici*, conf. Boeckh. de Oecon. Athen. 2. p. 63. DISSEN. V. Parreidt. Proleg. ad orat. *περὶ συμμοριῶν* p. 37.

285, 20. *ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ἐκεῖνος κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Hermogenes p. 422. REISK.

285, 28. *οὗτος*] Scilicet quem *ὁ καιρὸς ἐκάλει*. SCHAEF.

285, 29. *εἰς*] In texto Bavarici quoque est, sed supra scriptum *πρὸς*, nescio an pro scholio. REISK. *οὐκ εἰς τὴν βουλὴν, οὐκ εἰς τὸν δῆμον εἰπὼν περὶ τούτων οὐδὲν*—p. 715, 18. SCHAEF.

286, 8. *φίλων* ante *Φιλίππῳ* vulgo lectum delevit Bekkerus auctore S. Jure eum delevisse docet etiam Tiberius hunc locum, etsi vitiose scriptum, citans ut exemplum *τῆς ἐλλείψεως* p. 62. s.: Καὶ πάλιν· εἶπον τοίνυν ὡς μὲν ὑπαρχόντων Θηβαίων Φιλίππῳ λίαν θορυβουμένων· ἐλλείπει γὰρ τὸ φίλων καὶ συμμάχων. ubi editor: "Inde patet *φίλων*, quod nunc legitur in edito oratoris textu, esse glossema. Non semel *τῷ ὑπάρχειν* sic absolute posito utitur Demosthenes. Taylorus errabat, cum in his π. παρ. verbis p. 358, 7. *τὸν Φίλιππον ὑπάρχειν αὐτοῖς*, inserere vellet *φίλον* post *Φίλιππον*. Conf. Wyttenb. ad Sel. Hist. p. 381." V. etiam Schneiderus ad Xenophont. Anabas. 1, 1, 4. SCHAEF.

286, 21. *ἐπᾶραι—ποιῆσαι—καταπλῆξαι*] Pendent a remotiori *βούλεται*. SCHAEF.

286, 25. *εἴ τι δύσκολον πέπρακται Θηβαίοις πρὸς ἡμᾶς*] In tam diuturna inimicitia horum populorum. Huc pertinet bellum Ol. 80, 4. ortum, porro bellum Deceleicum, de quo p. 258., et lis de Oropo, cf. ad p. 252. DISSEN.

286, 26. *τούτου—αὐτοῖς*] Citant Anecd. Bekk. pag. 121, 24. SCHAEF.

287, 3. *σκοπεῖν*] Adde tacite ex insequentibus *περὶ ὧν ἂν λέγω*, *a me disputata consideretis*. REISK.

287, 6. *κίνδυνον τῇ πόλει*] *τῇ πόλει κίνδυνον* Bavaricus. REISK. Quod non praeferendum. Infra p. 301, 27. *τὸν κατειληφότα κίνδυνον τὴν πόλιν*. Etiam supra p. 284, 18. fortasse scribendum cum libris quibusdam: *τὸν τότε συμβάντα θόρυβον τῇ πόλει*. Idem verborum ordo videtur revocandus p. 329, 12. Herodotus 1, 65. *τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι*. SCHAEFER. Conf. ad p. 782, 16. Explicatius de hac collocatione verborum dixit Frankius in Jahnii Annal. philol. a. 1835. vol. 14. p. 213.

287, 7. *μεταθέσθαι*] "*μεταθέσθαι τὸν φόβον*, metum ab aliis ad alia transferre" Reiskius Ind. Graecit. Elliptice igitur dictum putavit. Mihi dictum videtur absolute. *Deinde alio conversos metuere omnes Thebanis*. SCHAEF.

287, 13. *ἐξ ἴσου*] Pariter ut factioni quae Philippo favet. SCHAEF.

287, 21. *πότε δεῖ ἐκεῖσε βαδίζειν*] *Quando legatos illuc oporteat proficisci*. REISK.

287, 23. *τούτῳ—τὸν νοῦν*] Non redundat *μοι*, neque solummodo, ut alias saepe, *velim, quaeso*, significat, sed hoc: *τούτῳ τῷ μέρει τοῦ ἐμοῦ λόγου—*. *huic parti meae disputationis attendite*. REISK. Minus recte interpretatur. Est hic etiam vulgaris usus dativi *μοι*: qua ratione Latini quoque usurpant *mihi*, haudquaquam *πλεοναστικῶς*, sed inprimis *ἠθικῶς*. *Hoc mihi vel maxime attendite*. Aeschines p. 62, 40. *ἤδη μοι σφόδρα προσέχετε τὸν νοῦν*. SCHAEF.

287, 29. *ἃ βουλόμεθα*] Nostrae civitati salutaria. SCHAEF.

288, 1. *μετὰ προσχήματος ἀξίου τῆς πόλεως*] *Praetextu*: cum videamur magis Thebanorum quam nostra caussa hoc facere. Male libri aliquot et Dionysius *σχήματος*. SCHAEF.

288, 2. *ἐὰν δ' ἄρα—κατατυχεῖν*] Hunc locum, nisi fallor, respexit Hesychius vol. 2. p. 188. *Κατατυχεῖν· ἐπιτυχεῖν.* SCHAEF.

288, 8. *οὐκ εἶπον μὲν κ. τ. λ.*] Schema notabile et a multis certatim laudatum. Aquila Romanus p. 21: "*Climax*, quod Graeci vocant, *adscensus* nominetur a nobis. Malo enim adscensum quam scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere. Est autem figura perquam decora et a Demosthene commendata: in qua postremum quodque verbum in priore membro aut parte aliqua elocutionis positum in inferiorem rursus assumtum injicitur. atque ita velut gradibus quibusdam connectitur oratio ad hunc modum: ponam enim ipsum Demosthenicum versum: *Et non dixi haec quidem, non autem scripsi, nec scripsi quidem, non profectus sum autem ad legationem, nec profectus quidem, non persuasi autem Thebanis.* Hic animadvertis quanto elatius dicta sint quam si simpliciter enunciasset: *Et dixi haec, et scripsi, et in legationem profectus sum, et persuasi Thebanis.* Sic M. Tullius pro Milone: *Neque vero se populo solum, sed etiam senatui commisit, nec senatui modo, sed etiam publicis praesidiis et armis, neque his tantum, sed etiam ejus potestati, cui senatus totam remp. commisit.*— Egregie autem et, ut mihi videtur, feliciter Licinius Calvus in Vatinium: *Non ergo pecuniarum magis repetendarum quam majestatis, neque majestatis magis quam Plautiae legis, neque Plautiae legis magis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium legum omnia judicia perierunt.*" Confer Quintilian. 9. 3. Demetr. Phaler. §. 284. Hermog. p. 297. In quibus omnibus hoc comma Demosthenicum aut vertitur, aut illustratur. Adde Ciceron. 4. ad Herenn. 25. TAYLOR. Citant celebrem hunc locum Dionysius Halicarn. vol. 5. p. 47. Alexander Rhetor p. 68. Phoebammon p. 132. REISK. Item Tiberius p. 48. V. Uptonus ad Dionys. Halic. de Comp. verb. p. 103. meae edit. et Ruhnkenius ad Aquilam Romanum p. 182. SCHAEF.

οὐκ εἶπον] *καὶ οὐκ εἶπον* Dionysius Halic. l. c. Sic Aquila: *Et non dixi.* SCHAEF.

288, 12. *καί μοι φέρε κ. τ. λ.*] Psephisma dum homo petit affertque, quod interea transit temporis Orator insumit Aeschini acerbissime proscindendo: *καίτοι τίνα βούλει σε κ. τ. λ.* Similis locus infra p. 298, 20. item p. 301, 16. Ubique quae interjiciuntur a particula *καίτοι* incipiunt. SCHAEF.

288, 17. *Βάτταλον*] Battalus fuisse dicitur a Libanio in Vita Demosthenis p. 2. ed. Reisk. tibicen Ephesius mollis, qui primus calceamentis muliebribus in scena usus sit et fractis melodiis. Tamen unde Demosthenes hoc nomen tulerit, ipsis veteribus non constitisse videas ex Plutarchi Vit. Demosth. c. 4. notante Jacobsio. DISSEN. Si, quod vix dubito, *ἰαμβειοφάγος* p. 274, 6. est homo trimetros disperdens per vitiosam pronuntiationem eodemque spectat quod mox sequitur, *ὃν—κακῶς ὑποκρινόμενος ἐπέτριψας*, ipsa oppositio h. l. magisque etiam v. 22. docet, quomodo *Βάτταλος* de Demosthene dictum oporteat

intelligi: nimirum de vitio pronuntiationis, non de mollitie corporis. SCHAEF. V. ad p. 2, 22.

288, 18. τούτων τινὰ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς] Scil. εἶναί σε θῶ. Fuerat Aeschines inter scenicos artifices τριταγωνιστὴς, ut vidimus; de τριταγωνισταῖς autem conf. Demosth. de falsa legat. p. 318. ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι ἐν ἅπασι τοῖς δράμασι τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τοῖς τριταγωνισταῖς τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι. Nempe non omnes reges a τριταγωνισταῖς acti sunt, sed ii, quorum tertius in fabula locus erat. Poterant enim reges etiam principes personae esse. DISSEN.

288, 19. Κρεσφόντην] De Cresphonta tragoedia Euripidis conf. Aristot. Poet. c. 14. §. 19. Valcken. Diatrib. p. 181 seq. Lessing. Dramaturg. Hamburg, 5, 1. p. 313 seqq. p. 371 seqq. Fuit autem prima persona fabulae non Cresphontes, sed Merope, eaque notissima, veluti Aelian. Var. Hist. 14, 40. dicit: Θεοδώρου οὖν τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ ὑποκρινομένου τὴν Μερόπην σφόδρα ἐμπαθῶς—, et Plutarch. Mor. p. 998 E. σκόπει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτὸν ὡς φονέα τοῦ υἱοῦ πέλεκυν ἀραμένην— ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ, κ. τ. λ. Cresphontes vero diu ante vitam amiserat occisus a Polyphonta. Unde quaeras quomodo Aeschines tamen Cresphonten agere potuerit. Nempe, quae verisimillima est Welckeri conjectura, in prologo prodiisse umbra Cresphontae videtur, quam agere Aeschines τριταγωνιστὴς potuit, quemadmodum in Hecuba Polydori umbram ab eo actam ex hac ipsa oratione constat p. 315. DISSEN.

Κρέοντα] Puta in Sophoclis Antigona, et vide Demosth. de falsa legat. p. 418. DISSEN.

Οἰνόμαον] Hunc pessime quondam egerat in Collyto, cum Sophoclis haec fabula ibi spectaretur. Constat enim fabulas extra urbem repetitas ruralibus Dionysiis nominatim in Piraeeo, Salamine, Collyto, Phyla, Icaria, cf. Boeckh. dissert. de Dionysiis p. 29 seqq. Atque in tali grege histrionum fuerat Aeschines, cf. infra p. 314. Est vero ἐπέτριψας, *pessumdedisti*. Apollon. εἰς Αἰσχίν. ἐξηγ. vol. 3. Reisk. p. 13. Bekk. p. 247. καὶ ἐν Κολλυτῷ πότε Οἰνόμαον ὑποκρινόμενος κατέπεσε. Ut alias locutiones comparemus, Lucian. Rhetor. Praecept. c. 12. γελοῖον γὰρ ὑπὲρ τοιούτου ῥήτορος ἐμὲ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, φαῦλον ὑποκριτὴν ἴσως τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων, μὴ καὶ συντρίψω που πεσὼν τὸν ἥρωα, ὃν ὑποκρίνομαι. Nigrin. c. 11. ἵνα μὴ συγκατασπάσω που πεσὼν τὸν ἥρωα, ὃν ὑποκρίνομαι, ibiq. Hemsterhus. Vide etiam Plutarch. Mor. p. 531 B. Atque ap. Horat. Sermon. 1, 10, 36, Alpinus *Memnona jugulare* dicitur, cujus eadem ille miseris versibus narravit. Caeterum de isto in Collyto acto Oenomao vide etiam historiolam ap. Libanium Vit. Aeschin. vol. 3. Reisk. p. 11. Bekk. p. 246. DISSEN.

288, 21. τότε τοίνυν κ. τ. λ.] Locum hunc citat Hermogenes p. 356. REISK.

κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν] Haec verba, tanquam scholium adverbii

τότε, omittit Hermogenes l. c. REISK. Non dicam scholium. Verte: *Tunc igitur, illa rerum conditione.* SCHAEF.

288, 26. ΨΗΦΙΣΜΑ] Est hoc psephisma facile omnium, quae aetatem tulerunt, longissimum. Negari enim nequit Demosthenem affectu abreptum modum excessisse in talibus publicis actis servandum. Aliud hujusmodi Aeschines ridet p. 67. Caeterum longiora facta psephismata ex quo sophistae Athenas venerunt et eloquentia coli coepta, unde jam ap. Aristoph. Nub. 1015. *ψήφισμα μακρὸν* ridetur. DISSEN. Dixerunt de hoc decreto Winiewsk. p. 245 sq. Boehneck. vol. 1. p. 518 sqq. et qui ab falsario totum compositum esse demonstravit Droysen. p. 702 sqq. Nec defendit Voemelius 2. p. 9.

288, 27. Ἐπὶ ἄρχοντος Ναυσικλέους] Etiam hic pseudonymus, cum verus archon esset Lysimachides ann. Ol. 110, 2. DISSEN. De Lysimachide consentiunt Winiewsk. aliique: ad Theophrasti annum exeuntem (Olymp. 110, 1.) rettulit Boehneck. p. 521.

289, 1. Ἐπειδὴ—] Est anacoluthum. Apodosis incipit v. 25. a verbis *διὸ δέδοκται*. REISK. Simile anacoluthum vidimus supra p. 269, 10. ss. SCHAEF.

ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς] *ὁ Μακεδὼν* Bavaricus. REISK. *βασιλεὺς* om. F. S. Q. Suspicor in psephismate hoc solum fuisse: *Φίλιππος ὁ Μακεδὼν*. Quod ut alibi nihil differat a vulgata, in hoc tamen decreto, quo Demosthenes hostem acerrime insectatur, vi quadam sibi propria non caret. Conf. p. 157, 2. 446, 10. Simili vi Protestantium foedere junctorum duces Carolum V. compellarunt *Gandavensem*. SCHAEF.

289, 3. *συνθήκας*] Pacem Philocrateam intelligit Boehneck. p. 519.

289, 5. *πόλεις οὐδὲν αὐτῷ προσηκούσας*] Intelliges Thraciae maritimae loca. BOEHNECK. p. 516. V. Demosth. supra p. 234.

289, 10. *ἐμφρούρους*] Aesch. c. Ctes. p. 532. *καὶ τὸ τελευταῖον Ἐλάτειαν καταλαβὼν ἐχαράκωσε καὶ φρουρὰν εἰσήγαγεν*. Ex Theopompi Philipp. libro 51. in quo res brevi ante pugnam Chaeronensem gestae enarratae erant, a Steph. Byz. memoratur *Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν*. Etiam Ambraciae praesidium Macedonicum erat, quando a Philippo impositum sit, nescio Diod. 17. 3. BOEHNECK. p. 517.

289, 19. *βαρβάρους καὶ ἰδίας*] *Barbaras*, h. e. Thracias, *proprias* autem, quas populus Atheniensis in littore Macedoniae possederat. Verissime enim Schaeferus monuit *ἰδίας* esse pro *ἑαυτοῦ* dictum. Respicit autem Demosthenes hic superiorem locum: *πόλεις παραιρεῖται οὐδὲν αὐτῷ προσηκούσας, τινὰς δὲ καὶ Ἀθηναίων οὔσας δοριαλώτους πεποίηκεν*. DISSEN.

289, 25. *δέδοκται*] Scribendum *δεδόχθαι* cum Tayloro, quem v. ad p. 235, 7.

289, 26. *εὐξαμένους—τῶν Ἀθηναίων*] Simillima Xenophontea Cyrop. l. 2. init. *προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι τοῖς Περσίδα γῆν κατέχουσιν*. SCHAEF. Ut in gravissimo bello futuro. Est

autem probabile *στρατηγοὺς* tunc sacrificium publicum cum precibus diis et heroibus nomine civitatis fecisse. DISSEN.

289, 27. *τοῖς κατέχουσι κ. τ. λ.*] V. Philemon p. 255. ibique Osannus, qui e Lexico Parisino MS. eadem dedit ibid. p. 252. s. SCHAEF. *ἥρωες* sunt potissimum *ἐπώνυμοι* decem tribuum, qui Athenis statuas habebant prope curiam Quingentorum et tholum in Ceramico urbico: cf. Blum. not. ad Lyc. Leocr. c. 1. 2. BOEHNECK. p. 517.

289, 29. *ἐποιοῦντο*] Respicit ad bellum Persicum, quum urbem relinquerent. DISSEN.

290. 14. *εἰδὼς ὅτι—εἶναι*] Quae participium *εἰδὼς* continuo sequitur recta constructio, *ὅτι—καλὸν* (subaud. *ἐστὶ*), e Graecorum more variandi structuram mox transit in obliquam, *ἀνάξιον εἶναι.* V. Matthiae Grammat. Graec. §. 538, 1. p. 774. SCHAEFER. Hunc locum imitari videtur Aristides vol. 1. p. 483, 15. a Droysenio p. 961. comparatus, *χωρὶς δὲ τούτων ἅπαντας ἂν οἶμαι συμφῆσαι τὸ μὲν ἡμᾶς ὄντας Ἕλληνας καὶ ὁμοφύλους ἐρίζειν πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ τάξεως ἀνεπίφθονον εἶναι καὶ τῶν νενομισμένων* etc.

290, 16. *ὑπὸ δὲ ἀλλοφύλου ἀνθρώπου ἄρχεσθαι*] Macedones erant Illyrii mixti Pelasgis, qui olim in Emathia consederant, cf. Muelleri librum de Macedonibus editum Berolini 1825. p. 34—49., sed reges a Temenidis se dicebant ortos, cf. Herodot. 5, 22. 8, 137. Valcken. p. 382. Isocrat. Or. ad Philipp. c. 12. Quod Demosthenes tamen non curat, hic et alias Philippum ut *ἀλλόφυλον* et *βάρβαρον* contemnens. Conf. Orat. Olynth. III. p. 35. Philipp. III. p. 119. Ad sententiam denique confer etiam Eurip. Iphigen. Aul. 1400. *βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ βαρβάρους, μῆτερ, Ἑλλήνων.* DISSEN.

290, 19. *ἔτι δὲ οὔτε ἀλλότριον ἡγεῖται εἶναι ὁ Ἀθηναίων δῆμος τὸν Θηβαίων δῆμον*] Nunc id agit propter diuturnam inimicitiam duorum populorum ut ostendat etiam mythicis rebus adhibitis hanc societatem plane nihil habere quod offendat. Dicit igitur primum Thebanos et *συγγενεῖς* et *ὁμοφύλους*, et *ὁμοφύλους* quidem cum Graeci essent, *συγγενεῖς* autem Gephyraeorum credo gentem Atticam respiciens Thebis ortam: de qua cf. Mueller. Hist. Orchom. p. 118. DISSEN.

290, 24. *καὶ γὰρ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας κατήγαγον*] Nota est fabula Heraclidas ab Eurystheo pulsos e Peloponneso, cum in Atticam confugissent, ab Atheniensibus in Peloponnesum reductos esse, conf. Mueller. Hist. Dor. 1, p. 54 seq. DISSEN. Aristides vol. 1. p. 446, 2. e Droysenio p. 711. comparatus, *ἤσθην δὲ ἐφ' οἷς Ἡρακλέους καὶ τῶν Ἡρακλέους παίδων ἐμνήσθη τις— θαυμάζω δ' ὅπως οὐ καὶ τὸν Οἰδίπουν προσέθηκαν ὡς ἐδεξάμεθα.*

290, 27. *τὸν Οἰδίπουν*] Miror hoc commemorari, cum Oedipus probri loco Thebanis objici soleat. Unde Epaminondas illum a Thebanis ejectum, ab Atheniensibus receptum esse conviciatori respondit. Quid si scurra quispiam hoc assuit? WOLF. Oedipum Athenienses tanti fecerunt ut paene in numero numinum,

certe heroum vel semonum haberent: et Thebani ossa ejus ab Atheniensibus repetentes testati sunt, non tam parvi Oedipum a se fieri neque tam abhorreri atque Wolfius voluit persuadere. REISK. Cur et Athenienses Oedipum magni fecerint et Thebani ossa ejus repetiverint, docet Sophoclis Oedipus Coloneus: scilicet ob mutuum hostilitatis metum vimque magicam ossium Oedipi, qualis vis etiam Orestis ossium fuit, de quibus v. Herodotus 1, 67. s. Sed haec Wolfium non refellunt: quamquam non difficile sit eum refellere. Nimirum haec non alio consilio memorantur quam ut Thebani intelligant populum Atheniensem beneficiorum a majoribus suis in illorum majores collatorum memorem, ut exemplum summae humanitatis tam illustre imitetur, *οὐδὲ νῦν ἀποστήσεσθαι τῶν Θηβαίοις συμφερόντων.* Praeterea toto hoc loco orator mire ampullatur, ut paene sophistam umbraticum referat. Quod nisi alia fuissent, quae Athenienses Thebanosque in societatem coire cogerent, frustra jactasset Oedipum et Heraclidas. SCHAEF.

290, 28. *καὶ ἕτερα πολλὰ ἡμῖν ὑπάρχει φιλάνθρωπα καὶ ἔνδοξα πρὸς Θηβαίους*] Tale est auxilium Ol. 96. 2. Thebanis latum ad Haliartum pugnantibus contra Spartanos, vid. supra p. 258. Ejusdem generis est opera laudabilis Atheniensium in liberanda Cadmea, Diod. 15. 25. Dinarch. adv. Demosthen. p. 95. DISSEN.

291, 5. *πρέσβεις*] In fine legatos subscriptos vides, a populo, postquam probaverat hoc psephisma, creatos. Exspectaveris decem, ut voluerat Demosthenes, cf. p. 287. et omnino credibile est in tali re non pauciores electos. Quodsi decem erant, cetera nomina jam ab eo exemplari puta abfuisse, quo usus est is, qui hoc psephisma huc transtulit. DISSEN. De commentitiis his quinque legatis, quos defendit Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 663., vere judicat Droysenius p. 712. Callaeschrum cum eo qui in orat. Midiana p. 565. 13. memoratur composuit Boehneck. l. c.

291, 12. *τοῦτο τὸ ψήφισμα—ὥσπερ νέφος*] De numero oratorio hujus commatis et rhythmo dactylico agit Longinus satis liberaliter c. 39. Laudat Hermogenes p. 259. 299. 372. Demetrius Phaler. §. 287. Confer Clarkium ad Homer. Iliad. B. 537. TAYLOR. Joann. Chrys. vol. 1. p. 442 C. ed. Montf. *πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἀθυμίαν παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ νέφος.* DOBR.

291, 13. *τῇ πόλει περιστάντα*] *περιστάντα τῇ πόλει* Bavaricus. Hermogenes Aldinus dat *ἐπιστάντα* p. 259, 6. Verumtamen in calce ejusdem paginae, ubi locus idem iteratur, dat rursus *περιστάντα.* REISK.

291, 14. *ἦν μὲν τοίνυν κ. τ. λ.*] Marcellinus ad Hermogenem p. 205. *ἐδίδαξε δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ τὸν τοῦ ὁρίζεσθαι τρόπον. καθόλου γὰρ οὐκ ἐν ὅρῳ μόνον, ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς ἀμφισβητησίμοις ἐξ ἑκατέρων ὁρίζεται πρός τε τὸ ἑαυτὸν συστῆσαι καὶ τὸν ἀντίδικον διαβαλεῖν, ὡς ἐν τῷ περὶ στεφάνου. ὁριζόμενος γὰρ τίς τε ὁ σύμβουλος καὶ τίς ὁ συκοφάντης, καὶ τίνι διαφέρουσιν ἀλλήλων, τὰς εἰς ἑκάτερον παρασκευὰς ἐκ τῶν πεπραγμένων ἐπήγαγεν, ἀποδεικνὺς ἐξ αὐτῶν ἑαυτὸν*

μὲν εἶναι τὸν ἄριστον σύμβουλον, Αἰσχίνην δὲ συκοφάντην, ἐν οἷς φησίν· ἦν μὲν οὖν τοῦτο τοῦ δικαίου πολίτου —. REISK.

291, 15. *ἄμεινον*] Post *ἄμεινον* addit *λέγειν* Marcellinus ad Hermogenem p. 205. REISK.

σύμβουλος—συκοφάντης] Hac oppositione *συμβούλου* et *συκοφάντου* utitur Demosthenes etiam ap. Plutarch. V. Demosthen. c. 14. DISSEN.

291, 17. *μέν γε*] Sic etiam Marcellinus.

291, 21. *ἄν τι—βασκαίνει*] Ammonius p. 29. *Βασκαίνειν οὐ μόνον τὸ φθονεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ συκοφαντεῖν. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου· ἄν τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνουσιν* (sic). ubi v. Valckenarius. SCHAEF. V. Harpocrat. s. v. *βασκαίνει*.

ἦν μὲν οὖν κ. τ. λ.] Marcellinus ad Hermogenem p. 265. *τούτῳ μάλιστα Δημοσθένης ἐκράτησεν Αἰσχίνου, ἐξ οὗ καὶ εἰς ἀξίωμα μέγιστον ὁ λόγος* (pro corona puta) *προῆλθε, τῷ λέγειν μὴ παρελθεῖν τι αὐτὸν τῶν ὀφειλόντων πραχθῆναι, καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλ' οὐδὲ νῦν εἰπεῖν ἐστί τι τῶν συμβουλευθέντων ἂν ἄμεινον. ἦν μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, ἐκεῖνος ὁ καιρὸς*—ad *ᾗ καιρὸς συμφέρων παρ' ἐμοῦ παρελείφθη τῇ πόλει. παραλαμβάνομεν δὲ τὸ ἀξίωμα τοῦτο ἐν ταῖς συμβουλαῖς οὐ πάντοτε ἁπλῶς, ἀλλὰ τότε χρησόμεθα, ὅταν ἀκριβῶς πεπιστευκότες ὦμεν μηδένα ἕτερον δύνασθαι παραλελειμμένον τι δεῖξαι τῶν δεόντων πραχθῆναι, ὥσπερ ὁ ῥήτωρ πεποίηκε.* REISK.

291, 23. *τοσαύτην ὑπερβολὴν ποιοῦμαι*] Sensus est: *Illo rerum statu non modo salutaria suasi, sed, quod aliquanto plus est, ne potuerunt quidem magis salutaria aut omnino alia suaderi.* SCHAEF.

291, 26. *ἐνῆν*] Subaud. *προαιρεῖσθαι*, quod latet in sequente *προειλόμην*. V. p. 292, 23. SCHAEF.

292, 3. *ἐποίησα ἐγὼ*] *ἐγὼ* omittit Marcellinus.

292, 5. *ἐγγυᾶσθαι τὰ μέλλοντ' ἔσεσθαι*] *ἐγγυᾶσθαι περὶ τῶν μελλόντων* (sine *ἔσεσθαι*) Marcellinus. REISK.

292, 7. *ἐγὼ παρελθὼν ἔλεγον*] *ἐγὼ παρῆλθον, ἔλεγον* Marcellinus. REISK.

ἐπειδὴ δ' οὐ τότε] Subaudi *ἔδειξας*. REISK.

292, 8. *λόγος*] H. l. est ratio, via, modus agendi, institutum acri et subtili meditatione excogitatum. REISK.

εὑρεῖν] *εὐπορεῖν* S. Memorabilis scriptura, quae vide ne a Demosthene profecta sit, seu vertas *in promtu habere*, sive *suggerere, suppeditare*. *χρήματα εὐπορήσας* p. 1019, 12. Dionysius Halicarn. vol. 3. p. 1672. *ἕως δ' ἂν ταῦτα εὐπορήσωσι* —. Sic etiam *συνευπορεῖν*. *τριάκοντα δὲ μνᾶς ἐδεῖτό μου οὑτοσὶ συνευπορῆσαι* p. 894, 10. *τοὺς ταῦτα συνευπορήσαντας* p. 980, 28. SCHAEF.

292, 10. *ὑπ'*] *παρ'* Marcellinus l. c. ad p. 291, 21. SCHAEF.

292, 15. *τὰ μὲν—τῶν δεινῶν*] *τὰ μὲν ἤμελλε τῶν κοινῶν, ὡς ἐδόκει* Marcellinus p. 267. REISK.

292, 16. *τὴν προαίρεσίν μου—τῆς πολιτείας*] Huc fere spectant verba Libanii Epist. 45. edit. Wolf. *ἐπεὶ καὶ Δημοσθένην ὁρῶ τὰ ἄριστα προελέσθαι δεικνύντα τῷ μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἃ προείλετο συκοφαντεῖν.* TAYLOR.

292, 18. *ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ*] Citant Anecd. Bekk. p. 128, 16. SCHAEF.

ὁ δαίμων] I. q. *ὁ θεός*. V. v. 22. SCHAEF.

292, 21. *ἐμὸν θῇς, εἰ κρατῆσαι*] *ἐμὸν εἶναι θήσῃ κρατῆσαι* Marcellinus. REISK.

Φιλίππῳ] *Φίλιππον* Marcellinus. REISK.

292, 26. *καὶ ἀναγκαῖα*] Desunt Marcellino. REISK.

292, 27. *τότ'*] Posteaquam scilicet ea demonstraveris, quae abs te mihi postulo demonstrari. REISK.

τότ' ἤδη] *τότε δὴ* Marcellinus. REISK.

292, 28. *σκηπτὸς ἢ χειμὼν*] Duo postrema vocabula videntur aut scholium v. *σκηπτὸς* aut ejus varians lectio esse. REISK. Conf. not. ad p. 278, 8. *σκηπτὸς* h. l. non *fulmen*, sed *turbo*. V. H. Stephani Thesaur. SCHAEF. Utrumque conjunxit Aristides vol. 1. p. 255, 11. *κυβερνήτην σκηπτοῦ καὶ χειμῶνος ἡττηθέντα.*

293, 1. *τί χρὴ ποιεῖν;*] Omissa est oratoris sibi ipsi responsio, quam facile suppleas fere hoc modo: *σιγᾶν χρὴ καὶ μὴ κατηγορεῖν, εἰ μὴ ἄρα συκοφαντῆσαι προέλοιο αἰτιασάμενός με τῶν συμβάντων, ὥσπερ ἂν εἴ τις κ. τ. λ.* SCHAEFER.

293, 4. *ὥσπερ ἂν εἴ τις ναύκληρον πάντ' ἐπὶ σωτηρίας πράξαντα—τῆς ναυαγίας αἰτιῷτο*] Qui merces aliasve res mittere vel ipse navigare aliquo volebat, conducebat dominum navis. Hic si non bene paraverat navem et instruxerat omnibus quibus opus, naufragium passus accusari poterat, de quo judicabant prius *ναυτοδίκαι*, conf. Boeckh. de Oecon. Civ. Athen. 1. p. 54., postea Thesmothetae, conf. Meier. et Schoemann. de judic. Athen. p. 67. et p. 85. DISSEN.

293, 7. *οὔτε τῆς τύχης κύριος ἦν*] Cf. Demadis personati fragm. p. 180. *οὐ γὰρ ἐγὼ κρατῶ τῆς τύχης, ἀλλ' ἡ τυχὴ τοῦ βίου.* DISSEN.

293, 11. *Φιλίππῳ προσέθεντο*] Loco horum verborum dat Marcellinus *μετ' ἐκείνου γεγόνασιν.* REISK.

293, 12. *πάσας ἀφῆκε φωνάς*] *Nihil sibi reliquit indictum* Reiskius Ind. Graecitat. Euripides Hecub. 341. *σπούδαζε πάσας—φθογγὰς ἱεῖσα.* Significatur contentissimum rei studium. V. Wyttenbachii Julianea p. 181. edit. Lips. SCHAEF.

293, 15. *εἴ που τῆς χώρας ταὐτὸ τοῦτο πάθος συνέβη*] Male alii libri *εἴ που πλησίον*. Nam infra p. 304. orator dicit: *ἡ γὰρ ἐμὴ πολιτεία—ἐποίησεν—ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ Ἀττικῇ τὸν πόλεμον εἶναι, ἑπτακόσια στάδια ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τοῖς Βοιωτῶν ὁρίοις γενέσθαι.* DISSEN. Pugna in vicinitate Atticae (*τριῶν ἡμερῶν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς ὁδὸν* adeoque *πλησίον τῆς Ἀττικῆς*) facta opponitur pugnae quae in ipsa Attica futura erat, nisi Thebanis Athenienses se junxissent. SCHAEFER.

293, 16. *ἆρ' οἶσθ' ὅτι νῦν μὲν στῆναι, συνελθεῖν, ἀναπνεῦσαι, πολλὰ μία ἡμέρα—τῇ πόλει, τότε δ'*] Sensus: Scin' tu, nunc quidem (meo consilio probato) per paucorum dierum moram factum esse ut consisteremus, coiremus, respiraremus, denique multa civitas

salutis adminicula acciperet; sed si aliam placuisset viam insistere, futurum fuisse ut omnia pessumdarentur? SCHAEF.

293, 17. μία ἡμέρα καὶ δύο καὶ τρεῖς] H. e. *pauci dies*, quibus recte usi servavimus nos societate cum Thebanis celeriter inita; neglecto autem justo tempore elapsa res esset, transiissent Thebani ad Philippum, Athenae oppugnatae et fortasse eversae essent. Caeterum Heliodor. Aeth. p. 49. (p. 42. ed. Coray.) alludit ad hunc locum dicens: πολλὰ μία ἡμέρα καὶ δύο πολλάκις ἔδοσαν τῶν εἰς σωτηρίαν. DISSEN.

293, 20. θεῶν τινος εὐνοίᾳ καὶ τῷ—] *Per dei alicujus beneficium quodque—*. πεῖραν διδόναι absolute dicitur et de re et de homine. V. p. 209, 27. 262, 15. SCHAEFER.

μηδ'] μηδὲ, non οὐδὲ, scribi oportuit: agitur enim de rebus, quae non acciderunt. Οὐδὲ significaret res illas accidisse quidem, sed non δοῦναι πεῖραν: id quod absurdum foret. SCHAEFER.

293, 21. τῷ προβαλέσθαι] τὸ μὴ προβάλλεσθαι (*non aspernari*) Marcellinus. REISK.

293, 22. ἔστι δὲ ταυτὶ κ. τ. λ.] Citat h. l. Sopater ad Hermogenem p. 128., ubi τὰ πολλὰ omittit, ut e memoria recitans. Sed vi sua non caret. Idem est ac si dixisset: ταῦτα πάντα, καίτοι πολλὰ ὄντα, πρὸς ὑμᾶς ἐστί μοι εἰρημένα. *Haec omnia, tam verbosa, ad vos pertinent. Haec tota, quamvis tam copiosa, oratio ad vos directa est.* REISK.

293, 23. πρὸς ὑμᾶς—καὶ τοὺς] πρὸς ὑμᾶς ἅμα καὶ τοὺς Sopater l. c. SCHAEFER.

τοὺς περιεστηκότας ἔξωθεν] Nam δικαστήριον cinctum erat δρυφάκτῳ s. septo cancellato et clausum κιγκλίδι, h. e. janua clathrata, cf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 149. DISSEN.

293, 24. τοῦτον] Alii libri τοῦτον αὐτὸν, quod habet Sopater. Idem μοι post ἐξήρκει habet, et omittit σοι post ἦν.

293, 25. εἰ μὲν γὰρ—] Hermogenes p. 192. Διλήμματόν ἐστι τοιοῦτον—· ᾔδεις τὰ μέλλοντα ἢ οὐκ ᾔδεις; ἐάν τε γὰρ εἴπῃ, ᾔδειν, ἀπαντᾷ, τί οὖν οὐ προέλεγες; ἐάν τε εἴπῃ, οὐκ ᾔδειν, τί οὖν ἡμῶν ὡς μὴ εἰδότων κατηγορεῖς; εἰ μὲν γὰρ ᾔδεις, προειπεῖν ὤφειλες· εἰ δὲ οὐκ ᾔδεις, τί τῶν ἄλλων ὡς μὴ εἰδότων κατηγορεῖς, τῆς ἀγνοίας τῶν μελλόντων κοινῆς οὔσης πρὸς πάντας ἀνθρώπους; REISK.

294, 1. ταῦτα] Scilicet τὸ ἀγνοῆσαι τὰ μέλλοντα καὶ διὰ τοῦτο τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ ἀφαμαρτῆσαι ἐν τῷ συμβουλεύειν. REISK.

294, 7. τούτοις] Id est ταῖς ἐμαῖς συμβουλίαις. REISK.

294, 9. τῇ πόλει] Pendet a δυσμενέστατος. Libri nonnulli ποιήσειε τῇ πόλει. Optativus glossatori debetur apte explenti constructionem ellipticam. V. not. ad Poet. Gnomic. p. 228. Eadem ellipsi p. 15, 10. οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχει. Plene: ὡς ἂν κάλλιστ' ἔχοι. Infra p. 322, 27. οὐχ ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην. Plene: ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης ἔχοι. SCHAEFER.

294, 10. καὶ ἅμα—κατηγορεῖ] Minucianus p. 156. ἀπὸ τοῦ ἅμα

(argumentum ab eo, quod simul est)· *καὶ ἅμα Ἀρίστρατος ἐν Νάξῳ—κατηγορεῖ· τεκμήριον γάρ ἐστι τοῦ καὶ τοῦτον ἐχθρὸν* (scilic. Atheniensium) *εἶναι τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ τὰ αὐτὰ τοῖς ὡμολογημένοις ἐχθροῖς πράττειν* (subaudi: etiam hunc Aeschinem). REISK.

294, 10. *Ἀρίστρατος*] Aristratum et Aristolaum patet duos odiosos homines fuisse Attico nomini maxime infestos, quibuscum nunc acerbissima comparatione componitur Aeschines. Constat vero has insulas olim in potestate Atheniensium fuisse. DISSEN.

294, 13. *ἐνευδοκιμεῖν*] Subaudi *αὐτοῖς*. *Ut famam ex illis aucuparetur.* SCHAEFER. Hexametrum *Ἑλλήνων ἀτυχήματ' ἐνευδοκιμεῖν ἀπέκειτο* notavit Dobraeus. Conf. ad p. 1345, 6.

294, 18. *ἐξ ὧν ζῇς*] Poterat orator sic: *ἐξ ὧν βεβίωκας*. Cujus verbi passivum sic frequenter legitur. *οἷα σοὶ βεβίωται* p. 617, 28. *οἷα τούτῳ βεβίωται* p. 618, 11. SCHAEFER.

294, 19. *πράττεταί τι κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Hermogenes p. 296. et Alexander de Figuris p. 64., ubi affert pro exemplo *ἀντιστροφῆς*. REISK. Ut exemplum ejusdem figurae citat etiam Tiberius p. 50. usque ad *τὰ σπάσματα*. SCHAEF.

πράττεται] Alexander l. c. dat *λέγεται*. REISK.

τῶν ὑμῖν] *τῶν μὲν ὑμῖν* Tiberius l. c. SCHAEF.

δοκούντων συμφέρειν] *συμφέρειν δοκούντων* Tiberius. SCHAEF.

294, 20. *οἷον*] Hermogenes l. c. dat *ὅ*. REISK.

294, 21. *ὥσπερ τὰ ῥήγματα κ. τ. λ.*] Acerbissima comparatio. Alio sensu eadem ususpatur in Olynth. 2. p. 24. *ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕως μὲν ἂν ἐρρωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν, ἐπὰν δὲ ἀρρώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα κἂν στρέμμα κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ, οὕτω καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστὶν, ἐπειδὰν δὲ ὅμορος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα.* Adde Adv. Epist. Philippi p. 155 seq., ubi fere eadem. Addit Jacobsius Liban. 4. p. 304, 12. Nostrum locum laudat Plutarch. Mor. p. 69 D. *οἱ δ' ἀγεννεῖς καὶ ταπεινοὶ τῶν εὐτυχούντων κόλακες ὥσπερ τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματά φησι Δημοσθένης, ὅταν τι κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖσθαι,* ubi v. Wyttenbach. Caeterum technicae sunt hae voces apud medicos. Vide Foesii Oecon. Hippocratis. Galenus vol. 6. p. 89. ed. Lips. *κίνδυνος μὲν καὶ ῥῆξαί τι καὶ σπάσαι τῶν στερεῶν σωμάτων*, quem locum Schaeferus laudat. Copulat vero similiter *ῥήγματα καὶ σπάσματα* Hippocrates de Aere, Aqua et Locis, c. 2. §. 20. et Plutarchus Mor. p. 130. DISSEN.

σπάσματα] *χάσματα* Tiberius.

294, 22. *ἐπειδὴ δὲ πολὺς κ. τ. λ.*] Citat Dionysius Halicarn. vol. 6. p. 1051—1056. usque ad *ταύτῃ κέχρηνται* p. 297, 21. Item Tiberius p. 23. usque ad *τὴν ὑπερβολὴν θαυμάσῃ*. SCHAEF.

ἐπειδὴ δὲ] *ἐπεὶ δὲ* Tiberius: sed cod. ejus Vat. *ἐπειδή*. SCHAEFER.

294, 23. *μου*] *μοι* Tiberius: sed cod. ejus Vat. mox *μηδείς μου*. SCHAEFER.

294, 26. ὃ] ἃ Dionysius. REISK.

294, 26. εἰ γὰρ ἦν κ. τ. λ.] Marcellinus p. 316. ἔτι δὲ καὶ κατὰ βίαν εἰσήγαγε τὸ ἔνδοξον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ· εἰ γὰρ ἦν ἅπασι πρόδηλα τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι—. REISK.

294, 27. γενήσεσθαι] ἔσεσθαι Marcellinus. SCHAEF.

295, 1. τούτων] Quorum ego tum patriae sum auctor factus. REISK.

εἴπερ δόξης (ἢ δόξης vulgo) ἢ προγόνων ἢ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἶχε λόγον legendum videtur cum Dionysio, h. e. *si honorem suum respiciebat aut majorum exemplum aut posteritatis judicium.* Amplificat pluribus verbis quod alioquin breviter dici poterat : si nominis sui memor erat urbs. Divisio logica trium membrorum non adest, sed cumulatio similium notionum, quare ter poni ἢ non potuit. DISSEN.

295, 2. νῦν μὲν—ταῦτα δοκῇ] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 27. SCHAEFER.

γε omittunt Anecd. Bekk.

295, 5. ἄλλων] Ἑλλήνων Dionysius. REISK.

295, 6. πάντας] πάντως Dionysius. REISK.

295, 8. ὅντιν'] ὁντινοῦν cum codd. plerisque Dionysius.

295, 12. περιέστη, ἡγεμὼν δὲ καὶ κύριος] δὲ omittunt edd. veteres. Oratorem sic scripsisse suspicor :—περιέστη καὶ ἡγεμὼν καὶ κύριος—. Primum enim τὸ Φίλιππον αἱρεθῆναι ἡγεμόνα καὶ κύριον ἁπάντων pertinet ad illam ipsam rerum περίστασιν estque ejus tanquam summa : ut hoc membrum antecedentis videatur interpretatio, quae illi continuanda sit per copulantem particulam, non dirimenda per partientem. Deinde aliquanto significantius inter se opponuntur (est enim hic oppositio satis manifesta) sola haec duo : τὰ μὲν πράγματα—Φίλιππος ἁπάντων, τὸν δ'—ἦσαν πεποιημένοι. SCHAEFER. Qui hanc conjecturam, qua non opus esse patet exemplisque demonstratum est ab Scheibio in Observatt. in oratores Att. p. 21., eo commendari opinabatur quod in libris nonnullis περιέστηκεν scriptum.

295, 13. ἕτεροι] ἕτεροί τινες Dionysius. REISK.

295, 15. ἔμπροσθε] πρόσθε Dionysius. REISK.

295, 20. Ad verba παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως seqq. recordaberis quod narratur Xerxes post discessum e Graecia Alexandrum Amyntae filium cum talibus promissis Athenas missise et postea Mardonius alium legatum Salaminem, cf. Demosth. Philipp. 2. p. 68., Herodot. 8, 136—144. 9, 1—5. DISSEN.

295, 22. λαβούσῃ—προεστάναι] Qua verborum constructione usus est, si rationem habeas sensus, nihil quidquam differt ab hac : τὸ κελευόμενον ποιούσῃ καὶ ἐώσῃ ἕτερον τῶν Ἑλλήνων προεστάναι ὅ τι βούλεται λαβεῖν καὶ τὰ ἑαυτῆς ἔχειν. De hoc schemate (metathesin Technici appellant) v. not. ad schol. Apollon. Rhod. p. 174. et Ind. Graec. p. 672. a. Verte : *ita dicto audientem esse aliique cedere imperio, ut quaecunque vellet acciperet suaque porro teneret.* Infra p. 296, 13. breviter dicitur εὐτυχῶς δουλεύειν. SCHAEFER.

296, 1. διατετέλεκε] διετέλεσε Dionysius. REISK.

296, 1. *σεμνὰ*] Post h. v. Dionysius addit *καὶ καλά*. REISK.

296, 3. *τίς γὰρ — τῆς ἀρετῆς*] Citant Anecd. Bekk. p. 141, 3. SCHAEFER. In his *τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς* seqq. senties Demosthenem sese tacite comparare Themistocli, Aeschinem vero Cyrsilo. De hoc Cyrsilo suadente ut Xerxem reciperent, tum lapidibus obruto, cf. Cicer. de Offic. 3, 11. et Valcken. ad Herodot. 9, 5. ubi Lycidas pro Cyrsilo memoratur. DISSEN.

296, 11. *οὐ μόνον αὐτὸν*] Est notabilis breviloquentia, quae multum confert ad orationis concinnitatem. Plene, sed aliquanto minus concinne rotundeque: *οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἣν ταῖς γυναιξὶ ταῖς ὑμετέραις καταλιθῶσαι παρέδοσαν.* SCHAEFER.

296, 18. *τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον*] Duas res, ut cum Gellio loquar, *καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου* posuit: idque more oratorio factum esse quis dubitet? Haud raro enim orator de uno *ὑποκειμένῳ* loquens duabus vocibus ita utitur, ut, quamvis sensu differre, etiam ob additum utrique articulum, videantur, tamen modo unam notionem, sed oratoria abundantia variatam, significent. SCHAEFER.

αὐτόματον] *Mors naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coacta*, ut interpretatur Gellius 13. 1. TAYLOR.

296, 20. *περιμένει*, indesinenter praestolatur: sed *ἐθελήσει καὶ ἡγήσεται*, tum volet et arbitrabitur, quando pericula in patriam ingruerint. SCHAEFER. V. ad p. 108, 1.

296, 23. *ἐπεχείρουν λέγειν*] *ἐπεχείρησα νῦν λέγειν* Dionysius. REISK.

296, 24. *ὡς ἐγὼ*] Docuit gestionem suam rerum plane congruam civitatis rationi fuisse, nec nisi morem antiquum urbis se secutum, idque ante omnia nunc etiam directis verbis affirmat. Respicit huc Plutarchus Mor. p. 542, B. *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο χρήσιμόν ἐστιν ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ καταμαθεῖν, ὅτι μιγνύων ἐμμελέστατα τῷ περὶ αὑτοῦ λόγῳ τὸν περὶ τῶν ἀκουόντων ἔπαινον, ἀνεπίφθονον ἐποίει καὶ ἀφίλαυτον· οἵους μὲν Εὐβοεῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι αὑτοὺς παρέσχον, οἵους δὲ Θηβαίοις, ὅσα δὲ Βυζαντίοις ἀγαθὰ καὶ Χερρονησίταις ἐποίησαν· αὑτῷ δὲ τῆς διακονίας μετεῖναι φάσκων.* Sed tamen antea paullo gloriosius de opera sua locutus est, nunc autem quam modestissime loquitur. Hermogenes de Ideis vol. 3. p. 331. ed. Walz. *καὶ τὰ μὲν ἑαυτοῦ ἐλαττοῖ ὁ Δημοσθένης κατὰ μέθοδον (ἐπιεικείας) οὕτως, εἰ παρὸν αὐτῷ λέγειν ἀξιωματικῶς, οἷον, μετὰ ταῦτα δὲ τοὺς ἀποστόλους ἀπέστειλα ἅπαντας, καθ' οὓς Χερρόνησος ἐσώθη καὶ τὸ Βυζάντιον καὶ πάντες οἱ σύμμαχοι, ὁ δὲ εἶπεν ὡς ἑτέρως, οἷον, τῆς μέντοι διακονίας τῆς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πεπραγμένων καὶ ἐμαυτῷ μετεῖναί φημι. ὁρᾷς ὡς ἐν ἀμφοτέροις μὲν ταὐτόν ἐστι πρᾶγμα δηλούμενον, ὅτι ἐγὼ συμβεβούλευκα καὶ ἐγὼ ἔγραψα, ὅσον δὲ τοῦτο ἐκείνου ἐπιεικέστερον εἴρηται καὶ ταπεινότερον.* Inest enim in v. *διακονία* neque honoris significatio neque imperii et judicii proprio arbitratu agentis, sed sola notio ministerii et laboris. Igitur in hac tanta re omnem fere laudem praeclaro

judicio civitati vindicat, nec tam suam quam civitatis caussam agere videtur, quo pertinet etiam sequens oppositio : *τῆς μὲν εἰς τὸ παρὸν τιμῆς κ. τ. λ.* DISSEN.

296, 25. *οὐκ ἔστιν ὅστις*] Pro his solummodo *τίς* dat Dionysius. REISK.

ἐπιτιμήσειέ] *ἐπετίμησε*, ut alii libri, Dionysius.

297, 1. *τῶν ὅλων*] *ὁ τῶν ὅλων* Dionysius. REISK.

297, 4. *τὸν λοιπὸν χρόνον*] *λοιπὸν* abest a Dionysio. REISK. Vellem abesset etiam a libris Demosthenicis. Nam *εἰς τὸ παρὸν* et *εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον* inter se non minus concinne opponuntur quam *ἐς τὸ παραχρῆμα* et *ἐς ἀεὶ* apud Thucydidem 1, 22. SCHAEF.

297, 6. *τουδὶ*] Ctesiphontis.

297, 8. *ἀγνωμοσύνῃ*] Interpres Dionysii *temeritate*. Malim *iniquitate*. V. p. 1468, 15. Sophocles Oed. C. 86. *Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες*. quod scholiastes interpretatur *ἐναντιογνώμονες*. SCHAEFER.

ἀλλ' οὐκ ἔστιν—ἀράμενοι] Citat Tiberius p. 45. coll. p. 39. SCHAEFER.

Secundum *οὐκ ἔστιν* abest a Dionysio. REISK. Abest etiam a Longino 16, 2. SCHAEFER.

297, 10. *ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] Non habet Tiberius l. c. Omittit etiam Longinus itemque proxima usque ad *ἀράμενοι*. SCHAEF.

Ἀθηναῖοι] Post h. v. addit Dionysius *οἱ*. REISK.

τὸν—ἀράμενοι] Sic contracta Tiberius p. 45. citat : *τὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κίνδυνον ἀράμενοι*. Quo fere modo Longinus quoque suo in libro locum videtur legisse. Nam in antecedentibus, ubi Demosthenica vulgari modo (*κατὰ φύσιν*) eloquitur, sic scribit : *ὦ τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνα ἀράμενοι*. V. etiam Hermogenes l. c. ad v. 11. Altero loco Tiberius in cod. Gal. habet *ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας*, in Vat. *ὑ. τ. ἁ. ἐλευθερίας*. SCHAEFER.

297, 11. *οὐ μὰ τοὺς κ. τ. λ.*] Celeberrimum hunc locum citant Longinus c. 16. Hermogenes p. 260. *ἔτι μεθόδου λαμπρᾶς καὶ τὸ τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὸ, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. τοῦτο γὰρ παράδειγμα μὲν ἔνδοξον, οἷον· ὀρθῶς οὖν ἐβούλευσα* (lege *συνεβούλευσα*) *ὑπὲρ ἐλευθερίας κινδυνεύειν· οὕτω γὰρ ἐποίουν καὶ οἱ ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντες. ὁ δὲ εἰς ὅρκον αὐτὸ ἀναγαγὼν ἐνδοξότερον αὐτὸ ἐποίησε καὶ λαμπρόν· οὐχ ἥμαρτον ταῦτα συμβουλεύσας, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι.* Eadem hoc de loco Aristides quoque p. 170. observat. Citat item Clemens Alex. p. 748. ed. Pott. Plutarchus Moral. p. 350. et rursus Hermogenes p. 424. schol. Apollonii Rhodii 2, 257. REISK. Item Tiberius p. 39. V. Valckenarius Diatr. de Philippo Maced. p. 273. SCHAEFER. Alludit Lucian. Encom. Demosthen. fin. et observante Jacobsio etiam poeta in Antholog. Palat. 9, 288. DISSEN.

τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας] Thucyd. 1, 73. *φαμὲν γὰρ Μαραθῶνι μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ*. Quod autem hic dicitur *Μαραθῶνι* et *ἐν Πλαταιαῖς, ἐν Σαλαμῖνι*, de eo vide docte

et intelligenter explicantem Baiterum ad Isocrat. Panegyr. p. 59. *Μαραθῶνι* est casus localis et denotat ipsum pugnae locum, *ἐν Πλαταιαῖς* vero duntaxat ejus viciniam. DISSEN.

297, 12. *προκινδυνεύσαντας*] *κινδυνεύσαντας* scholia Parisina Apollonii Rhodii. SCHAEFER.

τῶν προγόνων] Omiserunt Tiberius et scholia Apollonii Rhodii. SCHAEFER.

297, 13. *καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι—ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ*] Tiberius haec sola dat: *καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχήσαντας καί.* SCHAEFER.

297, 15. *Ἀρτεμισίῳ*] Citat Harpocrat. v. *Ἀρτεμίσιον.* REISK.

ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους] In Ceramico publice sepultos et *λόγοις ἐπιταφίοις* honoratos, ut vides ap. Thucyd. 2, 34. Laudat Jacobsius testimonia Diodori 11. 33. et Dionys. Hal. 5. 17. Coeptus usus inde a Persico bello. DISSEN.

297, 16. *οὓς ἅπαντας ὁμοίως—*] Scholiastes Hermogenis p. 392. *ἀποστροφή ἐστιν, ὅταν ἀπὸ τῶν δικαστῶν πρὸς τὸν ἀντίδικον ἀποστρέφῃ τις τὸν λόγον. οἷον· μηδὲν οὖν φιλονείκει, Λεπτίνη. καὶ πάλιν· οὓς ἅπαντας ἡ πόλις τῆς αὐτῆς τιμῆς ἀξιώσασα ἔθαψεν. Αἰσχίνη. κινήσας γὰρ τῇ δόξῃ τῶν παραδειγμάτων τοὺς ἀκούοντας τότε καὶ τὸν ἀντίδικον κέκληκε* (num *κεκίνηκε*?) REISK. Eadem habet Tiberius p. 23. Recte autem uterque *κέκληκε*, *vocat*, *compellat*: nam respicit vocativum (*τὴν κλητικὴν*) *Αἰσχίνη.* SCHAEFER.

ὁμοίως ἡ πόλις] *ἡ πόλις ὁμοίως* Tiberius. *ὁμοίως* omittit scholiastes Hermogenis. *ὁμοίως ἅπασι* p. 237, 13. SCHAEFER.

297, 17. *τῆς αὐτῆς ἀξιώσασα τιμῆς*] *τῆς αὐτῆς τιμῆς ἀξιώσασα* idem scholiastes. SCHAEFER.

κατορθώσαντας—κρατήσαντας] Vocabula *κατορθώσαντας* et *κρατήσαντας* transponit Dionysius. REISK.

297, 18. *ὃ μὲν γὰρ—ταύτῃ κέχρηται*] Citat Stobaeus Heerenii vol. 2. p. 344. SCHAEFER.

297, 21. *ἔνειμεν* etiam Stobaeus.

ἑκάστοις] *ἑκάστῳ* Stobaeus. SCHAEFER.

κέχρηνται] *κέχρηται* Stobaeus. Sed tres ejus cod. *κέχρηνται.* SCHAEFER.

297, 22. *γραμματοκύφων*] Optime exponit Etymolog. M. *Γραμματοκύφων ἀντὶ τοῦ γραμματεύς· ὅτι οἱ γραμματεῖς προσκεκυφότες γράφουσιν. ἢ ἐν ἀγορᾷ γραμματεύς· ἐπεὶ οἱ ἀγοραῖοι τῷ κύφωνι μαστιγοῦνται. διὰ τοῦτο δ' αὐτὸν εἶπε καὶ περίτριμμα ἀγορᾶς*[c] *παρὰ Δημοσθένει.* Adde Suidam v. *Γραμματοκύφων* et *Τρόμητος.* Vocem hanc insolentiorem expendit et illustrat H. Stephanus Thes. L. Gr. TAYLOR. Scholiastes Hermogenis p. 395. *γραμματοκύφων, οἱονεὶ νοτάριος. καὶ γὰρ Αἰσχίνης γραμματεὺς ἦν τοῦ δημοσίου.* REISK. Eadem quae Etymolog. M. habent Anecd. Bekk. p. 228, 15. V. not. ad p. 274, 6. SCHAEFER.

297, 24. *ἔλεγες*] V. Aeschinem p. 79. sq. DOBR.

297, 26. *ἐμὲ δὲ—ἔδει;*] Alexander de Figuris p. 50. *πύσμα*

[c] Post *ἀγορᾶς* plene interpungendum. Conf. Piersonus ad Moerin. p. 114. SCHAEFER.

ἐστὶ, πρὸς ὃ διεξοδικῶς ἀπαντῆσαι δεῖ καὶ διὰ πλειόνων, ὡς ἔχει τὸ τοιοῦτον· ἐμὲ δὲ, ὦ τριταγωνιστὰ,—τούτοις συμβουλεύειν ἔδει; ἐνταῦθα γὰρ οὐκ ἔστιν ἀποκρίνασθαι ναὶ ἢ οὔ, ἀλλὰ διὰ πλειόνων ἀνάγκη ἀπαντᾶν τῷ τοιαῦτα ἐρωτῶντι. REISK.

298, 3. τὰ μὲν τοῦ—σκοποῦντας] Negotia vitae civilis quotidianae spectatis ad normam privati juris vestri civilis et ex ratione coeptorum, morum, actorum actoris cujusque, ut aiatis negetisve factum aliquod cum jure vestro civili consentire, aut actorem defensoremve videri virum bonum et honestum esse. REISK.

ἐπὶ] σκοπεῖν τι ἐπί τινος, rem ad aliquid exigere, p. 305, 6. et p. 323, 25. eodem sensu legitur. Similiter p. 770, 11. κεκρίσθαι δὲ τοῦτο πάλαι τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῆς ἑκάστου φύσεως οἴκοθεν. SCHAEFER.

ἰδίων νόμων] Νόμους ἰδίους intellige, qui de privatis rebus praecipiunt, (alio sensu Aristoteles Rhetor. 1, 10. 2. et alias ἴδιον νόμον dicit propriam civitatis cujusque legem scriptam, opponens κοινὸν, omnium civitatium communem non scriptam), ἔργα vero ἴδια sunt litigantium acta ea, quorum cognitione in lite dijudicanda opus. DISSEN.

298, 4. τὰς δὲ κοινὰς προαιρέσεις] Consulto non dicit res gestas pro republica, ut exspectaveris primo adspectu, sed *consilia pro republica suscepta*; consilium est enim, quod judicari vult in rebus publice gestis, non eventum, cf. supra p. 292. ἀξιώματα προγόνων sunt *praeclara facta majorum.* Quae tamen in pluralem tantum cadit significatio. DISSEN.

298, 6. ἅμα τῇ βακτηρίᾳ καὶ τῷ συμβόλῳ] Accipiebant baculum judices tanquam signum officii cum intrabant judicium, qui colore et littera distinctus erat ea, quae erat judicii. Dabatur etiam tabula, δέλτος, πινάκιον sive σύμβολον, inscripto numero decuriae, quam peracto officio colacretis redderent ad mercedem accipiendam. Conf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 134. 136. schol. Aristoph. Plut. v. 277. 973. DISSEN.

298, 13. ὡς γὰρ ἀφικόμεθα κ. τ. λ.] Laudat h. l. Dionysius Halicarn. vol. 6. p. 743. dans ὡς δ' ἀφικόμεθα. REISK.

298, 14. Φιλίππου καὶ Θετταλῶν καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων] Puta Aenianum, Dolopum, Phthiotarum, Aetolorum, conf. Philoch. ap. Dionys. Epist. 1. ad Amm. c. 11. Nomina vero legatorum nonnullorum vide ap. Plutarch. V. Demosth. c. 18. DISSEN.

298, 19. καίτοι τοσαύτῃ γ' ὑπερβολῇ συκοφαντίας οὗτος κέχρηται] Antequam recitetur epistola a scriba, *interponit* nonnulla contra Aeschinem, de quo usu supra alio loco diximus. Caeterum respicit orator Orat. contr. Ctesiph. p. 74., ubi post alia ita dicitur: ὁ δ' εἰσάγων ἦν ὑμᾶς εἰς τὰς Θήβας καιρὸς καὶ φόβος καὶ χρεία συμμαχίας, ἀλλ' οὐ Δημοσθένης. DISSEN.

298, 25. συναίτιος] Opponitur μόνος αἴτιος v. 27. SCHAEF.

298, 26. ἀτυχηθέντων] Passivi usus rarior. Dionysius Halicarn. vol. 5. p. 551. ἠτύχητο γὰρ δὴ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἥ τε περὶ Λεῦκτρα μάχη καὶ πολλαὶ μετ' ἐκείνην ἕτεραι. SCHAEF.

298, 27. *πῶς ἂν—γένοιτ'*] Citat Tiberius p. 31. SCHAEF.

299, 2. *'Επειδὴ τοίνυν—εἰς τὴν 'Αττικήν*] Citat Dionysius Halicarn. vol. 6. p. 743. SCHAEF.

299, 3. *προτέρους* abest ab exemplis Dionysii. Thebani primos adducebant ad concionem cum eaque agendi veniam primis dabant Philippi legatis sociorumque. REISK.

299, 5. *παρελθόντες*] *παριόντες* Dionysius. REISK.

πολλὰ μὲν—κατηγοροῦντες] Citant Anecd. Bekk. p. 137. extr. SCHAEFER.

299, 6. *ὑμῶν κατηγοροῦντες*] *ὑμῖν ἐγκαλοῦντες* Dionysius. REISK.

299, 7. *Θηβαίοις*] *Θηβαίους* Dionysius. REISK.

τὸ δ' οὖν κεφάλαιον] Est absolute dictum nec syntactice cohaeret cum sequentibus. *In summa, ad summam, summatim.* Eodem sensu periodi initio dicitur *ἐνὶ δὲ κεφαλαίῳ* p. 480. 16. SCHAEF.

299, 10. *διέντας αὐτούς*] Idem postulatum memorat Aristot. Rhet. 2, 23, 6. DISSEN.

299, 11. *αὐτοὺς*] *Ipsos*, Macedonas puta, Thessalos caeterosque Philippi satellites. REISK. Sylburgius ad Dionysium: "Morellii et Wolfii margo habet *αὐτὸν*, *eum*; recte. Sic enim et Dionysius p. 740. v. 5. *αὐτῷ δοῦναι δίοδον*: et hac ipsa pagina v. 9. *δίοδον τῷ Φιλίππῳ παρασχεῖν*." Assentior. SCHAEF.

299, 12. *ἐδείκνυσαν—διαρπασθησόμενα*] Minucianus p. 164. *ὁ δὲ ὕστερος τοῦ πράγματος τόπος* (locus ab iis rebus, quae postea evenerunt aut eventura sunt), *ὡς ὁ Δημοσθένης*· (rem refert. non verba remetitur.) *ἐκ μὲν ὧν οἱ παρὰ Φιλίππου πρέσβεις ἔλεγον ἐδήλουν τὰ ἐκ τῆς 'Αττικῆς, εἰς τὴν Βοιωτίαν κομισθησόμενα, ἐκ δὲ ὧν ἡμᾶς ἐρεῖν ἔφασαν, τὰ ἐκ τῆς Βοιωτίας διαρπασθησόμενα. δηλοῦται γὰρ ἐκ τῶν ἐπιγενησομένων ὅτι οἱ παρὰ Φιλίππου πρέσβεις ἀπεδείκνυσαν συμφορώτερον εἶναι Θηβαίοις Φιλίππῳ βοηθεῖν ἢ 'Αθηναίοις.* REISK.

299, 13. *ἐκ τῆς 'Αττικῆς—ἐν τῇ Βοιωτίᾳ*] Recte in priori membro positum *ἐκ*, recte in altero *ἐν*: nam male Minucianus l. c. *ἐκ τῆς Βοιωτίας*, fortasse ut membra exaequaret, non animadversa attractione, qua *ἐκ* prioris membri refertur ad *ἥξοντα*. SCHAEF.

299, 17. *ἃ δ' ἡμεῖς πρὸς ταῦτα ἀντείπομεν*] Quam vehementer Demosthenis verbis Boeoti commoti sint, discas a Theopompo ap. Plutarch. V. Demosth. c. 18. DISSEN.

299, 18. *μὲν—μὲν*] Prius *μὲν* referendum ad *δ'* v. 23., posterius ad *δὲ* v. 20. SCHAEF.

299, 23. *ἐπείσαμεν*] *Demosthenis maxime eloquentia commoti accipiunt societatem Thebani.* De conditionibus foederis Aeschines dicit p. 74. Constitutum erat ut sumptuum tertiam partem ferrent, terraque principatum belli haberent. DISSEN.

299, 26. *μετὰ ταῦτα τοίνυν ἐκάλουν ὑμᾶς καὶ μετεπέμποντο*] Vide mihi Aeschinem contr. Ctesiph. p. 73. *ἐνταῦθ' ἤδη, ἐπεὶ τὸ δεινὸν αὐτῶν ἥπτετο, μετεπέμψαντο 'Αθηναίους, καὶ ὑμεῖς ἐξήλθετε καὶ*

εἰσῄειτε εἰς τὰς Θήβας ἐν τοῖς ὅπλοις διεσκευασμένοι καὶ οἱ πεζοὶ καὶ οἱ ἱππεῖς, πρὶν περὶ συμμαχίας μίαν μόνην συλλαβὴν γράψαι Δημοσθένην. Haeccine manifesta mendacia potuisse coram judicibus dici? Immo cum ederet orationem, haec et talia addidit. DISSEN.

299, 27. *ἵνα τὰν μέσῳ παραλείπω*] Pertinent huc quae Aeschines narrat p. 14, 32 seqq., si vera sunt, Philippum post ictum foedus pacem facere voluisse, nequaquam Graecos despicientem, unde magistratus Thebanorum et ipse ad pacem inclinaverint, ac remissa subsidia Atheniensium esse jam egressa domo, ut etiam Atheniensium populus deliberaret. Sed obstitisse Demosthenem; quare Boeotarchas, ne proditores Graeciae viderentur, educere exercitum decrevisse. Narrat de hoc tempore Plutarchus V. Demosth. c. 18. V. Phocion. c. 16. DISSEN.

299, 28. *ὥστ' ἔξω τῶν ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων ὄντων*] H. e. *ut cum extra muros ad urbem consedissent copiae nostrae, in domos et urbem reciperent exercitum.* Alii cum Reiskio sic intelligunt, Thebanos suas copias in castra extra urbem ablegasse, Atheniensibus in urbem receptis. Sed desunt pronomina, quae sic nullo modo abesse poterant. Cæterum rarissime est factum apud veteres ut milites in domos reciperentur, quia minus severa disciplina militaris erat quam hodie, vid. Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 306. DISSEN.

300, 2. *τὰ τιμιώτατα*] Additum abundantia oratoria: nam nihil quidquam differt ab antecedentibus, *παῖδας καὶ γυναῖκας.* Compares poëticum *τὰ φίλτατα.* SCHAEF.

τρία ἔδειξαν ἐγκώμια καθ' ὑμῶν] V. ad p. 68, 2.

300, 12. *οὔτε γὰρ—ἐνεκάλεσεν*] Citant Anecd. Bekk. p. 160, 8. SCHAEF.

300, 13. *τοῦ στρατοπέδου*] Subaudi *τοῦ ὑμετέρου.* Copiarum vestrarum, quas Thebanis auxilio miseratis. REISK.

300, 15. *οὐδὲ ἀδίκως*] Ne per nefas quidem, ne falsa quidem criminatione, nedum vera. REISK.

δίς τε συμπαραταξάμενοι τὰς πρώτας μάχας, τήν τ' ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ καὶ τὴν χειμερινήν] Videmus ante maximum proelium duas alias commissas pugnas, Hecatombaeone circiter medio anni Ol. 110, 3. Ac prior quidem haud dubie ad Cephisum pugnata est, qui fluvius progredienti Elatea Boeotiam versus Philippo trajiciendus erat, 40. stad. a Chaeronea, prima Boeotia urbe. Sed *χειμερινήν* corruptum est. Cum aestas esset, interpretantur procellosam, procella diremtam, etiam Boeckh. de archont. pseudon. p. 114. et Winiewski. p. 249., sed hanc *χειμέριον* dixisset Demosthenes monente Schaefero, conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 52. et Bosii Ellips. p. 406. Ipse Schaeferus putat latere nomen pugnae ad torrentem (*χειμάρρουν*) commissae. Sic tamen habebimus pugnam ad fluvium et aliam ad torrentem dictam, quod non probabile. Caeterum vide de hoc loco etiam Clinton. Fast. Hellen. vol. 2. App. 16. DISSEN. *μάχην χειμερινὴν* nihil aliud significare posse quam pugnam hiemis tempore commissam

etiam Boehneckius intellexit Quaest. vol. 1. p. 531., qui aliquot inter utramque pugnam menses intercessisse statuit, ita ut altera Maemacterione vel Posideone mense pugnata sit.

300, 21. *θυσίαι καὶ πομπαί* videntur factae in Panathenaeis magnis, quae in fine Hecatombaeonis agebantur tertiis Olympiadum annis, atque etiam tum acta sunt, cf. Boeckh. de Oecon. Athen. 2. p. 165 seqq. DISSEN.

300, 23. *καὶ ζήλου—μεστὴ*] Citat h. l. Thomas M. s. v. *ζηλῶ* p. 408. REISK.

ζήλου] *τιμῆς*. V. p. 317, 10. SCHAEF.

301, 2. *τοὺς ὀμωμοκότας τοὺς θεούς*] *τοὺς ποιησαμένους τοὺς θεοὺς μάρτυρας ὡς ἀρίστων*. SCHAEF.

ἀπολωλέναι πολλάκις] Demosth. p. 579. *τοῦτον οὐκ ἀπολωλέναι δεκάκις προσήκει;* Plat. Apolog. c. 18. Sympos. c. 6. *πολλάκις τεθνάναι*. DISSEN.

301, 6. *οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν ἐν θυσίαις ἦμεν τότε*] De multis sacrificiis per urbem puta dictum. DISSEN.

301, 14. *ἡ ἐμὴ συνέχεια καὶ πλάνοι καὶ ταλαιπωρίαι*] Est *συνέχεια* *opera indefessa*; praemittitur vero ut toties generalius verbum. sequuntur specialia. Ac *πλάνοι* sunt *discursus*, h. e. *itinera varia ad exteras civitates*, nunc ut dehortaretur a societate Philippi. nunc ut auxilia pararet Atheniensibus. vid. etiam infra p. 306. Atque huc etiam *ταλαιπωρίαι* pertinent. DISSEN.

301, 18. *Καλλίστρατος ἐκεῖνος*] Alexander de Figuris p. 72. *Καλλίστρατος ἐκεῖνος. τὸ γὰρ ἐκεῖνος προσκείμενον ἔμφασίν τινα μεγέθους περὶ τὸν ἄνδρα δηλοῖ.* REISK. Eadem emphasi usurpatum legitur p. 306, 22. et in Aeschine p. 81, 39. SCHAEF. Est orator ille celeberrimus, qui sic excelluit eloquentia ut nemo sui temporis ei par existimaretur. et oratione de Oropo habita Demosthenem ad studium eloquentiae inflammavit. Cf. Ruhnk. Hist. Crit. Orat. Gr. p. 59. DISSEN. Adde Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 378.

Κέφαλος] Cephalus tempore anarchiae celeber. et post eam. cf. de eo Ruhnken. l. cit. p. 41. et Boeckh. ad Inscript. Gr. vol. 1. p. 124., quemadmodum Aristophon Azeniensis et Thrasybulus et Aristratus. DISSEN. De Aristophonte v. ad p. 248, 8.

Θρασύβουλος] Intelligendus Thrasybulus Collytensis prior. de quo v. ad p. 742, 12. et Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 378.

301, 20. *διὰ παντὸς*] *Sic ut totum negotium administraret.* Conf. v. 26. p. 302. 7. SCHAEF.

301, 21. *ἀλλ' ὁ μὲν—οὐκ ἂν ἔγραψεν*] Citant Anecd. Bekk. p. 127. 7. SCHAEF.

301, 24. *ἀναφορὰν*] *Excusationem.* Sic p. 302, 28. *ἀνενεγκεῖν ἐπ' ἐκείνους*, caussam referre ad illos. Confer etiam Aeschin. de falsa leg. p. 41, 41. *νῦν δὲ αὐτοῖς μὲν κατέλιπον τὴν εἰς τὸ ἀφανὲς ἀναφοράν.* DISSEN.

301, 25. *ὑπερῆρας—ῥώμῃ*] Grammaticus Hermanni p. 372.—*ὡς ὁ Δημοσθένης· ὑπερεῖχον ἐκείνους τῇ ῥώμῃ μὲν οὐδαμῶς.* Lexicon Paris. MS. apud Osannum ad Philem. p. 254.—*ὡς Δημοσθένης·*

ὑπερεῖχε δ' ἐκείνους τῇ ῥώμῃ μὲν οὐδαμῶς. Fortasse hic locus grammaticorum memoriae obversatus est. SCHAEF.

301, 27. ἀλλ' οὕτως—τὴν πόλιν] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 19. SCHAEF.

οὕτως] Referendum ad μέγαν. οὕτω τις ἀνθρώπων ἀνόητος ἢ κακοδαίμων p. 376, 6. οὕτω νῦν γέγονε φοβερὸς καὶ μέγας p. 382, 21. SCHAEF.

301, 28. χώραν] Libri nonnulli ὥραν, unde ὤραν, *curam*, vocabulum poeticum restitui voluit Schaeferus, parum probabiliter.

302, 1. ἀγαπητὸν—πράξειεν] *Sed boni consulendum esse, si quis, nulla non cura adhibita, sorte fatali uteretur.* πράττειν ἃ δεῖ, *pati quae necesse est.* Infra p. 311, 11. ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν νομίζων. SCHAEF. Non credo. Verto: *sed boni consulendum esse, si quis nihil praetermittens quod oportet faceret.* Tantopere, ait, urgebant fata publica urbis, ut de privata securitate cogitare non liceret, sed boni consulendum esset, si quis officium praestaret pro viribus, propriae utilitatis et securitatis cura postposita. DISSEN. Qui παραλείπων retinuit pro παραλιπών.

302, 2. ἐπεπείσμην—ἀναισθητῶν] Citat Thomas M. p. 52. SCHAEF.

ἐπεπείσμην—ἐπεπείσμην] Citat Tiberius p. 23. SCHAEFER. Et Aristides vol. 2. p. 383, 2.

δ'] μὲν οὖν Tiberius l. c. Sed cod. ejus Vat. δέ. SCHAEF.

302, 3. γράφοντ'—πράττοντα—πρεσβεύοντα] Resolve: εἰ ἔγραφεν—ἔπραττε—ἐπρέσβευε. SCHAEF.

302, 12. ἐπαιρόμενος] Ulpianus per ἐπαίρων exponit. Vid. Harpocrat. s. h. v. TAYLOR. Talibus in locutionibus usus medii solennis est: ut non mirer Elmsleium hoc Demosthenis loco usum in Sophoclis Oed. Tr. 635. ἐπήρασθ' praetulisse vulgato ἐπήρατ'. Eadem est ratio similium verborum. ἐκεῖνος μὲν οὐδὲν ἂν εἶχεν ὑμῖν ἀνατείνασθαι φοβερὸν p. 388, 28. Plutarchus V. Timol. c. 11. ἐπαχθῶς καὶ βαρβαρικῶς ἀνατεινάμενος. SCHAEF.

302, 13. ἀνθ' ὧν δικαίως ἐστεφανούμην] Fuerunt duo psephismata alterum a Demomela, alterum ab Hyperide scriptum, quae cum frustra accusasset Diondas, coronae ipsis Panathenaeis, tum Dionysiis renuntiatae videntur. Caeterum Diondas hic intercessit etiam, cum Aristonicus suaderet ut coronaretur Demosthenes, cf. Plutarch. Vit. 10. Or. p. 848 C. ut perpetuus adversarius Demosthenis fuisse videatur. DISSEN.

302, 15. τὸ μέρος] V. ad p. 260, 20.

302, 17. οὐδὲ γραφέντα] Recte Reiskius interpretatur *ne incusata quidem.* Aeschines οὐδ' ἔγραψε, quod Diondas fecerat. SCHAEF.

302. 24. οὔτε τῷ γραψαμένῳ συγκατηγόρησε] H. e. *nec subscripsit s. fuit subscriptor.* Nam subscriptionis mos etiam in Attico foro viguit, cf. Wolf. Proleg. ad Lept. p. 52, et Meier. et Schoemann. de judic. Athen. p. 710. DISSEN.

302, 27. κατηγορεῖ] Malim κατηγόρει. SCHAEF.

302, 27. μᾶλλον—εἰκότως] *Probabilius*, h. e. cum majori spe successus. SCHAEF.

τόνδ'] Ctesiphontem puta. REISK.

ὅτι τῷ μὲν ἔστ' ἀνενεγκεῖν ἐπ' ἐκείνους καὶ τὰς τῶν δικαστηρίων γνώσεις καὶ τὸ τοῦτον αὐτὸν ἐκείνων μὴ κατηγορηκέναι ταῦτα γραψάντων ἅπερ οὗτος νυνὶ, καὶ τὸ τοὺς νόμους μηκέτ' ἐᾶν περὶ τῶν οὕτω πραχθέντων κατηγορεῖν] Videtur multa enumerare et voluit videri, sed est uno verbo *exceptio judicati*, de qua loquitur: nam causari judiciorum sententias et quod ipse Aeschines tum non videatur dissensisse, qui non accusaverit, et quod de rebus ita actis accusatio institui non possit, est uno verbo ea exceptione uti, quod de rebus judicatis atque ita actis non liceat novam litem intendere. οὕτω πραχθέντων dicit, cum coronae, postquam res judicata erat judiciis de γραφαῖς παρανόμων, decretae essent a populo et renuntiatae. Hic igitur est sensus loci, dicas tamen Demosthenem nunc paullo latius extendere exceptionem judicati. cf. Meier. et Schoemann. de jud. Athen. p. 635 seqq. De quo paucis moneo quod res est. Legitur apud Andocidem adv. Alcibiad. p. 30. τῶν νόμων ἀπαγορευόντων δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν μὴ ἐξεῖναι δικάζεσθαι. Atque primum hic quidem non agitur caussa adversus eundem stricto sensu, cum non directe accusetur Demosthenes, sed Ctesiphon, ut antea Demomeles et Hyperides accusati; deinde plura credo praesens accusatio Aeschinis protulit quam Diondae et alio modo. Quare nulla sane haec est stricto sensu exceptio judicati, neque in ἀτέχνους πίστεις, quae dicebantur, referri potest tale argumentum; at inter ἐντέχνους jure meritoque locum habet, et hactenus bene recteque urget aliquoties Demosthenes, quod jam antea saepius de sua gestione rerum aliis in caussis bene judicatum sit. DISSEN.

τῷ μὲν] Ctesiphonti. TAYLOR.

302, 29. τοῦτον] Aeschinem. Sed quod p. 303, 1. sequitur οὗτος, intelligendum de Ctesiphonte. Talia lectores, nisi attendant, facile fallentia non fefellerunt auditores, quod orantis digitus omnem dubitationem tolleret. SCHAEF.

303, 4. πρίν τι τούτων προλαβεῖν] Sic p. 366, 7. πρὶν τούτων τι τῆς πόλεως προλαβεῖν· ubi pariter ut hic libri nonnulli προσλαβεῖν.

303, 5. ἀλλ' οὐκ ἦν οἶμαι τότε, ὃ νυνὶ ποιεῖ, ἐκ παλαιῶν χρόνων καὶ ψηφισμάτων πολλῶν ἐκλέξαντα] Pertinent haec imprimis ad ea, quae Aeschines de pace Ol. 108, 2. facta multis verbis exponit p. 62. V. οἶμαι ironiam habet. Neque enim dubitat Demosthenes. DISSEN.

303, 7. ἃ μήτε—ῥηθῆναι] Hoc membrum cum syntactice cohaereat cum oratione obliqua, caussa apparet cur posita sint μήτε et μηδεὶς, non οὔτε et οὐδείς. SCHAEF.

303, 19. σοφίζεται καὶ φησὶ] Exstant verba Aeschinis c. Ctesiphont. p. 62, 5. εἰ δέ τισιν ὑμῶν ἐξαίφνης ἀκούσασιν ἀπιστότερος προσπέπτωκεν ὁ τοιοῦτος λόγος, ἐκείνως τὴν ὑπόλοιπον ποιήσασθε

ἀκρόασιν, ὥσπερ ὅταν περὶ χρημάτων ἀνηλωμένων διὰ πολλοῦ χρόνου καθεζώμεθα ἐπὶ τοὺς λογισμούς. ἐρχόμεθα δή που ψευδεῖς οἴκοθεν ἐνίοτε δόξας ἔχοντες κατὰ τῶν λογισμῶν· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὰν ὁ λογισμὸς συγκεφαλαιωθῇ, οὐδεὶς ἡμῶν ἐστὶν οὕτω δύσκολος τὴν φύσιν, ὅστις οὐκ ἀπέρχεται τοῦθ' ὁμολογήσας καὶ ἐπινεύσας ἀληθὲς εἶναι ὅ τι ἂν αὐτὸς ὁ λογισμὸς αἱρῇ. οὕτω καὶ νῦν τὴν ἀκρόασιν ποιήσασθε. εἴ τινες ὑμῶν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν χρόνων ἥκουσιν τοιαύτην ἔχοντες τὴν δόξαν, ὡς ἄρα Δημοσθένης οὐδὲν πώποτε εἴρηκεν ὑπὲρ Φιλίππου κ. τ. λ. ubi notabis quod dicit: ἧς μὲν οἴκοθεν ἥκετ' ἔχοντες δόξης περὶ ἡμῶν ἀμελῆσαι. Aeschines opinionem de Demosthene mutandam dicit, Demosthenes substituit περὶ ἡμῶν, h. e. *de me et Aeschine*, quod sane in re inest; nam si damnaverint Demosthenem, laudabunt Aeschinem. Substituit autem ita propter sequentia. DISSEN.

303, 21. ὥσπερ δ', ὅταν—] Comparationis explicandae simplicissima ratio haec est: Fac pecunias ab aliquo apud trapezitam depositas, ut faciebant, paullatim vero redditas et expensas. Quodsi diu postea rationes subducuntur, fieri potest ut credat sibi superesse aliquid, cum nihil supersit. DISSEN.

303, 22. ἂν καθαραὶ ὦσιν αἱ ψῆφοι] Qui rationes conferunt, *calculos ponunt*, h. e. τιθέναι ψήφους, et *tollunt mutuo sibi oppositos*, quod est ἀνταναιρεῖν, postremo vel restant calculi in alterutra parte vel *sublati sunt omnes et peremti numeri*, quod dicitur καθαραί εἰσιν αἱ ψῆφοι. Caeterum obiter addo, ubi de magnis summis pecuniae ageretur, etiam Graecos abacis usos videri. DISSEN.

303, 27. ὑμᾶς] Scribendum ἡμᾶς ex S. Neque enim ἐγνωσμένους active dictum pro ἐγνωκότας accipi potest. Notavit Baiter. ad Lycurg. p. 125.

304, 1. ὑπαρχούσης] Subaudi ὑμῖν aut παρ' ὑμῖν. REISK.

304, 2. περὶ ἑκατέρου] Scilicet ἡμῶν. REISK.

304, 7. ἡ γὰρ ἐμὴ πολιτεία—πρὸς ἐκεῖνον ἐποίησεν] Citat Tiberius p. 49. s. SCHAEF.

304, 10. συνεμβαλεῖν εἰς τὴν χώραν] εἰς τὴν Ἀττικὴν συνεμβαλεῖν Tiberius. SCHAEF.

304, 11. ἐκεῖνον κωλύειν] κωλύειν ἐκεῖνον Tiberius. SCHAEF.

304, 12. τὸν πόλεμον εἶναι] γενέσθαι τὸν πόλεμον Tiberius. SCHAEF.

ἀπὸ τῆς πόλεως] Omittit Tiberius. SCHAEF.

ἑπτακόσια στάδια ἀπὸ τῆς πόλεως] H. e. circ. octodecim milliaria Germanica, quorum quattuor uno die conficit exercitus. Igitur cum supra dixerit p. 293, 13. τριῶν ἡμερῶν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς ὁδὸν proelium ad Chaeroneam factum, puta unius diei et dimidii iter ab urbe ad fines fuisse, tridui vero spatium a finibus ad Chaeroneam. DISSEN.

304, 13. Βοιωτῶν] τῶν Βοιωτῶν Tiberius. SCHAEF.

304, 15. ἡμᾶς φέρειν καὶ ἄγειν] ἄγειν ἡμᾶς Tiberius. SCHAEF.

ἐκ] ἐπὶ Tiberius. Scripserat Technicus ἀπὸ. ut est in aliquot codd. SCHAEF.

304, 16. *θαλάττης*] *τῆς θαλάττης* Tiberius. SCHAEF.

304, 17. *ἔχειν Φίλιππον*] *φίλον ἔχειν* Tiberius. SCHAEF.

Βυζάντιον] *τὸ Βυζάντιον* Tiberius. SCHAEF.

συμπολεμεῖν τοὺς Βυζαντίους] *τοὺς Βυζαντίους πολεμεῖν* Tiberius. SCHAEF.

304, 18. *ἐκεῖνον*] *ἐκείνους* Tiberius. SCHAEF.

304, 19. *ἀντανελεῖν*] Eamus per partes. *τιθέναι ψήφους*, ponere calculos, ut computationem facias. *ἀναιρεῖν ψήφους*, tollere calculos, quos tolli jubeat computatio. *ἀνταναιρεῖν ψήφους*, mutuo tollere calculos, ut qui incident numeros pares eosque inter se oppositos (positivos et negativos, ut ratiocinatores loquuntur). Jam quid est *ταῦτα*? Et ea, quae Demosthenis administratio reipublicae salutaria civitati gloriosaque effecit, et ea, quae Aeschinis administratio damnosa turpiaque effectura erat, si cives ejus consilia probassent. Utraque in antegressis inde a v. 8. commemorantur. Quid est *ἀντανελεῖν ταῦτα*? Utraque ad instar numerorum parium, sed inter se oppositorum tollere, h. e. oblivione perimere, ut numeri illi computatione perimuntur. Hoc vero Demosthenes vetat: nam jubet curari ut et sua praeclara facinora et Aeschinis foeda ausa sempiternae memoriae tradantur. SCHAEF.

304, 22. *καὶ οὐκέτι—κεκόμισθε*] Vide Dionys. Halic. de Thucyd. judic. §. 54. vol. 6. p. 949. SCHAEF.

οὐκέτι] *Non jam.* SCHAEF.

ἐν οἷς] Idem est atque *ἔνθα* vel *ὅπου*, *ubi. quam ibi cernere est, ubi quorundam potitus est Philippus*, h. e. quam Philippus exercuit tum, quum potitus est quorundam, vel quam, ut cernere est, in eorum quibusdam exercuit, quos in potestatem suam redegit. REISK. Non male Reiskius. Sed licet verti accuratius: *quibus in rebus*. *ἐν οἷς* et *τὰ λοιπὰ τῶν πραγμάτων* inter se opponuntur. SCHAEF.

καθάπαξ] *Omnino.* Supra p. 294, 11. *οἱ καθάπαξ ἐχθροὶ τῆς πόλεως.* Videatur Thomas Magister. TAYLOR. Vertam *derepente, incursu repentino*, *ἐξ ἐφόδου*. Opponuntur inter se *καθάπαξ κύριον καθίστασθαι* et *περιβάλλεσθαι*. Illud vim armorum, hoc dolum consiliorum significat. SCHAEF.

304, 27. *κεκόμισθε*] *ἐκομίσασθε* Dionysius. Ad *κεκόμισθε* addendum videtur *δι' ἐμέ*. mihi debetis, quod fructus humanitatis Philippi percepistis, in quo laudandi estis, egoque vobis id congratulor. REISK. Non addendum est: nam hoc etiam deberi Demosthenis consiliis docet nexus hujus periodi cum superioribus per illa, *καὶ οὐκέτι προστίθημι*. Recte autem Reiskius *καλῶς ποιοῦντες* interpretatur. SCHAEF. Constat Philippum Athenienses prae aliis omnibus leniter, humane, honorifice tractasse. Sic etiam post pugnam iis, ut est ap. Justin. 9, 4. et captivos gratis remisit (cf. etiam Plutarch. Apophthegm. Reg. c. 9.) et bello consumtorum corpora sepulturae reddidit, reliquiasque funerum ut ad sepulchra majorum deferrent ultro hortatus est. Praeterea legatos, qui pacem cum iis amicitiamque jungerent,

Athenas misit. Vide etiam Diodor. 16, 87., unde tamen patet primum liberius insultantem regem post victoriam, mox Demadis oratione ad moderationem esse revocatum. Cf. Wichers ad Theopompi Fragm. p. 259. DISSEN.

305, 1. παραδείγματα] Quale illud σοφὸν scilicet παράδειγμα τῶν ψήφων, quod Orator modo explosit. SCHAEF.

πλάττων—σχήματα] Num forte hic locus Lexicographo MS. Paris. obversabatur, cum scriberet: Δημοσθένης· καὶ πλασάμενος σχῆμα τραγικόν. Vid. Osannus Auctar. Lexic. Graec. p. 177. SCHAEF.

305, 2. ῥήματα καὶ σχήματα μιμούμενος] Affert verba ridicula Demosthenis Aeschines p. 46. et imprimis p. 77. haud dubie etiam gestus imitans, quemadmodum paullo post ibi κύκλῳ περιδινῶν σεαυτὸν ἐπὶ βήματος addit, et flebili voce loquentem inducit p. 83. Erat admodum vivida Demosthenis actio et videtur in affectu etiam liberiores motus et gestus admisisse, ut etiam ex sequentibus vides. Magnifice de ὑποκρίσει Demosthenis judicat Dionysius in libro de admir. vi dicendi in Demosthen. c. 22. et 53. seqq. DISSEN.

πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο, οὐχ ὁρᾷς; γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων] Sic πάνυ γὰρ ἔδει δεηθῆναι ironice Aeschines dicit c. Ctesiph. p. 68, 3. DISSEN.

παρὰ τοῦτο] Alludit ad hunc locum Cicero Orat. §. 8. *Itaque se purgans jocatur Demosthenes; negat in eo positas esse fortunas Graeciae, in hoc eum* [Verbis corruptis vel defectis *in hoc in eum* (nam sic libri) editores ex Ambrosii loco infra apposito substituerunt *hoc an illo verbo usus sit.*] *huc an illuc manum porrexerit.* D. Augustinus contra Crescon. l. 2. init. *Si enim Demosthenes, clarissimus oratorum, quibus verborum tanta fuit cura, quanta rerum auctoribus nostris, cum tamen ei nonnullam locutionis insolentiam objecisset Aeschines, negavit ille in eo positas esse fortunas Graeciae, illone an illo verbo usus fuerit et huc an illuc manum porrexerit.* D. denique Ambrosius in Lucam cap. 2. *Nam si orator illorum, qui phaleras sermonum sequuntur, negat in hoc fortunas positas esse Graeciae, hoc an illo verbo usus sit, sed rem spectandam putat*, caetera. TAYLOR. H. Stephanus hunc locum perperam intelligens Thes. s. v. παρά citavit tamen quae cum eo aptissime componi possint: in his Isocrateum p. 36 E. ὡς οὐ παρὰ τοῦτ᾽ ἐστὶν recte versum: *non in his positum esse rerum momentum.* Quodque ἐστίν in Isocrate, idem h. l. valet γέγονε a Pseudo-Ulpiano ridicule expositum. SCHAEF. Conf. ad p. 43, 14.

305, 3. οὐχ ὁρᾷς;] Est vivida formula, quam serio usurpant et ironice. Et serio quidem arguit Eurip. Alcest. 259., nunc autem ut p. 315, 18. et p. 616. fin. est ironica, acerbe sarcastica. Totum denique locum Technici laudant ut exemplum διασυρμοῦ, cf. Alexandr. Rhet. p. 54. (p. 458.) Tiber. p. 64. (p. 572. ed. Walz.) ac vides nullo aptiore loco ad istam irrisionem Aeschinis responderi potuisse. DISSEN.

305, 8. ἐπιστὰς] Simpliciter *res aggressus.* ἐπὶ ταῦτα ἐπέστην p. 245, 10., ubi subinsulsus est Pseudo-Ulpianus Oratoris τὴν κηδεμονίαν componens cum δαίμονός τινος ἐπιστασίᾳ. SCHAEF.

305, 13. *Δύναμιν μὲν τοίνυν εἶχεν ἡ πόλις τοὺς νησιώτας οὐχ ἅπαντας, ἀλλὰ τοὺς ἀσθενεστάτους*] Ad sequentem locum conferes Boeckhii expositionem Oecon. Athen. 1. p. 439 seqq., ubi de sociis Athenarum per temporum seriem et de ratione tributorum a sociis exactorum accuratissime dicitur. DISSEN.

305, 16. χρημάτων σύνταξιν] *Pecuniarum contributionem.* Hoc nomen mitius videbis apud Boeckhium p. 450. anno Ol. 100, 4. a Callistrato inventum pro odioso antiquiore φόρος. Cum Demosthenes ad rempublicam accederet in fine Ol. 106., erat, ut vides, parva summa. DISSEN.

305, 18. καὶ ταῦτ' ἦν προεξειλεγμένα] *Atque etiam haec erant jam ante exacta.* Est ἐκλέγειν proprium de tributis exigendis, ut δασμοὺς ἐκλέγειν Xenoph. Oecon. 4, 9. et ἐκλέγειν τὰ χρήματα ἐκ τῶν συμμάχων Orat. adv. Timoth. p. 1199. Sic etiam de aliis pecuniis exactis: cf. de falsa legat. p. 435. Philipp. 1. p. 49. DISSEN.

305, 24. τὰ δὲ τοῦ Φιλίππου σκέψασθε πῶς] Describit nunc *subsidia* et *commoda Philippi.* Comparationem monarchiae et democratiae vide apud Isocratem Nicocl. c. 5. et 6. p. 32 seqq. Bekk. Confer etiam Olynth. 1. p. 10. DISSEN.

305, 28. εἶθ' οὗτοι τὰ ὅπλα εἶχον ἐν ταῖς χερσὶν ἀεί] Constat nunquam quievisse Philippum. Philipp. 3. p. 124. καὶ σιωπῶ θέρος καὶ χειμῶνα, ὡς οὐδὲν διαφέρει, οὐδ' ἐστὶν ἐξαίρετος ὥρα τις, ἣν διαλείπει. Olynth. 2. p. 24. οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστιν, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται. DISSEN.

306, 5. αὐτὸς δεσπότης ἡγεμὼν, κύριος πάντων] Similiter p. 36, 26.

306, 13. συμμάχους ἐποίησα] Narrat nunc Demosthenes se socios non paucos comparasse urbi, a quibus mercenariorum quindecim millia et duo equitum congesta praeter civium copias. Hunc numerum Plutarchus sequitur V. Demosthen. c. 17. Aeschines Ctesiph. p. 67. et 74. decem millia mercenariorum memorans Thebanorum mercenarios nondum numerat. Vide Boeckh. Oecon. Ath. 1. p. 292. Nam facta erat haec populorum societas ante expeditionem in Euboeam Ol. 109, 4. susceptam. Thebani vero Ol. 110, 2. fin. demum foedus cum Atheniensibus fecerunt, et tum demum fuerunt tot millia quot Demosthenes dicit. Tamen horum omnium sociorum pauci proelio ad Chaeroneam interfuisse videntur; Corinthios Strabo laudat 9, 2. Pausanias Phocenses 10, 3, 3. Justinus 9, 3. breviter sic: *motae quaedam civitates Atheniensibus se jungunt, quasdam autem ad Philippum belli metus traxit.* Affuerunt Philippo Thessali et Aetoli, alii supra a nobis indicati, non autem ut videtur Peloponnesii: non Messenii, cf. Pausan. 4, 28, 2; non Arcades, cf. Pausan. 8,

27, 7. ut videtur; non Elei, cf. Pausan. 5, 4, 5. Caeterum Justin. 9, 3. tradit Atheniensium et sociorum exercitum in hoc proelio majorem fuisse, Diodorus 16, 85. autem Philippi. DISSEN.

306, 13. *συμμάχους μὲν ὑμῖν ἐποίησα κ. τ. λ.*] Scholiastes Hermogenis p. 139. *οὕτω καὶ Δημοσθένης, ζητουμένου, εἰ εὔνους ἐστὶ τῇ πόλει, ἀπὸ τῶν πράξεων συνέστησε τὴν ἑαυτοῦ εὔνοιαν οὕτως εἰπών· ὅπου* (leg. *οὕτως εἰπών που, nescio ubi locorum.*) *Βυζαντίους, Περινθίους, Εὐβοέας, Ἀχαιοὺς συμμάχους ἐποίησα τῇ πόλει.* fortasse hunc locum designans. REISK.

306, 17. *τῶν πολιτικῶν*] I. q. *τῶν οἰκείων* p. 305, 18. SCHAEF.

306, 19. *δίκαια*] Explicat scholiastes satis erudite. Disceptatio erat de jure et proportione. TAYLOR. Sensus: Si vero calumniaris, quod officiosiores erga Thebanos et Byzantinos et Euboeenses de jure nostro aliquantum remisimus. A liberalitate Demosthenes repetit quod Aeschines largitioni tribuerat p. 74. (535. R.) SCHAEFER. Aeschines c. Ctesiph. p. 74. dixerat: *τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἀναλωμάτων τὰ μὲν δύο μέρη ὑμῖν ἀνέθηκεν, τὸ δὲ τρίτον μέρος Θηβαίοις.* Confer porro eundem p. 66. de Euboicis rebus querentem. De Byzantiis similiter dixerat coram judicibus, in edita vero oratione, ut supra jam vidimus, mentionem eorum omisit. DISSEN.

306, 22. *τῶν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἐκείνων ἀγωνισαμένων τριήρων, τριακοσίων οὐσῶν τῶν πασῶν τὰς διακοσίας ἡ πόλις παρέσχετο*] Ducentas triremes Atheniensium in pugna Salaminia certasse etiam ex Herodoto constat, qui ceteroquin totam Graecorum classem ex trecentis septuaginta octo triremibus constitisse narrat, cum Demosthenes ut Aeschyl. Pers. 337. trecentas numeret. Vide de tota re Boeckhium in libro de Oecon. Athen. 1. p. 275 seqq. DISSEN. Conf. ad p. 186, 6. ubi centum tantum Atticae certasse dicuntur.

306, 23. *τὰς διακοσίας ἡ πόλις παρέσχετο*] Quemadmodum nunc *τὰ δύο μέρη τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἀναλωμάτων*, tertia sumtuum parte Thebanis irrogata, quod Demostheni Aeschines acerbe exprobrat p. 74. SCHAEF.

307, 1. *κενὰς*] *κεναὶ χάριτες* sunt officia, studia vana, incassum navata, sive illo, cui navantur, haud desiderante et vel aspernante etiam, sive quod sero veniunt, sive quod rem malam et corruptam haud corrigunt. REISK.

χαρίζῃ] Scribendum *χαρίζει.*

307, 2. *ὢν—παρὼν*] *ὢν ἐν τῇ πόλει*, agens, habens in urbe, non peregrinans, *παρὼν*, scilicet *τοῖς γιγνομένοις*, praesens rebus illis, cum gererentur, in iis mediis versans. REISK. *παρὼν*, praesens in concionibus, ubi de illis rebus agebatur. SCHAEF.

307, 6. *τοὺς ἀπελαυνομένους*] Thebanos significat ab Atheniensium societate conditionibus iniquis abactos. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 222.

307, 8. *τί ἂν οἴεσθε*] Laudat hunc locum Plutarchus Mor. p. 542 A., ubi observat scite a Demosthene minui et evitari moles-

tiam laudis eo, quod ostendat utilia et necessaria maxime fuisse quae fecerit. DISSEN. Citat hunc locum aliosque e vicinia Apsines p. 699. REISK.

307, 11. *τί ποιεῖν ἂν—τουτουσί;*] Citant Anecd. Bekk. p. 127, 16. sic scripta: *τί ποιεῖν ἂν ἢ τί λέγειν τοὺς ἀσεβεῖς τούτους ἀνθρώπους οἴεσθε;* SCHAEF.

307, 16. *γέγονε* post *κύριος* vulgo lectum recte abest a quattuor codicibus. Sunt enim modo tria membra, ut doceatur quae fuissent futura. *εἰ κύριος κατέστη Φίλιππος Εὐβοίας καὶ Θηβῶν καὶ Βυζαντίου.* Attende autem ordinem his in membris inversum: chiasmum Technici dicunt. SCHAEF.

307, 21. *πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι κ. τ. λ.*] Sopater ad Hermogenem p. 37. *δεῖ δὲ τὸν μελετῶντα τὰ πρός τι ἢ διαβεβλημένα καθολικοῖς χρῆσθαι ἐπιχειρήμασιν, ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης· πονηρὸν, ὦ Ἀθηναῖοι, πονηρὸν ὁ συκοφάντης.* V. etiam schol. Aristophan. ad Nubes v. 447. REISK. Conf. Tiberius p. 44. s. cum editoris annotatione. SCHAEF.

307, 22. *τοῦτο δὲ—ἐστιν*] Citat Thomas M. p. 535. SCHAEF.

307, 23. *κίναδος*] Citant hunc locum Hermogenes p. 241. 271. Thomas M. v. *κίναιδος*, Harpocration v. *κίναδος*. REISK.

307, 25. *αὐτοτραγικὸς πίθηκος, ἀρουραῖος Οἰνόμαος*] V. Hermogenes l. c. ad p. 270, 20. SCHAEF.

αὐτοτραγικὸς πίθηκος] Harpocration: *Τραγικὸς πίθηκος. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. ἔοικε λέγειν τοῦτο ὁ ῥήτωρ, ὡς καὶ παρὰ τὴν ὑπόκρισιν ἀτυχοῦντος τοῦ Αἰσχίνου καὶ μιμουμένου μᾶλλον τραγῳδοὺς ἢ τραγῳδεῖν δυναμένου.* Significat nomen *πίθηκος* saepius parvitatem et turpitudinem, ut Aristoph. Ran. 708. Acharn. 120. Lycophr. 1000. add. Heindorf. ad Horat. Sermon. 1, 10, 18. Quare aliquis vertat: homuncio plane factus, h. e. omnino non factus ad scenicam artem. Sed non vera esset haec explicatio. nam *εὐφυὴς* fuisse videtur Aeschines. nec de corpore hic agitur, ut caetera ostendunt, sed de artis perversitate, cf. modo Harpocrat. Nempe nimius fuit Aeschines in imitatione rerum, cum ageret tragicas personas. quemadmodum Myniscus Aeschyli actor Callippidem *πίθηκον* vocabat, ut narrat Aristoteles Art. Poetic. c. 27., *ὡς λίαν ὑπερβάλλοντα.* Hoc igitur sensu nunc dicitur *tragica simia si quis alius.* DISSEN.

ἀρουραῖος Οἰνόμαος] Supra p. 288, 20. Vide Hesychium v. *Ἀρουραῖος Οἰνόμαος*, qui hunc locum spectat. Hermogenem p. 356. TAYLOR. *ἀρουραῖος Οἰνόμαος* appellatur, quoniam non in urbe, sed ruri hanc fabulam agebat: et *Οἰνόμαος, διὰ τὸ ὑποκρίνεσθαι τὸν Οἰνόμαον καὶ πεσεῖν ἀπὸ τοῦ ἅρματος*, ut vult scholiastes Hermogenis p. 410. REISK. V. Vita Aeschinis p. 11. s. R. et Apollonius ibid. p. 13. s. SCHAEF.

307, 26. *παράσημος ῥήτωρ*] H. e. *πονηροῦ κόμματος*, metaphora a numis ducta, ut constat. Conf. Harpocrat. in v., Bekker. Anecd. p. 192. 292. Etiam Pollucem 4. 35. ad h. l. respicere observat Wyttenbachius ad Plutarch. de Educat. p. 4, C. DISSEN.

307, 27. ὥσπερ ἂν—νῦν λέγεις;] Citat Tiberius p. 62. SCHAEF.

307, 28. εἴ] Omittit Tiberius. SCHAEF.

ἀσθενοῦσι μὲν τοῖς κάμνουσιν] Inter se opponuntur ἀσθενοῦσι μὲν τοῖς κάμνουσιν et ἐπειδὴ δὲ τελευτήσειέ τις αὐτῶν. *decumbentibus quidem aegrotis—sed mortuo eorum aliquo.* SCHAEF. Respicit totum locum Aeschines c. Ctesiph. p. 86. ἔπειτα ἐπερωτᾶν με, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, μέλλει τίς ἂν εἴη τοιοῦτος ἰατρὸς, ὅστις τῷ νοσοῦντι μεταξὺ μὲν ἀσθενοῦντι μηδὲν συμβουλεύοι, τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, ἐλθὼν εἰς τὰ ἔνατα διεξίοι πρὸς τοὺς οἰκείους ἃ ἐπιτηδεύσας ὑγιὴς ἂν ἐγένετο. Quae iste ex ipsa audita in judicio oratione Demosthenis suscepit, ut observarunt ante nos Westermannus et Rauchensteinius, et cum ederet suam, inseruit ut respondere posset. Comparationis vero ipsius rationem quod attinet, quaeras cur medicum Demosthenes ad sepulchrum hoc dicentem faciat, cum inferiae feruntur mortuo nono post mortem die; nam τὰ ἔνατα quae Aeschines dicit, videtur etiam Demosthenes in animo habere. Nempe medicus aliquamdiu post mortem dicit, et dicit publice simulans luctum praesentibus omnibus propinquis: sic Aeschines diu post cladem ad Chaeroneam publice prodit, et coram civibus de istis rebus queritur. Caeterum de sacris mortuorum Ἐνάτοις s. novemdialibus vide nos ad Pindar. vol. 2, p. 648., Schoemann. ad Isaeum p. 219. et Muellerum ad Aeschyl. Eumenid. p. 143. DISSEN.

308, 2. αὐτῷ] ἐπ' αὐτῷ Tiberius. SCHAEF.

308, 3. εἰ τὸ καὶ τὸ κ. τ. λ.] Alexander de Figuris p. 72. cap. περὶ ἐλλείψεως hunc locum citat. REISK.

308, 5. οὑτοσὶ] Non habet Tiberius.

308, 6. γαυριᾷς] Citant h. l. Anecd. Bekk. p. 87, 29. SCHAEF.

308, 7. ἐμοῦ] Praestat ἐμοὶ, quod habent. S. aliique. *Nulla in re quae in potestate mea sita fuit.*

308, 8. οὐδαμοῦ—πρέσβεων] Citant Anecd. Bekk. p. 147, 4. οὐδαμοῦ referendum ad ἡττηθείς. SCHAEF.

ὅποι] ὅπου Anecd. Bekk.

308, 9. πρεσβευτὴς ἐπέμφθην] De legationum, quas hic commemorat, temporibus quae dici possunt pauca, haec sunt. Anno Ol. 108 4. contra Illyrios bellavit Philippus, Ol. 109, 1. in Thessaliam venit, cf. Winiewski. p. 146. 155., unde vir doctus putat p. 159. huc referendas esse has legationes. Mihi tamen ordinem temporum sequi videtur orator in hac enumeratione, quare alio anno in Illyria fuit, fortasse Ambracia illuc profectus. Ambraciam autem missus videtur Demosthenes Ol. 109, 2., quo tempore Philippus hanc urbem in potestatem suam redigere conabatur, cf. Winiewski. p. 158. Thraciae *reges* sunt Teres et Cersobleptes, Ol. 109, 2. bello petiti. Ac tum etiam Byzantium venisse Demosthenes videtur, cf. Winiewski. p. 185. quam legationem etiam Aeschines memorat p. 60. DISSEN.

308, 11. παρὰ] Omittunt Anecd. Bekk. SCHAEF.

308, 14. οὐ τὰ τελευταῖα πρῴην] *Non denique nuper,* ante hos

octo annos, Thebis. Junguntur passim haec verba, ut Philipp. I. p. 44, 28. de falsa legat. p. 406, 6. ac videri potest πρῴην etiam latiori sensu dictum. Tamen S. melius id plane omittit. DISSEN. Delevi πρῴην.

308, 18. εἰς μαλακίαν σκώπτων] Ut contr. Ctesiph. p. 78. et alias saepe illic. DISSEN.

308, 29. πολιτικὰ i. q. οἰκεῖα, ut δύναμις πολιτικὴ est i. q. δ. οἰκεία. V. not. ad p. 306, 17. SCHAEF.

309, 4. προτρέψαι] Scil. τὰς πόλεις. Neque enim de solis Athenis per hunc locum dicitur. DISSEN.

309, 15. ὁ ὠνούμενος] *Emens*, hic i. q. *largitionibus corrumpens*. V. p. 122, 22. Sic ὁ ἀντωνούμενος p. 307, 6. SCHAEF.

τὸν λαβόντα] *Eum qui dona accepit*. SCHAEF.

ἐὰν πρίηται] *Si perpulit ut acciperet*. Est conjunctivus aoristi. Quod autem Demosthenes sic scripsit, non ἐὰν ὠνήσηται, docet quid discriminis inter duo haec verba usus loquendi esse voluerit. SCHAEF.

309, 16. τὸν ὠνούμενον] *Licitantem*. ὠνεῖσθαι de emturiente dictum frequentis est usus. Vid. Schweighaeuseri Lexic. Herodot. vol. 2. p. 387. a. SCHAEF.

309, 17. ἃ μὲν τοίνυν κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 240. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι συμπληρώσεις—ἅμα τε τὸ προειρημένον συμπληροῦσαι καὶ ἀπαρτίζουσαι καὶ μετάβασιν ἐπὶ τὸ ἑξῆς εἰσαγόμενον παρέχουσαι, ὡς ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου· ἃ μὲν τοίνυν ἐγὼ παρεσχόμην—. REISK.

309, 18. τουτονὶ] *Hunc Ctesiphontem*. REISK.

309, 22. ἐν αὐτοῖς—φοβεροῖς] *Versans in ipsis terroribus*. Bene scholiastes ad Euripid. Hecub. 903. ed. Matth. τὸ ἐμβαίνω, εἰ μὲν πρὸς δοτικὴν συντάσσεται, τὸ ἐν ἔχει τὴν δύναμιν, —. V. H. Stephani Thesaur. ubi etiam de h. l. SCHAEF.

309, 25. ἐμβεβηκὼς] Dubium est quo referatur, num ad δῆμος, an ad ἐγώ. Insequentia tamen sic satis certo definiunt atque restringunt ad δῆμος. mirum non fuisset, si populus, utpote in ipsos ingressus deterrimos turbarum bellicarum horrores iisque septus et paene dementatus, inclementius aliquid in me statuisset. REISK.

309, 26. πρῶτον μὲν περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως] Agebatur igitur ante omnia de securitate et munitione urbis, ac decretum est auctore Demosthene ut praesidia disponerentur, ut muri reficerentur et fossae ducerentur. Sed vide quomodo dicat: αἱ τάφροι καὶ τὰ εἰς τὰ τείχη χρήματα διὰ τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων ἐγίγνετο. Cur non dixit τὰ εἰς τὰς τάφρους καὶ τὰ εἰς τὰ τείχη χρήματα aut τὰ εἰς τὰ τείχη καὶ τὰς τάφρους χρήματα? Nempe decreta erat auctore Demosthene pecuniae certa summa ad muros reficiendos et fossas ducendas, ipse pro parte sua decem propemodum talenta ex aerario acceperat, quae cum non sufficerent, tria talenta de suo addidit maxime fossis ducendis impensa. Conf. ad p. 266. Sic ductae quidem sunt ex decreto populi, sed pecunia non venit inde. Caeterum videmus ex decreto, quod Demochares tulit in honorem Demosthenis, apud Plutarch. post Vit. 10. Orat. p. 851. circa Piraeeum eas ductas. Tribus Pandionis Demosthe-

nem τειχοποιὸν elegerat, cf. Aeschin. contr. Ctesiph. p. 58., hic sortitus erat Piraeeum muniendum, ut ceteri collegae alias partes moenium, atque ita dedit haec tria talenta. Caeterum exposuit de his temporibus etiam Muellerus in Commentationum de Munimentis Athenarum priore p. 25 seq. Quantum vero omnino tum fuerit studium omnium civium docet insignis Lycurgi locus Orat. in Leocrat. p. 153. ubi status civitatis post cladem ad Chaeroneam sic describitur: καίτοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐκ ἔστιν ἥτις ἡλικία οὐ παρέσχετο αὑτὴν εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, ὅτε ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλλετο, οἱ δὲ τετελευτηκότες τὰς θήκας, οἱ δὲ νεῴ τὰ ὅπλα. ἐπεμελοῦντο γὰρ οἱ μὲν τῆς τῶν τειχῶν κατασκευῆς, οἱ δὲ τῆς τῶν τάφρων, οἱ δὲ τῆς χαρακώσεως· οὐδεὶς δ' ἦν ἀργὸς τῶν ἐν τῇ πόλει. DISSEN.

310, 1. σιτώνην] Sic dicebantur penes quos erat cura frumenti publice coëmendi et in horrea publica inferendi. Vide de hoc munere Boeckhium Oecon. Athen. 1. 96. Eligebantur vero tales, quos maxime probos populus putabat, quibus plurimum confidebat. DISSEN.

310, 3. καὶ μετὰ ταῦτα—κακῶς ἐμὲ ποιεῖν] Citant Anecd. Bekk. p. 162, 23. SCHAEF.

310, 5. κακῶς ἐμὲ] ἐμὲ κακῶς Anecd. Bekk. SCHAEF.

310, 10. Διώνδου] Diondam vidimus p. 302, 15. Ignoti Sosicles et Melantus. Philocrates autem Eleusinius est, memoratus in Orat. adv. Aristog. 1. p. 783., diversus ab Agnusio ad mortem damnato, de quo vide ad p. 230. Praeterea de actionibus isto tempore Demostheni intentis non multum constat. Pertinere tamen huc videtur quod est in Vit. 10. Orat. p. 845, F. σιτώνης δὲ γενόμενος καὶ κατηγορηθεὶς ἀφείθη. Alius locus est in Orat. adv. Aristog. 1. p. 781. ἀλλ' Ἀριστογεῖτον, ἑπτὰ γραφὰς κέκρικάς με, τοῖς ὑπὲρ Φιλίππου τότε πράττουσι σαυτὸν μισθώσας, καὶ εὐθύνας διδόντος δὶς κατηγόρησας· καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ καὶ ἔχω τοῖς θεοῖς καὶ πᾶσιν ὑμῖν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς σώσασί με πολλὴν χάριν· σὺ δ' οὐδὲ πώποτε οὐδὲν ἀληθὲς λέγων ἐφάνης, ἀλλ' ἀεὶ συκοφαντῶν ἠλέγχου. Vidit de his ante nos Westermannus de litib. p. 95. DISSEN.

310, 15. ὑπὲρ τῶν—δικαστῶν] *Utile judicibus:* qui si aliter judicarent, sibi ipsi nocerent, quippe pejerantes. ὃ δὲ πάντων καὶ φοβερώτατον καὶ μάλισθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν p. 305, 20. SCHAEF.

310, 16. οὐκοῦν—μετεδίδοτε] Citant Anecd. Bekk. p. 179. s. SCHAEF.

ἐν μὲν οἷς—ἐν οἷς δὲ—ἐν οἷς δὲ] Vides minus concinne positas particulas μὲν et δέ. Sic autem solent etiam optimi scriptores. SCHAEF.

310, 17. τὸ μέρος] V. ad p. 260, 20.

310, 18. τὰ ἄριστά με πράττειν] Instituta mea esse omnium optima et saluberrima, et quae agerem, ea me agere fide integerrima sanctissimaque erga remp. pietate. REISK.

310, 21. ἐπεσημαίνεσθε] Proprie dicitur ἐπισημαίνεσθαι τὰς εὐθύνας, *subscribere rationes et subsignare atque ita confirmare*, quod

λογιστῶν erat, conf. Platner. de jud. Athen. vol. I. p. 345. et Boeckh. Oecon. Athen. I. p. 208. DISSEN.

310, 22. προσωμολογεῖτε] προσομολογεῖν nunc est *assentiri iis, quae rationes redditae ostendunt.* veluti Aeschines contr. Ctesiph. p. 62. v. ὁμολογεῖν utitur. DISSEN.

310, 27. *ναὶ, φησὶν, ἀλλὰ κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 306. Syrianus p. 237. *ὡς ἐπὶ τοῦ Κεφάλου καὶ Ἀριστοφῶντος τῶν ἀμφισβητούντων περὶ τοῦ καλοῦ βίου.—τοῦ κατὰ τὸν Κέφαλον μέρους, τῷ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν—τοῦ κατ᾽ Ἀριστοφῶντα, τῷ πολλὰς φυγεῖν γραφὰς καὶ μηδεμίαν ἁλῶναι.* item p. 404. REISK.

τὸ τοῦ Κεφάλου καλὸν] *Quod Cephalo contigit pulchrum est.* SCHAEF. Cephalus memoratus jam p. 301, 19. Nunc vide Aeschin. c. Ctesiph. p. 81. *ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος—ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐφιλοτιμεῖτο λέγων ὅτι πλεῖστα πάντων γεγραφὼς ψηφίσματα οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν πέφευγε παρανόμων.* De nobili certamine oratorio Cephali et Aristophontis, quod Aeschines celebrat, vide quos praeterea affert Westermannus p. 93. in libro *de litibus quas Demosthenes oravit ipse.* DISSEN.

311, 6. *μηδὲν*] Significantissimum h. l. *μηδέν*: ne putes valere idem quod *οὐδέν*. Hoc vult orator: etiamsi forte sim deterior Cephalo civis, tamen tu quidem tali usus argumento confiteris me nihilo deteriorem illo civem esse. Tot verbis opus est ad explicandum quod Graecorum mirabile idioma solo negativarum discrimine significat. SCHAEF.

311, 7. *πολλαχόθεν μὲν τοίνυν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Aristides p. 204., ubi sententiam hanc in exemplum *περιβολῆς* proponit. REISK.

τοίνυν] *οὖν* Aristides. REISK.

311, 9. *περὶ τῆς τύχης διελέχθη*] Totum hunc locum de fortuna contrectavit auctor Epistolae quartae. Aeschinis loci sunt p. 69, 36. 76, 8. 71, 2. 61, 38. DOBR.

311, 10. *προφέρει*] I. q. *ὀνειδίζει*. V. v. 13. Theognis 157. *μήποτέ τοι πενίην—πρόφερε.* Sed Hesiodus Op. 662. *μηδέ ποτ᾽ οὐλομένην πενίην—τέτλαθ᾽ ὀνειδίζειν.* Phot. Lex. p. 591, 8: *τῶν προγονικὰ ἀνδραγαθήματα προφερόντων.* SCHAEF.

311, 19. *τὴν μὲν τῆς πόλεως τύχην ἀγαθὴν ἡγοῦμαι*] Pertinent huc Solonis versus ap. Demosthen. p. 421. Sic etiam in Epistol. IV. Demosth. p. 1487. *ἐγὼ τὴν πόλιν τὴν ὑμετέραν εὐτυχεστάτην πασῶν πόλεων ὑπολαμβάνω καὶ θεοφιλεστάτην, καὶ ταῦτα οἶδα καὶ τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον καὶ τὴν Διώνην καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον ἀεὶ λέγοντας ἐν ταῖς μαντείαις, καὶ προσεπισφραγιζομένους τὴν ἀγαθὴν τύχην ἐν τῇ πόλει εἶναι παρ᾽ ὑμῖν.* Haec fortuna est, quae semper melius prospiciebat Atheniensibus, quam sibimet ipsi solerent, uti dicitur Philipp. I. p. 43., ut notissima eorum *δυσβουλία* semper verteretur in melius, cf. Aristoph. Nub. 590. Eccles. 496. seqq. Hinc Eupolis ap. Athenaeum 9. p. 425. *ὦ πόλις, πόλις ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.* Caeterum erat *ἀγαθῆς τυχῆς νεὼς* apud Prytaneum, cf. Meurs. de Fortun. Athen. I. c. 8. DISSEN.

311, 26. *τῶν οἰηθέντων Ἑλλήνων*] Intelliges maxime Pelopon-

nesios plerosque, qui cum ab hoc pro libertate Graeciae gesto gravissimo contra Philippum bello abesse non deberent, domi manserunt, Philippo quidem non auxiliantes, sed etiam Atheniensibus opem non ferentes. DISSEN.

311, 29. τὸ δὲ προσκροῦσαι—συμβῆναι] Verissime monet Wunderlichius absolute haec posita pro *quod vero illud attinet, quod offendimus neque omnia quae cupiebamus contigerunt.* Comparat Xenoph. Cyrop. 1, 6, 18. ἀλλὰ μέντοι τό γε μελετᾶσθαι ἕκαστα τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἀγῶνας ἄν τινάς μοι δοκεῖ προειπὼν ἑκάστοις μάλιστα ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι ἕκαστα, porro Aeschin. c. Ctesiph. p. 62. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα, ἤδη σφόδρα μοι τὸν νοῦν προσέχετε, et Soph. Philoct. 497. Electr. 1071. DISSEN.

312, 6. ἀξιῶ] *Arbitror:* unde cum περί constructum est. Per νομίζω explicant grammatici. V. Bekk. Anecd. p. 412, 26.—28. SCHAEF.

312, 15. ψυχρότητα] ψυχρότης, *absurditas, ineptia*, quae decent ἄνθρωπον νοῦ κενόν. Interpretantur proxime sequentia. ψυχρὰ λέγειν, *absurda loqui*, ut recte vertunt, habet Xenophon Conviv. 6, 7. SCHAEF.

312, 23. ἔχειν ὅσα χρὴ] De facultatibus hereditariis Demosthenis vide Boeckhium Oecon. Athen. 2. p. 10. DISSEN.

312, 26. εἰσφέρειν notum est dici *de tributo extraordinario ad belli necessitates*, cf. Wolf. Proleg. ad Lept. p. 94., Boeckh. l. c. 2. p. 3. Caeterum liturgias quidem non praestabant παῖδες, at εἰσφορὰν, idque etiam Demosthenes jam puer fecerat, cf. Boeckh. vol. 2. p. 5. 83 seq. Quod igitur dicit ἐξελθόντι ἐκ παίδων, propter liturgias dicit. Addit deinde breviter εἰσφοράν, quam in pueritia et post pueritiam praestiterat. DISSEN.

μηδεμιᾶς φιλοτιμίας ἀπολείπεσθαι] Veluti cum Ol. 105, 3. trierarchi voluntarii evocarentur, cf. supra p. 259. Vide etiam infra p. 316. Caeterum de voce φιλοτιμία largitionem et donum publice exhibitum significante cf. Wyttenb. ad Eunap. Proaeres. annot. p. 327. DISSEN.

313, 3. γ'] Attende vim encliticae. *etsi eventus spei non respondit, tamen honesta.* SCHAEF.

313, 5. συμβεβίωκα] ἀγαθῇ γε—τύχῃ συμβεβιωκὼς—p. 315, 17. SCHAEF.

313, 8. σκόπει πρὸς ταύτην κ. τ. λ.] Citat h. l. Alexander Rhetor p. 16. REISK.

313, 10. πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων] Dicitur προσεδρεύων cum contemtu, ut qui servorum in modum semper praesto esse deberet ad munera servilia. DISSEN.

313, 11. τὸ μέλαν—κορῶν] Habet Marcellinus l. c. ad p. 270, 7. SCHAEF.

313, 12. τὰ βάθρα σπογγίζων] Citat Pollux 4, 19. v. βάθρα σπογγίζων. REISK. τὰ βάθρα *subsellia scholastica*, cf. Plat. Protag. p. 325., propter quem locum verissime observat Muellerus adjuncta pulpita parva his scamnis fuisse, in quibus legerent et scriberent pueri. DISSEN.

313, 13. ἀνὴρ δὲ γενόμενος] Sequitur nunc locus memorabilis *de vilibus sacris Phrygiis sive Sabaziis* apud Athenienses, quem tractavit Lobeckius in Aglaopham. vol. 1. p. 646 seqq., neque tamen singula omnia tetigit. Erant lustralia et absolutoria Bacchicis caerimoniis plena, quae a superstitiosis hominibus imprimis ex plebe colebantur; atque Aeschinis mater antistita fuit, ipse vero matris administer. DISSEN.

313, 14. τῇ μητρὶ τελούσῃ τὰς βίβλους ἀνεγίγνωσκες] Appellat Suidas s. v. Αἰσχίνης Glaucotheam τελέστριαν, Demosthenes p. 320, 15. significantius τυμπανίστριαν. Haec cum initiabat, filius recitabat καθαρμοὺς ex libris sacris sive ritus et formulas lustrales. Similiter Epicurum quidam criminati sunt, Lobeckio comparante, in juventute σὺν τῇ μητρὶ περιιόντα εἰς τὰ οἰκίδια καθαρμοὺς ἀναγιγνώσκειν, Diog. Laert. 10, 4. DISSEN.

313, 15. νεβρίζων] Photius: νεβρίζειν· ἢ νεβροῦ δέρμα φορεῖν ἢ διασπᾶν νεβροὺς κατὰ μίμησιν τοῦ περὶ Διόνυσον πάθους —. Harpocration et Photius, νεβρίζων· Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος· οἱ μὲν ὡς τοῦ τελοῦντος νεβρίδα ἐνημμένου ἢ καὶ τοὺς τελουμένους διαζωννύντος. Ultimum verum est, cum haec participia accusativum τελουμένους regant. Caeterum νεβρίδος usum in Bacchicis rebus quis nescit? DISSEN.

313, 16. κρατηρίζων] Photius: οἶνον ἀπὸ κρατήρων ἐν τοῖς μυστηρίοις σπένδων. Cum Hesychius ἐκρατηρίσθημεν explicet per ἐμεθύσθημεν, patet activum verti posse *imbuere vino*, quod hic tenendum videtur. Transtulit ita etiam Jacobsius. Bibendum igitur dabat iis vinum e cratere sacro. DISSEN.

καθαίρων] Potuit complures ritus complecti haec lustratio, sed potiora explicat orator hic statim ipse sequenti colo: καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις. Apponamus Wyttenbachii verba ad Plutarch. de Superstit. p. 166 A. "Lustrationis pars erat ut corpus lustrandum circumlineretur et quasi circumpinseretur imprimis luto, πηλῷ, tum abstergeretur, quorum illud est περιμάττειν, hoc ἀπομάττειν, sed utrumque promiscue de tota lustratione dicitur. Quo de ritu operae pretium est legere Harpocrationem in v. ἀπομάττων, Ammonium in Περιμάξαι. Hesychius eodem spectat in Μαγμός." Adde locos, quos praeterea affert Wyttenbachius ibi, et vide eundem p. 1008. De πιτύρων vero usu Jacobsius παιπάλην comparat, qua spargitur Strepsiades apud Aristoph. in Nub. 263; neque enim dubitari potest Comicum tales initiationes imitatum, quales hic videmus. DISSEN.

313, 18. ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ] Sedebant humi qui se expiandos praebebant sicut poenitentes et lugentes. Nunc finita tota re surgere jubentur. DISSEN.

καὶ κελεύων λέγειν ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον] "*Formula absolutoria fuisse videtur*," dicit Lobeckius, "*qua sacris perfuncti probeque defaecati recuperatam deorum gratiam sibi gratularentur.*" ac comparat sacra nuptialia, ubi puer patrimus matrimus eadem verba pronuntiabat, quod testantur Suidas s. v. ἔφυγον κ. τ. λ. et

Plutarchus Prov. Alex. 16. p. 1255. νόμος ἦν Ἀθήνησιν ἐν τοῖς γάμοις ἀμφιθαλῆ παῖδα λίκνον βαστάζοντα ἄρτων πλέων εἶτα ἐπιλέγειν Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Hanc igitur formulam, observabis paroemiacum versum esse ut alias, tum Aeschines praeibat sacro ululatu. DISSEN. Elmsleius haec comparavit cum Euripid. Bacch. 900. SCHAEF.

313, 21. μὴ γὰρ οἴεσθ' αὐτὸν φθέγγεσθαι μὲν οὕτω μέγα, ὀλολύζειν δ' οὐχ ὑπέρλαμπρον] Utebatur Aeschines valida voce, eaque superbiebat, cf. de falsa leg. Demosth. p. 449., unde εὔφωνος dicitur p. 320, 27. et λαμπρόφωνος p. 329, 25. Adde porro Anonymum in Biograph. ap. Bekk. vol. 3. p. 245. et Vit. 10. Orat. ap. Plutarch. p. 840 A. Vide nunc sarcasmum Demosthenis, cum φθέγγεσθαι μέγα etiam ii dicantur, qui imprudenter loquuntur et clamant, cf. de falsa legat. p. 405. DISSEN.

313, 23. τοὺς καλοὺς θιάσους τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθρῳ καὶ τῇ λεύκῃ] Harpocrat. s. v. λεύκη· ὅτι οἱ τὰ Βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ στέφονται, διὰ τὸ χθόνιον εἶναι τὸ φυτὸν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον. τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φασὶ πρὸς τῷ Ἀχέροντι, ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖσθαι παρ' Ὁμήρῳ, cf. Hom. Il. 13, 389. 16, 482. Pertinet igitur etiam usus albae populi eo, quod Sabazius cum Dionyso confusus. DISSEN.

313, 24. μαράθρῳ] Vires magicas tributas videbis ap. Jacobsium ad Aelian. Hist. Anim. 9, 17. p. 312. DISSEN.

313, 25. τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας θλίβων] Est genus serpentium ingentibus maxillis, unde nomen, ut tradunt Harpocratio et Hesychius. Vide de iis interpretes ad Aristoph. Plut. v. 690. et Jacobsium ad Aelian. Hist. Anim. 8, 12. p. 290. Dicebantur neminem laedere morsu. Etiam horum usus erat in Bacchicis rebus, cf. Eurip. Bacch. 695. seqq. DISSEN. Hujus loci meminere schol. Aristoph. Plut. 690. Hermogenes p. 317. et Harpocrat. in v. Παρείας ὄφεις. Vide Etymolog. M. s v. Παρείας et Ammonium v. Παρειαί. TAYLOR.

313, 26. βοῶν εὐοῖ σαβοῖ] Dicebatur deus σαβὸς, cultores σαβοὶ, ut est Βάκχος, Βάκχοι, ac σαβοῖ Phrygia forma vocativi fuisse videtur, quemadmodum Bacchi clamabant εὐοῖ Βάκχε. Caeterum hunc locum respiciunt Harpocratio et Suidas. Vide etiam Lobeck. in Aglaopham. p. 1042 seqq. DISSEN.

ἐπορχούμενος Ὕης Ἄττης, Ἄττης Ὕης] De nominibus hisce disputat Lobeckius Aglaopham p. 1045 seqq. Videtur Hyes Phrygium cognomen Attis esse. Demosthenem ut explicare pergam, non dubito carmen mysticum fuisse, in quo identidem repeterentur hae voces tanquam ἐφύμνιον, qualia ἐφύμνια sunt illa notissima ἰὼ Βάκχε, et Ὑμὴν ὦ Ὑμέναιε. Ita est factum ut totum carmen istud his vocibus designari posset, atque hoc carmen saltabat Aeschines, motu et gestibus liberioribus, orgiasticis imitans verba et sententias dum canerentur. DISSEN.

313, 27. ἔξαρχος] Solenne est ἐξάρχειν etiam de iis, qui sacra carmina praecantant et praefantur; nunc autem Aeschines sic dicitur haud dubie cum *praesul* esset. DISSEN.

313, 27. *προηγεμὼν*] Utpote qui thiasos duceret. DISSEN.

313, 28. *κιστοφόρος*] Qui cistam sacram portaret, in qua reconditae res mysticae. Confer de voce ad Tibull. vol. 2. p. 161. edit. nostr. Codices vulgo *κιττοφόρος*, perperam, ut Libanius, qui hunc locum imitatur vol. 1. p. 106 D. *ἀνὴρ δὲ γενόμενος χοροὺς εἶχε γραῶν, μέγα ποιούμενος εἰ κιττοφόρος ἀκούσειε· καὶ ταῦτα ὑπέμεινε ὑπὲρ νεηλάτων καὶ στρεπτῶν.* DISSEN. Vulgatum *κιττοφόρος* etiam apud Aristidem est p. 442. REISK. *κιττοφόρος* revocavit Voemelius, qui dissertationem de hoc loco scriptam edidit Francofurti ad Moenum a. 1840. Cogitandum enim Aeschinem esse vestitum ut Bacchi famulum, fortasse ut satyrum, ideoque hedera redimitum ramumque hederaceum manu gerentem.

λικνοφόρος] Harpocration s. h. v. *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειόν ἐστιν. ὁ τοῦτο οὖν φέρων λικνοφόρος λέγοιτ' ἄν.* TAYLOR. Est *λίκνον* mystica vannus. Quem hic usum habuerit quis dicat? Caeterum notae sunt disputationes de verbis *κιστοφόρος* et *λικνοφόρος* Maussaci in dissert. crit. p. 377. et Spanhemii ad Callimach. H. in Cer. 127. DISSEN.

313, 29. *ὑπὸ τῶν γρᾳδίων προσαγορευόμενος*] Observat H. E. Foss. de Theophr. Charact. Comment. 2. p. 48. mulieres potissimum Sabazii cultui et talibus caerimoniis deditas fuisse. DISSEN.

314, 1. *μισθὸν λαμβάνων τούτων κ. τ. λ.*] Imitatus est h. l. Julianus Aug. Epist. 24. p. 393, 11. REISK.

ἔνθρυπτα—νεήλατα] Placentarum sunt species, quas habet etiam Athenaeus Dipnosophist. 14. p. 645 B. et hunc locum citat. PALMER. De his ex veterum locis disputat Lobeckius in Aglaopham. p. 1072 seqq. Cum *θρύπτειν* coqui dicerentur panem, quem in vinum aut jus conciderent, sunt *ἔνθρυπτα* passim haec intrita e crustulis; sed nunc de placenta agitur, puta similis generis. Fuit opus pistorium vino admixto coctum. DISSEN. V. Harpocrat. s. v. *ἔνθρυπτα*. Ulpianus: *ἔνθρυπτα ψωμοὶ ἦσαν οἴνῳ βεβρεγμένοι, οὓς ἐποίουν εἰς σκάφην ἄρτους διαθρύψαντες καὶ φακῆν ἐπισκεδάσαντες.* TAYLOR.

314, 2. *στρεπτοὺς*] Harpocrat.: *Στρεπτούς· Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. πλακοῦντος εἶδός ἐστιν οἱ στρεπτοὶ, ὡς καὶ παρ' ἑτέροις.* TAYLOR. Sunt, ut ipsum nomen indicat, rotundae ac tortae placentae, quarum varia genera affert Lobeckius. DISSEN.

νεήλατα] Harpocration, *νεήλατα ἀντὶ τοῦ νεήλατα ἄλφιτα, τὰ νεωστὶ ἀληλεσμένα, ἃ δὴ μέλιτι ἀναδεύοντες ἀσταφίδας τε καὶ χλωροὺς ἐρεβίνθους ἐπεμβαλόντες τοῖς τὰ ἱερὰ τελοῦσιν ἔνεμον. ἐκάλουν δὲ αὐτὰ οἱ μὲν ἀμβροσίαν, οἱ δὲ μακαρίαν.* Nomen potius ab *ἐλαύνειν* compositum esse monet Lobeckius, veluti Hesych. habet *Ἔλατρα· πέμματα πρὸς θυσίαν.* et *Ἐλατήρ· πέμμα πλακουντῶδες ἢ ἄρτος πλατὺς, ἐν ᾧ ἔτνος ἐτίθεσαν καὶ προσῆγον τῷ βωμῷ* Suid. cf.

interpret. ad Aristoph. Eq. 1190. Vel sic tamen ἄλευρα potuerunt adhibita esse. DISSEN.

314, 6. γραμματεύειν] Alii libri ὑπογραμματεύειν. γραμματεὺς Aeschines dicitur p. 269, 20. 371, 21. Alteri favet locus p. 419, 23. Ut Aeschines ab initio fuerit ὑπογραμματεὺς, sero ille factus γραμματεύς. SCHAEF.

314, 7. τοῖς ἀρχιδίοις] Magistratibus minoribus.

314, 10. τοῖς βαρυστόνοις] Sic dicti, opinor, quod in partibus suis agendis inepte et contra naturam ὑπερπαθοῦντες spectatoribus risum moverent. SCHAEFER. Ductos ex hoc loco βαρυστόνους ὑποκριτὰς a Philostrato Vit. Soph. 1, 18. p. 507. notat Jacobsius. Caeterum non semper in eodem grege fuerat Aeschines, cf. de falsa legat. p. 418., sed Simylus et Socrates cum imprimis mali histriones essent et vilem gregem ducerent ad ruralia, de his maxime dicit Demosthenes. Ac credas tum Oenomaum pessumdatum, ut suspicatur auctor Anonymus Vit. Aeschin. p. 246. Bekk. DISSEN.

314, 11. Σιμύλῳ] Citat h. l. Harpocration s. h. v.

314, 12. σῦκα—συλλέγων] Citat Athenaeus p. 653 E. REISK. σῦκα καὶ βότρυς καὶ ἐλάας συλλέγων] Nam ruralium Liberalium tempore vindemia fiebat. Fuerunt ruralia Posideone mense, sed secabant et tollebant in Attica uvas non tam mature quam apud nos fieri solet, cf. Boeckh. de Dionys. p. 63. DISSEN.

314, 13. ὀπωρώνης] Cf. Phrynich. p. 206. Lobeck., ubi dicitur ὀπωροπώλης· τοῦθ' οἱ ἀγοραῖοι λέγουσιν, οἱ δὲ πεπαιδευμένοι ὀπωρώνης. Est tamen proprie ὀπωρώνης pomorum conductor, ut νομώνης conductor pascuorum. Cf. ὀπώραν πρίασθαι p. 1253, 14. DISSEN.

314, 15. τραύματα post λαμβάνων vulgo lectum om. pr. S. Non imiter. Aeschines poma suffurans, quoties deprehenderetur, male mulcatus est. SCHAEFER. Recte deletum τραύματα. Vertendum, *plus inde lucri faciens quam ex certaminibus, seu potius pro vita et capite* veris *pugnis*. DOBR.

ὑμεῖς] Tu cum Simylo et Socrate. SCHAEF.

314, 17. πρὸς τοὺς θεατὰς] A quibus non solum ridebantur, sed etiam lapidibus petebantur. Comparant Lucian. Piscat. c. 33. οἱ ἀθλοθέται μαστιγοῦν εἰώθασιν, ἤν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδεδυκὼς μὴ καλῶς ὑποκρίνηται μηδὲ κατ' ἀξίαν τῶν θεῶν. Sed nunc de spectatoribus ultoribus malae actionis agitur, de quibus vide ad v. ἐξέπιπτες, p. 315, 10. DISSEN.

314, 18. τραύματα] Conf. de f. leg. p. 449. ἐξεβάλλετε αὐτὸν καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων καὶ μόνον οὐ κατελεύετε οὕτως ὥστε τελευτῶντα τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι. V. quae de hoc ignominiae genere collegit Becker. Charicl. vol. 2. p. 275.

ἀλλὰ γὰρ—ἄν τις] Citant Anecd. Bekk. p. 128, 7. SCHAEF.

314, 24. Proverbium λαγὼ βίον ἔζης, saepius ab aliis repetitum, cf. Lucian. Somn. s. Vit. c. 9. ibiq. interpret. Adde Dion.

Chrysost. Orat. 66. p. 357. Dicuntur *leporis vitam vivere* qui semper anxii trepidique vivunt; nam ut est apud Herodot. 3. 108. *ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου καὶ ὄρνιθος καὶ ἀνθρώπου*, ac ne somnum quidem capit nisi oculis apertis. DISSEN. Citat Aristides Techn. p. 442. REISK. Respicit Joann. Chrys. in Eutrop. p. 354. ed. Auger. DOBR.

314, 24. *καὶ δεδιὼς καὶ τρέμων καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν*] Ex imitatione Demosthenis saepe haec quoque repetierunt alii. cf. Wyttenb. ad Julian. Orat. Animadv. p. 186. ed. Lips. Cum secunda fortuna uteretur civitas in certaminibus contra Philippum, factio Macedonica tremebat, iram ceterorum civium timens ob crimen *φιλιππισμοῦ* (*ἐφ' οἷς σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι*). *in quo autem adversam fortunam experti sunt ceteri*, puta certamen ad Chaeroneam, audacem te et boni animi omnes viderunt. DISSEN.

314, 27. *χιλίων πολιτῶν ἀποθανόντων*] Diodor. 16, 86. *τῶν δ' Ἀθηναίων ἔπεσον μὲν ἐν τῇ μάχῃ πλείους τῶν χιλίων, ἥλωσαν δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων*. DISSEN.

οἱ ἄλλοι] Praeter Aeschinem reliqui omnes cives Athenienses. Iidemque sunt qui statim *ἅπαντες* appellantur. REISK.

ὦψαι] Rarius occurrit. Hesychius, fortasse hunc locum spectans, *Ὦψαι· ὤφθης*. SCHAEF.

315, 2. *εὐχερῶς λέγειν*] Dicitur de iis, qui quod in solum venit proloquuntur, nihil pensi habentes deceatne proloqui an dedeceat. V. not. ad p. 248, 10. SCHAEF.

315, 3. *Ἐξέτασον τοίνυν—*] Demetr. De eloc. §. 262. (250.) hunc locum eo reprehendit, quod hujusmodi quaesitae oppositiones affectui noceant, cum non iram prodant, sed lusum acuminis. Sane est genus sublimioris irae, a quo talia aliena dicam, sed sarcasmus amat acumen, conveniuntque ei vel maxime *ἀντιθέσεις, παρονομασίαι, παρισώσεις, ὀξύμωρα*, quod multis locis discas. Praeterea hic locus nonnisi repetitionem antecedentium continet, significatque ipse Demosthenes se non tam affectum excitare nunc velle quam convincere perspicuitate oppositionum nervosa. DISSEN.

315, 5. *Ἐξέτασον—πρᾴως καὶ μὴ πικρῶς*] Sic Pseudo-Aristot. Rhet. ad Alexandr. p. 85, 10. ed. Speng. *δεῖ δὲ πικρῷ τῷ ἤθει μὴ ἐξετάζειν, ἀλλὰ πρᾳεῖ*.

315, 7. *ἐδίδασκες γράμματα, κ. τ. λ.*] Laudant Hermogenes cap. *περὶ ἀντιθέτου* p. 240. edit. Crisp. et Harpocrat. v. *Ἀντίθεσις*. TAYLOR. Locum hunc ad *ἐπαναφορὰν* refert Alexander Rhetor p. 62. et p. 84. ad *ἀντίθεσιν*. REISK. Item Tiberius p. 50. et 61., ubi v. Boissonad. SCHAEF.

ἐδίδασκες] Post h. v. Tiberius p. 61. addit *γάρ*. SCHAEF.

γράμματα] *Elementa litterarum*. Apparet ex hoc loco quam contemtum fuerit illis temporibus parumque dignum homine liberali habitum aliquid facere mercede conductum, etsi res ipsa, quae fieret, maxime honesta, ut erat, ita habebatur. Vid. not. ad p. 313, 13. SCHAEFER. Non nimis premenda verba, cum

acumen oppositionis quaerat. Servierat Aeschines cum patre ludimagistro. Caeterum cf. p. 270, 8. DISSEN.

315, 8. ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην] H. e. *tu Sabaziis vilibus initiabas, ego initiabar sanctissimis Eleusiniis mysteriis:* haec enim haud dubie intelligit, quibus fere omnes Athenienses initiati erant. DISSEN.

ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήγουν] Omittunt quidem haec verba S. et Tiberius rhetor, sed non aliena sunt. Modo teneas χορεύειν, quod saepe generaliori sensu dicitur, nunc ad illud ἐπορχούμενος ὕης ἄττης pertinere. Sic etiam hic locus, ut par est, repetitionem antecedentium habet. DISSEN.

315, 10. ἐξέπιπτες] Si actor videbatur ἀσχημονεῖν, h. e. personae dignitatem non tueri, sibilis aut etiam pedibus explodebatur et cogebatur scenam relinquere, quod est *exigi* Latine, interdum etiam lapidibus petitus. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. c. 8. Heindorf. ad Horat. Sermon. 1, 10, 17. Hinc est ἐκσυρίττειν, ἐκβάλλειν, ἐκπίπτειν. De Aeschine exemplum hujusmodi vide ap. Demosth. de falsa legat. p. 449. ὅτε μὲν τὰ Θυέστου καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο, ἐξεβάλλετε αὐτὸν καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων καὶ μόνον οὐ κατελεύετε οὕτως ὥστε τελευτῶντα τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι. DISSEN.

315, 17. ἀγαθῇ γε, acuente sarcasmum particula γε, ut p. 616. ὅμοιόν γε, οὐ γάρ; et in formulis καλός γε, καλῶς γε, similibus, conf. Bergl. ad Aristoph. Equit. v. 344. DISSEN.

315, 22. ἐλυμαίνου] λυμαίνεσθαι quid hic sit vide significatum ad p. 274, 6. διαφθείρειν τὰ ποιήματα de malis histrionibus dicitur Lucian. Nigrin. c. 8. DISSEN.

315, 23. κακαγγελεῖν] Hic quoque Euripidis Sophoclisve ex tragoedia perdita versus est.

315, 29. ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις κ. τ. λ.] Hermogenes π. μεθόδ. δεινότ. p. 417. ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις εἰ μὴ πάντες ἴστε ὅτι κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος, πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν, σιωπῶ καὶ οὐδὲν ἂν εἴποιμι οὐδὲ παρασχοίμην ἂν περὶ τούτων οὐδεμίαν μαρτυρίαν, οὔτε εἴ τινας ἐκ τῶν πολεμίων ἐλυσάμην, οὔτε εἴ τισι θυγατέρας ἀποροῦσι συνεξέδωκα, —. ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι παρὰ πάντα τὸν χρόνον, τὸν δὲ εὖ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι, εἰ δεῖ τὸν μὲν χρηστοῦ, τὸν δὲ μὴ μικροψύχου ποιεῖν ἔργον ἀνθρώπου· τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκειν μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν. TAYLOR.

316, 4. ἐλυσάμην] *Ex captivitate redemi.* Adv. Nicostr. p. 1250. Vide exempla rei de falsa legat. p. 394. DISSEN.

316, 6. Confer ad priora: τὸν μὲν εὖ παθόντα—ἐπιλελῆσθαι αὐτῶν Cic. Lael. c. 20. s. 71. et Senecam de Benef. 2, 10. extr.; ad sequentia: τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας κ. τ. λ. vide etiam Terent. Andr. 1, 1, 16 seqq. Haec Wyttenbachius notat ad Plutarch. p. 64 A. DISSEN.

316, 12. οὐδὲ προαχθήσομαι] Scil. ποιεῖν. Verbum dicitur de iis, qui se temere abripi ad aliquid patiuntur, veluti de falsa legat. p. 354. DISSEN.

316, 13. *ἀρκεῖ μοι*] Scilicet *ἡ ἐμὴ ὑπόληψις*. Statuat quisque hoc de meo sensu, prout vult; probet eum damnetve per me licet: sinat modo me sensu meo frui. Sufficit mihi me sic sentire, cujus me non poenitet neque poenitebit. Satis ex eo fructuum ad tranquillitatem et oblectationem animi mei percepi. REISK.

316, 16. *ὑπὸ τουτονὶ τὸν ἥλιον*] Gravissime dictum, etsi *ὑπερβολικῶς*, utque agnoscas Graecorum *τὴν οἰκουμένην*. SCHAEF.

316, 17. *ἀθῷος τῆς—δυναστείας*] *ἀντὶ τοῦ μὴ βλαβεὶς ὑπὸ ταύτης*. WOLF. V. H. Stephani Thesaur. Est de classe satis numerosa adjectivorum. quorum nonnulla collegi Melet. Crit. p. 137. s. SCHAEF.

316, 20. *τὴν ἐμὴν εἴτε—βούλει*] De hac constructione v. not. ad p. 231, 21. SCHAEF.

316, 21. *πάντων*] Scilicet *τούτων τῶν κακῶν*. REISK.

317, 16. *ἑκών;—ἄκων;—ἁπάντων;*] Interrogandi signa typotheta reliquit pro colis quae ego poni volueram.

ἀδικεῖ—ἐξήμαρτε] Conferre juvat Aristotelem Rhetor. 1, 13. ubi etiam distinguit *ἀδικήματα, ἁμαρτήματα, ἀτυχήματα*, dicens: *ἐφ᾽ οἷς τε γὰρ δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἐπιεικῆ ταῦτα, καὶ τὸ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τοῦ ἴσου ἀξιοῦν, μηδὲ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀτυχήματα· ἔστι δ᾽ ἀτυχήματα μὲν ὅσα παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ μοχθηρίας, ἁμαρτήματα δὲ ὅσα μὴ παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ πονηρίας, ἀδικήματα δὲ ὅσα μήτε παράλογα ἀπὸ πονηρίας τ᾽ ἐστίν*. DISSEN.

318, 3. *καὶ δὴ*] *Protinus*. SCHAEF.

οὕτως ἔχοντα] Dedecora puta, quae ipso in accusante insunt, esse penes accusatum, cui ille ea attribuit vel affingit potius. REISK.

318, 7. *πολὺ—μᾶλλον*] Sic saepius *πολὺ* sejungitur a voce ad quam pertinet. V. not. ad p. 327, 12. SCHAEF.

318, 8. *δεινότητα*] *δυνάμεως* v. 10. Modestius etiam *ἐμπειρία* v. 13. SCHAEF.

318, 15. *οὐδ᾽ ἰδίᾳ*] Negat suam eloquentiam privatim spectari. h. e. privata consilia persequentem a publica utilitate aliena, ut statim pluribus ostendit oratorem in omnibus publicum commodum spectare debere. DISSEN.

318, 17. *εἴ τις—κατὰ τούτων*] Sententia est: in caussis privatis. si laesus a quopiam fuit aut mulcta ictus, iracundiam suam et malevolentiam in hos. cives. coronam circumstantem. effundit. REISK.

318, 18. *τούτων*] Intelligendi adversasii Aeschinis. Scilicet Aeschinis *ἡ δεινότης* etiam *ἰδίᾳ ἐξετάζεται*. quod Demosthenes de se negat. Pluralis *τούτων* ad singularem *τις* relatus. ut saepe. SCHAEF.

318, 19. *αὐτῇ*] Scilicet *τῇ δεινότητι* vel *τῇ τοῦ λέγειν ἐμπειρίᾳ*. REISK.

318, 22. *ὑπὲρ τούτων*] Hujus rei caussa, quo ipse id consequatur. h. e. ut ipsius ambitioni. cupiditati. simultati. libidini

satisfiat, ut judices privatis suis erga inimicos odiis exsequendis inserviant. REISK.

318, 27. ἐστὶ τῷ δήμῳ πρὸς τοὺς ἐναντίους] Confer Isocrat. Panegyr. p. 43 B. ἐμοὶ δ' οὐδὲν πρὸς τοὺς τοιούτους, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἐστὶ τοὺς οὐδὲν ἀποδεξομένους τῶν εἰκῇ λεγομένων, κ. τ. λ. DISSEN.

319, 1. προσθήσω] Dictum ut Orat. de Chersones. p. 99. προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει πᾶσιν ἀνθρώποις. DISSEN.

319, 7. ἐμὲ αὐτὸν] Sic oppositionis vis nonnihil intenditur. Lysias p. 92, 9. τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς ᾔσχυνε καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν. Sic Plato Gorg. p. 472 B. ἐὰν μὴ σὲ αὐτὸν ἕνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι —. SCHAEF.

ἐπὶ τόνδ' ἥκειν] Hunc Ctesiphontem aggredi. REISK.

319, 12. ὁ τόνος τῆς φωνῆς] Dicit Cicero Orat. c. 18. *Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus, paene canticum, sed ille quem significat Demosthenes et Aeschines, cum alter alteri objicit vocis flexiones.* Quintilian. 11, 3, 168. ubi ostendens accommodatam singulis rebus vocem habere nunc acrimoniam, nunc jucunditatem, nunc lentitudinem, nunc pleniorem canalem, nunc denique canticum, pergit: *Tales sunt illae inclinationes vocis, quas invicem Demosthenes atque Aeschines exprobrant*, etc. ubi cf. Gesnerum. Adde Jul. Vict. p. 111. *hanc inflexionem vocis, quae paullo modulatior existeret, reprehendere et Aeschines et Demosthenes solent.* Atque Aeschines quidem, qui λαμπρόφωνος erat, imprimis sonorem vocis nervosius sublatae ostentasse videtur, cf. p. 323, 1. ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ λαρυγγίζων, et de falsa legat. p. 449. ἀλλὰ τὴν ἄλλως ἐνταῦθ' ἐπαρεῖ τὴν φωνὴν καὶ πεφωνασκηκὼς ἔσται. Demostheni splendorem vocis negaverat natura, exercuerat autem ipse vocem debiliorem studiosissime. Atque omnino imitabatur πλάσμα (suavem flexionem vocis et modulationem) Periclis, cf. Plutarch. V. Demosth. c. 9. qui habuit πλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον, Plutarch. V. Pericl. c. 5., quamquam longe vividior videtur Demosthenis pronuntiatio fuisse, cf. ipsum Plutarchum V. Demosth. c. 9. Ac populo placebat mirifice, οἱ δὲ χαρίεντες, pergit Plutarch. c. 10. ταπεινὸν ἡγοῦντο καὶ ἀγεννὲς αὐτοῦ τὸ πλάσμα καὶ μαλακόν. Vide Wyttenb. ad Plutarch. Animadv. p. 346. Aeschines haec habet de falsa leg. p. 49. ἐντεινάμενος ταύτην τὴν ὀξεῖαν φωνήν. Contr. Ctesiph. p. 83. περὶ δὲ τῶν δακρύων καὶ τοῦ τόνου τῆς φωνῆς, ὅταν ὑμᾶς ἐπερωτᾷ, ποῖ καταφύγω, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; περιγράψετέ με ἐκ τῆς πολιτείας· οὐκ ἔστιν ὅποι ἀναπτήσομαι, κ. τ. λ. DISSEN.

319, 18. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς] Scil. ἀγκύρας, *non eadem ancora nititur cum caeteris*, habes proverbium notissimum, de quo vide Harpocrat. in v. et Apostol. 15, 28. Vide porro Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 15. Porson. ad Eurip. Orest. 68. DISSEN.

319, 20. ἀλλ' (ὁρᾷς;) ἐγώ] Vulgo ἀλλ' ὁρᾷς ἐγώ. Vocem mediam signis parentheseos inclusi. At ego, scilicet eadem nitor

ancora cum patria: spes mihi cum reliquis civibus communes sunt eaedem. Me vide. aut: Num vides, Aeschine, quam fidente cum vultu et voce secura haec pronuntiem? REISK.

319, 21. ἴδιον] Subaudi *συμφέρον*. REISK.

319, 24. *ἀρνούμενος πάντα τὸν ἔμπροσθε χρόνον ταύτην τὴν χρείαν*] Memorabilis locus. Vides quid Demosthenes dicat. quae si vera sunt, non potuit Aeschines Ol. 110. 1. legatus esse. ut statuunt secundum psephisma p. 235. 1. lectum. Obstat igitur. ut nunc video, etiam hic locus quo minus genuinum habeatur illud psephisma. DISSEN.

320. 5. ἔχειν] Id est *κατέχειν*. putasne tantum veternum, tantam rerum oblivionem omnium omnes constrictos tenere? REISK.

320, 14. Γλαυκοθέας τῆς τυμπανιστρίας] Vidimus supra eam Sabaziis praefuisse. ubi etiam tympanum adhibebatur. Ac Lobeckius in Aglaoph. p. 652. comparat Murator. inscript. vol. 1. Class. 3, 174. ubi *tympanistria Magnae Matris Idaeae* habetur. Demosthenem secutus Lucianus Somn. c. 12. *τυμπανιστρίας υἱόν* eum dicit. DISSEN.

320, 24. *χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι*] Apud Platonem in Menexeno p. 234. *senatus* eligit oratorem caesos laudaturum. DISSEN. Eligebatur orator a senatu, a populo postea confirmandus. Monuit Goettling. in Narrat. de Chaeronea, Ienae edita a. 1846., p. 5.

320. 27. *Δημάδην*] Demades orator eximii ingenii fuit sed pessimis moribus, homo nequam, Macedonibus prae aliis favens. Vide de eo Boeckh. de Oec. Athen. 1. p. 182. 243. 2. p. 246. DISSEN.

320, 28. Ἡγήμονα] Hegemon non tam orator quam sycophanta dicitur fuisse, qui Philippi pecunia corruptus Macedonibus cum aliis multis favebat. Conf. Ruhnken. Hist. Crit. p. 76 seqq. DISSEN.

320. 29. Πυθοκλέους] Pythocles prius amicus Demosthenis fuerat. deinde ad Philippi partes transiit, cf. Demosth. de falsa leg. p. 411. Vide plura de eo apud Jacobsium ad h. l. Videtur is fuisse de cujus incessu superbo ducta proverbialis locutio *ἶσα βαίνων Πυθοκλεῖ*, cf. de falsa leg. p. 442. Hic igitur et Aeschines cum prodirent tum in concione impudenter et accusarent Demosthenem, populus etiam studiosius hunc creavit. Nam *ἔτ' ἄμεινον* est *etiam luculentius et studiosius*. Similis usus adverbii *καλῶς*, de quo vide Schaeferum ad Soph. Oed. R. 1008. DISSEN. Hinc luculentissime apparet non ignavum se gessisse, sed fortiter pugnasse Demosthenem in Chaeronensi proelio. Quo enim animo *λιποτάκτῃ* homini partes laudandi fortissimos viros tribuisset Atheniensium senatus una cum populo? GOETTLING. l. c.

321, 10. *ἄδεια ὧν φρονεῖ τις* est *vacuitas metus ab iis quae quis cogitat*, etiamsi libere eloquatur. SCHAEF.

321, 15. *γεγενημένον εἶναι*] I. e. *γεγενῆσθαι*. Sed noluit ea voce uti, quia paulo ante dixerat *γεγενῆσθαι*. MARKLAND. Rarior dictio. Existimabant oratorem oportere esse non eum,

qui factus aliquando esset, h. e. qui aliquando fuisset cum hostibus defunctorum sub eodem tecto versatus, neque eum, qui cum iisdem hostibus aliquando ex eadem patera libasset. REISK.

321, 16. *κωμάζειν καὶ παιωνίζειν*] Gravissimus locus, qui illustrari potest iis, quae in Orat. de falsa legat. p. 380. dixit de Aeschine post Phocensium calamitatem ad Philippum profecto: *οὗτος εἰς τἀπινίκια τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ πολέμου, ἃ Θηβαῖοι καὶ Φίλιππος ἔθυον, εἱστιᾶτο ἐλθὼν καὶ σπονδῶν μετεῖχε καὶ εὐχῶν, ἃς ἐπὶ τοῖς τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων τείχεσι καὶ χώρᾳ καὶ ὅπλοις ἀπολωλόσιν εὔχετο ἐκεῖνος, καὶ συνεστεφανοῦτο καὶ συνεπαιώνιζε Φιλίππῳ καὶ φιλοτησίας προὔπινεν.* DISSEN.

321, 22. *οἱ δὲ τῶν τελευτηκότων πατέρες καὶ ἀδελφοὶ*] Vides ex cognatis defunctorum electos a populo qui epulas funebres sumptu publico curarent. DISSEN.

321, 25. *τὸ περίδειπνον—παρ' ἐμοί*] Imitatur Liban. vol. 4. p. 268.

322, 4. *ἐπιγράψαι*] Inscribebantur talia *στήλῃ* in sepulchro positae, cf. Thucyd. 2, 43. DISSEN. Notum est ex Thucydide 2, 35. cineres Atheniensium in bellis mortuorum sepultos esse in Ceramico exteriori praeter eorum, qui Marathone pugnantes occubuerunt. Monumentum Atheniensium qui ad Chaeroneam ceciderant in suburbio Athenarum vidit Pausanias (1, 19, 11. *ἐτάφησαν δὲ καὶ ὅσοι Μακεδόνων ἐναντία ἠγωνίσαντο ἐν Χαιρωνείᾳ*) et res conficitur eo quod Demosthenes publicus laudator creatus est eorum qui ad Chaeroneam ceciderant. Apparet igitur epigramma inscriptum fuisse cippo sepulcrali in via quae ad Academiam duxit. Atque disertis verbis hoc tradit Themistius or. 22. p. 267 B. *ἀλλὰ τάχα δὴ τὸ ἐπίγραμμα ἀληθέστερον ὃ Ἀθήνησιν ἐπιγέγραπται ἐν τῷ τάφῳ τῷ δημοσίῳ· καὶ γὰρ τοῖς θεοῖς μόνοις τὸ πάντα κατορθοῦν ἀπονέμει.* GOETTLING.

322, 7. ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ] A quo scriptum sit epigramma nescitur. Ab Demosthene ipso scriptum esse conjecit Goettlingius l. c. p. 6, quod is non solum eandem sententiam in hac oratione p. 297. expresserit, *ὃ μὲν γὰρ ἦν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον ἅπασι πέπρακται, τῇ τύχῃ δ' ἣν ὁ δαίμων ἔνειμεν ἑκάστοις ταύτῃ κέχρηνται*, sed etiam p. 322. dixerit *τὸ ἐπίγραμμα ὃ δημοσίᾳ προείλετο ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπιγράψαι* etc., quae si componas cum iis quae de summo erga se Atheniensium ardore in eligendo mortuorum laudatore Demosthenes dixerat p. 320. rectam sententiam tum demum prae se ferre, si orator haec ipsa epigrammatis verba tanquam sua pro seque ipso fortiter pugnantia protulerit populiscito confirmata. Praeterea eandem fere sententiam inesse epigrammati quod Demosthenes tum quum imaginem suam videret expressam de se ipse dicitur (Auct. Vit. decem orat.) pronunciasse. Quibus argumentis non mihi videtur Goettlingius effecisse quod voluit.

322, 9. *ἀντιπάλων ὕβριν ἀπεσκέδασαν* paullo gloriosius dictum. Nempe vicerant Athenienses et socii Philippum duabus prioribus pugnis, ut supra vidimus, atque etiam ad Chaeroneam proelium diu anceps fuit, ut tradit Diodorus 16, 86. Caeterum

egregia laude ornat hos pro patria caesos etiam Lycurg. adv. Leocrat. praeclaro loco p. 153 seq. DISSEN.

322, 10. *μαρνάμενοι—*] Goellerus in commentatione scholastica a. 1826. a Birnbaumio edita sic scribit et jungit, *μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείγματος—'Αΐδην κοινὸν ἔθεντο βραβῆ.* de quo hyperbato multis disputat. Simillimum exemplum Xenophon offert Hellen. 7. 3. 7. *ὑμεῖς τοὺς περὶ 'Αρχίαν καὶ 'Υπάτην—οὐ ψῆφον ἀνεμείνατε, ἀλλὰ ἐτιμωρήσασθε.* DISSEN. Recte Goellerus, nisi quod *δείγματος* a Marklando propositum non praeferre debebat Valckenarii emendationi *λήματος*. Eandem interpretationem eodem fere tempore (a. 1827.) proposuit Foertschius in Observ. in Lysiam et Demosthenem p. 52. "Ego—existimo," inquit, "auctorem hujus epigrammatis sic dicere apud se constituisse: *μαρνάμενοι 'Αΐδην ἔθεντο κοινὸν βράβην* (vel potius *βραβῆ*) *ἀρετῆς καὶ λήματος*. i. e. *pugnantes Plutonem sibi constituerant communem fortitudinis et audentiae judicem.* Sed postquam verba maximi momenti *ἀρετῆς καὶ λήματος* posuit, non illico quae sequi debent *'Αΐδην—βραβῆ.* profert. verum facit his oppositionem haud ineptam, dicens: *οὐκ ἐσάωσαν ψυχὰς, ἀλλ'* i. e. *non vitae servandae operam dederunt, sed —.* Itaque sic verba distinguere possis: *μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ λήματος—οὐκ ἐσάωσαν ψυχὰς. ἀλλ'—'Αΐδην κοινὸν ἔθεντο βραβῆ.*"

322, 11. *κοινὸν* non jungo cum 'Αΐδην, haec enim sententia in ultimo versu posita est melius. sed cum *βραβῆ*. *Omnes praemiis digni.* DISSEN.

322, 12. *οὕνεκεν 'Ελλήνων*] Mortem communiter oppetierunt Graecorum caussa. DISSEN.

322, 14. *γαῖα δὲ πατρὶς ἔχει—σώματα*] Nempe *ossa*. Nam cremabantur caesi ubi castra erant. ossa vero deportabantur Athenas, cf. Boeckhium ad epigramma caesis ad Potidaeam dedicatum in Corp. Inscript. vol. 1. p. 301. Nexus sententiarum: *Animas Orcus suscepit. in solo vero patrio requiescunt post laborem corpora.* Similis oppositio in epigrammate modo laudato. Ad sequentia: *ἐπεὶ θνητοῖς ἐκ Διὸς ἥδε κρίσις.* supple generaliorem sententiam *γῆν ἐπιέσσασθαι.* eliciendam ex specialiore. DISSEN. Rectius Frankius verba *ἥδε κρίσις* ad sequentem sententiam refert: quamobrem post *κρίσις* colo interpungendum est.

322, 16. *μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν*] Nobile dictum. de quo v. Bentleii Phalaridea p. 295 seq. et Ruhnken. ad Rutil. Lup. 115. V. *ἁμαρτεῖν* significat *ἀτυχεῖν*. DISSEN. *τοῦ θεοῦ* posuit Liban. Epist. 1554. p. 705., *θεοῦ* anonymus ap. Suidam s. v. *συγγνώμονα*.

322, 17. *ἔπορεν*] Graefius in Actis Acad. Petropol. vol. 8. p. 662. optime conjecit *μερόπων*. Certum vero commate interpungendum esse post *κατορθοῦν*. quemadmodum etiam Demosthenes intellexit. verba *ἐν βιοτῇ* autem. quae ad deos relata nullum sensum habent, cum sequentibus jungenda. Dicit auctor: *fatum autem in vita declinare non posse humanum est*, quo nihil clarius. Ac recte est post *μοῖραν* demum *δέ* positum. quae vox emphasin

habet. Caeterum vides in hexametro *μηδὲν*, in pentametro *οὔτι* positum, utrumque recte. Ac *μηδὲν* positum ut in generali notione, quemadmodum ipse Demosthenes explicat *τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν*, *οὔ τι φυγεῖν* vero proprie est: *non declinasse s. quod declinare non possunt.* DISSEN. Comparavit Graefius Homericum Il. H, 288. *μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.*

322, 19. *οὐ τῷ συμβούλῳ τὴν τοῦ κατορθοῦν τοὺς ἀγωνιζομένους ἀνέθηκε δύναμιν, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς*] Efficitur hoc conclusione ex verbis epigrammatis. Nam si dii soli omnia feliciter gerere possunt, etiam victorias proeliantibus soli possunt tribuere. DISSEN. Dissentit Goettlingius l. c. p. 5. qui servato vulgato *ἔπορον* (sc. *οἱ θεοὶ*) in fine epigrammatis et *ἐν βιοτῇ* cum *κατορθοῦν* conjungens, quod jam aliis placuerat, verba *ἐστὶ θεῶν* dicta accipit pro *ἐστὶ θεῶν δόσις*, quod non puto hic fieri posse nec putavit Themistius, cujus verba apposita sunt ad p. 322, 4.

322, 27. *ὡς ἂν—πολίτης*] Subaudi *ἔχοι*. V. not. ad p. 294, 9. SCHAEF.

322, 29. *ἐπάρας τὴν φωνὴν*] Non pressa et submissa voce usus, sed sublata fortiter ut in re laeta. DISSEN.

323, 1. *λαρυγγίζων*] *Sonorem vocis ostentans.* Memorant Pollux 2, 207., Harpocratio, Thom. Mag. Vide praeterea Ernesti Lexic. Technol. Gr. rhetor. p. 195. DISSEN.

323, 4. *τὸν τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας φάσκοντα φροντίζειν*] Aeschines per totam orationem suam tanquam defensorem legum et democratiae Atticae se gerit. Vide igitur ut Demosthenes paucis verbis magnificam speciem deleat, inanem praetextum esse ostendens. DISSEN.

323, 6. *ταὐτὰ—χαίρειν*] Structura poetis non inusitata, multo rarior in prosaicis scriptoribus, qua ut orator uteretur, fecit, opinor, insequens dativus *τοῖς πολλοῖς*. Adde quod orationem hujus loci altius surgentem color constructionis poeticus haud dedecet. SCHAEF.

323, 8. *τῇ προαιρέσει τῶν κοινῶν*] I. q. *τῇ προαιρέσει τῆς πολιτείας.* SCHAEF.

323, 13. *τῇ—πραττομένῃ*] Ordo constructionis: *τῇ κατὰ τῶν Ἑλλήνων πραττομένῃ ἀρχῇ*. Inversio haec ordinis est ex idiomatis syntaxis Graecae: ne de vocibus transponendis cogites. Alia hujus inversionis exempla reperies p. 269, 12. 329, 29. 347, 28. 361, 25. 367, 15. SCHAEF.

323, 23. *καίτοι, νὴ τὸν Ἡρακλέα—ἕως δούλους ἐποίησαν*] Citat hunc locum Dionysius Halicarn. vol. 6. p. 949. REISK.

323, 25. *τὸ*] *εἰς τὸ* Dionysius. REISK.

323, 27. *εἰσιν*] *ἦσαν* Dionysius. REISK.

323, 28. *ἐπὶ τὴν κεφαλὴν*] Plane sic dicimus *einem etwas auf den Kopf schuld geben.* SCHAEF.

324, 6. *τοὺς ὑπάρχοντας πολίτας* explicat Schaeferus *cives suae factionis.* Malim: *quos capere poterant, qui se decipi paterentur.* Sequuntur nunc nomina *proditorum multorum*, de quibus plura

sciremus, si Theopompi historiae servatae essent. DISSEN. Nonnulla ex hoc loco sumsit Libanius vol. 4. p. 249.

324, 7. Θετταλοὺς Δάοχος—τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα] Imitatus est Cicero in Verr. 2, 4, 26: *Attalus, homo pecuniosus, Neti: Lyso Lilybaei: Critolaus Ennae: Syracusis Aeschrio, Cleomenes, Theomnastus: Elori Archonides, Megistus. Vox me citius defecerit quam nomina.* SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 223.

324, 8. Δάοχος] Daochum memorat Harpocratio. Videtur idem esse qui cum aliis legatis ante proelium ad Chaeroneam Thebis fuit, cf. Plutarch. V. Demosth. c. 18. DISSEN.

Κινέας] Apud Harpocrat. Κεινέας dictus. Exposuerat de eo Theopompus in primo libro. Caeterum Cineas nomen vere Thessalicum fuit, etiam alias ibi frequentatum, conf. Boeckh. ad schol. Pindar. p. 414. DISSEN.

Θρασύλαος] Verisimile est rectius a codd. S. et Augustano primo exhiberi Θρασύδαος, h. e. Θρασύδᾳος, sive Θρασύδαιος, pro quo Athenaeus 6. p. 249, c. Θρασυδαῖος praebet. Ejusdem generis est nomen Θρασυδήϊος apud Herodot. 9, 58. DISSEN. Verum videtur Θρασυδαῖος vel Θρασυδάϊος.

324, 9. Κερκιδᾶς] Cercidas memoratur ab Harpocrat., qui tradit Theopompum in libro 15. de eo dixisse. DISSEN.

Ἱερώνυμος] Hieronymus Megapolitanus. Theopompus dixerat de eo in libro 51., ut Harpocratio tradit. Memoratur hic homo etiam de falsa legat. p. 344. DISSEN.

Εὐκαμπίδας] Sic recte scribi, non Εὐκαλπίδας, discas ex Pausania 8, 27, 3, ubi alius ejusdem nominis habetur. DISSEN.

Ἀργείους] Hos memorat Harpocratio in v. Μύρτις, narrans Theopompum in libro 51. Pascam et Amyrtaeum nominare pro Myrti et Mnasea, addens tamen videri mendum scripturae subesse. Ac Myrtis Argivus memoratur a Theophrasto ap. Athenaeum 6. p. 254, d.—Elei. Ex his Euxitheum memorat Harpocratio.—Messenii. Harpocratio Neonem novit; Theopompus de eo in secundo libro dixerat. (Philiadae filii memorantur in orat. de foedere Alexandreo p. 212, 26. G. DIND.) —Sicyonii. Memoratur Epichares apud Harpocrat. et Suid. Aristratum vidimus p. 242, 2.—Corinthii. Dinarchus est ignotus. Nam fuerunt plures hujus nominis Corinthii, ut praeter oratorem satis cognitum, qui mature Athenas migraverat, memoratur alius ap. Plutarch. V. Phocion. c. 33. Demaratum vero Philippi hospitem et Alexandro expeditionis socium saepius commemorat Plutarchus, cf. Wyttenb. ad Plutarch. Mor. p. 70, B.—Megarici. Perilaum vidimus p. 242, 2. Idem cum Ptoeodoro memoratur de falsa leg. p. 435. Helixus est ap. Harpocrat. Alium ejusdem nominis Megaricum vide ap. Thucydid. 8, 80. et Xenoph. Hist Gr. 1, 3, 15. 21.—Thebani. Primum Timolaus memoratus est p. 241. 26. Theogitonem refert Harpocratio a Dinarcho aliisque Theogenem nominari.—Euboeenses. Clitarchus memoratus est p. 248. et 252. Hipparchum memorat Demosthenes Philipp. III. p. 125.—Postremo ad totum hunc

recensum proditorum conferendus est Polybius 17, 14., qui obloquitur Demostheni nec putat tanta reprehensione dignos fuisse istos homines. Ac videbis ibi partem ipsorum nominum, quae hic legimus, memorari. DISSEN.

324, 20. *ἄνδρες μιαροὶ*] Claudit haec verbis acerbissimis, quem locum Longinus laudat sect. 32. propter cumulationem metaphorarum fusam in affectu. DISSEN.

324, 21. *ἀλάστορες*] Sic Dionysius dicitur *Σικελίας ἀλάστωρ* Athen. 12. p. 541. DISSEN. V. Harpocrat. s. v. *ἀλάστωρ*.

ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας] *Qui pessime mutilarunt patriam suam*, h. e. nocuerunt ei maxime, *λελυμασμένοι*. Conf. Harpocrat. v. *ἠκρωτηριασμένοι*. Conferri potest quod dixit Cicero in Orat. post reditum in senatu 2, 4. *interfectores reipublicae*. DISSEN.

324, 22. *τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες*] Schol. Pind. Ol. 7, 5. *τὸ προπίνειν ἐστὶ κυρίως τὸ ἅμα τῷ κράματι τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι.* Conf. Etym. M. p. 716. Propinando enim cum donatio fieret, *προπίνειν* est *donare*, ut Demosth. de falsa legat. p. 284. *μετὰ ταῦτα ἐν θυσίᾳ τινὶ καὶ δείπνῳ πίνων καὶ φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτοὺς ὁ Φίλιππος—τελευτῶν ἐκπώματ' ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔπινεν αὐτοῖς*, et postremo etiam *prodere*, ut Olynth. 3. p. 34. *προπέποται τῆς παραυτίκα χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα.* Conf. etiam Harpocrat. s. v. *προπεπωκότες*. DISSEN.

324, 24. *τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν*] In his *τοῖς αἰσχίστοις* est *τοῖς ὑπὸ τὴν γαστέρα*, s. pene. Caeterum formula saepe expressa est, vid. Wyttenb. Bibl. Crit. vol. 1, 2. p. 59. Lucian. Nigrin. c. 15. ibique Hemsterhus., Jacobs. ad Achill. Tat. 1, 6. Animadv. p. 425. DISSEN. Habet Plutarchus Mor. p. 97 D. SCHAEF.

324, 26. *ἃ τοῖς προτέροις Ἕλλησιν ὅροι τῶν ἀγαθῶν ἦσαν καὶ κανόνες*] Dionys. de admir. vi Demosth. c. 23. p. 1024. *παρακελεύονταί τε ἡμῖν ὅρῳ καὶ κανόνι χρῆσθαι καθαρῶν ἅμα καὶ ἰσχυρῶν λόγων τούτῳ τῷ ἀνδρί.* Adde exempla nominum *ὅρος* et *κανὼν* conjunctorum apud Wyttenb. Animadv. ad Plutarch. p. 248. Latine Plinius dicit *normam* et *regulam*. Caeterum pro *ἦσαν* exspectabas *ἦν*, sed pluralis positus ob attractionem proximorum substantivorum, ut notat Schaeferus. DISSEN.

324, 27. *ἀνατετραφότες*] Adumbravit hunc locum Aristides de D. C. p. 166. REISK.

ταύτης τοίνυν—προδοσίας] Citat Tiberius p. 24. SCHAEF.

324, 28. *περιβοήτου*] V. Ammonius p. 42. SCHAEF.

325, 1. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] Omisit Tiberius. SCHAEF.

εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν] H. e. *si dicendum quod res est.* Sic p. 425. *ταῦτα νὴ τὴν Δήμητρα, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν, εὐλαβείας οὐ μικρᾶς δεῖται* κ. τ. λ., et apud Aeschin. contr. Ctesiph. p. 74. *τὴν δὲ κατὰ γῆν (ἡγεμονίαν), εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν, ἄρδην φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις.* Demosthenes quid velit clarum. Luculentam laudem urbi et sibi praeparat. DISSEN.

325, 3. *ἀναίτιος*] *Carens culpa.* V. H. Stephani Thesaur. SCHAEF.

325, 5. *εἶτά μ' ἐρωτᾷς κ. τ. λ.*] Marcellinus p. 105, 1.—*ἡ κατ' ἐρώτησιν, ἣν καὶ δαιμονίαν ὁ ῥήτωρ παρέσχετο ἐν τῷ ὑπὲρ στεφάνου. βουληθεὶς γὰρ πάντα ἐν κεφαλαίῳ διεξελθεῖν τὰ ἑαυτοῦ ἐγκώμια, ἐπειδὴ ἐπαχθὲς ἦν τουτο τοῖς ἀκούουσι, τὴν τῆς ἐρωτήσεως ἐξεῖρε μέθοδον, καθ' ἣν πομπικῶς ἅμα καὶ μετ' ἐργασίας ἄνευ τοῦ ἐπαχθοῦς ἔμελλε τὴν ἑαυτῷ προσοῦσαν ἀρετὴν διεξιέναι καὶ κατ' ἀνάγκην λέγων φαίνεσθαι. ὡς ἐρωτῶντα γὰρ πεποίηκε τὸν Αἰσχίνην εἰσάγων οὕτως· εἶτά μ' ἐρωτᾷς, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς—ἐμὲ οὔτε καιρὸς οὔτ' ἄλλ' ὁτιοῦν πεισεν.* REISK.

325, 6. *τῶν πολιτευομένων—ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ*] Citat Marcellinus ad Hermog. p. 175. REISK.

325, 13. *ὥσπερ ἂν εἰ ἐν πρυτάνῃ*] Eadem comparatio p. 60, 7. *ἂν εἰ* in libris quibusdam omissum. Conf. ad p. 411, 20.

325, 18. *τὸν δὲ τειχισμὸν—(πῶς γὰρ οὔ;)*] Citat Tiberius p. 37. SCHAEF.

μου] *μοι* Tiberius, cujus cod. Vat. pro *σύ μοι* habet *ἐμοῦ*. SCHAEF.

325, 19. *διέσυρες*] V. Aeschinem p. 87. DISSEN.

325, 20. *ἄξια*] *ἀξίαν* Tiberius. SCHAEF.

ἐπαίνου] *ἐπαίνων* Tiberius. SCHAEF.

325, 22. *οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα κ. τ. λ.*] Nobilis sententia multorum laudibus, quas meretur, celebrata. Hermogenes p. 258. *ὅλως τε ἐπὶ τοῖς διαπρεπέσι τῶν ἔργων καὶ ἐφ' οἷς ἐστι λαμπρύνεσθαι ὡς ἀληθῶς—ἐπὶ τούτοις ἐστὶν ἡ λαμπρότης. οἷον οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν.* Item p. 430, 1. Pertinet huc annotatio scholiastae ad Hermogenem p. 396. *ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι ὁ περὶ τοῦ στεφάνου λόγος, εἰ καὶ τοῦ δικανικοῦ εἴδους ἐστὶν, ἀλλ' οὖν πολὺ μετέχει τὸ πανηγυρικόν. ἴδιον δὲ τοῦ ἐγκωμίου τὸ ἀξίωμα καὶ ἡ λαμπρότης.* Aristides de D. C. p. 186. *καὶ τὸ τὰ ἧττον ἐκτετιμημένα προβάλλοντα καὶ ἀναιροῦντα ἀντεισάγειν τὰ μᾶλλον προτετιμημένα τῆς σεμνότητός ἐστιν. οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν οὔτε πλίνθοις ἐγὼ, ἀλλ' ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν θέλῃς μαθεῖν, (νῦν τὰ μᾶλλον προτετιμημένα,) εὑρήσεις ὅπλα καὶ πόλεις κ. τ. λ.* REISK. Citat hunc locum usque ad *καὶ πόλεις* Tiberius p. 38. Conf. Valckenarius Diatr. Euripid. p. 217. SCHAEF. Imitatus videtur personatus Demades fragm. Steph. p. 178. *τὸν ἡσύχιον βίον—ᾧ τὴν Ἀττικὴν ἐτείχισα, τοὺς ὅρους τῆς χώρας περιβαλὼν οὐ λίθοις, ἀλλὰ τῇ τῆς πόλεως ἀσφαλείᾳ.* Confer porro ad sententiam Lycurgi dictum Plutarch. Mor. p. 228, E. *οὐκ ἔφη πόλιν εἶναι ἀτείχιστον, ἥτις ἀνδράσι, καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται*, vel ap. Plutarch. Lycurg. c. 19. extr. Quid sit quod Demosthenes dicat *οὐ λίθοις οὐδὲ πλίνθοις*, explicatum vide a Muellero in Commentat. de Munimentis Athenarum 1. p. 13. Videtur moenium urbis pars superior, saltem versus meridiem et orientem, lateritia fuisse, cum fundamenta tantum lapidea essent. Constat post Persarum discessum moenia rapide restituta. DISSEN.

325, 25. Pro *βούλῃ δικαίως σκοπεῖν* dat Aristides e memoria *θέλῃς μαθεῖν*. REISK. *θέλῃς* Tiberius. SCHAEF.

325, 23. *τόπους*] Euboeam, Boeotiam, Megaridem. DISSEN.

325, 26. *λιμένας*] Quales Euboeae, cf. p. 304. *ναῦς*, cum praeter Euboeam etiam Corcyraeos et Leucadios socios parasset, p. 306.—*ἵππους*, cf. ibid. DISSEN.

πολλοὺς ante *ἵππους* in libris lectum recte judicavit Reiskius alienum esse ab hoc loco ideoque delevit. Sed fortasse praestat scribere *ἵππους καὶ πολλοὺς τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀμ.* cum Sauppio ad p. 46, 11. (in ed. minore p. 21.)

325, 27. *τούτων*] Scil. *Ἀθηναίων*. MARKLAND.

325, 29. *τὸν κύκλον*] Opponuntur inter se *ἡ χώρα* et *ὁ κύκλος τοῦ Πειραιῶς καὶ τοῦ ἄστεος*. SCHAEF.

326, 3. *οἱ τῶν συμμάχων στρατηγοί*] Tamen Athenienses post cladem Lysiclem praetorem accusatore Lycurgo capitis damnarunt, conf. Diodor. 16, 88. Quod secundum haec verba credas Demosthenem non probasse. DISSEN.

326, 10. *τοὺς ὁμόρους ταύτῃ*] Megarenses, Corinthios, Achaeos. DISSEN.

326, 11. *τὴν σιτοπομπίαν*] Simillimae locus structurae p. 1262, 16. *οἱ μὲν γὰρ νόμοι—καὶ τὰς ἀναγκαίας προφάσεις, ὅπως μὴ μείζους γίγνωνται, προείδοντο.* SCHAEF.

326, 15. *Προκόννησον*] Fuit insula in Propontide, hodie Marmora dicta, de qua nuper exposuit Marquardt in libello de Cyzico, Berolin. a. 1836. edito, p. 17 seqq. Colonia Mileti libera, ignoto tempore socia Atheniensium facta est, postea Cyzico paruit. Ac socii Atheniensium dicuntur Proconnesii etiam in Orat. adv. Polyclem p. 1207. DISSEN.

326, 17. *τὴν Εὔβοιαν*] Videtur haec vox abesse debere hinc, cum Euboea modo memorata sit. Ex prava scriptura v. *Ἄβυδον* eam ortam putat Reiskius.

326, 19. *ὧν δ' ἐνέλειπε τῇ πόλει*] H. e. *ἃ οὐχ ὑπῆρχε*. Constructio rarior. Conf. vero Plat. Leg. 5. p. 740. et 8. p. 844. DISSEN.

327, 2. *εἰ δ', οἷος ἦν κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Alexander Rhetor p. 24. Marcellinus ad Hermogenem p. 173. REISK. Aristides vol. 2. p. 383.

327, 6. *οὐδεὶς ἂν—τῶν εἴσω*] Citatur a Thoma M. s. v. *Εἴσω* p. 277. TAYLOR. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 128. SCHAEFER.

327, 12. *πολλῷ—ἐλάττοσι*] *πολὺ ταύτης ἐλάττω κακὰ τὴν πόλιν εἴργασται* p. 429, 27. *πολλῷ δὲ δήπου τοῦτο τοῦ καταψεύσασθαι δεινότερον* p. 431, 3. *πολλῷ τούτων—ἐλάττω πράγματα* p. 573, 16. SCHAEF. Adde p. 436, 31.

327, 13. *λέγε—λαβὼν*] Pro *λέγε* A. aliique dant *λαβέ*, quod malunt alii hic et p. 363, 10., credo, quia *λέγε καὶ ἀνάγνωθι*, *dic et recita*, concoquere nequeunt. Utique recitatio sine pronuntiatione fieri nequit. Verum non omne quod pronuntiatur, id idem quoque recitatur, sed multa possunt memoriter dici. Quare bene inter se constare possunt *λέγε καὶ ἀνάγνωθι*, dummodo sic

accipias atque interpreteris: *pronuntia istaec de scripto recitanda*. REISK. Reiskii ratio mihi quidem parum probatur: nam hoc λέγε nihil differt ab altero ἀνάγνωθι. V. not. ad p. 234, 27. Quod si ambo imperativi per solam copulam sic jungerentur, unum ut facerent membrum orationis, intolerabilis foret tali in formula pleonasmus. Sed utrique cum suus accedat accusativus, priori ταυτὶ, posteriori τὸν ἀριθμὸν, duo exsistunt membra pleonasticam locutionem ita obscurantia, ut nemo quisquam facile offendatur. Fateor hos accusativos eandem rem significare posterioremque tantummodo ἐξηγήσεως χάριν additum esse. Sed hoc nihil obstat quin ambo imperativos sine ulla offensione legamus. Idem dictum esto de altero loco p. 363, 10. SCHAEF.

328, 3. ἁπλῶς] Quid sit docent superiora p. 325, 17., ubi junguntur ὑγιῶς, δικαίως et ἁπλῶς. SCHAEF.

ὑμεῖς ἁπλῶς ἄγετε] *Sine fraude agitis*. Excusaverat Aeschines tranquillitatem suam et silentium p. 84. Ad quae nunc respondet auctor. Nam consentaneum est Aeschinem jam apud judices silentium prius suum excusavisse, nec probabile postea demum hujusmodi quid ab eo insertum. Ac Rauchensteinius observat simul praesentis litis ab Aeschine factam malitiosam dilationem his verbis bene notari, etsi per se de moribus hominis universe dicitur. DISSEN.

328, 11. καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους] Cum contemtu dicitur. Aristoph. Ran. 866. στωμυλιοσυλλεκτάδη. Ibid. 874. Κρητικὰς ξυλλέγων μονῳδίας. Acharn. 405. ξυλλέγων ἐπύλλια. Lucian. de Luctu c. 20. συνειλοχότα παλαιὰς συμφοράς. DISSEN.

328, 12. συνείρει τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευστὶ] Exempla locutionis vide apud Jacobs. ad Achill. Tat. p. 868. Sic Dio Chrysost. Orat. 33. καὶ πάνυ χαίρετε ἀπνευστὶ ξυνείροντες τοσοῦτον ὄχλον ῥημάτων. Ac vides etiam σαφῶς hic cum contemtu dici de ista loquacitate. Caeterum magnam sane facilitatem dicendi habuisse traditur Aeschines et affert Jacobsius opportune Dionys. Halicarn. Censur. vet. script. p. 434. et de admirab. vi Demosth. c. 35. p. 1063. et Philostrat. Vit. Soph. Prooem. p. 487., 1, 18, 3. p. 509 seq. ubi haec: σαφηνείας φῶς ἐν τῷ λόγῳ. Vera autem arte longe Aeschines inferior Demosthene. DISSEN.

328, 20. ἐμπορίου κατασκευὴν] Puta de emporio novo mercaturae Atticae alia in civitate comparato dici. DISSEN.

328, 22. τούτων γὰρ ἁπάντων ἦν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐξέτασις] *Horum enim omnium erat in superioribus temporibus probatio*, h. e. nam in his omnibus poterat aliquis ostendere et probare dexteritatem suam et animum patriae amantem. DISSEN.

328, 23. ἐν οἷς] Sc. ἀνδράσι καλοῖς κἀγαθοῖς, id quod e proximo ἀνδρὶ καλῷ τε κἀγαθῷ tacite excipiendum. REISK. V. quae nuper monui ad Orestem Porsoni p. 85. edit. tert. Lips. SCHAEF.

328, 24. πρῶτος, οὐ δεύτερος] Alluditur ad celebre oraculum, quod Megarensium superbia quondam tulit. Exstat in scholiis ad Theocrit. 14, 48., suntque ultimi versus hi: ὑμεῖς δ'

ὦ Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι, οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. DISSEN.

328, 26. ἐπί—ηὐξάνετο] Citat Thomas M. p. 127. Inest his verbis sarcasmus satis amarus. Hoc enim Orator vult: certe virtus tua civica nihil quidquam contulit ad eas res, quibus civitas augeretur. SCHAEF.

328, 27. τίς γὰρ συμμαχία κ. τ. λ.] Citat hunc locum Alexander Rhetor p. 78, 16. sic scriptum τίς δὲ βοήθεια ἐκ τῆς σῆς εὐνοίας καὶ δόξης; Idem p. 329, 1. ἐνδοξοτέρα. v. 2. τί τῶν Ἑλληνικῶν ἢ τῶν οἰκείων ἁπλῶς ἐπηνώρθωται διὰ σέ; v. 5. τειχῶν; ἢ ποῖον ἱππικόν; ἢ τῶν ἁπάντων τί χρήσιμον; ἢ τοῖς ἀπόροις πολιτικὴ βοήθεια ἢ χρημάτων εὐπορία; Sic Aldina: nam Norrmannus hanc lectionem e vulgata interpolans neutram exhibuit, neque Aldinam neque vulgatam, sed mixtam nescio quam de suo commentus, quemadmodum Portus quoque saepe locorum in Hermogene fecit malo exemplo. REISK. Hinc Tiberius p. 57. s. excerpsit haec: τίς γὰρ συμμαχία, σοῦ πράξαντος, γέγονε τῇ πόλει; ποῖαι τριήρεις; ποῖοι νεώσοικοι; τίς ἐπισκευὴ τειχῶν; ποῖον ἱππικόν; SCHAEF.

τίς γὰρ συμμαχία—ἐντιμοτέρα] Ut per Demosthenem ex rebus in Euboea et ad Byzantium gestis benevolentia et gloria et talia contigerunt urbi. DISSEN.

328, 29. πρεσβεία] Demosthenes legatus ubique vicit legatos Philippi et urbis auctoritatem auxit; Aeschinis legationes ad Philippum nullum honorem attulerunt civitati. DISSEN. Post πρεσβεία comma ponatur.

329, 2. Ἑλληνικῶν καὶ ξενικῶν] Ἑλληνικὰ quod attinet, Pylagoras fuit, ubi tamen nonnisi turbas excitavit. Demosthenes autem liberavit Euboeam et Byzantium psephismatis suis. Porro ξενικὰ sunt pactiones, amicitiae rationes cum aliis regibus et populis, veluti cum Thraciae regibus intercesserunt, cf. p. 308. cum Bosporanis regibus, cf. Corp. Inscr. vol. 1. nr. 107. Aliud exemplum talis amicitiae cum exteris regibus praebet psephisma in Stratonis Sidoniorum regis honorem vol. 1. nr. 87. etsi tempore prius. DISSEN.

329, 3. ποῖαι τριήρεις] Imitatur Dinarchus adv. Demosthen. p. 102. ποῖαι γὰρ τριήρεις εἰσὶ κατεσκευασμέναι διὰ τοῦτον, ὥσπερ ἐπὶ Εὐβούλου, τῇ πόλει; ἢ ποῖοι νεώσοικοι τούτου πολιτευομένου γεγόνασι; πότε οὗτος ἢ διὰ ψηφίσματος ἢ νόμου ἐπηνώρθωσε τὸ ἱππικόν; κ. τ. λ. DISSEN.

ποῖα βέλη;] Sic Lycurgus non diu ante hanc orationem χειροτονηθεὶς ἐπὶ τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς ὅπλα μὲν πολλὰ καὶ βελῶν μυριάδας πέντε ἀνήνεγκεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, cf. psephisma tert. post Vit. 10. Orat. ap. Plutarch. p. 852. Quod factum videtur Ol. 111, 2. cum bellum adversus Alexandrum pararent, quemadmodum etiam Muellero videtur de Munimentis Athenarum Dissert. 2. p. 30. Similiter in psephismate secundo post Vit. 10. Orat. p. 851. Demochares laudatur ob παρασκευὴν ὅπλων καὶ βελῶν καὶ μηχανημάτων. DISSEN.

329, 4. *ποῖον ἱππικόν*] Scil. *γέγονε διὰ σέ*, h. e. nec equitatum consiliis idoneis per legem aut psephisma auxisti. DISSEN.

329, 6. *τίς ἢ τοῖς εὐπόροις ἢ τοῖς ἀπόροις πολιτικὴ καὶ κοινὴ βοήθεια χρημάτων παρὰ σοῦ;*] Sic auxilium tulerat tenuioribus Demosthenes lege trierarchica sua, ut supra ostendit. Atque ita etiam divites sublevari poterant emendata oeconomia civitatis hac vel illa in re, ut minora essent onera aut aequius distributa. DISSEN.

329, 7. *πολιτικὴ*] *Civilis, popularis*. SCHAEF.

καὶ κοινὴ] *πολιτικὸς* et *κοινὸς* junguntur etiam p. 776, 11. Junguntur autem ut affinis voces sensus: nam quae *κοινὰ* sunt, sunt eadem *πολιτικά*. SCHAEF.

329, 9. Post *προθυμία* ponatur colon.

329, 10. *οὐδ᾽ ὅτε ἅπαντες*] Exprobrat nunc Aeschini, quod etiam de suo nihil obtulerit civitati quo tempore omnes dederint. Quaeritur quando hoc fuerit. Ac primum videri potest factum Ol. 110, 3. post proelium ad Chaeroneam. Westermannus autem in libro *de litibus, quas Demosthenes oravit ipse*, p. 86. probabilius annum Ol. 111, 2. intelligit, cum Thebani se in libertatem vindicare conarentur atque Athenienses bellum pararent, unde postea Alexander sibi oratores tradi voluit. Atque ad hoc bellum, ut modo dixi, Muellerus in Commentat. sec. de Muniment. Athen. p. 30. refert quod Lycurgus *χειροτονηθεὶς ἐπὶ τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς* multa paravisse dicitur. DISSEN. Priorem sententiam, quae jam Meieri fuit in libro de bonis damn. p. 141., veram esse recte judicat Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 543. collato Dinarchi loco p. 56. *μετὰ τὴν μάχην τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ — οὐδὲν φροντίσας τῆς τότε παρούσης ἀπορίας, ἡνίχ᾽ οἱ ἄλλοι πάντες ἐκ τῶν ἰδίων ἐπεδίδοσαν εἰς τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν*.

329, 12. *Ἀριστόνικος*] Aristonicus hic, fortasse is qui supra p. 253. memoratur, debitor publicus factus perdita caussa quadam, cum solvere mulctam non potuisset, in *ἀτιμίᾳ* erat; vide Boeckh. de Oecon. Athen. vol. 1. p. 420. Collegerat vero pecuniam a civibus ad recuperandam *ἐπιτιμίαν*. DISSEN. Aristonicus utrum Phrearrhius ille sit, cujus saepius in hac oratione mentio fit, an Marathonius, qui cum aliis oratoribus Atticis ab Antipatro interfectus est (v. Plut. V. Demosth. c. 28.), ambigit Meierus de bonis damn. p. 141.

329, 13. *παρῆλθες*] Magna vis est in verbo *παρῆλθες*. Aeschines *ὁ πρότερον πολλάκις φθεγξάμενος ἐπὶ τοῦ βήματος*, quo tempore pecunia largienda esset ad necessitates civitatis sublevandas, cavit *παρελθεῖν καὶ φθέγξασθαι*. SCHAEF.

329, 15. *ὅς γε—πεντεταλάντων*] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 21. SCHAEF.

Φίλωνος] *φίλων* Anecd. Bekk. SCHAEF.

329, 16. *πεντεταλάντων*] Sic Reiskius. *πέντε ταλάντων* cum libris dant Anecd. Bekk. Quod revocandum esse puto. Nam *χρήματα πεντετάλαντα* habet quod mihi displiceat in scriptore pro-

saico de hereditate sic, ut hic Orator, verba faciente: non habet *ἔρανος διτάλαντος*. Et quid caussae fuisse dicamus cur Pollux ex hoc loco citaret 9. 54. *διτάλαντος*, non citaret proximum *πεντετάλαντος*? Quod si quem offendat constructio *πλειόνων ἢ πέντε ταλάντων*, meminerit esse attractionem, cujus crebra sunt exempla post comparativum, quem sequitur particula *ἤ*, non *πλεονάζουσα* illa, ut vulgo opinantur, sed loco suo posita. *οὐδὲν ἐλάττονος ἢ τούτου* p. 349, 12., quod Marklandus sine caussa tentavit. Quanquam simplicior etiam expediendae constructionis ratio suppetit, si *πλειόνων* referas non ad *χρημάτων*, sed ad *ταλάντων*. *Qui hereditatis jure acceperis de facultatibus—amplius quinque talenta.* Commendat hanc rationem quod legitur p. 367, 22. *μετὰ πλειόνων ἢ διακοσίων ταλάντων*. SCHAEF.

329, 16. *διτάλαντον δ' εἶχες ἔρανον δωρεὰν*] Vides duces symmoriarum qui Demosthenem corrumpere nequiverant ut legem trierarchicam suam desereret, postea Aeschinem corrupisse, ut contendit certe Demosthenes, atque hic rupit legem aliquo modo, cf. Boeckh. de Oecon. Athen. 2. p. 119. Verbo *ἔρανος* constat significari et societatem hominum privatam, qui se conjunxerunt et pecunias conferunt ad communem aliquem finem, et ipsam pecuniam collatam, cf. Boeckh. l. c. 1. p. 264. Nunc isti duces pecuniam contulerant ad Aeschinem corrumpendum. DISSEN.

329, 17. *τῶν ἡγεμόνων τῶν συμμοριῶν*] V. ad p. 260, 21.

329, 18. *λόγον—λέγων*] Euripides Med. 322. *μὴ λόγους λέγε*. SCHAEF.

329, 19. *τοῦ παρόντος ἐμαυτὸν ἐκκρούσω*] *Me ipsum distringam atque distineam.* De falsa legat. p. 348. *ἐξέκρουόν με*. DISSEN.

329, 20. *ἀλλ' ὅτι γ'*] Schaeferus comparat Xenoph. Cyrop. 8, 6, 18. *ἀλλ' ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη, τοῦτο εὔδηλον*.

329, 22. *φυλάττων τὸ μηδὲν—*] *Servans ne quid —*. SCHAEF.

329, 23. *νεανίας*] Ut hic *νεανίας* et *λαμπρὸς*, sic p. 557, 25. *νεανικὸς* et *λαμπρὸς* junguntur. SCHAEF.

καὶ πηνίκα—λαμπροφωνότατος] Citat Georgius Lecapenus p. 66. SCHAEF.

πηνίκα] Locum hunc citat Herodianus p. 438. in calce Moeridis a Piersono editi. REISK. In Herodiano legendum non *ἐπὶ τόπου* cum Piersono, sed *ἐπὶ χρόνου*. Compendium enim vocis *χρόνου* non intellectum ac corrupta quae sequitur praepositio pepererunt monstruosum illud *χυπεῖ*. De hoc usu adverbii *πηνίκα* v. Lobeckius ad Phrynich. p. 50. SCHAEF.

329, 25. *εἰπεῖν—δέῃ*] *εἰπεῖν κατὰ τούτων δέοι* Georgius Lecapen. l. c. diserte probans optativum, quod in tali grammatico non mirandum. SCHAEF.

λαμπροφωνότατος] Citat Pollux 3, 111. REISK. V. interpret. ad Plinii Epistol. 2, 3, 10.

μνημονικώτατος] Etiam hoc verbo alluditur ad aliquid, quod erat in Aeschine. Videtur enim hic orator insigni memoria

gavisus esse, quemadmodum etiam ex tempore dicebat longe facillime. conf. Philostrat. Vit. Sophist. Prooem. p. 487.. Aeschin. p. 70, 9. DISSEN.

329, 26. *τραγικὸς Θεοκρινης*] Dicit Harpocratio fuisse Theocrinem sycophantam. quemadmodum appareat ex oratione adv. Theocrinem. quae inter Demosthenicas legitur. non tamen est Demosthenis. Tragicum vero sycophantam dicit Aeschinem Demosthenes. h. e. *patheticas querelas simulate fundentem calumniandi caussa.* veluti ubi Aeschines de calamitate Thebanorum queritur p. 72. et 76. DISSEN.

329, 27. *εἶτα — ποιεῖς*] Citat Aristides vol. 2. p. 266, 5. SCHAEF. Cum Aeschines p. 79. etiam majores comparet, Miltiadem. Themistoclem, Aristidem, qui maxima fecerint. nullis talibus praemiis honorati qualia Demosthenes postulet. postremo etiam ad haec respondet. DISSEN.

τῶν—'Αθηναῖοι] Tiberius p. 67. citat sic scripta: *τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν μέμνησαι, καὶ καλῶς ποιεῖς· οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν, ὦ 'Αθηναῖοι.* SCHAEF.

329, 28. *οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν —*] Hunc locum ante oculos habuit auctor Declamat. in Salust. c. 2. 8. *Quare noli mihi antiquos viros objectare.—Neque me cum iis conferre decet*, P. C., *qui jam decesserunt omnique odio carent et invidia. sed cum iis, qui mecum una in republica versati sunt.* Quem comparavit Wolfius.

330. 2. *τίς—ἔτι μισεῖ;*] Citat Stobaeus p. 603. 32. REISK.

330. 5. *ἔτι μισεῖ*] Vitiosa Stobaei lectio *ἀτιμήσει* e libris Demosthenicis est corrigenda. REISK. Stobaei liber optimus *σε τιμήσει*. In aliis interpolatum *ἀτιμάσει* vel *ἀτιμήσει*: unde Gesnerus *ἀτιμήσει.*

330. 7. *δίκαιον—ἴσον*] Significatione perparum differunt. V. p. 1478, 24. SCHAEF.

330, 10. *κἀκεῖνο—μετεῖναι*] Citat Aristides vol. 2. p. 67, 11. REISK.

330, 13. *ἐπὶ τὸν παρόντα βίον*] H. e. *in praesentem aetatem et homines nunc viventes.* Conf. de v. Casaubon. ad Athen. 15, 5. et notata ad Tibull. 2, 1, 37. p. 217. ed. nostr. DISSEN.

330. 22. *ἦσάν τινες, οἳ διέσυρον μὲν τοὺς —*] Quod in S. aliisque legitur *ἦσάν τινες οἱ διασύροντες τοὺς*—etsi per se recte dictum (v. Bernhard. Syntax. p. 318.), tamen minus concinnum quam alterum est.

330, 23. *μὲν—δὲ*] Adverte sedem harum particularum. Hae enim particulae duo periodi membra haud raro ita jungunt. ut qui notionum ordo in priori membro fuit in posteriori convertatur. Sic ordine notionum converso hic ad se referuntur *διέσυρον* et *ἐπῄνουν. τοὺς ὄντας τότε* et *τοὺς πρότερον γεγενημένους.* Eadem structura Libanius p. 333, 11. *πολλὰ μὲν—πάσχοντες, δρῶντες δὲ οὐδὲν —.* Artificiosius etiam sic junctam per has particulas periodum legimus p. 281. 26.. ubi v. adnotata. SCHAEF.

εἶτα λέγεις κ. τ. λ.] Citat h. l. referens inter *σφοδρῶς* dicta Hermogenes p. 265. et p. 351. REISK.

330, 26. ὁ δ' ἀδελφὸς ὁ σός;] In Orat. de falsa legat. p. 15. Demosthenes duos fratres Aeschinis commemorat Aphobetum et Philocharem. Eosdem nominat ipse etiam Aeschines de falsa legat. p. 48. Hoc loco Demosthenes Philocharem, opinor, intelligit, qui praetor fuerat. DISSEN.

330, 27. μηδὲν ἄλλο] V. c. ὦ κάθαρμα. Conf. οἱ χρηστοί p. 255, 12. SCHAEF.

330, 28. ὥσπερ τἄλλα πάντα] Scilicet ἐξετάζειν σε δεῖ. Neutrum τἄλλα πάντα si quem offendat ob sequentia τοὺς—ἀγωνιστὰς, consulat Ind. ad Homeri Odyss. p. 170. SCHAEF.

331, 1. ὁ Φιλάμμων κ. τ. λ.] Citat h. l. Pollux 3, 141. v. ἀγωνισταὶ et Harpocration v. Φιλάμμων. REISK. Philammon, athleta nobilis Atheniensis: vid. Harpocrat. et Eustath. ad Hom. Il. ψ. p. 1324. λέγεται δὲ καὶ Φιλάμμων πύκτης Ἀθηναῖος νικᾶν τοὺς ἀντιπάλους πάντα τὸν χρόνον. Mentionem ejus faciunt etiam Aristot. Rhet. 3, 11. aliique. DISSEN.

331, 2. Γλαύκου τοῦ Καρυστίου] Glaucus Carystius vicit in Olympia pugilatu Ol. 25. Vide de eo Pausan. 6, 10. et conf. interpret. ad Lucian. Herodot. c. 8. et de Imaginib. c. 19., ubi etiam versus Simonidis de eo. Cum toto hoc Demosthenis loco conferenda quae Aeschines p. 81. respondet. Nam cum ederet orationem suam, etiam hunc locum sibi visus est refutare posse. Revera tamen non refutavit. Nimirum etiam πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρετὴν exigi Demosthenis virtus non defugit, qui per totam orationem docuit se in omnibus consiliis publicis quod honestum et gloriosum esset secutum, semperque pro libertate Graeciae et Athenarum certasse. Sed Aeschines majores comparaverat, atque ad hoc nunc respondet Demosthenes. DISSEN.

331, 7. ὅρα] θεώρει. V. p. 330, 7. SCHAEF.

πρὸς ὅντινα—ἐξίσταμαι] Citant Anecd. Bekk. p. 138. in. propter constructionem verbi ἐξίσταμαι cum accusativo, quo Demosthenes utitur etiam p. 460, 2. 617, 15. SCHAEFER. Libri deteriores οὐδενὶ ἐξίσταμαι. Utrumque dici poterat, quanquam diversa significatione. Nam οὐδενὶ ἐξίσταμαι significat *nemini cedo*, οὐδένα vero ἐξίσταμαι, *neminem declino*, i. e. nemo est quocum certare non ausim. Falluntur igitur qui solum dativum hic locum habere affirmant Lobeck. ad Soph. Aj. 109. et Shilleto ad orat. de f. leg. p. 128. (ad p. 411, 12.)

βούλει] βούλεται Anecd. Bekk. SCHAEF.

331, 20. ἱπποτρόφος] Reisk. Ind. Graecit.: "homo locuples, qui equum publicum aere suo alit." Id vero laudi foret: quod Oratoris consilio adversatur. De homine, qui curules equos alebat, interpretatur hunc citans locum H. Stephanus Thes. Ego intelligam de homine, qui suos in usus, ut luxui mollitiaeque serviat, equos alit. Conf. p. 1046, 8. sqq. SCHAEF De ἱπποτροφίᾳ nobilium et divitum ad curulium certaminum gloriam consequendam cf. Bach. ad Xenoph. Oecon. 2, 6. Boettig. Archaeolog. Pictur. p. 260. Boeckh. de Oecon. Athen. 1. p. 80. Hinc nunc metaphora petita. DISSEN.

331, 22. οὕτω] Quod dico me πολίτην φύσει μέτριον. SCHAEF.

331, 23. τοῦ γενναίου] Id est τῆς γενναιότητος. REISK.

ἐν μὲν ταῖς ἐξουσίαις —] Duo illa, quae civem frugi habere debere dicit, sunt, ubi per rerum conditionem liceat, constanter eligere quod generosum sit et primas partes, omni vero tempore servare benevolentiam. Sunt ἐξουσίαι opportuna momenta, ubi liceat τὰ πρωτεῖα persequi, quemadmodum supra dicit ὅτε μὲν τῇ πόλει τὰ βέλτιστα ἑλέσθαι παρῆν. DISSEN.

331, 27. δύνασθαι καὶ ἰσχύειν] Nota abundantiam oratoriam. Sic νοῦν καὶ φρένας p. 332, 20. SCHAEF.

ταύτην] Redit ad εὔνοιαν. V. p. 332, 3. SCHAEF.

331, 29. ἐξαιτούμενος] Ab Alexandro post eversas Thebas. DISSEN.

'Αμφικτυονικὰς δίκας ἐπαγόντων] Intelligit Macedonicam factionem. Videmus autem apud Amphictyones adeo accusatum Demosthenem, quod etiam Aeschines confirmat p. 76. Sed quem praetextum sumpserunt? Nempe poterat accusari Demosthenes, quod cum Philippus Apollini Delphico opem laturus venisset ad Amphissenses puniendos, et hac sacra expeditione occupatus esset, ipse Amphissensibus mercenarios elocasset, quod fecerat, ut supra memoravimus. DISSEN.

332, 3. τὸ—ἐξ ἀρχῆς] τὸ ἀπ' ἀρχῆς p. 668, 25. SCHAEF.

332, 6. τὰς εὐδοξίας — αὔξειν] Citat Thomas M. v. αὔξειν. REISK.

τὰς post εὐδοξίας omittit Thomas M. cum codd. quibusdam. SCHAEF.

332, 7. οὐκ ἐπὶ μὲν — περιέρχομαι] Citat Tiberius p. 33. SCHAEF.

332, 8. εὐτυχήμασι] ἀγαθοῖς Tiberius. SCHAEF.

332, 15. ἔξω δὲ βλέπουσι] *Spes suas in exteris ponunt.* Sic Plutarch. Arat. c. 15. ταῖς ἐλπίσιν ἔξω βλέπων. Vide Wyttenb. ad Plutarch. Mor. p. 80, e. DISSEN.

332, 20. νοῦν καὶ φρένας] Passim junguntur haec nomina, (cf. Wyttenbach. Animadv. ad Plutarch. p. 209.) amplificationis caussa. DISSEN.

332, 21. ἐξώλεις καὶ προώλεις] Solennis formula. Sic de falsa legat. p. 395. ἐξώλης ἀπολοίμην καὶ προώλης. Aristoph. Nub. 1139. πᾶς ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν. DISSEN.

332, 24. Subscriptus in B. S. numerus versuum 2768. intelligendus exclusis quae huic orationi inserta sunt actis publicis. V. ad p. 130, 20.

XIX.

DE FALSA LEGATIONE.

I. TAYLORI PROLEGOMENA.

Non multa sunt, quae Demosthenis Aeschinisque de falsa legatione orationibus habeo praefanda. Neminem ad eas accessurum esse arbitror nisi historia Graeca leviter saltem imbutum rerumque, quae in Macedonia et Athenis hoc tempore agitabantur, scientem, quarum narrationem copiosiorem Ulpianus, breviorem Libanius huic orationi praemiserunt. Et quia nemo fere nisi perlectis Philippicis, quarum secunda est hujus orationis tanquam aditus, huc progreditur, eapropter historiae concinnandae labore supersedere possum.

Demosthenis orationem, quae saepissime citatur ab rhetoribus et grammaticis, nonnulli inscripserunt *κατ' Αἰσχίνου*, ut Priscianus aliquoties, Ulpianus frequenter, Harpocratio aliique: iidem quandoque *περὶ τῆς παραπρεσβείας*, ut et alii plurimi. Etiam conjunctim nonnulli *κατ' Αἰσχίνου περὶ τῆς παραπρεσβείας λόγος*. Paucis denique, inter quos est Dionysius Halicarnassensis, *κατηγορία Αἰσχίνου*. Qui *κατ' Αἰσχίνου* simpliciter appellant, satis quidem distinguunt ab altera Demosthenis, quae est de corona. Nam accurate scribendo *κατὰ* ad actoris orationem recte applicatur, cum reus non *κατὰ*, sed *πρὸς* verba habere dicatur, si vera sint ea, quae notavi ad initium Eubulideae. Nonnulli, ut Photius in Vita Demosthenis et Servius ad Virg. Aen. 11, 201. etiam orationem de corona *κατ' Αἰσχίνου*, *contra Aeschinem*, appellarunt. Nostram autem orationem qui inscripserunt, *κατ' Αἰσχίνου περὶ παραπρεσβείας*, accuratius poterant *κατ' Αἰσχίνου παραπρεσβείας*. Nam *παραπρεσβεία* est vocabulum forense, crimen intentatum, ipsius actionis proprium et definitum vocabulum. Ita scholiastes Thucydidis 6, 91. enumerat *γραφὰς δωροδοκίας, ὕβρεως, συκοφαντίας, μοιχείας, ψευδογραφίας, παραπρεσβείας, λιποστρατίου.* Et Pollux 8, 6. *ἰδίως ἡ κατὰ τῶν πρεσβευτῶν γραφὴ παραπρεσβείας ἐλέγετο.* Et alibi similiter. Hermogenes (vol. 3. p. 67.) p. 102. Port. (vol. 3. p. 28.) *πρεσβεύων Αἰσχίνης παρὰ τὸν Φίλιππον—κρίνεται παραπρεσβείας ὑπὸ Δημοσθένους.* Et p. 70. *Αἰσχίνης καὶ Δημοσθένης ἀπὸ τῆς παρὰ Φίλιππον ἥκοντες πρεσβείας*

ἀντεγκαλοῦσι δώρων ἀλλήλοις, ἐπειδὴ ὁ μὲν—ὁ δὲ ἀπολογίαν παραπρεσβείας γεγραφὼς, ὁ Αἰσχίνης. Et nescio annon his testibus accenseri mereatur Cicero Orat. 31. *Multae sunt ejus totae orationes subtiles—multae totae graves—multae variae: ut contra Aeschinem* falsae legationis, *ut contra eundem pro caussa Ctesiphontis*. Pariter Plutarchus et Photius infra memorandi et scriptor argumenti orationis Aeschineae. ἐγράψαντο παραπρεσβείας Αἰσχίνην Δημοσθένης τε καὶ Τίμαρχος. Et paucis interjectis: πρὸ τοῦ τῆς παραπρεσβείας ἀγῶνος. Contra Aeschinis oratio ἀπολογία vel τῆς παραπρεσβείας ἀπολογία interdum nominatur: unde Harpocrationi s. v. Ἀργᾶς, ubi citatur Αἰσχίνης περὶ τῆς ἀποδόσεως, Valesius restituit ἀπολογίας.

Habita est haec caussa Olymp. 109. 2. (vid. Dionys. Halic. ad Ammaeum §. 10.) triennio post legationem obitam. Interjectum esse quoddam temporis intervallum inter crimen et contentionem non uno in loco lamentatur Demosthenes, ut p. 342, 9. χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν p. 342. 9. et similiter p. 423. Et triennium quidem fuisse, uti modo diximus, testatur etiam Ulpianus in Argumento.

Cum dixi habitam esse hanc orationem, non me fugit fuisse qui id aut negarent aut addubitarent certe. Ὁ δὲ κατ' Αἰσχίνου τῆς παραπρεσβείας, inquit Plutarchus in vita Demosthenis c. 15. ἄδηλον εἰ λέλεκται. καίτοι φησὶν Ἰδομενεὺς[a] παρὰ τριάκοντα μόνας[b] τὸν Αἰσχίνην ἀποφυγεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔοικεν οὕτως ἔχειν τἀληθὲς, εἰ δεῖ τοῖς περὶ στεφάνου γεγραμμένοις ἑκατέρων λόγοις τεκμαίρεσθαι. μέμνηται γὰρ οὐδέτερος αὐτῶν ἐναργῶς οὐδὲ τρανῶς ἐκείνου τοῦ ἀγῶνος ὡς ἄχρι δίκης προελθόντος. ταῦτα μὲν οὖν ἕτεροι διακρινοῦσι μᾶλλον. In eadem dubitatione est scriptor Argumenti orationis Aeschineae. ἔνιοι μέν φασι γεγραφέναι μὲν τοὺς λόγους ἀμφοτέρους, οὐ μέντοι γε εἰρῆσθαι· οἱ δὲ καὶ εἰρῆσθαί φασι, καὶ κεκινδυνευκέναι τὸν Αἰσχίνην τριάκοντα ψήφοις ἁλῶναι, ὅμως μέντοι ἀποφυγεῖν, Εὐβούλου αὐτῷ τοῦ δημαγωγοῦ συναγωνισαμένου, οὐ μέντοι παρὰ πᾶσιν ἀπογνωσθῆναι αὐτοῦ τὸ φιλιππίζειν, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ προοιμίῳ παραδηλοῖ, καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου. [Et schol. Aeschinis ad p. 49, 12. οὐ τοῦτο εἶπε Δημοσθένης ἐν τῇ κατηγορίᾳ, ἀλλ' ὅτι τὰς Ἀπολλοφάνους τοῦ Πυδναίου θυγατέρας ἐξῃτήσατο. ἐκ δὴ τούτου δῆλον ὅτι οὐκ ἐλέχθησαν οἱ λόγοι· οὐ γὰρ ἂν ἄλλ' ἀκούσας Αἰσχίνης ἄλλα ἔλεγεν, ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἃ ὑπενόησεν ἐρεῖν αὐτὸν πρὸ τοῦ ἀγῶνος, ταῦτα ἐνέγραψεν. Porro Pseudo-Plut. in V. decem orat p. 840 C. συνειπόντος αὐτῷ (Aeschini) Εὐβούλου τοῦ Σπινθάρου Προβαλισίου (Anaphlystium dicere debebat) δημαγωγοῦντος τριάκοντα ψήφοις ἀπέφυγεν. εἰσὶ δ' οἵ φασι συγγράψαι μὲν τοὺς

[a] [Est Idomeneus Lampsacenus scriptor Demostheni aetate fere par: nam floruit circiter ab Olymp. 117. usque ad 125. V. Clinton. Fast. Hell. vol. 3. p. 4. et 488. Nihilominus fuerunt qui levem amplecterentur Plutarchi conjecturam, contra quos disputavit Fr. Frankius in Prolegomenis ad hanc orationem Misenae editis a. 1846. G. D.]

[b] [Hoc est triginta tantum suffragia plura fuisse a parte absolventium, ut ap. Demosth. p. 688, 26. παρὰ τρεῖς ψήφους ἀφῆκαν, et alibi non raro. G. D.]

ῥήτορας τοὺς λόγους, ἐμποδὼν δὲ γενομένων τῶν περὶ Χαιρώνειαν μηκέτι τὴν δίκην εἰσελθεῖν. quae excerpsit Photius p. 490, 26. Nullam istius dubitationis rationem et fortasse ne notitiam quidem habuerunt Philostratus p. 508. Libanius in Argum. Philippicae II. p. 65, 14.] Scriptor Epistolae Aeschineae 12: *ἐφάνη δὲ ἴσως, ἐφ' οἷς κατηγορήθην πρότερον ὑπὸ Δημοσθένους—οὐ μικρὸν εἰς ὑμᾶς δεῖγμα τοῦτο τοῦ καλῶς ἐμὲ πολιτεύεσθαι, ὅτι οὐδὲ Δημοσθένους κατηγοροῦντος ἑάλων.* Quod ab silentio utriusque oratoris in orationibus de corona argumentum opinioni suae petit Plutarchus, valde infirmum est[c], convelliturque manifesto orationis coram judicibus habitae documento, de quo sic scribit Ulpianus, *ἰστέον ὅτι ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ* (scil. p. 401., ubi agitur de muliercula Olynthia) *ἀνέστησαν οἱ δικασταὶ καὶ εἴασαν* [recte correctum *ἔπαυσαν*] *λέγοντα τοῦ Εὐβούλου συμπράττοντος τῷ Αἰσχίνῃ, μισοῦντος δὲ τὸν ῥήτορα, εἰπόντος αὐτοῖς, τοιούτων αἰσχρῶν ἀνέχεσθε λέγοντος Δημοσθένους;* Et Photius [Bibl. p. 20, 14.]: *Κατηγορηθεὶς* (Aeschines) *παραπρεσβείας ὑπὸ Δημοσθένους οὐχ ἑάλω, ἅτε δὴ Εὐβούλου τοῦ δημαγωγοῦ, ᾧ ὑπηρέτησε, συναγωνισαμένου αὐτῷ κατὰ Δημοσθένους ἐν τῷ παρασκευάσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι, ἔτι τοῦ Δημοσθένους λέγοντος.* Annon haec clamant non solum scriptas esse has orationes, verum etiam peroratas? Adjungere etiam potuissem anonymum scriptorem vitae Aeschinis, *ὅτι ἠδυνήθη νικῆσαι τὴν κατηγορίαν, Εὐβούλου συναγωνισαμένου κατὰ τοῦ Δημοσθένους ἐν τῷ ποιῆσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι ἔτι τοῦ Δημοσθένους λέγοντος, ὡς ἔγνωμεν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς.* Sed quis non videt haec esse iterum Ulpiani, qui ad commentarios suos ad Demosthenem his verbis alludit, ut patet ex locutione, *ὡς ἔγνωμεν ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς*, de qua alibi dixi? Potuissem

[c] Accedit quod ne verum quidem est, ut videtur, quum duo in orationibus de corona loci sint, qui ad hanc litem spectare videantur, de quibus Frankius l. c. dixit p. 3. "Primum Aeschines p. 65. (473. Reisk. *ἡγήσατο, εἰ τῶν συμπρεσβευόντων καὶ τοῦ Φιλίππου κατήγορος ἀναφανείη, τὸν μὲν Φιλοκράτην προδήλως ἀπολεῖσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους συμπρέσβεις κινδυνεύσειν, αὐτὸς δ' εὐδοκιμήσειν, καὶ προδότης ὢν τῶν φίλων καὶ πονηρὸς, πιστὸς τῷ δήμῳ φανήσεσθαι.*) aperte institutae a Demosthene litis, non scripti in privatum usum libelli mentionem fecit, sed quod non se, sed omnes legatos, inprimis Philocratem, qui tum jam condemnatus Athenis fugerat (Aesch. p. 29. sive 192 ed. Reisk.), a Demosthene petitos esse dicit (cf. p. 193.), neque de eventu caussae quicquam addit, satis ostendit non fuisse cur victoriam suam jactaret. Profecto enim qui summi criminis, proditae pecunia patriae, accusatus, quum et Eubuli, gravissimi viri, auctoritate defensus et multorum civium vel Philippo faventium vel certe belli pertaesorum studiis adjutus esset, tamen triginta tantum suffragiis absolutus esset, non erat cur ea victoria, quae a turpissima clade tam parum abesset, gloriaretur, praesertim quum civibus suis de Demosthenis proditione suaque integritate nondum se persuasisse probe intelligeret (c. Ctesiph. p. 62. sive p. 446 sq. R.). Demosthenes autem, quem sane credideris noluisse hujus caussae mentionem facere, quam ut perderet, praeter Eubuli auctoritatem et temporum ratio et populi levitas fecerat, tamen eam sic commemoravit, ut institutam et in judicio actam, non libello in privatum usum scripto tractatam esse appareret simulque etiam qui factum esset ut Aeschines judicum suffragiis absolveretur, probabiliter explicaretur: *ἐκεῖνο φοβοῦμαι, μὴ τῶν εἰργασμένων αὐτῷ κακῶν ὑποληφθῇ ἐλάττων οὗτος, ὅπερ πρότερον συνέβη, ὅτε τοὺς ταλαιπώρους Φωκέας ἐποίησεν ἀπολέσθαι τὰ ψευδῆ δεῦρ' ἀπαγγείλας* p. 275. Cf. de f. leg. p. 349 sq. Stechow vit. Aesch. p. 63."

etiam adjungere ipsum Aeschinem, qui confirmat in principio suae defensionis p. 28. 20. surrexisse judices in consilio, cum caussa ageretur, ni vidissem, objectionem isti auctoritati jamdudum esse paratam.

Sed pene video quid hic rei agatur. Dubitari nimirum potest an oratio, quam tractamus, Demosthenis sit consummatum et sincerum opus a manu ejus ultima profectum. Et hujusmodi fere suspicio fuit apud antiquiores. Photius in Biblioth. [p. 491, 11.] Μάλιστα ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος παρέσχεν αἰτίαν ἐν ὑπομνήμασι καταλελεῖφθαι, οὔπω τὴν ἐργασίαν ἀπειληφὼς τελείαν. διότι καὶ ἃ πρὸς τὴν κατηγορίαν πολλὴν ἔσχε τὴν ἀμυδρότητα καὶ κουφότητα ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου παρέθετο, ὅπερ οὐκ ἂν περιεῖδεν ὁ ῥήτωρ εἰς ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν τῶν ἰδίων λόγων καταστάς. Et rursus ibid. [p. 491, 40.] Ὁ κατὰ Μειδίου καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀσκούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι. Et sane ea suspicio, si quid concludi potest ex summa rerum omnium confusione, ex argumentis quasi tela quadam inceptis, necdum pertextis et sententiis inconcinne aut alieno loco positis, profecto fidem nacta est maximam. Habes igitur, ut credere fas est, orationem non ab ipso auctore perpolitam et evulgatam, sed quae inchoata solummodo et quasi adumbrata ex ejus commentariolis et scriniis excidit. TAYLOR. At his quidem rhetoribus, quibus nihil praeter istas repetitiones offensioni fuisse videtur, ne Photius quidem vel is, quem ille auctorem sequutus est, quicquam tribuit: ἀλλ' οἵ γε τούτους αἰτιώμενοι τί ἂν φαῖεν περὶ Ἀριστείδου, ὃς καὶ κατακόρως τῷ ἰδιώματι τούτῳ φαίνεται κεχρημένος, ὥσπερ καὶ τῷ προϊέναι κατὰ τὰς ἐργασίας πέρα τοῦ μετρίου καὶ τῷ περιττῷ μᾶλλον ἢ τῷ μέτρῳ τῆς χρείας συμπαρεκτείνεσθαι; Gravius argumentum est quod sequitur in verbis ab Tayloro supra appositis μάλιστα—καταστάς. At sub finem non decrescere vim orationis et impetum, sed accrescere et augeri facile quivis sentiet atque intelliget. Denique tertium argumentum Photius hoc ponit: καὶ μέντοι καὶ τὸν παραπρεσβείας λόγον (quasi haec oratio diversa sit ab oratione κατ' Αἰσχίνου!) τινὲς ἐν ὑπομνήμασί φασι καταλειφθῆναι, ἀλλ' οὐ πρὸς ἔκδοσιν οὐδὲ πρὸς τὸ τῆς ἐργασίας ἀπηρτισμένον γεγράφθαι. διὰ τί; διότι μετὰ τὰ ἐπιλογικὰ πολλά τε ὄντα καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος ἐπέχοντα πολλὰς πρὸ αὐτῶν ἀντιθέσεις εἰπὼν πάλιν ἐπὶ ἀντιθέσεις ἐτράπετο, ὅπερ ἀνοικονόμητόν τέ ἐστι καὶ διερριμμένον. In hac re satis mirum est eos rhetores offendisse, quorum libri temporum injuria perditi sunt, non offendisse eos, quos etiam nunc habemus. Nam et epilogum illum §. 195 sqq., quem rectius ἐπάνοδον vel ἀνακεφαλαίωσιν dicas (vid. Hermogen. vol. 3. p. 416. et Gregor. Corinth. ad h. l. vol. 7. p. 1224), et antitheses, quae post epilogum reperiuntur, rhetores Graeci saepenumero commemorarunt, qui si quid in hac oratio-

nis oeconomia quod jure reprehendi posset invenissent, dubium non est quin id vel verbo indicaturi fuerint. Quid? quod Marcellinus (vol. 4. p. 426.), Apsines (vol. 9. p. 532.) aliique (v. Ernesti lex. rh. s. v. *ἀνακεφαλαίωσις*) alios quoque oratores in media oratione epilogum s. *ἀνακεφαλαίωσιν* posuisse animadverterunt. Omnino autem si vera essent quae Photium sequutus Taylor. disputavit, qui factum esset ut Dio Prusaeus, haud contemnendus eloquentiae aestimator, hanc potissimum orationem in deliciis haberet[d]? ut rhetores Graeci ex hac oratione rudi scilicet et imperfecta et ceteris Demosthenicae eloquentiae virtutibus destituta plurima artis suae exempla peterent[e]? Nam inter veteres rhetores unum tantum novi hujus orationis contemptorem, Joannem Siculum, usque adeo osorem Demosthenis, ut etiam eam orationem, quae uno omnium consensu palmaria habetur, orationem de corona dico, nihil quidquam admirari videatur (vol. 6. p. 175 sq.). Is igitur quo loco Dionem cum Demosthene comparat, *καίτοι*, inquit, *Δημοσθένης σύμμαχον ἔχων τὸ ψεῦδος, ὃ μάλιστ' ἰσχύει κἂν τοῖς λόγοις, πόσον εἰς τὸν παραπρεσβείας ἐλείφθη Αἰσχίνου* (vol. 6. p. 75.), satis invidiose, quasi mendaciis nitatur omnis Demosthenis accusatio. Unus enim fere locus est, quo Demosthenem a veritate decessisse et veteres rhetores animadverterunt (cf. Gregor. Cor. vol. 7. p. 1254) et ipsa res probabile reddit, §. 212 sqq., de quo loco idem Joannes iniquius disputat p. 79: *εἰ μὲν γὰρ ἁρμοδίως τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι καὶ προσώποις τοὺς λόγους ποιήσεται (ὁ ῥήτωρ), θαυμασθήσεται· εἰ δὲ μή, πρὸς τῷ γελασθῆναι καὶ ἐξουδενωθήσεται. καθάπερ Δημοσθένης ἐν τῷ συμποσίῳ Φιλίππου πέπονθεν εἰς τὸν παραπρεσβείας, πλάττων Αἰσχίνην ἀσχημονήσαντα πρὸς τὴν Ὀλυνθίαν γυναῖκα, ἀναξίως καὶ ἀνορμόστως τῆς τοῦ ῥήτορος ποιότητος, ὅπου καὶ τὸν Σάτυρον τὸν ὑποκριτὴν σωφρονέστερον ὑποτίθησι. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ποιότητα τοῦ λόγου ἁρμόδιον εἶναι δεῖ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις καὶ πράγμασι.* Paulo aequius Hermogenes vol. 3. p. 420., qui oratoriam saltem hujus loci virtutem agnoverit (*οὕτω δὴ ψυχαγωγεῖ τοὺς ἀκούοντας ὥστε οἴεσθαι ἐν συμποσίῳ εἶναι*), et Minucianus vol. 9. p. 612 sq., qui artem, qua Demosthenes rei non testatae fidem facere studuerit, admiretur. Sed idem ille Joannes alio loco aperte calumniatur. Quum enim Hermogenes vol. 3. p. 214. etiam hoc ad perspicuitatem orationis facere dixisset, ut objectiones adversarii prius quam dissolutiones sive refutationes ponerentur, addidissetque Demosthenem, qui et cetera solitus esset ita, ut e re sua esse videretur, collocare, interdum dissolutionem ante objectionem posuisse: Joannes exemplum hujus figurae e

[d] Philostr. vit. Soph. p. 488. *φυτεύων δὲ καὶ σκάπτων καὶ ἐπαντλῶν βαλανείοις τε καὶ κήποις καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπὲρ τροφῆς ἐργαζόμενος οὐδὲ τοῦ σπουδάζειν ἠμέλει, ἀλλ' ἀπὸ δυοῖν βιβλίοιν ἑαυτὸν συνεῖχεν* (animum suum aluit, vid. Kayser. p. 179.). *ταυτὶ δὲ ἦν ὅ τε Φαίδων ὁ τοῦ Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους ὁ κατὰ τῆς πρεσβείας.*

[e] Cf. et Cic. Or. 31, 111. multae sunt ejus totae orationes subtiles, ut contra Leptinem: multae totae graves, ut quaedam Philippicae: multae variae, ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem pro caussa Ctesiphontis.

nostra oratione (§. 68) petivit: *ἐν μὲν γὰρ τῷ παραπρεσβείας Αἰσχίνου μέλλοντος ἀντιτιθέναι· οὐκ ἦσαν σύμμαχοι οἱ Φωκεῖς, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τὴν πόλιν ἠδίκησαν, ἀντεγκληματικῶς ἀπαντῶν προλαμβάνει τῆς ἀντιθέσεως τὴν λύσιν ὁ ῥήτωρ κατὰ ἔνστασιν, ὅτι σύμμαχοι ἦσαν· φέρε δή μοι, φησὶ, τὴν συμμαχίαν τῶν Φωκέων ἀνάγνωθι. τοῦτο δὲ κακούργως εἰσάγει τὸ ψήφισμα, ὅτι ἐγράφη μὲν παρὰ τῶν Φωκέων, οὐκ ἐνηργήθη δὲ οὐδὲ ἐτελέσθη. διὸ οὐδὲ προσέσχον αὐτῷ οἱ δικασταὶ, ἀλλὰ καὶ προσωργίσθησαν* (vol. 6. p. 193). At ut Demosthenem h. l. objectionem Aeschinis *κατ' ἔνστασιν* (occurrendo) solvere voluisse demus, quae aliorum quoque opinio rhetorum fuit, unde Joannes illud foedus non exstitisse compertum habuit? Enimvero exstitit (cf. Diod. Sic. 16, 29.) factumque est Hegesippo auctore (Aesch. p. 70, 15.). Itaque et hoc ille et quod de judicum ira fabulatur calumniandi caussa commentus est[f]. Quanto rectius Maximus Planudes, qui ad eundem Hermogenis locum haec commentetur: *ὡς ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας Αἰσχίνου μέλλοντος ἀντιτιθέναι, ὅτι οὐκ ἦσαν σύμμαχοι οἱ Φωκεῖς, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τὴν πόλιν ἠδίκησαν. προλαμβάνων τὴν ἀντίθεσιν ὁ Δημοσθένης τὴν λύσιν ἐργάζεται συνιστῶν τὴν ποιότητα τῶν Φωκέων, ὅτι καὶ σύμμαχοι καὶ εὐεργέται τοῦ δήμου. φησὶ γάρ· φέρε δή μοι τὴν συμμαχίαν τῶν Φωκέων, ἵνα ὡς ὑπὲρ οἰκείων ἀγανακτήσωσιν οἱ δικασταί καὶ ἵνα ἡ ἔγγραφος ἀναγινωσκομένη συμμαχία τὸν Αἰσχίνου λόγον ἐλέγχῃ* (vol. 5. p. 478). Iniquius etiam Dionysius Halicarnassensis vel si quis alius illam artem rhetoricam scripsit de Demosthene (8. 5. p. 287. R.) judicavit, sed tamen ita ut oratoris laudibus nihil obtrectaret. Qui quod artificium admiratur, quo callide usus Demosthenes per totam hanc orationem non priorem legationem, in qua tamen peccaverit Aeschines, si quid peccaverit, sed secundam accusaverit, scilicet nihil aliud quam ipse se in ingenti errore versari rerumque gestarum satis ignarum esse testatus est[g]).

Denique de partium descriptione verum est ne veteres quidem rhetores omni ex parte recte judicasse. Hermogenes enim vol. 3. p. 99 sqq. illud quidem recte docuit, *προκατασκευὴν*, i. e. partitionem (Quintil. 4. 5. 1.), quam alii *προέκθεσιν* sive *ὑπόσχεσιν* vocarunt (vol. 3. p. 416), esse in verbis *εἰ σκέψαισθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ λογίσαισθε τίνων προσήκει τῇ πόλει λόγον παρὰ πρεσβευτοῦ λαβεῖν. πρῶτον μὲν τοίνυν ὧν ἀπήγγειλε, δεύτερον δὲ ὧν ἔπεισε, τρίτον δὲ ὧν προσετάξατε αὐτῷ, μετὰ ταῦτα τῶν χρόνων. ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, εἰ ἀδωροδοκήτως ἢ μὴ πάντα ταῦτα πέπρακται* §. 4. *Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα*, inquit, *ἐπὶ κεφαλαίων τὰ ἐγκλήματα προὔθηκεν, ὧν καθ' ἕκαστον ἐξελέγξει καὶ ἀποδείξει.* Idemque recte monuit, ne quis oratorem in his quinque capitibus se continere aut eundem ordinem, quem in enumeratione partium tenuisset, etiam in confirmatione (*ἐν τῇ κατασκευῇ*) sequi debuisse

[f] Quam proni fuerint ad mendacia Demostheni exprobranda, Aristides vol. 9. p. 381. suo nos docet exemplo: *καὶ πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου τὸ μὲν ἀληθέστον μὲν ἀνῄρηκεν τῶν ἐπὶ τὰς εὐθύνας ἐλθόντων. τὸ δὲ ἑξῆς ἐπικατεψεύσατο, οἷον· τοῖς δὲ ἀπειλεῖ. Unde novit Aristides oratorem mentitum esse?* Reisk. ad p. 341, 18.

[g] Cf. Stechow vit. Aesch. p. 66.

opinaretur: *εἰ δὲ ζητοίης εἰ τούτοις τέτμηκε τοῖς κεφαλαίοις τὸν λόγον ἢ εἰ τούτοις μόνοις ἢ εἰ τῇ τάξει ἐχρήσατο τῆς ἐπαγγελίας ἐν τῇ κατασκευῇ, λόγον ἴδιον ζητεῖς (ζητῶν?) θεωρίας καὶ τέχνην τοῦ τῆς παραπρεσβείας καὶ οἰκονομίαν, οὐκ ἂν ἐρεῖς τὸ μὴ οὐ προεκτίθεσθαι τὰ κεφάλαια τὸν ῥήτορα, ὃ τῆς προκατασκευῆς ἐστιν ἴδιον. πολὺ δὲ δήπουθεν διενήνοχε τεχνολογῆσαι διδασκαλικὴν θεωρίαν ἢ θεωρῆσαι δικανικὴν ἀνάγκην λόγου πρὸς τὸ χρήσιμον τῶν ζητουμένων διοικονομουμένων.* Denique et hoc adnotavit, illam partitionem a Demosthene modo post prooemium, ut in nostra oratione, modo post narrationem, ut in Aristocratea, collocatam esse. Atque haec quidem omnia et docte et utiliter disputata sunt. Sed quod idem Hermogenes sibi animadvertisse videtur, Demosthenem, si non fallere judices, sed rem propositam sincere exsequi in animo haberet, partitionem post narrationem collocare statimque subjicere confirmationem, ut in recenti propositionis memoria nihil mentiri intelligeretur, contra si recte quidem proponere videri, proposita autem non confirmare vellet, tum eum post prooemium partiri (*προκατασκευάζειν*) et narrationem interponere inter partitionem et confirmationem, ut sic partitionis oblivione facta confirmatione quaqua vellet uti liceret: id neque vere dictum esse neque ad nostram orationem quam ille voluit pertinere arbitror. Nam hic quidem sejungi non potuit a narratione confirmatio, sed ipsa narratione continetur, ita ut partitioni nisi post prooemium nullus locus esset, et si orator partitionis oblivionem inducere voluisset, non ipse deinceps ejus memoriam excitaturus fuit, maxime §. 195 sqq., neque aliter partitus est, aliter confirmavit. Fallitur enim Hermogenes, quum dicit: *καὶ γὰρ ἐνταῦθα φήσας δεῖν πρῶτον εὐθύνας ἀπαιτεῖν ὧν ἀπήγγειλε, τὸ ἀνεύθυνος*[h]) *ἐπὶ λόγοις μετὰ πολλὰ τέθεικε κεφάλαια.* Nam orator primo loco illud caput tractavit (§. 18 sqq.), itemque secundum secundo; reliqua si non eodem ordine, quo in partitione posuit, pertractavit, fecit id, quod oratori permissum esse ipse Hermogenes supra significaverat, fecitque, ut idem animadvertit, cum singulari quadam arte: *εἰ δὲ εἰς τὸν λόγον αὐτὸν λέγειν δέοι, καθ' ἕκαστον τῶν μερῶν ἰδίας ἔχει τέχνας καὶ ἀπορρήτους.* Etenim quintum caput (*εἰ ἀδωροδοκήτως ἢ μὴ*), quod ad reliqua omnia cummaxime pertineret, tertio loco tractavit (§. 113 sqq.), quo loco maximam vim habiturum esset; tertium (*ὧν προσετάξατε αὐτῷ*) ultimo §. 164 sqq. cum eoque quartum (*τῶν χρόνων*), quod et ipsum ad secundam legationem spectat, conjunxit. Magis etiam fallitur Maximus Planudes, qui ad eum locum, quo Hermogenes magnam hujus partitionis ad perspicuitatem vim esse docuit[i]), haec commentatus est (vol. 5. p. 475 sq.): *ἔδει γὰρ εἰπεῖν πρῶτον μὲν ὧν προσετάξατε, εἶτα ὧν ἔπεισεν, εἶτα ὧν ἀπήγγειλεν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον ποιεῖται τοῦ ἐγκλήματος σημεῖον, τὸ τὰ ψευδῆ ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι σωθήσονται Φωκεῖς, ἀπολοῦνται δὲ Θηβαῖοι, διὰ τοῦτο τοῦ*

h Num *ὑπεύθυνον*, ut haec ad §. 202 sq. spectent?
i De id. 1, 4. p. 211. *οὐ γὰρ εἰ καὶ δεινῶς κ. τ. λ.*

χρησίμον ἕνεκεν προέταξεν αὐτὸ καὶ τῇ ἀταξίᾳ ὡς τάξει ἐχρήσατο. Similia apud scholiastas vol. 7. p. 940 et apud Ulpianum ad §. 4. (cf. tamen p. 92. W.) leguntur. Nimirum illi non intellexerunt renunciare quam suadere etiam tempore (κατὰ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν) prius fuisse, si quidem non quae Aeschines Philippo suaserit, sed quae Atheniensibus, quaeritur (cf. §. 190.). neque reputaverunt, quae Aeschines contra mandatum fecisse arguitur, ea sic tandem satis gravia videri potuisse, si illum et summorum malorum auctorem exstitisse (cap. 1 et 2.) et nihil non pecunia corruptum fecisse (c. 3.) antea probatum esset.

Quam autem nunc jactant praeposteram argumentorum dispositionem neque veteres in hac oratione invenerunt neque ego reperire potui, qui animadvertisse mihi videar omnia recte et ordine procedere. Semel tantum aliquid non suo loco videtur positum esse, §. 259—261. sed consulto illud quidem ab oratore factum esse ostendunt verba μικροῦ γε ἃ μάλιστά μ' ἔδει πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν παρῆλθον, quibus verbis non excusare perversum ordinem voluit, sed dictis fidem facere (vid. Alexandr. de fig. vol. 8. p. 432. Tiber. ib. p. 545. Aristid. 9. p. 381); cetera omnia ita collocata sunt, ut non potuerint melius. Hoc autem quasi summarium totius orationis est:

Postquam orator judices paucis verbis cohortatus est ut justitiam jusque jurandum pluris facere mallent quam studia contentionesque adversarii (§. 1.), et quibus artibus Aeschines adhuc subterfugerit quominus rerum in legatione gestarum rationem redderet, commemoravit (§. 2.), statim ad ipsam rem accedens in tanto temporum intervallo (§. 3.) sic demum recte judicari posse dicit, si reputent apud se judices quinque capita esse rationis a legato repetendae (4—7). Quibus omnibus Aeschinem obnoxium esse; nam et falsa retulisse et perniciosa suasisse et nihil eorum quae mandata fuerant exsequutum esse et temporum opportunitates perdidisse et ea omnia pecunia fecisse corruptum (8). Jam ut statim ab initio corruptelae suspicio confirmetur (§. 9.) impressaque in animis judicum haereat, orator primum memoriam excitat ejus temporis, quo Aeschines inter acerrimos Philippi adversarios versatus est, factamque subito, ex quo primum ille ad regem pervenerit, mentis mutationem describit (9—17); deinde quibus mendaciis Aeschines e secunda legatione redux populum fefellerit, quod crimen Aeschinis gravissimum et quasi caput hujus caussae est, exponit (18—27). ut simul et se nullam ejus rei culpam habere (28 sq.) appareat et illum pecunia corruptum egisse (30 sq.) probabile fiat. Deinde ad alterum caput accusationis (ὧν ἔπεισε §. 4.) transgressus, dum expositurus est quo modo Aeschines ejusque socii effecerint ut Phocenses interirent (32.), primum cavet ne tantae rei suspicio videatur non posse in Aeschinem cadere (32 sq.); tum quia senatus legationem laude indignam judicavit, ne haec reprehensio in se quoque cadere videatur, senatusconsultum et testimonium profert, quo id, quod jam supra asseveraverat, se statim

post reditum ad senatum vera retulisse, comprobet (35—37). Sed illud senatusconsultum ne in concione recitaretur neve ipse a populo audiretur, Aeschinem vana ista promissa declamasse (38 sq.), deinde Philippi literas recitasse ad excusandos legatos insidiose scriptas (40—46). Qui quum ita effecisset ut Athenienses vera audire prohiberentur (47—51), Philocratem decretum pertulisse speciosis quidem verbis conscriptum, sed quo Phocenses ut Philippo se traderent adacti in perniciem ruerent (52—74). Quo loco orator Philippi fortunam praedicat, quod proditores quibus opus haberet invenerit (75—77), Aeschinemque diris, quas praeco publice imprecari proditoribus soleat, obnoxium esse monet 78 sq.). Neque eum audiendum esse ostendit, si aliam caussam interitus Phocensium afferret (81—87), vel si ita consolari cives vellet, ut pro Phocensibus Chersonesum servatam esse diceret 88 sq.) vel denique si miraretur, quod nemo Phocensium ipsius accusator prodisset (91—93). Deinde postquam de periculis exposuit, in quibus civitas post deletos Aeschinis fraude Phocenses versetur (94—99), graviter monet Aeschinem, non quod pax facta sit, sed quod ea pax illius culpa tam turpis tamque reipublicae perniciosa evaserit, accusari (100—112), neque eum ita se defendere posse, ut inscitiam vel mentis quendam errorem excuset, sed pecunia corruptum fuisse (113—120), quod tertium caput accusationis pluribus deinceps confirmatur (121—144), ita ut summo ille supplicio dignissimus haberi debeat 145 sq.). Quo supplicio non, quod Aeschines dicturus esse videatur, novas cum Philippo inimicitias exorituras esse, sed verisimile esse Philippum, si proditores condemnari viderit, jam de ipso populo bene mereri incepturum, quemadmodum quum Thebanorum legatos frustra pecunia tentasset, facere non potuerit quin ipsam civitatem Thebanorum beneficiis sibi devinciret (147—153.) Ita factum esse ut, dum Thebanis ex illa pace innumerabilia commoda contingerent, Athenienses summa detrimenta caperent, legati autem Atheniensium ditescerent (154—159); non enim quod bellum ab Atheniensibus infeliciter gereretur (multo enim infelicius Thebanos bellum gessisse), iniquam pacem factam esse, sed quod legati Atheniensium pecunia corrupti essent (160—163). Cujus rei gravissimum argumentum etiam hoc esse, quod legati et quum Athenis proficiscendum esset et in itinere et in Macedonia Philippi gratia nihil non contra atque mandatum a populo fuerat fecissent (164—194).

Sic demonstrata esse quae demonstraturum se supra professus esset (195 sq.), nihilque reliquum esse quam ut Aeschines condemnaretur, summo dignus supplicio, etiamsi nihil aliud nisi Phocidem et Thraciam hostibus prodidisset (198—201.)

Superest ut adversariorum defensioni occuratur. Itaque ne forte Aeschines conqueratur quod sibi soli ex oratorum numero *verborum* rationes reddendae sint, ostendit qua id necessitate in legato fiat (202—206); tum rejicit brevissime eos, qui civitatem a se turbari regisque animum a republica abalienari clament

(207); deinde ut mirari desinat Aeschines, quod a collega accusetur, ostendit et recte id fieri et saepe factum esse, ut, qui male rem publicam administrassent, a collegis in jus vocarentur (208—211). Aeschinem autem non solum publice, sed etiam privatim in Macedonia turpissime egisse Satyri exemplo comprobat (211—222). Porro quod Aeschines, quia justa defensione careat, sese in societatem culpae trahere studeat, accuratissime ostendit se integrum insontemque esse et nihil cum ceteris legatis commune habuisse (223—261). Quodsi fratres Aeschinis precibus intercedant, obtestatur judices, ne a jure jurato deflecti se sinant neve absolvant eum, qui ipse se condemnaverit actione in Timarchum instituta iisque quae in illa caussa ipse dixerit (262—291), et qui ea tempestate in jus venerit, qua jam propter gliscentem in Graecia proditionem acerrime animadverti in proditores oporteat (292—304). In qua re judices et majorum exemplum (305—313) et quod ipsi olim in Ephialtem aliosque ediderint (314—322) imitari jubet, praesertim quum Aeschines nulla unquam re, ne Timarchea quidem actione, de civitate bene meruerit (323—329). Cujus quidem fraus et improbitas quum civitati magnam ignominiam contraxerit, tamen nihil se magis timere quam quod jam viros magna inter cives auctoritate florentes non pudeat proditorum caussam suscipere (330 sq.). Ita ad Eubulum, Aeschinis patronum, conversus miratur quid sit quod, quum vel propinquis suis in judicio adesse noluerit, nunc Aeschini, aliquando adversario suo, opem ferat? quod, quum Philippi osorem se gesserit, nunc eum, qui Philippi partes mercede conductus agat, defendat (332—335)? quod, quum Moeroclem et Ctesiphontem, qui civitatem pecuniola fraudaverint, judicio persequutus sit, nunc eos, qui ab hostibus pecunia corrupti sint, servari jubeat (335 sq.)? Neque tamen ab illis civitati quicquam periculi imminuisse, sed hos esse maxime timendos, qui hostium partes amplexi uni omnium plurimum in civitate pollere vellent (337—339); id et deorum oraculis indicatum esse (339—341) et humana mente intelligi posse, quandoquidem Philippus non alia re, nisi eorum qui in singulis Graeciae civitatibus summam auctoritatem haberent proditione, ad tantam potentiam pervenerit (343 sq.); Aeschinis autem proditionem eo graviore dignam poena esse, quod ille prius inter acerrimos Philippi osores fuerit subitoque pecunia corruptus mentem mutaverit (345—361). Quo loco orator multa, quae jam supra (§. 9 sqq.) breviter dixerat, paullo fusius exponit, recte id faciens eo loco, quo Eubuli defensioni obviam it Aeschinemque nulla judicum misericordia dignum esse commonstrat, omninoque prudenter fecit, quod sub finem orationis rem odii plenam denuo judicum animis impressit. Eodem consilio deinde rerum post Olynthum captam gestarum historiam contexuit multa, quae jam supra passim dicta erant, una comprehendens, ut, quanta sint quae Aeschines prodiderit, denuo intelligant judices (362—376) neve, quin pecunia corruptus fuerit, dubitent (377—380).

Denique monet, ne Aeschinem in Charetem invehi patiantur, sed se defendere jubeant (381—388) neve ejus eloquentia sibi imponi patiantur (389—393). Quamobrem iterum ostendit quantum reipublicae intersit Aeschinem condemnari (394—395.) FRANK. Proleg. p. 12 seqq.

In argumenta Graeca.

333, 1. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ] Philemon p. 31. *ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ παραπρεσβείας.* Tiberius p. 20. *ὡς ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας.* *ἐν τῷ παραπρεσβείας* citant Porphyrius l. c. ad p. 374, 18. Photius p. 628. Regulae de prosodia ab Hermanno editae p. 467. scholiastes Hermogenis l. c. ad p. 380, 22. Anecd. Bekk. p. 27, 18. 29, 4. 38, 23. *ἐκ τοῦ παραπρεσβείας* Anecd. Bekk. p. 122, 6. 12. 141, 11. 147, 18. 150, 27. 32. 151, 1. 159, 7. *εἰς τὸν παραπρεσβείας* eadem p. 1448. Item addito articulo: *ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας* Aristides ll. cc. ad p. 342, 13. 344, 25. 346, 28. 358, 16. 367, 11. scholia Platon. p. 335. 371. 380. Bekk. Anecd. Bekk. p. 38, 11. 150, 23. *ἐκ τοῦ τῆς παραπρεσβείας* Anecd. Bekk. p. 120, 17. Eadem breviloquentia in aliis hujusmodi citationibus. *ἐν τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν* Anecd. Bekk. p. 400, 26. *ἐκ τοῦ πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν* ibid. p. 150, 13. quibus duobus locis ante *πρὸς* inseram *τῶν*. *ἐν τῷ τῆς Ἀλοννήσου* scholiastes Hermogenis l. c. ad p. 86, 15. *ἐκ τοῦ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας* Anecd. Bekk. p. 176, 20. Pro quo brevius etiam *τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας* ibid. p. 137, 3. Has omnes similesque citandi formulas ne quis habeat pro ellipticis, ad quas praepositio *περὶ* subaudienda sit, cavebit Heinrichii adnotatio ad Ciceron. Orat. pro Flacco p. 95. citantis Ciceronem Orat. c. 31., qui hanc orationem simpliciter dixit *falsae legationis*. SCHAEF.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Argumenti vice fungatur *ἀνακεφαλαίωσις* Oratoris ipsius p. 442, 23. vel p. 235. et seqq. Or. pro Corona. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 223.

334, 6. *τὸν ὀρνιθίαν*] *ὀρνιθίας χειμών*, ab internecione, *ὀρνιθίας ἄνεμος*, ab adventu avium, huc non pertinet. Hic eum significat, qui aves pugnaces alit, ut ex eo argumento, quod sequitur, incerti auctoris apparet. Et in Oratione *κατὰ Τιμάρχου* (p. 9, 10.), *τοὺς ὄρτυγας*, inquit, *καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας, οὓς ἠγάπα ὁ τρισκακοδαίμων ἄνθρωπος, ἀπέκτειναν.* WOLF. Hinc Tzetzes *Πιτταλάκου—τοῦ ὀρνιθία* Chil. 6, 56. SCHAEF.

334, 11. *παρωσάμενοι τὴν Ἀμφικτυονίαν*] *Jus Amphictyonicum a Thebanis eripuisse*, vel *Thebanos jure Amphictyonico privasse.* Wolfius longe errat in vertendo. Hoc auctor noster vocat *Πυλαίαν*, dum infra de hac ipsa re loquitur, scilicet p. 443, 18. (*Θετταλοῖς*) *τὴν Πυλαίαν συγκαταστήσειν.* TAYLOR. Wolfius recte vertit: sed Taylorus multum errat in vertendo de Thebanis intelligens quod intelligi oportet de Thessalis. *παρώσας* de simili facinore Philippi p. 119, 17. SCHAEF.

334, 11. τὴν Ἀμφικτυονίαν] Scil. παρείλοντο αὐτῶν. SCHAEF.

335, 1. Νεοπτόλεμος] De hoc Neoptolemo in Orat. de Pace p. 58. κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντ᾽ ἀδείας. κακὰ δ᾽ ἐργαζόμενον τὰ μέγιστα τὴν πόλιν καὶ τὰ παρ᾽ ὑμῖν διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 223.

οἰκείαν] Forte delendum. MARKLAND. Non puto. V. v. 5. Nec Libanium legimus, sed nescio quem Graeculum satis infacundum. SCHAEF.

335, 16. ἱερομηνίᾳ] Festi praefinitum tempus, non necessario menstruum, ut erudite explicat Dorvillius ad Chariton. 6. 2. (p. 514. edit. Lips.) et H. Stephanus Thesaur. L. Gr. vol. 1. c. 1647. TAYLOR.

335, 18. ὅπως] ἵνα codd. duo e praestantioribus. Reg. *a.* et Vindob. Et vicissim iidem p. 336, 5. ὅπως pro ἵνα. TAYLOR.

335, 28. εἰρήνην ἄγειν] *Pacem servare.* WOLF. Recte Wolfius. Nempe subaudiendum *si facta esset.* SCHAEF.

336, 6. ἐνέγκαι] ἐνέγκωσι qui scripserunt, quod ex Bodl. et Ital. affert Taylorus, videntur constructionis scabritiem levigare voluisse, non librarium corrigentes, sed ipsum scriptorem. SCHAEF.

336, 7. ἀπελθόντων] Non intelligo hujuscemodi syntaxin: ἀπελθόντων τῶν δέκα πρέσβεων, ἤγαγον κ. τ. λ. Mirum, ni aliqua exciderint in priore membro sententiae. TAYLOR. Nihil excidit. De syntaxi v. not. ad p. 272, 11. Aliud ejus exemplum sequitur p. 337, 6. item p. 338, 2. SCHAEF.

336, 8. ὧν ἦν] ὧν εἷς ἦν Reg. *a.* et Vindob. Et deinde ὧν εἷς ἦν Δημοσθένης sine καὶ Regii cum eodem. TAYLOR.

336, 18. ἰστέον δὲ ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἀπῆλθεν—] Sic edd. veteres. "Τὸ οὐκ delendum esse constat, quod (p. 394.) ipse auctor ait, se ad redimendos captivos denuo cum legatis ivisse." WOLF. Hunc locum corruptum esse orationis ipsius lectoribus manifestum erit. Restituendum puto:—ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἂν ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ, εἰ μὴ διὰ τοιαύτην πρόφασιν. Firmant hanc emendationem loci isti orationis: ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμεθα εἰς Ὠρεὸν— etc., secunda legatione scilicet. p. 389, 25. ὃν τοίνυν χρόνον ἦμεν ἐκεῖ καὶ καθήμεθ᾽ ἐν Πέλλῃ— etc., eadem legatione. p. 393, 9. —τούτοις ὡμολογήκειν ἥξειν, οὓς ἐλυσάμην. —ἐπεὶ, εἰ μὴ διὰ τὸ τούτους βούλεσθαι σῶσαι, ἐξώλης ἀπολοίμην καὶ προώλης, εἰ καὶ προσλαβών γ᾽ ἂν ἀργύριον πάνυ πολὺ μετὰ τούτων ἐπρέσβευσα. p. 395. 6. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 223. οὐκ delevit Bekker., quod multo magis probo quam Seageri interpolationem violentam. SCHAEF.

336, 25. καὶ ὅπου] F. καὶ ὅτι, ὅπου—. SCHAEF.

336, 26. ἐκεῖσε] I. q. ἐκεῖ. Quod Graecitatis est citerioris. V. mea in H. Stephani Thes. s. h. v. SCHAEF.

336, 27. μὴ] Debebat scribere οὐ. Sed illa aetas promiscuas habebat negativas. SCHAEF.

337, 2. ὑπέστρεφε] Aut scripsit aut debuit scribere ὑπέστρεψε. SCHAEF.

337, 3. ἐν οἷς καὶ Κερσοβλέπτης] Wolfius: *ac praeter caetera ipso etiam Cersoblepte capto.* Rectius: *Cersoblepte ditione exuto.* JURIN. Subaud. ἦν. SCHAEF.

337, 4. εἵλκυσεν] Rarus hic usus simplicis: multo frequentior compositi παρέλκειν. Quanquam etiam compositum fere dicitur de re, παρέλκειν τι, *differre rem.* SCHAEF.

337, 15. τὰ ὑπὸ Φιλίππου δεδογμένα] Notanda constructio. SCHAEF.

337, 17. εἶπεν εἰς τὸ οὖς] Ut solent dolosi: v. exempla collecta a Kiddio ad Dawesii Miscellan. p. 170. SCHAEF.

337, 28. ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Εὔνομος] Fratris filius Eunomus fuisse videtur, quem auctor argumenti falso Aeschinis fratrem nominat. Hujus fratres erant Aphobetus et Philochares: vid. Aeschin. p. 48, 3. Aphobetus hoc loco intelligendus esse videtur. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 412.

338, 7. αὐτοχειροτόνητος] I. q. αὐτεπάγγελτος, *sponte sua, injussu populi,* ἀχειροτόνητος, ut p. 340, 8. SCHAEF.

338, 10. ἡ—πρώτη πρεσβεία] Sic etiam Latini *prima legatio* de legatis. Sed οἱ τῆς δευτέρας πρεσβείας v. 17. SCHAEF.

338, 12. πρεσβευσαμένους] Debebat scribere πρεσβεύσαντας. SCHAEF.

338, 26. μετὰ τρία ἔτη τῆς γραφῆς] *Triennio post* τὴν γραφὴν *praeterito.* Idiomaticus hic usus praepositionum μετὰ et πρὸ ad indicandum spatium aut tempus viros etiam Graece perdoctos fugit. V. Bosii Ellips. p. 104. 174. SCHAEF.

339, 1. ἐσκευαγώγουν] V. not. ad p. 237, 21. SCHAEF.

339, 10. τὸ χρῶμα] V. Ernestii Lexic. Technol. Graecor. Rhetor. s. v. SCHAEF.

340, 17. ὡς ἐν ἀληθείᾳ συνδραμούσης] *Materia multa vere conspirante, ut* ἁπλοῦν *haberi possit.* SCHAEF.

340, 20. τὸ κατὰ Φωκέας καὶ Θρᾴκην] Haec falsa esse ostendit anonymus ad Hermog. vol. 7. p. 374, 13. SAUPP.

341, 1. Ὅση μὲν κ. τ. λ.] Citat hoc initium Clemens Alexandrinus p. 748, 24. REISK. Aliquot ejus verba citat etiam Photius s. v. παραγγελία. SCHAEF.

341, 2. παραγγελία] Vide p. 432, 11. Harpocrationem et Ulpianum. TAYLOR. V. Ind. Graecit. coll. v. 11. item Photius l. c. SCHAEF.

341, 3. τοὺς ὅτε ἐκληροῦσθε ἐνοχλοῦντας] Infra p. 346, 12. τῶν ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε λεχθέντων. V. inprimis p. 72, 28. sqq., ubi inter articulum participiumque undetriginta vocabula interseruntur. Eodem modo articulus dirimitur a substantivo p. 349, 12. SCHAEF.

341, 10. αἱ δὲ τῶν παρακλήτων αὗται δεήσεις] De hoc usu advo-

catorum ad conciliandos auditorum animos v. Schoemann. Antiq. publ. p. 282.

341, 13. *τοὺς μὲν οὖν ἄλλους κ. τ. λ.*] Locum hunc citat Apsines p. 704, 34. REISK.

341, 16. *τὴν ἀειλογίαν*] Vox ista Demosthenica fere: nam secundum Genethlium, qui fuit inter antiquos Demosthenis commentatores, *σπανίως εὑρίσκεται παρ' ἄλλῳ.* Occurrit iterum in Eubulidea p. 1306, 27. Vide Harpocrat. in v. TAYLOR. V. Zonaras p. 52. et Ind. Graecitat. SCHAEF.

προτεινομένους] [Photius p. 449. 14. quem exscripsit] Suidas. Προβάλλεσθαι —. *ὁ ῥήτωρ· τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προβαλλομένους, ὅπερ ταὐτὸν τῷ προτεινομένους.* TAYLOR. Vulgatam scripturam tuetur grammaticus ab Hermanno editus p. 391. addens: *ἀντὶ τοῦ προβαλλομένους.* SCHAEF.

341, 17. *τούτου*] Post h. v. non fuit cur Reiskius *ποιοῦντα* desideraret. V. Schneiderus ad Xenophont. Memor. 4, 2, 4. SCHAEF.

341, 18. *τὸν μὲν—ἀπειλεῖ*] Aristides de D. C. p. 256. *ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ἐπιψεύδεσθαι· οἷον—ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. τὸ μὲν ἀληθές· καὶ* (*καὶ* delendum videtur. SCHAEF.) *τὸν μὲν ἀνῄρηκε τῶν ἐπὶ τὰς εὐθύνας ἐλθόντων. τὸ δὲ ἑξῆς ἐπικατεψεύσατο· οἷον· τοῖς δ' ἀπειλεῖ.* Scholiastes Hermogenis p. 114, 32. *ὅτι μὲν Τίμαρχος κατηγόρησεν* (Aeschinem puta) *παντί τῳ δῆλον ἔκ τε τῶν ἱστορικῶν καὶ ἐξ ὧν Δημοσθένης φησί· τὸν μὲν ἀνῄρηκε τῶν ἐλθόντων ἐπὶ τὰς εὐθύνας.* REISK. Unde novit Aristides Oratorem mentitum esse, cum diceret *τοῖς δ' ἀπειλεῖ*? SCHAEF.

ἀνῄρηκε] Anecd. Bekk. p. 27, 16. *Ἀνῄρηκεν· οὐχ ὡς οἱ νῦν ἀντὶ τοῦ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν πεποίηκεν. οὕτω καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας.* Brevius p. 402, 23. *Ἀνῄρηκεν· ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν ἐποιήσατο. Δημοσθένης.* Consulto autem Orator videtur usus esse verbo tam gravi, quo plus invidiae adversario faceret. SCHAEF.

341, 20. *ἀσυμφορώτατον*] *βαρυσυμφορώτατον* margo Lutetianae. Ulpianus item in schol., ubi *ἀσυμφορώτατον* pro varia lectione. TAYLOR. Spernendum in se non sit vocabulum *βαρυσυμφορώτατον,* sed est tragico quam oratore dignius. REISK. Etiam grammaticus in Anecd. Bekk. p. 225, 28. *βαρυσυμφορώτατον* videtur hic legisse. SCHAEF.

342, 2. *τὸ μὲν οὖν ἐξελέγχειν κ. τ. λ.*] Citat Aristides p. 250. REISK.

342, 5. *θαρρῶ—φοβοῦμαι*] Eadem horum verborum et oppositio et structura in Platonis Phaedro p. 239 D. SCHAEF.

342, 6. *φράσω—ἀποκρύψομαι*] Similiter Philipp. II. versus finem: *ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι.* TAYLOR.

342, 7. *οὐχ ἧττον—εἶναι*] Scilicet *ἐν κράτει εἶναι.* vel sic: *ἀγωνίζονται παρ' ὑμῖν οὐ μόνον τὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ οἱ καιροί.* Vos non hoc spectatis modo, quae sit caussa, quae natura et quae rationes rei gestae, sed non minus quoque tempora, quando quidque actum sit. REISK.

342, 12. ἐκ τούτων] Dictio ἐκ τούτων significat: in tanta iniquitate loci vestri caussaeque tam a parte mea accusatoris quam a parte rei et circumstantiarum, quo pertinet diuturnitas temporis inter rem gestam et accusationem elapsi. Nunc aperiam vobis, quomodo mihi videamini, rebus sic se habentibus, (h. e. tametsi soletis vetustate obliterata oblivisci aut a crebritate et assuetudine flagitiorum ad torporem quendam remitti,) nihilominus tamen et veritatem hujus caussae perspecturi esse et aequam veramque dicturi sententiam. REISK. V. not. ad Sophocl. Trachin. 1111. SCHAEF.

342, 13. εἰ σκέψαισθε κ. τ. λ.] Locum hunc citat Hermogenes p. 132. et 230, ibi in capite περὶ προκατασκευῆς, hic in capite περὶ εὐκρινείας. Item Aristides p. 228., cujus haec sunt verba: περιβολῆς δὲ σχῆμα καὶ τὸ κατ' ἀπαρίθμησιν. παράδειγμα δὲ τούτου ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας, ὅπου λέγει· τίνα [cod. Vindob. τίνων] οὖν χρὴ παρὰ πρεσβευτοῦ λόγον λαβεῖν etc. REISK.

342, 16. πρῶτον μὲν τοίνυν κ. τ. λ.] Forte sit cui elegantius videatur dictum in genitivo plurali πρώτων et δευτέρων et τρίτων. Ego vero vulgatam haud reprehendo. Scholiastes Hermogenis p. 388, 6. ad ista Hermogenis, καὶ ἀναστρέφει τὴν τάξιν, haec habet: ἔδει γὰρ εἰπεῖν· πρῶτον μὲν ὧν προσετάξατε, εἶτα ὧν ἔπεισεν, εἶτα ὧν ἀπήγγειλεν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον ποιεῖται τοῦ ἐγκλήματος σημεῖον, τὸ τὰ ψευδῆ ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι σωθήσονται Φωκεῖς, ἀπολοῦνται δὲ Θηβαῖοι, διὰ τοῦτο τοῦ χρησίμου ἕνεκεν προέταξεν αὐτὸ καὶ τῇ ἀταξίᾳ τάξει ἐχρήσατο. REISK.

342, 21. ὀρθῶς, post πραγμάτων vulgo lectum, omisit Bekker. fidem secutus duorum librorum. Recte. Hoc enim vult orator: Omnino consultatio de rebus gerendis pendet e nuntiis: qui si veri sunt, recte consultatur; secus, si falsi. Docent quae proxime sequuntur. SCHAEF.

342, 27. καὶ μὴν —] Verte: *Porro quod attinet ad ea quae jussistis —, oportet* [legatum ea] *curasse.* Conf. p. 343, 17. 352, 25. 371, 10. περὶ ὧν γε sic dictum, ut ὑπέρ γε τοῦ — p. 343, 5., quod Reiskius recte interpretatur. Conf. p. 14, 18. 346, 25. SCHAEF.

342, 28. ἐψηφίσασθε] In mandatis vestris legato facienda disertis verbis injunxeratis. REISK.

343, 5. ὑπέρ γε τοῦ προῖκα ἢ μὴ] Ad verbum: *de gratuito aut mercenario*, h. e. quod attinet ad caput hoc —. Plene dixisset: ὑπέρ γε τοῦ προῖκα πρεσβεῦσαι τὸν πρεσβευτὴν ἢ μὴ εἰ δεῖ λέγειν —. Si quaeritur, si agitur hoc, num par sit legatum operam gratuitam navare, an vendere, nemo non novit —. REISK. V. Bremius ad p. 14, 18. SCHAEF.

343, 12. ἂν μὲν τοίνυν ἐξελέγξω κ. τ. λ.] Citat hunc locum Hermogenes p. 418. in cap. περὶ τῶν ἴσων σχημάτων. REISK.

343, 21. ταῦτα ἢ μὴ πάντα] ταῦτα perinde ut πάντα pronuntianda esse τονικῶς. *nisi ostendero haec* (tam foeda tamque damnosa civitati) *aut nisi ostendero omnia* (ne uno quidem excepto). SCHAEF.

343, 26. βούλομαι πρὸ πάντων κ. τ. λ.] Citat hunc locum usque

ad *εἴχετε τὴν δόξαν* p. 344, 28. Dionysius Halicarn. vol. 5. p. 289. SCHAEF.

343, 26. *βούλομαι*] Post h. v. *δὲ* inserit Dionysius, scilicet ab hoc verbo periodum ordiens. SCHAEF.

343, 27. *εἰς—Αἰσχίνης*] Citat Georgius Lecapenus p. 77. SCHAEF.

344, 3. *ἔστι τοίνυν οὗτος κ. τ. λ.*] Citant hunc locum Hermogenes p. 287. et Minucianus p. 164. REISK.

344, 4. *οὗτος*] Pronomine male caret Dionysius. SCHAEF.

344, 6. *καὶ ἔχων Ἴσχανδρον κ. τ. λ.*] Aristides de D. C. p. 242. *καὶ τὸ πλαγιάζειν τὰ νοήματα μάλιστα περιβολῆς ἐστιν, ὥστε καὶ ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν εἰ πλαγιασθείη τὰ νοήματα, θαυμαστὴν περιβολὴν ἐργάζεται. ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· καὶ ἔχων Ἴσχανδρον τὸν Νεοπτολέμου δευτεραγωνιστήν· οὐκ ὤρθωσεν εἰπών· προσῄει τῇ βουλῇ· ἀλλὰ πάλιν ἐπλαγίασε· καὶ προσιὼν μὲν τῇ βουλῇ, προσιὼν δὲ τῷ δήμῳ περὶ τούτων. καὶ ἄλλο πεπλαγιασμένον· καὶ πείσας ὑμᾶς πανταχοῦ πρέσβεις* etc. REISK.

Ἴσχανδρον] Harpocrat. v. *Ἴσχανδρος*, Maussacus aliique de Ischandro multa: qui tamen omnes locum hunc non expediunt. Credo quidem Ischandrum fuisse histrionem. Neoptolemi non filium, sed ministrum, *τὸν Νεοπτολέμου*, Aeschinis vero *δευτεραγωνιστὴν*, scilicet qui Aeschini succenturiabatur et in hac quasi fabula secundas partes agebat: alludendo scilicet ad Aeschinis artificium et quaestum, ut Demosthenes frequenter hominem exagitat. et Ulpianus diserte affirmat hic eum exagitasse. Punge igitur, si haec vera sint: *ἔχων Ἴσχανδρον, τὸν Νεοπτολέμου, δευτεραγωνιστὴν*, etc. Neque interea sum nescius Aeschinem ab Harpocratione dici Ischandri succenturiatorem. non Ischandrum Aeschinis. Sit ita sane: sit Aeschines secundarum vel etiam tertiarum partium actor in fabula sub Ischandro. At constat ex p. 438, 11. Aeschinem hunc hominem ex Arcadia duxisse. quem civitati amantissimum venditabat. eique secundas partes in rep. detulit. nimirum quas in scena agebat ipse. Neoptolemus histrio erat ea aetate celeberrimus. Vid. Argumentum Ulpiani huic orationi praemissum. Demosthen. de Pace p. 58, 22. c. Eubulid. p. 1304. 8. TAYLOR. Recte conjunxit *ἔχων Ἴσχανδρον δευτεραγωνιστὴν*, sed commatis non opus.

344, 7. *προσιὼν*] *καὶ προσιὼν* Aristides p. 242. REISK.

344, 8. *παυταχοῦ*] *πανταχοῦ* Dionysius et Aristides. SCHAEF.

344, 11. *τοῖς μυρίοις ἐν Μεγάλῃ πόλει*] Harpocration, *μύριοι ἐν Μεγάλῃ πόλει· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. συνέδριόν ἐστι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων, οὗ πολλάκις μνημονεύουσιν οἱ ἱστορικοί. διείλεκται δὲ περὶ αὐτῶν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ κοινῇ Ἀρκάδων πολιτείᾳ. ἀρχόμενος τοῦ βιβλίου.* Memoratur ab Xenoph. Hellen. 7. 1, 38. 7, 4, 2. 33. 34. aliisque: v. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 419. Institutum fuit ab Lycomede Tegeata Olymp. 102, 3., ut refert Diodorus 15, 59.

344, 12. *τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους*] V. ad p. 438, 15.

344, 14. *Ἱερώνυμον*] Hieronymus Arcas. a Philippo corruptus

et, ut ex Ulpiano discimus, e schola Isocratis. V. Harpocr. s. h. v. qui Theopompum citat Histor. libro 51. TAYLOR. Conf. p. 324, 9.

344, 15. ἔφη] Nemo enim nostrum omnium interfuit auditor: ut facillimum ei sit nobis imponere. REISK.

344, 20. περὶ τῆς εἰρήνης πρέσβεις πέμπειν] Prima haec legatio, cujus iter describitur infra p. 392, 14., missa Olymp. 108, 2. (A. C. 346.): de qua v. Aeschin. p. 30, 27.

344, 21. Ἀριστοδήμου] De hoc dictum ad p. 232, 8.

Νεοπτολέμου] Histrio vel potius poeta tragicus, primus auctor fuit Atheniensibus pacis cum Philippo contrahendae, ut ex h. l. patet. Philippus, rebus labantibus, eum Atheniensibus immisit auctorem pacis: v. p. 442. ult. Athenis in Macedoniam migravit, et quae ibi vidisset audissetque, de iis Philippum certiorem fecit: v. p. 58, 22. et insignem de eo locum Diodori Siculi vol. 2. p. 152. (16, 92.) Quamquam ὑποκριτὴς tantummodo appellatur, admonuit tamen scholiasta ad p. 58, 15. veteres hoc nomine appellare consuevisse ipsos quoque poetas, fabularum scriptores, quippe qui histrionum quoque partes saepenumero agerent. REISK.

Κτησιφῶντος] Harpocration, Κτησιφῶν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου (p. 371.) τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τοῦ λόγου τυχεῖν Φίλιππον "ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, Κτησιφῶν καὶ Ἀριστόδημος τὴν πρώτην ἔφερον τοῦ φενακισμοῦ." εἷς τῶν δέκα πρέσβεων τῶν μετὰ Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου πρεσβευσάντων ἦν οὗτος· ἑκάτερος γοῦν τῶν ῥητόρων ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας πολλάκις αὐτοῦ μνημονεύει. ἕτερος δ' ἂν εἴη τις ὁ τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τοῦ στεφάνου γεγραφὼς Δημοσθένει, καθ' οὗ λόγος ἐστὶ τῷ Αἰσχίνῃ ὁ κατὰ Κτησιφῶντος.

344, 23. γίγνεται—Φιλίππῳ] Citat Philemon p. 268. Osann. SCHAEF.

344, 25. οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων κ. τ. λ.] Hermogenes p. 286. τό τε οὖν κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν περιβάλλει τέλειον ποιοῦν τὸν λόγον. οἷον· οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα. εἶτα ἡ θέσις· ἀλλ' ὡς τῶν φυλαξόντων τοὺς ἄλλους. Aristides de D. C. p. 216. περιβολὴν δὲ ποιεῖ καὶ ὅταν τις μὴ τἀκόλουθα ἐξετάζῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τἀναντία προσλαμβάνῃ. ὡς ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας τὸ μὲν ἁπλοῦν ἦν καὶ τὸ ἀκόλουθον οὕτως· ἐπεὶ γὰρ ἐχειροτονήσατε τοῦτον πρεσβευτὴν ὡς φυλάξοντα τοὺς ἄλλους. ἐνταῦθα τὸ ἐναντίον προλαβὼν οὕτως ἐπάγει τὸ ἀκόλουθον· ἐχειροτονήσατε τοῦτον πρότερον τὸ τί μὴ ποιήσοντα, εἶτα τὸ τί ποιήσοντα. (Sic locus hic emendatius legitur.) οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα, οὐδ' ὡς τῶν πεπιστευκότων τῷ Φιλίππῳ. εἶτα νῦν τὸ ἀκόλουθον· ἀλλὰ ὡς φυλάξοντα τοὺς ἄλλους. Sententia haec est. Hunc Aeschinem legatum creastis —. Secundum haec verba universalia εἶπε, significavit Orator, quid facturum, quid non. Et primum quidem, quid non facturum. Non quo venderet bona vestra mercede Philippo: non quo videretur vobis Philippo fidere. Jam subjicit, quid facturum. Sed quo reliquos legatos, fraudulentiae et proditionis suspectos, observaret. REISK.

344, 25. ὑμέτερα] ἡμέτερα Philemon. SCHAEF.
οὐδ' ὡς] οὐδὲ idem. SCHAEF.

344, 26. τῶν φυλαξόντων] φυλάξοντα Aristides. REISK. I. q. τῶν τηρησόντων. SCHAEF.

345, 1. προσελθὼν — ἐλάνθανε] Citat Dionysius l. c. p. 291. SCHAEF.

345, 2. ἀναιδῆ] λίαν ἀναιδῆ Dionysius, negligentia, opinor, librariorum litteras iterantium. Conf. p. 346, 1. SCHAEF.

345, 4. ἄνδρες] Omittit Dionysius. SCHAEF.

345, 5. πεπρακὼς ἑαυτὸν] Hermogenes p. 243. ult. dictionem πεπρακὼς ἑαυτὸν in duris et asperis numerat. Est nempe grave probrum. Repetit idem p. 291. REISK.

345, 10. εἰ πάνυ] Sententia haec est: Philocrates si dudum meditatus esset, quonam pacto hanc pacem, cujus ipse auctor vobis est, impediret atque repelleret, non videtur mihi aliter citius atque certius hoc fuisse consecuturus, quam si eas scriberet pacis conditiones, quas scripsit: tam enim durae sunt atque iniquae conditiones, et denique inhonestae hae conditiones ab eo scriptae, ut nullo modo vos ad eas sitis descensuri. REISK.

345, 17. προτεραίᾳ — ὑστεραίαν] Alii libri προτέρᾳ—ὑστέραν. Praestat illud, ut dies intelligantur, non conciones. Acerbior reprehensio, si quem dicas post temporis tam pauxilli intercapedinem alias in republica gerenda partes suscepisse. Ammonius p. 119. Προτέρα καὶ προτεραία διαφέρει. προτέρα μὲν γὰρ ἐπὶ τάξεως· προτεραία δὲ ἐπὶ μόνης ἡμέρας. Idem valet de adjectivo ὑστεραῖος: quanquam Herodianus Philet. p. 453. habet ἐπ' ἐκκλησίαν τὴν ὑστεραίαν. Itaque vereor ut Schweighaeuserus in Herodoto 9, 3. recte dederit ἡ δὲ βασιλέος αἵρεσις ἐς τὴν ὑστεραίην τὴν Μαρδονίου ἐπιστρατηίην δεκάμηνος ἐγένετο. Formulae εἰς τὴν ὑστεραίαν exempla dedi in Bosii Ellips. p. 176., quibus accedat Herodoti 4, 113. SCHAEF. Dies designantur decimus octavus et undevigesimus Elaphebolionis anni 346: v. Aeschin. p. 36, 4. De iis quae in utraque concione acta sunt valde discrepant Demosthenis Aeschinisque (p. 37. 38.) narrationes: de quo Thirlwallus in Hist. Gr. vol. 5. p. 353. ab Shilletone memoratus, "The proceedings of the two assemblies are so distorted by the contradictory statements of the rival orators, that it is hardly possible to discover the real course of the debates, or the precise nature of the questions which were agitated—each represents himself as supporting, and the other as opposing the proposition of the allies. The truth evidently lies between them, but apparently more on the side of Aeschines." Copiose haec persecutus est Frankius in Proleg. p. 19 seqq.

345, 19. τῷ τῶν συμμάχων δόγματι] Hujus argumentum exponit Aeschines p. 35 sq. 63, 28.

345, 26. λόγους ὡς οὔτε —] Longe aliter Aeschines p. 37, 42 seqq.

346, 2. ἐφεστηκότων τῶν πρέσβεων] Hoc negat Aeschines p. 35, 32. Et Demosthenes ipse de cor. p. 233. οὔτε γὰρ ἦν πρεσ-

βεία πρὸς οὐδένας τότε τῶν Ἑλλήνων. De quo dissensu Boehneckius Quaestion. vol. I. p. 379. "Scilicet eo tempore, quo de pace ineunda Athenienses ex altero Philocratis psephismate deliberabant, nulla legatio ad Graecos missa est, sed paulo ante, hieme ejusdem anni, cujus vere prima ad Philippum legatio abiit. Demosthenes igitur in egregio illo loco sophistice abutitur veritate."

346, 6. ἐπὶ τοὺς ὅρκους] I. e. de recipiendum jusjurandum de pace.

346, 10. ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἥκομεν κ. τ. λ.] Hermogenes p. 275. Μέθοδοι δὲ περιβολὴν ποιοῦσιν αἵδε. τὸ ἀναστρέφειν τὰ πράγματα καὶ τὰ δεύτερα πρῶτα λέγειν, εἶτα ἀναγκάζεσθαι ἐπιβάλλειν τὰ πρῶτα καὶ τῷ σχήματι χρῆσθαι τῷ κατ' ἐπεμβολήν. οἷον· ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἥκομεν ἐκ τῆς πρεσβείας ταύτης τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, ἧσπερ εἰσὶν αἱ νῦν—εὔθυναι. εἶτ' ἐπενέβαλε τὰ πρῶτα· οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα οὐδοτιοῦν εὑρημένοι τῶν ὑπὸ τούτου, ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε, λεχθέντων καὶ προσδοκηθέντων, καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι τοῦ προσῆμεν τῇ βουλῇ. REISK.

346, 16. παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα πεπρεσβευκότων] I. e. παραπεπρεσβευκότων. SCHAEF.

346, 18. ἰδιωτῶν] I. e. hominum qui non essent senatores. Schol.: τὴν ἐπιθυμίαν αἰνίττεται τοῦ μαθεῖν· οὐ γὰρ ἀνέμειναν τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τὸ ἔθος, ἀλλ' ἀνεμίχθησαν οἱ ἰδιῶται τοῖς βουλευταῖς. SHILLETO.

346, 25. περὶ τῶν ὑπολοίπων] Subaudi λέγων. REISK. Non subaudiendum. *Quod ad reliqua attinebat, de reliquis.* V. not. ad p. 342, 27. SCHAEF.

Φωκεῖς καὶ Πύλαι] Phocenses et Thermopylas Aeschinis culpa amissa fuisse Atheniensibus deinde latius ostendet. GREVE.

346, 26. ἀναρτωμένους] Consulatur Dorvillius ad Chariton. 3, 9. (p. 407. edit. Lips.). TAYLOR.

346, 27. καὶ ὑποσχέσεσιν] Exspectassem καὶ ὑποσχέσεσιν ἐξ ὑποσχέσεων. V. p. 349, 3. MARKLAND. Non assentior. Intelligendae sunt pollicitationes, quibus factio Macedonica incautos nunc primum inescavit. SCHAEF.

346, 28. ἐπειδὴ δὲ ἧκεν ἡ ἐκκλησία κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 218. καὶ πάλιν ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· ἐπειδὴ δὲ ἧκεν ἡ ἐκκλησία, παρελθὼν Αἰσχίνης πρῶτος ἡμῶν ἁπάντων. καὶ οὐκ εὐθὺς τὸ ἀκόλουθον ἐπήνεγκεν· τάδε ἀπήγγειλεν. ἀλλὰ πρότερον κατὰ ἐναντίον τοῦ ἀκολούθως, ἃ δέον ἀπαγγέλλειν οὐκ ἀπήγγειλε. τίνα δ' ἦν ταῦτα; πρῶτον· τοῦ μὲν ἀπαγγέλλειν τι περὶ τῶν πεπρεσβευμένων ἢ περὶ τῶν ἐν τῇ βουλῇ ῥηθέντων, εἰ ἄρα ἠμφισβήτει μὴ τἀληθῆ λέγειν ἐμὲ, μνησθῆναι πάμπληθες ἀπέσχεν. εἶτα νῦν κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἃ ἐποίει καὶ ἐδημηγόρει· καὶ τοιούτους εἶπε λόγους. REISK.

ἧκεν] V. Dorvill. ad Chariton. p. 475. extr. edit. Lips. SCHAEF.

347, 2. πειρᾶσθε συνδιαμνημονεύειν] *Date operam ut una mecum memoria repetatis.* Agitur enim de verbis olim factis in concione. JURIN. Non *una mecum*, sed *vos omnes*. SCHAEF.

347, 5. ταῦτ' ἔστιν ἤδη] Scilicet ἃ νῦν ἐρῶ. REISK.

347, 6. *τοῦ μὲν ἀπαγγέλλειν κ. τ. λ.*] Sententia est: Aeschini inprimis et acta legationis renuncianda et orationem Demosthenis in senatu habitam refutandam fuisse. Verum ille pollicitationibus illis majorem iniit a populo gratiam. WOLF.

τῶν πεπρεσβευμένων] *περὶ τῶν πεπρεσβευμένων* Aristides l. c. ad p. 346, 28. SCHAEF.

347, 7. *μὴ*] Positum ob obliquam constructionem. In recta poni oportebat *οὐ*. V. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 337. SCHAEF.

ἀληθῆ] *τἀληθῆ* Aristides. REISK.

347, 8. *πάμπληθες*] Raro dicitur adverbialiter. Est i. q. *πάμπαν*. SCHAEF.

347, 10. *τοιαῦτ'*] Alii libri *τοσαῦτα*. Quod magis placet. *tanta totque bona*. Idem recurrit p. 348, 18. inversoque ordine p. 447, 7. SCHAEF.

ἅπαντας—ᾤχετο] *ἀντὶ τοῦ ἔπεισε ταῦθ' οὕτως ἔχειν*. WOLF. Vos, id est mentes vestras delusas a se atque occoecatas, secum abstulit, quasi vobis ereptas, et secum illuc rapuit, quo voluit. REISK.

λαβὼν] Similiter scripsit infra p. 356, 14. *πρὸς τοὺς παρὰ τούτου λόγους ὡρμηκότας ὑμᾶς λαβὼν ὁ Φιλοκράτης* —. TAYLOR.

ἔφη γὰρ —] Ad haec respondet Aeschines p. 43. 44. "Summa omnium illorum, quae Demosthenes dicit Aeschinem falso retulisse de Philippi promissis invenitur quoque in illa parte orationis Demosthenis de corona ubi respondet Aeschinis accusationi de iis quae gessisset post pacem. V. de cor. p. 253 sq." GREVE.

347, 16. *ἀπελογίζετο*] Calculum subducebat, enumerabat e digitis, futurum, ex iis certe, quae sibi cum Philippo convenissent, ut intra biduum triduumve —. Necesse est, dicebat, ex iis, quae cum Philippo mihi constituta sunt, ut Philippus, si mentem non mutavit, sed verbis fidem rebus fecit, jam hodie Thebas oppugnare coeperit. Jam cum bidui triduive itinere Thebae Athenis absint, intra breve tempus istaec audietis. REISK. Zonaras p. 259. *Ἀπελογίζετο· ἀπηριθμεῖτο*. Cujus editor nostro loco minus recte usus est p. 265. SCHAEF.

347, 18. *Θήβας—χωρὶς τῆς ἄλλης Βοιωτίας*] Opponuntur saepius *αἱ Θῆβαι τῇ Βοιωτίᾳ*. Non enim tota Boeotia Thebanis fuit subjecta, ut Attica Atheniensibus, sed commune tantum foedus constituebant, cujus caput fuere Thebae, quamvis saepius omnes Boeotios opprimere conati fuerint Thebani. Thebani in bello Philippum inter et Athenienses hujus partes secuti erant, Boeotii Atheniensium. GREVE.

347, 21. *οἰκιζομένας*] *Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς αὐτὸν τειχιεῖν* p. 375, 6. V. ibid. v. 11. SCHAEF.

347, 22. *τῶν—ἱεροῦ*] Ex historia non constat, ac potius absurdum est Thebanos id consilii dedisse Phocensibus hostibus, ut templum occuparent, sed cum ipsi pecunia egerent, Phocen-

sibus antevertere voluisse, cum fuerint posteriores. WOLF. Nihil de hac re apud Aeschinem legitur.

347, 26. ἐπικεκηρυχέναι] Harpocration s. h. v. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. ὁπότε βούλοιτο πόλις ἢ ἄρχων ἀναιρεθῆναί τινα τῶν μὴ ὄντων ὑφ' ἑαυτοῖς, ἐκήρυττε δώσειν χρήματα, εἴ τις αὐτὸν ἀνέλοι, τόσα καὶ τόσα, καθάπερ Ξέρξῃ ἐπεκήρυξαν οἱ Ἕλληνες, εἴ τις ἢ ζῶντα ἢ νεκρὸν καταγάγοι Ἀθήναζε, δώσειν ἑκατὸν τάλαντα.

347, 27. τῶν Εὐβοέων ἐνίων] Cleocharem dicit Chalcidensem, quem nominat Aeschines p. 44, 2.

πεφοβημένων καὶ τεταραγμένων τὴν—οἰκειότητα] Structura ut insolentior sit, tamen bene Graeca est: cum enim ταράττεσθαι valeat idem quod φοβεῖσθαι (nam Orator duo verba idem significantia usurpavit), quid mirum una cum significatione participare constructionem? Vid. quae scripsi ad Porsoni Orestem p. 75. edit. tert. Lips. item quae ad Medeam p. 77. SCHAEF.

347, 28. τὴν πρὸς τὴν—γεγενημένην] De hac inversione constructionis v. not. ad p. 323, 13. SCHAEF.

347, 29. ὅτι] Pendet ab ἀκούειν.

348, 5. οὐ μήν πω] Saepius οὔπω sic dirimunt. Inprimis notabile quod legitur p. 230, 27. οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. SCHAEF.

348, 7. παρεδήλου] παραδηλοῦν, *oblique, tecte significare*. REISK. Similiter Plutarchus Moral. vol. 1. p. 33. Wytt. αἰνιττόμενοι καὶ παραδηλοῦντες. SCHAEF.

348, 13. ἐξέκρουόν με] Interpellabant me loquentem, obstrepebant. REISK. ἐξέκλειόν με λόγου τυγχάνειν p. 349, 5. ubi libri nonnulli ἐξέκρουον, quod ex h. l. illatum.

348, 17. ἔμοιγε δοκεῖτε] Alii libri ἔμοιγ' ἐδοκεῖτε. Illud malui. Rem memoria et mente repetenti mihi videmini nunc consentanee tunc et more humano egisse, prout ab hominibus in ejusmodi loco constitutis exspectari poterat. REISK.

348, 22. προσδοκιῶν] Rarior usus pluralis. SCHAEF.

οἱ δ' ἀντιλέγοντες—κατεφαίνετο] Ἑτέρωσις ἀριθμοῦ ἀντὶ τοῦ κατεφαίνοντο ὀχληροὶ μάτην καὶ βάσκανοι WOLF. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 596. (p. 565. edit. Lips.). TAYLOR. Attractionis est genus patens latissime. Inprimis verbum substantivum hoc schema patitur. τὰς θυγατέρας, παιδία ὄντα p. 401, 28. SCHAEF.

ὄχλος ἄλλως] Anecd. Bekk. p. 53, 26. ὄχλος ἄλλως· ἐνόχλησις. Δημοσθένης. SCHAEF.

348, 23. ταῦτα] Ab Aeschine cum consortibus acta et relata. REISK.

348, 25. τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' κ. τ. λ.] Hermogenes p. 235. καὶ μὴν καὶ αἱ ἐπαναλήψεις μάλα χρήσιμοι πρὸς εὐκρίνειαν καὶ σαφήνειαν. ἐπειδὰν γάρ τι προσθῇς σχῆμα τῶν ἐφελκομένων ἕτερον νόημα, εἶτ' ἀναγκασθῇς ἐπεμβαλεῖν ἄλλα τινὰ νοήματα, πρὶν ἀποδοῦναι τὸ ἀκόλουθον, ἀνάγκη ἐπαναλαβεῖν καὶ διευκρινῆσαι, ἵνα μή σοι ἀσαφὴς καὶ συγκεχυμένος γένηται ὁ λόγος, ὥσπερ εἴωθε ποιεῖν ὁ Δημοσθένης.

οἷον·—. καὶ πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' ὑπέμνησα πρῶτα νῦν ὑμᾶς—λέγοντος ἀκούῃ μου, θαυμάζει. εἶτα, πολλὰ ἐπεμβαλὼν καὶ μεστώσας τὸν λόγον ἀναγκαίως τῇ ἐπαναλήψει κέχρηται, ἵνα διευκρινήσῃ (p. 349. 10.) πρῶτον μὲν οὖν τούτου καὶ μάλιστα οὗπερ εἶπον εἵνεκα ταῦτα διεξῆλθον. δευτέρου δὲ τίνος; Item p. 280. et Aristides de D. C. p. 228. REISK.

348, 25. τοῦ χάριν—τοὺς λόγους;] Citant Anecd. Bekk. p. 176, 22. SCHAEF.

ταῦθ'—ὑμᾶς] Eorum, quae ad vos nunc commemorabo, prima haec ordine feci et enumerandi initium illinc feci. REISK.

348, 26. ὑμᾶς] ἡμᾶς Anecd. Bekk. l. c. SCHAEF.

348, 28. ἵνα μηδεὶς—θαυμάζῃ] Conf. Aeschin. p. 44. 22. 49. 37. DOBR.

349, 1. ὑπερβάλλον] Sensu malo, *nimium*. V. H. Stephani Thesaur. δεινὸν καὶ ὑπερβάλλον poterat dici brevius δεινότητι ὑπερβάλλον. SCHAEF.

349, 2. Εἶτα τότε—] Haec est oratio assimulata judicis aut auditoris de corona stomachantis his verbis: εἶτα—. Et tu tamen (vel: Itane vero tamen), scelerate, rem tam flagitiosam, tam exitiosam, tam immanem ausus es silentio dissimulare? Constructio haec est: ἵνα μηδεὶς ὑμῶν—θαυμάζῃ (subaudi λέγων)· εἶτα τότε οὐκ ἔλεγες—; Verbum θαυμάζειν h. l. significat *cum admiratione, stomachabundum exclamare*. REISK.

349, 12. δευτέρου—ἐλάττονος] Vulg. δευτέρου δέ τινος καὶ οὐδὲν ἐλάττονος. Distinxi sic, ut dialogismus melius appareat: δευτέρου δὲ τίνος; *Ecquodnam vero est alterum illud, ob quod haec vobis ad animum revoco?* Respondet: καὶ οὐδὲν ἐλάττονος. *Est hoc nempe, et id quidem nulla in re minus aut levius quam fuit prius.* REISK. καὶ mallem omissum. SCHAEF.

ἢ τούτου] ἢ abest ab exemplo Aristidis p. 230. REISK. Recte additum est. V. not. ad p. 329, 16. SCHAEF.

349, 16. προβεβλημένη] Recte locum hunc interpretatur Harpocrat. v. προβαλλομένους, cujus haec sunt verba: Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας προβεβλημένην καὶ ἄπιστον εἶπεν ἀντὶ τοῦ εὐλαβῶς ἔχουσαν καὶ φυλαττομένην. Est ergo προβεβλημένην *cautam et circumspectam*, ex effectu vel consequentia. Nam proprie προβεβλημένος non est cautus, sed is, qui sese undique munit et vallat, projecta ante se habet propugnacula, scutum, hastam, aggeres, moenia, alia instrumenta hostis arcendi. Sed hoc non facit nisi cautus et providus. Ergo per consequens significat προβεβλημένος cautum quoque. ἄπιστος h. l. est active sumendum, *qui non fidit*, non autem passive, quo sensu frequentius solet usurpari, *infidus, cui non fiditur*. REISK.

349, 20. ἔχει] Enunciatio conditionalis εἰ μὲν—bimembris est pariter ac quae ei est opposita εἰ δὲ—v. 21., finiturque voce πεπραγμένα, ad γεγενῆσθαι autem subaudiri oportet τὴν πίστιν καὶ φιλίαν. SCHAEF.

350, 1. μείζους—δόξης] Majora, atrociora, enormiora crimina, quam ut eorum suspicionem capiat vir (vel quam quae cadant in

virum, quam quae sperentur proficisci potuisse ab eo viro), qui tam sit, atque Aeschines est, ignobilis atque contemtus. Marcellinus ad Hermogenem p. 140, 37. δεῖ δ' ἀεὶ σκοπεῖν μὴ μεῖζόν ἐστι τοῦ προσώπου τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα, ἵνα μὴ ἀπίθανος ὁ λόγος γένηται. διὰ τοῦτο καὶ Δημοσθένης συνεωρακὼς ὅτι τὸ κατὰ τοὺς Φωκέας ἔγκλημα μεῖζον ἦν Αἰσχίνου, προσέθηκεν (p. 350, 16.)· οὐχ ὡς ὅδε Φωκέας ἀπώλεσεν ἂν καθ' ἑαυτόν. φοβηθεὶς γὰρ τοῦ ἐγκλήματος [libri τὸ ἔγκλημα] τὸ ἀπίθανον συνέζευξε τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως. Sic correxi postrema, quae in Aldina mendosa leguntur. REISK.

350. 8. φαύλοις] Scholiastes Platonis p. 337. Bekk. (φαῦλος usurpat) ἐπὶ ἁπλότητος καὶ εὐηθείας Δημοσθένης· οὐ γὰρ εἰ φαύλοις ὑμεῖς προστάταις χρῆσθε. Non rectius interpretatur quam Eustathius, ad Hom. p. 1356. qui sensu contrario intelligit. Vere Photius τάττεται (φαῦλος) καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ εὐκαταφρονήτου, ὡς Δημοσθένης. Eadem habet Etymolog. M. p. 789, 47. φαῦλοι ἄνθρωποι, *homines viles, de plebe*, qualis est Aeschines. SCHAEF.

350, 11. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] V. ad p. 100, 10.

350, 12. ἀπολώλεκε μὲν] Sensus loci hic est: *Praeterea Philippus quidem* (non hi) *Phocenses perdidit: fateor: at hi suppetias tulerunt perdenti. Oportet igitur* etc. Devarius de Particul. p. 205. ed. Reusm.: "Habet (μὲν) etiam vim concedendi, etiamsi non removeatur id, quod sub δὲ particula subditur." SCHAEF.

350, 16. ὅδε] Philippus, non Aeschines, ut visum est Reiskio. Haud rarus est hujus pronominis usus ad significandum hominem, de quo prius dictum est. V. Xenophont. Hellen. 2, 4, 3. et Schweighaeuser. ad Appian. vol. 3. p. 631. Manifesto ponitur pro ἐκεῖνος in Sophoclis Trachin. 346. SCHAEF.

350, 17. πόθεν;] *Qui hoc fieri potuisset?* h. e. Nulla ratione fieri potuisset, ut Philippus Phocenses perderet, nisi hi παραπρεσβεύσαντες vobis imposuissent. SCHAEF.

προβούλευμα] Citat h. l. Harpocrat. v. προβούλευμα. REISK.

350, 20. ἐγὼ μὲν— πεπραγμένων] Mens oratoris haec est: non me, qui tum tacuissem, nunc caput e laqueo extrahere atque negare, mihi cum istis rebus commune quicquam esse (vel: negare, res illas ad me pertinere). vel: non me tum quidem tacuisse, cum loqui debuissem, utpote versatus in mediis rebus gerendis, jam vero dedicere et ejurare omnem rei hujus participationem, cum videam nequitiam proditam et rem secius evenisse quam sperassem. REISK.

350, 21. ἀφίσταμαι] V. p. 355, 20. 21. SCHAEF.

350, 22. ἡ βουλὴ] Quod senatus tantum consultum memoratur, ex eo non sequitur in ejusmodi re non opus fuisse plebiscito, quod alibi diserte memoratur: v. p. 414, 9. et Aeschin. p. 34, 13. V. Meier. Comment. de vita Lycurgi p. CIII.

350, 23. ἐπήνεσε—καλέσαι] Eadem junguntur p. 414, 8. SCHAEF.

350, 26. Τιμαγόραν] Hic legatus missus ab Atheniensibus ad Persarum regem Artaxerxem Mnemona quadraginta talenta ab eo accepit (v. p. 383, 18.), domum vero reversus a Leonte accu-

satus est δωροδοκίας (v. p. 400. extr.) et capitis damnatus. Cf. Valcken. ad orat. de Philippi Maced. indole p. 270. GREVE. V. Xenoph. Hell. 7, 1, 38. ibique Schneider.

351, 1. ΜΑΡΤΥΡΙΑ] Testium puta confirmantium Demosthenem in curia de legatione renunciantem placide et cum assensu auditum atque laudatum esse, quod visus esset vera retulisse diversa Aeschini caeterisque legatis referens. REISK. Intelligenda *μαρτυρία* unius hominis. V. p. 350, 18. SCHAEF.

351, 5. *εἰ μὲν τοίνυν κ. τ. λ.*] Callide occurritur objectioni, ipsum Demosthenem pariter caruisse honore *τοῦ τε ἐπαίνου καὶ τῆς κλήσεως*. SCHAEF.

351, 7. *πᾶσιν*] Post *πᾶσιν* subaudiendum *ἐστί*. *nam* (hoc si accidit) *omnes pariter nefanda perpetrarunt*. SCHAEF.

351, 16. *τῷ δὲ—κοινωνεῖν*] In Anecdotis Bekkeri p. 150, 27. citantur haec: *τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότι δεινὸν, εἰ σιγῴη, δεινῶν καὶ πονηρῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν*. SCHAEF.

351, 17. *δεινὸν*] Non cum *μηδὲν συνειδότι* conjungendum, quod addito eo non opus habet (cf. p. 408, 2.), sed cum *εἰσῄει*.

δεινῶν καὶ] Delet Dobraeus.

351, 23. *τὸν Φίλιππον*] *δεινότατον πράγμασι χρῆσθαι*. SCHAEF.

τούτους.) δέον] Vulg. *τούτοις, καὶ δέον*. Correxi de meo sensu: *τούτους,) δέον*. Cohaeret *τούτους* cum *ἐπιστῆσαι*. hos, Aeschinem reliquosque proditores, duxisse Philippum velut in rem praesentem, monstrasse ei praedam paratam ejusque copiam ei fecisse, cum in capite rerum constituisse. Ab *ἦν* ad *τούτους* signis parentheseos inclusi. REISK. *τούτοις. καὶ δέον* revocavit Bekker. posita lineola post v. *ἐν Πύλαις ἤδη*. ut *τῷ ἑξῆς*, quod genitivi consequentiae exorsi erant, per enuntiationem caussalem interrupto fiat *ἀνανταπόδοτον*. Mihi Reiskiana ratio periodi hujus refingendae tollendique *τοῦ ἀνανταποδότου* in narratione tam sedata vix probabilis satis placet, nisi quod *τούτοις* malim restitutum. Vere enim Weiskius de Hyperb. 3. p. 4: "Restitue:—*τούτοις*. Reiskius male *τούτους*, non videns *τούτοις* vim habere. Phocicis enim atque Amphictyonicis rebus non immiscendum fuisse Macedonem dicit." SCHAEF.

352, 1. *οὐδ' ἤκουσεν ὁ δῆμος*] Valckenario ad Euripid. Hippol. 1409. placet *οὐδ' ἂν ἤκουσεν ὁ δῆμος*. "*Nec legit quisquam, neque, si vel lectum fuisset, audire voluisset populus*: *ἂν* inserto sic ista sunt capienda, quae Taylor. intacta reliquit." Non assentior: Demosthenes enim toto hoc loco exponit quae facta sunt, non quae futura fuissent. Fateor hoc comma pleonastice additum esse: sed Demosthenica oratio saepissime exuberat. SCHAEF.

352, 8. *πρᾳοτέροις γενέσθαι τινὸς*] Sic p. 536, 4. *πρῶτον μὲν ἀφαιρεθήσομαι τὴν νίκην, κἂν ἄμεινον ἀγωνίσωμαί τινος*. quod comparavit Foertsch. Comment. crit. p. 57.

352, 11. *ἡ ἐπιστολὴ*] De hac epistola infra p. 396. collato Aeschine p. 44, 30.—45, 14. DOBR. V. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 404 seqq.

352, 12. *οὗτος*] Aeschines.

352, 12. *ἀπολειφθεὶς ἡμῶν*] I. e. nobis insciis, in consilium non adhibitis, absentibus, clam nos. REISK.

352, 19. *εἰς αὑτὸν ποιούμενος*] In se recipiens.

352, 20. *ὑπὲρ—μικρόν*] Tria scilicet promiserat Aeschines, 1. servatum iri Phocenses. 2. coactum iri Thebanos Thespias, etc. restituere. 3. Atheniensibus loco Amphipolis traditum iri Oropum et Euboeam. V. infra p. 364, 15. 445, 21. De pace p. 59, 15. Phil. II. p. 73, 2.—9. DOBR.

ἢ Θεσπιέων] Post recitatam epistolam Philippi p. 353, 10., ubi eadem repetuntur, (et repeti solent quae praemittebantur: nam in uno loco praedicit quae erant ab epistola exspectanda, in altero admonet ea evenisse, quae praedixerat:) in eo, inquam, loco nihil reperimus de Thespiensibus, verum verba oratoris sunt: *περὶ δὲ Φωκέων ἢ Θηβαίων ἢ τῶν ἄλλων ὧν οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς οὐδὲ γρύ.* Plane ut in hoc loco, verbis iisdem. Et recte sane. Nam in tota hac tragoedia Thespienses secundarum tantum partium erant: primas ubique agebant Phocenses et Thebani. Quibus, sat scio, benevolus lector postliminium dabit. Similiter peccatum est infra p. 373, 25., ubi vide Lambinum. TAYLOR.

352, 21. *ἀλλ' οὐδὲ μικρόν*] Sic p. 821, 7. *λῆμμα οὐδὲν ἐμοὶ γεγενημένον ἀποφαίνουσιν ἀλλ' οὐδὲ μικρόν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ μικρότατον* Prooem. p. 1455. V. Dobr. ad Aristoph. Nub. 1396.

352, 22. *οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου*] Non casu aut forte fortuna, sed consilio reque inter Philippum Aeschinemque deliberata. SCHAEF.

352, 26. *καί φησιν—γεγενῆσθαι*] Vide quantum Demosthenes orationis abundantia luxurietur. SCHAEF.

352, 27. *ἃ δ' ἐκεῖνος* etc.] Sensus est, Philippum ea quibus decepit Athenienses nolle in epistola dicere, ne postea deceptos se esse animadvertentes Athenienses Philippum accusare possent: epistolam enim se scripsisse negare non potuisset, Aeschini haec consilia se dedisse facile negare poterat. GREVE.

353, 1. *ἔχοιτε*] Sic ex codd. pro vulgato olim *ἔχητε*. Recte: Demosthenes enim sumit hoc Aeschinis consilium fuisse. Item recte *συνδιαλλάττωσιν* p. 352, 17. 353, 13: nam in epistola diserte scriptum erat hoc consilio Philippum legatos moratum esse. SCHAEF.

353, 3. *τῶν—ἐνόντων*] Utpote quae nusquam insint scripta neque in ulla quadam Philippi epistola scriptove alio dictove per ejus legatos. *τούτων* redit ad *τὰ ἀπηγγελμένα ψευδῶς ὑπ' Αἰσχίνου. τῶν* autem aptum est e *μηδαμοῦ*, et subauditur *γραφέντων ἢ λεχθέντων.* REISK.

353, 15. *ἀνάστατος*] Libri nonnulli *ἀνάσπαστος*. Sed praeter rem. "*ἀνάσπαστος*" inquit Dorvill. ad Chariton. 3. 7. (p. 393. edit. Lips.) "ferri posset, si non de civibus jam praecessisset *ἐξελήλανται*. Quare *ἀνάστατος*, ut in p. 446, 8. legitur *ἀνάστατος χώρα*, praetulerim: ut apud Sophocl. Trachin. 244." A contraria tamen parte stat Valesius p. 212. Animadv. ad Maussacum,

ubi contendit Halum eversam non fuisse, sed traditam Pharsaliis, ejusque incolas abductos et in servitutem redactos. Tales vocari solere ἀνασπάστους multis et luculentis confirmat testimoniis vir ille eruditissimus. Optaverim adductum esse vel unicum saltem locum, ubi πόλις, urbs ipsa, aut χώρα ἀνάσπαστος dicitur. TAYLOR.

353, 18. λύσασθαι] Idem valere quod activum λῦσαι, ut Kusteri doctrinam convellat, ait Clericus Dissert. de Verb. Med. p. 142. s. Dres. antestans Aeschinem, qui diserte affirmet, Φίλιππον ἐν τῷ πολέμῳ οὐδένα πώποτε Ἀθηναίων λύτρα πράξασθαι, p. 41, 17. Sed vera illum ratio fugit. Scilicet Philippus gratis potuit dimittere eos, qui ipsius mancipia essent: qui essent aliorum, si vellet liberare, a dominis redimere debuit pretio soluto. Illos igitur ἔλυσεν, hos ἐλύσατο. Omnem tollit dubitationem quod legitur p. 393, 13. SCHAEF.

353, 23. γράψας] F. ἐγγράψας, ut p. 356, 24. MARKLAND. Simplici patrocinatur ἔγραψε p. 354, 1. Quod si Marklandum offendit constructio verbi cum praepositione εἰς, non meminerat illa paroemiaca, γράφειν εἰς οἶνον, γράφειν εἰς τέφραν, γράφειν εἰς ὕδωρ, de quibus v. Luzacius praefat. ad Valckenarii Callimachea p. 42. s. Quid quod ipse Demosthenes p. 121, 21. εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες? SCHAEF.

353, 25. ὅτι] Abundat ὅτι. Sunt enim ἔγραφον δ' ἂν—γενησομένην ipsa Philippi verba. Sic in Evangel. Matth. 13. 11. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. et sexcentis aliis locis. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 224.

Ἔγραφον δ' ἂν—εὖ ποιήσω] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 26. SCHAEF.

καὶ τὴν] καὶ om. Anecd. Bekk.

353, 27. οὔ φησιν] Sensus: *negat scire quae vobis jucunda facere possit adeoque meminisse suam ipsius pollicitationem*, scilicet de redimendis captivis. SCHAEF.

354, 2. αὐτὸ τοῦτο ἐνθένδε. λέγε] Potius ita mecum:—αὐτὸ τοῦτο. ἐνθένδε λέγε. *Begin at this place.* Non enin totae literae Philippi jam perlectae erant, sed earum particula. Sequitur enim Ἐξ ἐπιστολῆς. Simile occurrit in Aeschinis or. c. Ctesiphontem p. 68, 9., cum particulam ex psephismate excerpi et a scriba legi voluit: ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀφελὼν τὸν κόμπον—ἐκ τοῦ ψηφίσματος, ἀνάγνωθι, καὶ τοῦ κλέμματος ἅψαι—. *Istud membrum decreti attinge, ubi continetur fraus et impostura hominis, caeteris omissis.* E contrario, ubi scriba non excerperet, sed totum continuo recitaret, ibi dicitur: φέρε—τὴν ἐπιστολὴν τὴν τοῦ Φιλίππου, καὶ λέγε ἐφεξῆς. De Corona p. 249, 6. Et dixerat paulo superius: περὶ πάντων ἐρῶ καθ' ἕκαστον ἐφεξῆς καὶ οὐδὲν ἑκὼν παραλείψω. Non tantum *juxta ordinem et seriem*, quantum *continuo, perpetuo tenore, ab initio usque ad finem.* TAYLOR. αὐτὸ τοῦτο, scilicet τὸ μέρος, hanc ipsam solam epistolae particulam, nil aliud. Hinc incipe recitare. Praemonstrat orator scribae quid cum praele-

gere oporteat et unde ordiri. REISK. Reiskiana ante αὐτὸ et post τοῦτο habet hypostigmen, Bekkeriana post τοῦτο. Interpunctionem a Tayloro commendatam non probo. Quando enim talibus in locis λέγε iteratur, quod meminerim, non iteratur nisi solum. SCHAEF.

354, 8. ἐὰν δ' ὑμεῖς λέγητε κ. τ. λ.] Sensus est: *quod si vos eum certiorem feceritis*, scilic. quibus in rebus civitati gratum facere possit, *se ea facturum, quae sibi nec pudori nec dedecori futura sint, ad has excusationes confugiens, ut, etiamsi vos animum inducatis ad aliquid proferendum et postulandum, hunc receptum sibi relinquat.* JURIN.

ποιήσειν] Sc. φησίν. REISK. Ut in Latinis scriptoribus e verbo *negandi*, quod antecessit, ad sequentia subauditur verbum *ajendi*. Schema syntaxis usu multo tritum: quod tamen h. l. nonnullos videtur fugisse, unde suspicor natam esse quam v. 7. alii habent libri verborum transpositionem. SCHAEF.

354, 10. κἂν ἄρα εἴπητέ τι] *Et tum, si quid vos, cives, nominatim indicetis, quod cupiatis, atque ab ejusmodi illecebris verborum impellamini ad postulandum aliquid.* REISK.

354, 11. ἐπαγγείλασθαι] Locum hunc citat Harpocration v. ἐπαγγελία. REISK. Ibi: λέγεται—τὸ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ προστάττειν ἢ αἰτεῖσθαι. Anecd. Bekk. p. 260, 20. Ἐπαγγείλασθαι τὸ κελεύειν ἢ καταγγέλλειν λέγεται. Hesychius vol. 1. p. 1304. Ἐπαγγέλλῃ· κελεύεις. SCHAEF.

354, 13. ἐνῆν] Scilicet ἐμοί. *Licebat mihi.* REISK.

παραχρῆμα—εὐθὺς] *Statim recenti re.* V. Weiskius de Pleonasm. p. 150. SCHAEF.

354, 15. ἐᾶν] Subaudi ὑμᾶς. Neque committere ut vos hoc tantum negotium, in quo tota vestra salus libraretur, perire sineretis. Quibus codicibus εἰ proximum deest, hi pro ἐᾶν procul dubio dabant ἐὰν et καὶ post διδάσκειν ὑμᾶς omittebant, quos non probo. REISK.

εἰ μὴ] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 192. REISK. V. not. ad ἐᾶν v. 15. SCHAEF.

Θεσπιαὶ καὶ Πλαταιαὶ] I. e. τὸ Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οἰκισθήσεσθαι. V. p. 347, 20. SCHAEF.

354, 17. καίτοι ταῦτα—συνέφερεν] Docet orator nuntium ab Aeschine allatum hoc ipso falsitatis convinci, quod evulgatus fuerit: nam si revera hoc Philippo consilium fuisset, ut perderet Thebanos, oportuisse rem taceri. SCHAEF.

354, 20. εἰ μὲν γὰρ κ. τ. λ.] Hermogenes p. 280. ἐφέλκεται ἐννοίας καὶ τὰ καθ' ὑπόθεσιν σχήματα, καὶ μάλιστα εἰ μετὰ μερισμοῦ ὑποτιθοῖτο. οἷον· εἰ μὲν γὰρ ἐνταῦθ' ἦν ἤδη τὰ πράγματα, Αἰσχίνη, ὥστε μηδ' αἰσθανομένοις τοῖς Θηβαίοις πλέον εἶναι μηδὲν, τί οὐ γέγονεν; εἶτ' ἐξ ἀνάγκης ἐπηκολούθησε τό· εἰ δὲ παρὰ τὸ προαισθέσθαι κεκώλυται, τίς ὁ ἐκλαλήσας; οὐχ οὗτος; REISK.

354, 22. τί οὐ γέγονεν;] Subaud. τὰ πράγματα, h. e. τὸ Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οἰκισθῆναι καὶ τὸ Θηβαίους δοῦναι δίκην. SCHAEF.

354, 23. ἐκλαλήσας—ἐκλελαληκέναι] ἐκλαλεῖν, *effutire.* Conf.

p. 16, 25. et annot. meam ad Euripid. Orest. p. 32. in Porson. ed. tert. Lips. SCHAEF.

354, 24. οὔτ' ἤμελλεν] *Nec futura erant* (quae fore Aeschines jactaverat). SCHAEF.

354, 29. ἐσπαθᾶτο] Harpocration s. h. v. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Δίδυμός φησιν ἀντὶ τοῦ ἀπώλλυτο. παρὰ τὴν σπάθην· σπάθη δέ ἐστι ξίφος. μήποτε δὲ ἀπὸ τῶν ὑφαινόντων ἡ μεταφορά· σπάθῃ γὰρ χρῶνται. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις* (v. 55.) *ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς.* " Lexicon rhet. in Bekk. Anecd. p. 256, 26. *ἐσπαθᾶτο· ἐρριπτεῖτο καὶ διεκόπτετο. ἀπὸ τῆς σπάθης· οὕτω γὰρ τὴν μάχαιραν καλοῦσιν· ἢ ἀντὶ τοῦ συνετίθετο, ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης, ἥτις συντίθησι τὰ ὑφαινόμενα.*" Postrema haec interpretatio vera. Est *texebantur, struebantur*, diciturque de callidis machinationibus, quales Philippi semper fuisse satis constat." SCHAEF. Huic Shilleto recte objicit Demosthenem hoc sensu ὑφαίνετο dicturum fuisse, non ἐσπαθᾶτο, quod verbum non aliter dici quam ut simul consumendi vel prodigendi (Angl. *to squander, prodigally waste*) significationem habeat, ut in exemplis ex Stephani Thes. ed. nova petendis. Esse igitur idem fere quod ἀνηλίσκετο. Per κατεδαψιλεύετο explicat schol. cod. Aug. Eodem fere redit Reiskii interpretatio, qui haec annotavit "ἐσπαθᾶτο est, effutiebantur haec temere, sine reputatione metuque rerum futurarum. Quicquid praecipitanter, cum socordia, pingui, ut aiunt, Minerva, laxe, crude, ruditer, sine arte, sine metu fraudis postmodum detegendae, ad brevis temporis usuram contexeretur aut confieret, id σπαθᾶσθαι dicebatur, *das hiess Sudelarbeit, gepfuscht.* Facile sit haec ad commentum quodque leve, tenue, rarum, per quod lux veritatis undique dilucescat, ad praesentis modo temporis usuram procusum, diuturnitatem et severitatem examinis haud ferens accommodare."

355, 3. καὶ ὅθεν] Scilicet τοῦτ' ᾔδειν. SCHAEF.

καὶ ὅθεν—] Est prolixa ἐπεμβολή. Ἀπόδοσις prioris membri sive προτάσεως, quae est εἰδὼς ὅτι ψεύδεται, sequitur his verbis, ἐκ τούτων οὖν τεκμαιρόμενος (v. 10.), mutato participio et addito οὖν. Huc illud Ciceronis 2. de Orat. pertinere puto: *Quum Demosthenis spiritus esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut una continuatione verborum, id quod ejus scripta declarant, binae et contentiones vocis et remissiones continerentur.* Sed quis scit an ita locutus sit ut scripsit? WOLF. Lineola qualis post ψεύδεται posita est, etiam post ἀλλὰ τοῦτον ponenda cum Shilletone.

355, 6. ἐκσπόνδους ἀποφανθῆναι τοὺς Φωκέας] Vide p. 391, 4. 395, 25. 430, 20. DOBR.

355, 7. ὃ] Scilicet Phocenses utrum foederis formula comprehenderentur, nec ne. SCHAEF.

ἐᾶν] Non differt ab addito σιωπᾶν. Est pleonasmus oratorius. SCHAEF.

355, 13. ταῦτα] Quae nempe Aeschines blaterat. REISK.

355, 16. καὶ ὅπως—] Id est, καὶ ὁρᾶτε ὅπως—. *etiam, Videte quaeso, inquam, cives, et operam date ut—.* REISK.

355, 21. ὅπως τότε μὴ προσποιήσει] *Ne tum* (post felicem eventum) *ea tibi vindices.*

355, 22. νὴ Δία] Subaudi οὕτως ἀφίσταμαι. SCHAEF.

355, 26. οὗτος μὲν γὰρ ὕδωρ] Demosth. p. 73, 3. λέγοντας ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος. from which it is evident that the jest of Philocrates implied this: can you expect any thing generous or sanguine from a water-drinker? See Aristoph. Eq. 85—96. and Falstaff's most amusing soliloquy in Shakesp. II. K. Henry IV. Act IV. sc. 3. For the abstemious habits of Demosthenes comp. the well-known joke of Demades in Lucian. Dem. enc. c. 15. τὸν Δημάδην παῖξαί φασιν εἰς ταύτην τὴν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγουσιν (sc. the κλεψύδρα), τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. SHILLETO. Si locum hunc legere potuisset poeta nostras Gay, vix, puto, eloquentiam Demosthenis caluisse mero affirmasset:

thou—with eloquence profound,
And arguments convictive, didst enforce
Fam'd Tully, and Demosthenes renown'd.

Gay, On wine. v. 92. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 224. V. ad p. 4, 16.

355, 27. δίδωσι] Scilicet τῷ γραμματεῖ πρὸς τὸ δημοσίᾳ ἀναγινώσκειν. scribae in manus dat ad recitandum in concione rogationem a se conscriptam. REISK. Aut proedris. Aeschin. p. 39. (260. R.) δίδωσιν ἀναγνῶναι ψήφισμα τοῖς προέδροις. SHILLETO. De hoc psephismate v. Boehneck. Quaestion. vol. 1. p. 409 sqq.

355, 28. ἀκοῦσαι—οὑτωσὶ] Si sic obiter audias nec simul diligenter perpendas τὰς περιστάσεις. V. Melet. Crit. p. 80. meaque in H. Stephani Thesauro s. v. ἀκούω. SCHAEF.

356, 6. ἐπαίνων] Quibus nempe Philippus a nobis extollitur. REISK.

356, 7. καὶ ὅσης εὐφημίας] Pleonasmus oratorius: neque enim differt ab antegresso ὅσων ἐπαίνων. V. Pollux 5, 117. SCHAEF.

καὶ τὴν εἰρήνην—] Id est: ὁρᾶτε ὅτι τὸ ψήφισμα λέγει τὴν εἰρήνην—. videtis, cives, etiam hoc, Philocratis rogationem sancire ut, quam pacem Philippus vobiscum contraxerit, eadem nepotibus quoque cum vestris tum ipsius rata stabilisque sit. REISK.

356, 10. ἐπαινέσαι] Rursus ad h. v. subaudiendum est hoc: λέγει vel φησὶ τὸ ψήφισμα. etiam istud videtis, praecipi ab illa rogatione ut vos Philippum laudetis. REISK.

356, 22. εὐφημότατ' ἀνθρώπων] Sententia est: tam honesta, tam praeclara, tam fucata et ad fallendum scite probabiliterque composita, ut alius hominum omnium nullus comminisci possit orationem magis omni ex parte reprehensionis vacuam, magis comitatis et honestatis plenam, quamquam reapse mera fuit impostura, nitore verborum scelus occultans deterrimum. REISK.

Frequentissimae sunt tales formulae cum genitivo *ἀνθρώπων* significantes superlationem. V. quos citavi in H. Stephani Thesauro. SCHAEF.

356, 26. *ἀλλ' οὐ συγκαλέσαι δὲ*] In libris quibusdam interpolatum *ἀλλ' οὐδὲ συγκαλέσαι ἔδει*, quod grammatici inventum est *δέ* particula offensi. Neque enim animadverterat, quod Dobraeus observavit, sic haec procedere. *γράψας*, ΤΟΙΣ ΑΜΦΙΚΤΥΟΣΙ ΠΑΡΑΔΟΥΝΑΙ, *ἀλλ' οὐ*, ΣΥΓΚΑΛΕΣΑΙ ΔΕ ΤΟΥΣ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣ, *οὐδ'* ΕΠΙΣΧΕΙΝ etc. "Verba ipsa sunt psephismatis a Demosthene ficti. Sic p. 360, 26. *οὐχὶ* ΘΗΒΑΙΟΙΣ —. Phil. III. p. 122, 10. *οὐκ* ΑΘΗΝΑΖΕ. In talibus autem solemne est δέ, ut p. 398, 9. *ἀποδοῦναι δὲ Κερσ.* p. 360 extr. *παραδοῦναι δὲ* —. p. 1328 extr. *γεγραμμένον*, ΤΑΥΤΑ ΔΕ —. p. 1107, 13. 545, 5. 627, 21. 629, 19. 631, 28. 636, 10. 649, 4. 20. Aristoph. Av. 1036." DOBR.

356, 28. *καίτοι καὶ ἐπιστολὰς κ. τ. λ.*] Haec et quae sequuntur verba sunt verba adversarii, qui hac ratione se tueri conatur. *Atqui* (dicet scilicet Aeschines) *literas binas misit Philippus, quae vocarent vos.* Hucusque ille. Punge igitur ad ista verba. Deinde regerit Demosthenes: *Οὐχ ἵνα ἐξέλθοιτε. πώμαλα.* In ea fere mente est Ulpianus quoque, quem praeterea consulere de voce *πώμαλα* operae erit pretium, ut conferantur ea, quae illic habet, cum iis, quae protulere de ista voce Suidas, Harpocratio et Thomas M. p. 768. ad hunc locum Demosthenis respicientes. TAYLOR. *καίτοι καὶ—καλούσας ὑμᾶς* est hypophora, ficta oppositio. Atqui vos tamen Philippus binis literis evocavit? Occurrit orator: *οὐχ ἵν' ἐξέλθητε* —. Atqui non eo profecto scriptis, quo vos exiretis. Nequaquam. Non enim vos hoc temporis articulo vocasset, nisi jam dudum ante vobis praeripuisset opportunitates exeundi, h. e. nisi nosset in potestate vestra non esse in castra exire, cum ipse vobis potestatem ejus rei tum eripuisset, cum pestiferas illas fraudes cum legatis vestris composuisset. Opponit inter se *τότε* et *τηνικαῦτα*, *tum temporis*, cum vobis adhuc liceret exire, et *nunc*, cum negatum id vobis est. REISK. Nulla, quod sciam, hypophora a particula *καίτοι* orditur. Demosthenes haec dicit e sua ipsius persona, sensusque verborum est: Quanquam fateor binas Philippum litteras misisse, quae vos vocarent. At quo consilio misit? Profecto non ut —; sed ut —. SCHAEF.

357, 2. *οὐ γὰρ ἄν ποτε* —] Sensus: neque enim tunc, cum non poteratis in castra exire, vos vocasset, ut qui olim, quo tempore potuissetis, vobis eripuisset opportunitatem exeundi. SCHAEF.

357, 6. *προσέταττεν*] Subaudi: si bona fide vos ad se invitasset aut expeditionem castrensem hortatus esset. Sed merus hic erat mimus, merae praestigiae, subsannatio vestri. REISK.

357, 7. *ἀλλ' ἵνα* —] Id est: imo vero binas illas mimicas literas Philippus eo ad vos misit, quo —. REISK.

357, 12. *τὰς ἐπιστολὰς τὰς τοῦ Φιλίππου*] De his v. Boeckh. Quaest. vol. 1. p. 412.

357, 15. *ἤδη γε*] *Nunc demum*. SCHAEF.

τούτοις] Aeschini, Philocrati et consortibus. REISK.

τούτων] Sc. scriptorum in his literis. REISK.

357, 17. *καὶ τὸν Πρόξενον—εὐθέως βοηθεῖν*] Verba sic ordina: *καὶ (προσῆκε τούτοις) γράφειν, τὸν Πρόξενον βοηθεῖν εὐθέως*, s. *τοῖς Φωκεῦσι*, pro *ὅπως ὁ Πρόξενος βοηθῇ*. WOLF. Decebat eos rogationem a se conscriptam ad vos ferre, qua Proxenus juberetur Phocensibus succurrere. REISK.

357, 18. *πάντα—πεποιηκότες*] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 10. SCHAEF.

358, 2. *'Αθηναίους*] Dictum significanter. Homines, ut Athenienses, tam acutos solertesque, nihil ut eos fraudulentae machinationis fugere posset. SCHAEF.

358, 7. *ὑπάρχειν*] Subaudi *εὔνουν* vel *φίλον*, ne adde: sufficit enim merum verbum. *Reddidit hoc eos molles et torpidos, quod persuasum ipsis esset, Philippum ipsis amicum et propitium esse.* REISK. V. not. ad p. 286, 8. *πεισθῆναι* Wolfius perperam, Reiskius recte interpretatus est. SCHAEF.

358, 11. *ἀλλὰ καὶ —*] Est objectio, quae in continenti removetur in istis: *τούτοις, ὅτι —*. Atqui tamen erant penes Phocenses quibus videretur futurum ut poenitentia vestrae imprudentiae vos aliquando incesseret. Malim itaque *μεταμελήσειν* in futuro. REISK. Non objectio est, sed transitus ad tertium inter Phocenses genus hominum, quod metus erat ne Philippo negotium facesseret. Hoc quomodo eluserint *οἱ μακεδονίζοντες*, ostendunt sequentia: *τούτοις ὅτι —*. *μεταμέλειν* cave mutes. SCHAEF.

358, 13. *ἐπέδειξαν*] Alii, quicunque id fecerunt, quod istis essent sapientiores. Non nominatur qui fecerit. REISK. Intelligenda, ut arbitror, factio Macedonica. SCHAEF.

358, 16. *τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα κ. τ. λ.*] Aristides de D. C. p. 214. *ἵνα δ' ἔτι σαφέστερόν σοι γένηται ὁποῖόν τί ἐστι τὸ διὰ μέσου ἐμβαλεῖν πλείω νοήματα, ἐκεῖνο σαφέστατον παράδειγμα ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα θνητὸν—ἓν νόημα ἐκ προσώπου—καὶ διὰ καιρούς τινας ἰσχύοντα, γράφοντα εἰρήνην ἀθάνατον, συνθέσθαι τὴν κατὰ τῆς πόλεως αἰσχύνην—τὸ πρᾶγμα τὸ γινόμενον. τὸ δ' ἐπ' αὐτῷ καὶ οὔπω ἀπήρτισται, ἀλλ' ἐπεμβάλλει πάλιν· πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν—*. Sed hic rursus locus aliunde petitus est, scilicet e p. 381, 23. Quare suspicor post *ἐπεμβάλλει* deesse: *νῦν τὸ πέρας· πῶς οὐχὶ πάνδεινον;* Tum sequitur novum exemplum: *καὶ πάλιν—*. REISK. Nihil videtur in Technico excidisse, dummodo post *ἐπεμβάλλει* plene interpungas. SCHAEF.

358, 17. *ἀθάνατον*] Oportet non ad vocem *εἰρήνην*, ut vulgo solet fieri, sed ad *αἰσχύνην* accommodari. TAYLOR.

358, 21. *τοὺς ὄντας 'Αθηναίους*] *Athenienses qui nunc vivunt.* V. not. ad p. 69, 23. SCHAEF.

358, 25. *ὕστερον*] Postmodum, temporibus insecutis, post eos Phocidis caeteraeque Graeciae casus, qui post conditam et signatam a Philocrate pacem evenerunt. REISK. Fallitur: nam ante Phocensium interitum haec verba formulae foederis in cumulum addita sunt. Docent quae supra v. 12. s. leguntur. Conf. p. 368, 22. SCHAEF.

359, 3. *τοὺς χρόνους*] Res inde a primo Philocratis de pace psephismate usque ad finitum bellum Phocense et Philippi in Macedoniam reditum (Olymp. 108. 1.—108. 3. auctumn.) breviter expositas vide a Boehneckio Quaestion. vol. 1. p. 371.—374.

359, 5. *ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι*] Dies quo tota caussa perficiebatur apud Athenienses divisa erat in tres partes. unde dicitur *διαμεμετρημένη ἡμέρα*: prima dabatur accusatori, secunda reo, tertia judicibus: v. Aeschin. p. 82, 13. Xenoph. Hell. 1. 7. 24. Ut quaeque pars recte indicaretur. in clepsydram pro singulis certa aquae copia infundebatur. qua effusa non amplius dicere poterant. Sic Aeschin. p. 45. 1. dicit sibi undecim amphoras aquae in clepsydram fuisse infusas. Aquam igitur perdere non debebant dicentes. neque adversariis eam dare. Ut igitur significet Demosthenes quantum dare velit adversario. si dicta mendacii arguat. permittit ei *ἐν τῷ ἑαυτοῦ ὕδατι λέγειν*. GREVE. Conf. ad p. 274, 10. 378, 7.

359, 8. *τρεῖς μῆνας ὅλους*] Ita infra p. 390, 22. *τρεῖς μῆνας ὅλους ἀποδημήσαντες*. Et de Cor. p. 235, 21. *οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας*. Quod si, ut certissime constat. peregre profecti sint legati post diem tertium Munychionis, (sit v. g. Martius mensis, et ita est praeterpropter.) redierunt die 13. Scirophorionis (vel Maii), errat noster in calculo. Sed in his rebus non exspectamus rigorem supputationis. licet vox *ὅλους*, *totos*. id exspectare permittat. Sufficit. si fuerit bimestre spatium et quod excurrit. Venia ea facile conceditur, praesertim si amplificandi studio id ab Oratore dicitur. Vid. Contaren. Var. Lect. c. 17. TAYLOR. Adde Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 67.

359, 17. *ἀπὸ τοίνυν ταύτης κ. τ. λ.*] Aeschines *περὶ παραπρεσβ.* p. 45. 17. *τί γὰρ ἄν τις τοιούτῳ πιστεύσειεν ἀνθρώπῳ. ὃς ἐγκεχείρηκε λέγειν ὡς Φίλιππος οὐ τοῖς αὑτοῦ στρατηγήμασιν, ἀλλὰ ταῖς ἐμαῖς δημηγορίαις εἴσω Πυλῶν παρῆλθε; καὶ λογισμόν τινα ἡμερῶν συνηριθμεῖτο πρὸς ὑμᾶς, ἐν αἷς ἐγὼ μὲν ἀπήγγελλον τὴν πρεσβείαν, οἱ δὲ Φαλαίκου τοῦ Φωκέων τυράννου δρομοκήρυκες τἀνθένδε ἐκεῖσε διήγγελλον. πιστεύσαντες δὲ οἱ Φωκεῖς ἐμοὶ εἴσω Πυλῶν αὐτὸν παρεδέξαντο καὶ τὰς πόλεις τὰς αὑτῶν παρέδοσαν*. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 224.

359, 18. *πεμπταῖα—γενέσθαι*] *τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῖς Φωκεῦσιν ἀπηγγέλθαι*. Post (p. 365. 1.) dicet: *πέντε γεγόνασιν ἡμέραι μόναι, ἐν αἷς οὗτος ἀπήγγειλε τὰ ψευδῆ, ὑμεῖς ἐπιστεύσατε, οἱ Φωκεῖς ἐπύθοντο, ἐνέδωκαν ἑαυτούς, ἀπώλοντο*. Sic autem numerabis: 16—20. WOLF.

359, 20. *καὶ ἣν—εἰδέναι*] Verba sic ordina: *καὶ ἣν ἐπιμελὲς αὐτοῖς εἰδέναι, καὶ τί ἀπαγγελοῦσιν οὗτοι, καὶ τί ὑμεῖς ψηφιεῖσθε.* WOLF.

359, 25. *ὑστέρα τοίνυν δεκάτῃ*] Progreditur in numerando ea, quae evenerunt post diem vigesimum. Id quod fiebat apud Athenienses ordine retrogrado. Quod quanquam notum est, non tamen gravabor verba Ulpiani exscribere. Εἶτα, id est, post diem vigesimum, *λοιπὸν ἐκ τῆς πρώτης καὶ εἰκάδος ἐξ ὑποστροφῆς λέγοντες τὴν πρώτην εἰκάδα* (corrige *τὴν πρώτην καὶ εἰκάδα*) *δεκάτην, καὶ τὴν δευτέραν* (iterum corrige) *ἐνάτην, καὶ τὴν τρίτην εἰκάδα* (iterum) *ὀγδόην, καὶ ὁμοίως οὕτως ἕως τῆς τριακάδος.* Ergo v. 27. *τετράδι φθίνοντος* tu interpreteris *die mensis vigesimo septimo*, non *decimo quarto*. et p. 360, 4. *ὀγδόῃ, ἑβδόμῃ, ἕκτῃ, πέμπτῃ, τετρὰς* ita expones: *Dies Scirophorionis vigesimus tertius—quartus—quintus—sextus—septimus*, vel *τετρὰς φθίνοντος*. Intervallum nimirum dierum quinque, quo sane utrinque contigit ut et ea, quae Athenis gesta essent, rescirent Phocenses, et quae in Phocide, renunciarentur Athenis. TAYLOR. V. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 325.

ταύτῃ ἐγίγνοντο αἱ σπονδαί] Sub. *τῶν Φωκέων πρὸς Φίλιππον τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν Ἀθήνησιν ἐκκλησίαν*, hoc est, 24 Maii, qui est *ἡ τετρὰς φθίνοντος*, vel *ἡ τετάρτη ἐπὶ εἰκάδι*, vel *ἡ ἑβδόμη φθίνοντος*. Sin a tempore supputes, quo Phocenses Atheniensem concionem cognoverunt, decimus inde dies erit 30. Maii, nonus 29., octavus 28. Ego dubitationem meam fateor. WOLF. Qui ea legerit, quae modo adnotavi, eum de hoc loco dubitare non sinam. TAYLOR.

359, 26. *τῷ*] *ἀντὶ τοῦ τίνι σημείῳ.* WOLF.

360, 1. *ἐν Πειραιεῖ*] Alias *ἡ Πνὺξ* locus concionum fuit. Nunc in Piraeeo portu, a quo utique navalia non longe abfuerunt. WOLF.

Δερκύλος] Vid. p. 379, 21. SCHAEF.

360, 5. *αὐτὸ συμβαίνει*] Ex computatione id ipsum efficitur, (*the reckoning comes exactly right,*) quintum diem (h. e. quintum ab *ὀγδόῃ φθίνοντος*) in hunc diem (i. e. *τετράδα* vel *τετάρτην φθίνοντος*) incidere. Ad verbum: *quintum esse diem ad hunc.* Caeterum notandum est *τὰς σπονδὰς* factas fuisse ubi aderat Philippus. Vid. ll. 24. et 28. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 224. sq.

360, 6. *οἷς—οἷς*] *οἷς* utrumque non est masculini generis, neque cohaeret cum *χρόνοις*, sed neutrius idemque valet atque *τούτοις, ἃ*—. REISK.

360, 8. *μηδεμίαν—μηδ'—*] Hae cur positae sint negativae, non *οὐδεμίαν—οὐδ'—*, aliam caussam non comminiscor nisi obliquam orationem. Resolvas in rectam conditionalem, *εἰ μηδεμία—μηδ'—*, sed ita conditionalem, ut rem factam significet. SCHAEF.

360, 10. *πολιορκίᾳ—κράτος*] Adverte abundantiam oratoriam. SCHAEF. Confirmatur hoc a Diodoro 16, 59. ubi Philippus

dicitur *ἄνευ μάχης ἀνελπίστως καταλῦσαι τὸν ἱερὸν πόλεμον.* Vera autem caussa fuit quod Phalaecus cum copiis suis eos reliquerat. GREVE.

360, 15. *φέρε δή μοι κ. τ. λ.*] Citat scholiastes Hermogenis p. 388. REISK.

360, 16. *καθεῖλον*] Hoc verbum non ad solam spectat Phocensium factionem *τῶν φιλιππιζόντων*, sed etiam ad legatos Atheniensium. SHILLETO.

360, 24. ΟΜΟΛΟΓΙΑ] V. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 413.

360, 28. *φησὶν*] Scil. *ἡ ὁμολογία*, illa formula pacti conventi. REISK.

361, 3. *τούτῳ—τοῦτον—τοῦτον*] I cannot persuade myself that the pronoun here refers to Philip. I am convinced that Aeschines is meant: not only because *τούτου* in the preceding and *οὗτος* in the following paragraph evidently belong to the latter, not only because the repetition and emphatic collocation of the pronoun would else be idle, but in Philip the Phocians are described as placing no confidence, their trust was only in the Athenians and in Aeschines as an Athenian envoy. This the whole tenor of the speech appears to me to confirm. "It was in Aeschines then that they placed their whole confidence, it was to Aeschines they entirely looked, it was with Aeschines they were making the peace." The last of course contains a rhetorical exaggeration, but one natural enough in the excitement into which the orator throws himself with the view of stirring up the vindictive passions of his audience. Moreover, I am inclined to think that in this sentence *ἐκείνῳ* would have been more fitly used of Philip, as §. 68. *μέγιστόν ἐστι σημεῖον τοῦ διὰ τούτους πεισθέντας αὐτοὺς ὡς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου σωθήσονται ταῦτα παθεῖν· οὐ γὰρ ἐκεῖνόν γε ἠγνόουν.* Schaefer however evidently adopts the other opinion: "Paullisper hic insistit Orator, quo magis appareat quam flagitiose Philippus fidem a Phocensibus sibi habitam frustratus sit." As if Demosthenes did not design that the *flagitium* of the deed should fall on the head of Aeschines much more than on Philip's. In what follows he dwells on this most forcibly. §. 71. *κύριος εἷς ἀνὴρ Φίλιππος γέγονε διὰ τούτους* (observe the emphatic position, as again §. 74.) §. 73. *περὶ τῶν αἰτίων* (who? surely not Philip; the Athenians could not by any figure of hyperbole be supposed likely to stone Philip) *τοῦ τούτων ὀλέθρου*, and §. 74. *τίς οὖν ὁ τούτων αἴτιος; τίς ὁ ταῦτα φενακίσας; οὐχ οὗτος;* SHILLETO.

361, 9. ΔΟΓΜΑ] Summam hujus decreti dedit Diodorus 16. 60. Ipse Philippus sacrilegis poenam non inflixit, sed arbitrium rei cognoscendae ad Amphictyones detulit. V. Diodor. 16. 59. GREVE. Dixit de hoc decreto Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 420 seqq.

361, 18. *θέαμα δεινὸν κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 129. *ἐνδιάσκευον δ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας παρὰ τῷ Δημοσθένει· θέαμα δεινόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐλεεινόν.*

et p. 437. τὰ σμικρὰ καὶ φαῦλα τῇ περιβολῇ τῶν λόγων μέγεθος προσλαμβάνει. ταῦτα ποιεῖ Δημοσθένης καὶ οὕτω τραγῳδεῖ τὴν Φωκέων ἅλωσιν ἔθνους ὅλου ἐν ὀλίγοις ῥήμασι λέγων· ἦν ἰδεῖν οἰκίας κατεσκαμμένας —. μονονουχὶ παρέφρασε τὸ Ὁμηρικὸν (Iliad. I.). Citat item hunc locum Alexander Rhetor p. 50. et Aristides de D. C. p. 274., cujus haec sunt verba: ἔμφασιν δὲ ποιεῖ καὶ τὸ ἐπισημαίνεσθαι ταῖς ποιότησιν (si qualitates rerum nota quadam, praesertim displicentiae atque reprehensionis insignias), ὅπου λέγει· θέαμα δεινόν. καὶ πάλιν· νόσημα δεινὸν καὶ χαλεπὸν καὶ φυλακῆς πολλῆς—δεόμενον. Citat item scholiastes ad Aristotelis Rhetorica edita Parisiis apud Conr. Neobarium 1539. in folio minori p. 14. a. 38. Apsines p. 726. πάθος ποιοῦσι καὶ οἱ ἀναδιπλασιασμοί· Θῆβαι δὲ, Θῆβαι. καὶ αἱ δεινώσεις· θέαμα δεινόν. πάθος ποιεῖ καὶ τὰ ἀνακλητικά· θέαμα δεινὸν, ὦ γῆ καὶ θεοί. ἐν τοῖς πάθεσιν οὐ πολὺν δὲ[k] εἶναι δεῖ τὸν κόσμον, οὐδ' ἐπεμβάλλεσθαι τὰς ἐννοίας, ἀλλὰ κομματικὰ τὰ πλείω. ἐὰν μὲν βουληθῇς συνέχειαν ποιῆσαι ἐν τῷ πάθει, κατὰ τὸ ἀσύνδετον εἰσάξεις· οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα etc. REISK. θέαμα δεινὸν καὶ ἐλεεινὸν hinc citat Tiberius p. 62. ut exemplum locutionis ellipticae, ad quam ἐλλείπει τὸ ἐστί. Inepte. SCHAEF.

361, 20. νῦν] Id est ἔναγχος. Nuper in novissima legatione nostra ad Delphos cum dignitate theororum a vobis illuc publice missorum. REISK.

361, 21. ἐξ ἀνάγκης ἦν ἡμῖν] *Cogebamur.* Vid. Reisk. Ind. Graecit. s. v. ἀνάγκη. SCHAEF.

361, 23. ὀλίγα] Alexander Rhetor p. 50. ad ὀλίγα addit ἄθλια. REISK.

οἰκτρούς] Alexander Rhetor l. c. pro οἰκτρούς dat οἰκουρούς, sine dubio vitiose. REISK.

361, 25. ὅλως δὲ—νῦν ὄντων] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 4. SCHAEF.

361, 26. ὅτι τὴν ἐναντίαν—προτεθεῖσαν] Respicit Demosthenes illud tempus cum Lysander post victoriam ad Aegospotamos in eo esset ut Athenas caperet, cumque Lacedaemonii et reliqui socii deliberarent utrum Athenas penitus diruerent et in servitutem redigerent, an tantum muris orbarent: illud consilium dederunt Thebani, Corinthii, alii, huic inter alios suffragati sunt Phocenses ipsique Lacedaemonii. Cf. Xen. Hell. 2, 2, 19. et Plutarch. in V. Lysandri. GREVE. Adde Isocr. p. 302 C.

361, 28. τίνα ἂν οὖν οἴεσθε κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 200. καὶ ὅταν εἰς κρίσιν ἀνάγῃς (scilic. τὸ πρᾶγμα) τεθνηκότων ἐνδόξων, βαρὺ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι. οἷον· καίτοι πηλίκον ἂν στενάξειαν οἱ πρόγονοι. καὶ πάλιν· καίτοι τίνα ποτ' οἴεσθε etc. REISK.

362, 5. καθαροὺς] Ad καθαροὺς subaudi ἑαυτούς. se (majores nostros miraculo divinitus in vitam revocatos) esse a scelere homicidii puros et intactos, etiamsi suis ipsimet manibus imbre

[k] Si Reiskius recte exscripsit, notabilis hic locus est ob particulam tot verbis subjectam. SCHAEFER. δὲ omisit Walzius vol. 9. p. 595.

saxeo ejusmodi proditores contumulassent. REISK. τὸ ἑξῆς est: *νομίζειν ἂν ἔσεσθαι καθαροὺς καὶ καταλεύσαντας αὐτοὺς ταῖς ἑαυτῶν χερσί.* SCHAEF.

362, 6. *μᾶλλον δὲ*] Subaudi *τοῦτο λεκτέον*. *Ecquid sit turpius, aut si quod vocabulum adhuc gravius et atrocius sit quam v. turp.* scilicet hoc graviori vocabulo rem appellabimus. Formula haec est Demosthenica. REISK. Si quid subaudiri oportet, locutionem sic expleam: *μᾶλλον δὲ πέρα τοῦ αἰσχροῦ.* Sed quid nos cogit ellipsin comminisci? Scilicet alterius praedicati, quo orator se corrigens uti mallet, si quod suppeteret, vice fungitur enuntiatio *εἴ—τούτου.* SCHAEF.

362, 11. *ταῦτα*] *φενακίζειν τι* non frequens est: rarius etiam *φενακίζειν τινά τι*, cujus constructionis exemplum occurrit p. 363. 29. SCHAEF.

362, 13. *πολλὰ* et *τοῦτο* inter se opponuntur: genitivus autem *τῆς τύχης* refertur et ad *εὐδαιμονίσας* et ad *εὐδαιμονίσειεν*. Praeterea ad *εὐδαιμονίσειεν* subaudi, si placet, (neque enim necesse est,) *αὐτόν*. SCHAEF.

362, 15. *τὸ μὲν γὰρ—ἢ ἐβούλετο*] Locum hunc refert, verum non verbatim, sed e memoria et per compendium atque more suo, Minucianus p. 148. REISK.

362, 17. *οἶμαι*] *Nimirum.* Urbanior formula affirmandi. SCHAEF.

362, 23. *ἃ ὑπὲρ αὐτοῦ Φίλιππος*] *Quae mentiri Philippus emolumenti sui caussa non audebat, tametsi tantum ejus interesset.* h. e. propositis tot et tantis emolumentis, quae parere sibi mendacio potuisset,—*ad ea vobis fraudulenter persuadenda cum illi mercede suam operam elocassent, vos circumvenerunt.* REISK.

362, 28. *ὁ Ἀντίπατρος καὶ ὁ Παρμενίων*] Hi a Philippo ad Athenienses missi fuerant cum Atheniensium legatis qui de pace ipsum adierant, ut juramenta de pace acciperent. V. argumentum alterum hujus orationis, ubi tertius iis adjunctus dicitur Eurylochus. GREVE.

363, 10. *λέγε—καὶ ἀνάγνωθι*] Illud est *pronunciare*, hoc *de scripto recitare.* Multa pronunciantur, quae de scripto non ideo recitantur. REISK. V. not. ad p. 327, 13. SCHAEF.

τὴν ἀρὰν—τὴν ἐκ τοῦ νόμου ταυτηνί] Haec unam conficiunt notionem, sed duas in partes syntactice sic discerptam, ut utrique parti suum jungatur verbum. Quod notandum. Sic Euripides Orest. v. 571. *ἐζημίωσε πατέρα κἀπέκτειν' ἐμόν.* V. Addenda ad Porsoni Hecub. p. 95. ed. tert. Lips. SCHAEF.

363, 11. *τὴν ἐκ τοῦ νόμου*] Scil. *τεταγμένην*. REISK.

363, 18. *αὐτὸς—κήρυκι*] Priscianus p. 1182: *Demosthenes ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τῷ κήρυκι, ἀντὶ τοῦ ὑπηγόρευεν.* TAYLOR.

τοῦτον] Omittit Priscianus l. c. REISK.

363, 20. *ὑπερφυὲς*] Significare *absurdum, sanae rationi contrarium,* docet quod adjunctum est *ἄτοπον*. Eadem significatione usurpatur p. 426, 26. 848, 22. Idemque valet in Lysia p. 178.

41. et in Isocrate p. 364 D. Anecdota Bekkeri p. 68, 21. Ὑπερφυὴς Κρόνος: ἐπ' ἀρχαιότητι καὶ εὐηθείᾳ. SCHAEF.

363, 21. προστάττετε] Subaud. τοῖς θεοῖς. V. v. 27. Aliquanto lenius ἀξιοῦτε, *postulatis*. SCHAEF.

363, 28. ἥξειν—ὥστε—κατηγορήσειν] Herodotus 1, 189. καί οἱ ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβήσεσθαι. SCHAEF. Conf. ad p. 846, 12.

364, 1.—365, 20. Cum his comparanda quae ab Aeschine dicuntur p. 45, 15.—46, 42. ut monuit Dobraeus.

364, 2. Ἡγησίππου] Aeschin. p. 70, 15. τῆς τῶν Φωκέων συμμαχίας, ἣν ὁ Κρώβυλος (sic Hegesippus ludibrii caussa appellatur) ἐκεῖνος ἔγραψε. DOBR.

364, 3. ἔστι δὲ ταῦτα γέλως] Euripides Orest. 1560. τεχνάσματ' ἐστὶ ταῦτα καὶ πολὺς γέλως. V. not. ad p. 185, 18. SCHAEF.

364, 5. Πρόξενον οὐχ ὑπεδέξαντο] Phocensium legati Athenas venerant auxilium petentes et populus psephismate (ab Aeschine memorato p. 45, 33.) opem ferendam decreverat. Verum quum Proxenus, praetor Atheniensis, ad eos Callicratem et Metagenem legatos misisset, tantum abfuit ut tyranni Phocensium Thermopylarum munimenta Atheniensibus traderent, ut legatos qui illa his promiserant, in vincula conjicerent. Et quum Atheniensium fetiales Graecis mysteria Eleusinia indicerent, soli Phocenses indutias recusarunt. Sic haec narrantur ab Aeschine p. 45. V. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 380.

364, 10. οὐ γὰρ ὡς κ. τ. λ.] Construes orationem hanc hoc modo atque deficientia tacitus addes: οὐ γὰρ ἀπήγγειλεν οὕτω τότε (scilic. Aeschines), ὡς ἐσώθησαν ἂν οἱ Φωκεῖς, εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους τοῦτο ἀδύνατον ἦν, aut ἐκωλύθησαν σώζεσθαι, aut ταῦτο οὐκ ἐγένετο. Non enim tum renunciavit futurum fuisse ut Phocenses servarentur, nisi ob Lacedaemonios hoc negatum aut arduum factu fuisset, aut nisi Lacedaemonii rem morati essent. Et sic in reliquis quoque. REISK. V. not. ad p. 370, 3. SCHAEF.

364, 16. τὰ πράγματα] Id est, τὰ ἐκεῖ πράγματα. Statum omnem Boeotiae vestram ad amicitiam adducere. Aut universe principatum Graeciae designat. REISK. τὰ πράγματα οἰκεῖα ποιεῖν i. q. τὰ πράγματα πράττειν p. 365, 10, (ubi v. Reisk.) 15. SCHAEF.

364, 17. ταῦτα—ἡμερῶν] Verba haec citat Priscianus p. 1185. ordine inverso: δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ταῦτα πεπράξεσθαι. TAYLOR.

364, 21. ἀνέχεσθε] Id est ἀνέχεσθε λέγοντος. Sic p. 398. μηδ' ἀνάσχησθε "ὡς οὐ δεῖ δίκην ὧν εἶπεν ὑποσχεῖν." quem locum comparavit Shilleto.

364, 22. οὐ γὰρ Λακεδαιμονίους—νυνί] Lacedaemoniis quamvis semper fere Atheniensium gloriae invidentibus saepius auxilia tulerunt, quum magna premerentur calamitate, v. g. duce Cimone, cum gravis esset Helotarum seditio: v. Thucyd. 1, 102.

imprimis quoque post Leuctricam cladem, quod cum laude memorat Demosth. p. 258. extr. Euboeensibus, quorum opera Oropum olim amiserant, a Thebanis fere devictis opem tulerunt: v. Demosth. p. 259. GREVE. Conf. p. 205, 24. "Maximus de Insolubilibus p. 574. συνδραμὼν δὲ πάλιν οἷς ὁ ἀντίδικος λέγει δικαίοις οὖσι τὸ συμφέρον ἀντιτίθησιν οὕτως, ὡς ὁ Δημοσθένης πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου ὅτι πονηροὶ Φωκεῖς ἦσαν καὶ ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπολωλέναι, οὐκ ἀντέστη μὲν, συνδραμὼν δ' ἔφη· ἀλλὰ συνέφερεν αὐτοὺς σώους εἶναι τῇ πόλει. οὐδὲ γὰρ τοὺς Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ποτὲ ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταράτους Εὐβοέας, ἀλλ' ὅτι συνέφερε τοῦτο τῇ πόλει." REISK.

364, 23. Εὐβοέας τουτουσὶ] Est demonstratio temporis, non loci. *hos, quos nunc servastis.* Opponuntur Lacedaemonii, quorum saluti civitas olim (ποτὲ) prospexit. SCHAEF.

365, 1. πέντε γὰρ—ἀπώλοντο] Longinus c. 19. τὰ γὰρ ἀλλήλων διακεκομμένα καὶ οὐδὲν ἧττον κατεσπευσμένα φέρει τῆς ἀγωνίας ἔμφασιν ἅμα καὶ ἐμποδιζούσης τι καὶ συνδιωκούσης. SEAGER. *Diar. Classic.* 54. p. 225.

πέντε—ἡμέραι μόναι] Ut tam exiguo temporis spatio nihil a quoquam delinqui potuerit, quod foret impedimento, ne promissa vobis ab Aeschine eventum haberent. SCHAEF.

365, 6. περὶ τοὺς Φωκέας] I. q. τῶν Φωκέων. V. Reisk. Ind. Graecit. s. v. περί. SCHAEF.

365, 8. τοὺς Λακεδαιμονίους μετεπέμπετο] Clam cum Phocensibus conjunctos fuisse Lacedaemonios tradit Diodorus. WOLF. Conf. de hoc loco Weiskius de Hyperb. 2. p. 25. SCHAEF.

365, 10. πάντα—πράξειν] Subaudi sive κατὰ νοῦν sive οἰκεῖα καὶ ὑπήκοα. Dictio πράττειν τινὶ πράγματα significat *efficere ut cuicunque res tecum sint communes, is tibi sit propitius atque deditus.* V. v. 25. REISK. V. not. ad p. 364, 16. SCHAEF.

365, 11. ἐπειδὴ δὲ ἧκεν εἰς Πύλας κ. τ. λ.] Vide quid hac de re dicat Aeschines περὶ παραπρ. p. 45, 39. SEAGER. *Diar. Classic.* 54. p. 225.

365, 18. μὴ οὖν—μὴ δότω δίκην] Sua utrique μὴ vis vetandi constat: est enim i. q. μὴ οὖν—ἀθῷος ἔστω. *ne igitur hic propterea, quod Philippus circumvenit et Lacedaemonios* (vestros olim hostes) *et Phocenses* (impios in Apollinem), *fraudis in eos commissae poenam subterfugito.* SCHAEF.

365, 20. οὗτος] Aeschines. Pronomen male om. pr. S., quasi ἐξηπάτησε ad Philippum sit referendum.

365, 21. δότω] Libri aliquot διδότω. Aoristi imperativus tam solennis usus est, ut etiam particula vetandi addita Graeci malint quam praesentis imperativum usurpare. V. Append. ad Aristoph. Plut. p. 577. et not. ad Poet. Gnom. p. 155. SCHAEF.

ἂν τοίνυν ἀντὶ Φωκέων κ. τ. λ.] Hermogenes p. 151. in aliis modis τῆς τῶν κεφαλαίων λύσεως κατὰ βίαιον ὅρον etiam hunc refert: ἢ ὅταν ἐναντία δείξῃ (orator) ποιοῦντα τὸν ἀντίδικον ὧν φησὶν εἰργάσθαι, ὡς ἐπ' ἐκείνης τῆς ὑποφορᾶς· ἂν τοίνυν ἀντὶ Πυλῶν

καὶ Φωκέων ὡς Χερρόνησος τῇ πόλει περίεστι λέγῃ, μὴ ἀποδέξησθε—. καὶ γὰρ ἐκεῖ κεχρημένος τῇ ἐνστάσει φανερῶς, ὅτι μὴ διὰ Φωκέας Χερρόνησος σώζεται ἡ πρὸ τεσσάρων μηνῶν σωζομένη, μέτεισιν ἐπὶ τὸ βίαιον δεικνὺς τὸ ἐναντίον οὗ φησὶν ὁ ἀντίδικος, ὅτι μὴ μόνον αὐτὴν οὐκ ἔσωσε διὰ Φωκέας, ἀλλ' ὅτι καὶ κινδυνεύειν αὐτὴν ἐποίησε διὰ Φωκέας ἀπολωλότας· εἶτα καὶ νῦν ἐν μείζονι κινδύνῳ τὴν Χερρόνησον εὑρήσετε ἢ τότε etc. Tractat hunc locum Maximus Sophista quoque de Insolubilibus p. 575. sqq. §. 7. REISK. Add. not. ad p. 374, 18. SCHAEF.

365, 22. *Χερρόνησος*] Scil. Chersonesus Thracica, in qua Sestus, Aegospotamos, aliae coloniae, cujus quidem possessio Atheniensibus magni erat pretii, ut aditus ad Pontum Euxinum iis pateret; hanc Cersobleptes Thraciae rex Atheniensibus cesserat, excepta Cardia. V. Diodor. 16, 34. GREVE.

365, 27. *ὑπεξαιρούμενοι*] Depeciscentes vobis et reservantes in conditionibus pacis cum Philippo, excipientes id, ut salvum vobis atque intactum relinquat. REISK.

365, 29. *τῆς Χερρονήσου σώας οὔσης*] Servata enim Atheniensibus erat in pace cum Philippo inita.

366, 1. *τέτταρας μῆνας ὅλους*] Attamen, ut recte Contarenus Var. Lect. cap. 17. a die 19. Elaphebolionis, quo die pacem factam fuisse constat, si numerando perveniamus ad diem 23. Scirophorionis, quo redigerentur Phocenses, non amplius tribus mensibus reperietur cum diebus quatuor. Vide quae dixi ad p. 359, 8. TAYLOR.

366, 2. *ὕστερον*] Iterat *ὕστερον*, quod supervacaneum videri queat, consulto, sedulo inculcaturus, qua pace Chersonesus Atheniensibus a Philippo velut peculium ipsorum remissa atque reservata, eam pacem exitio Phocensium aliquot mensibus esse vetustiorem. Verum, si quid cerno, argumentum hoc, cui tantum tribuit Demosthenes, parum aut nil valet. Ecquis enim non videt in arcanis Philippo cum Atheniensibus condictis, quae non fuerunt publicata, hoc fuisse, ut Athenienses pro Cherrhoneso Phocidem Philippo permitterent? Et renuntiatio legationis falsa ab Aeschine ad populum Atheniensem potuerunt esse merae praestigiae ad oculos Graeciae occoecandos et invidiam ab Atheniensibus avertendam commissae erga socios proditionis. Tales mimi aguntur inter optimates. Quae intra siparium fiunt, multum ab iis diversa sunt, quae foris. REISK. Non cogitavit Reiskius Atheniensium illis temporibus publice, h. e. in concionibus, talia transigentium esse non potuisse arcana *πολιτεύματα*. Quidquid igitur hoc in negotio fraudis fuit, commissum est a Philippo, non consciis Atheniensibus, sed parariis *τοῖς παραπρεσβεύσασιν*. SCHAEF.

366, 7. *τούτων* Pylas et Phocenses designat. Antequam Philippus horum quicquam praeriperet, quae sunt vicina nobis et velut in Graeciae visceribus. REISK.

προλαβεῖν] Male libri nonnulli *προσλαβεῖν*. Conf. ad p. 303, 4.

366, 8. *τίς οὖν ἡ ταύτης περιουσία*] Sensus: Quale igitur hoc

est. quod Aeschines fortasse dicat, ὡς Χερρόνησος τῇ πόλει περίεστι? Conf. p. 365, 21. sqq. SCHAEF.

366, 10. Ἔτι τοίνυν—] Aeschines will ask you why it is Demosthenes that comes forward as my accuser, and why do not the Phocians, if these grave charges are true? See Aesch. p. 46, 47. St.=309, 310 R. who appears to have the better of the argument, especially as he shews that the Boeotian exiles (Thespians and Plataeans) had elected advocates to help him in his defence, and that delegates from the Phocians also had been sent to Athens full of gratitude for his interference on their behalf (during his third embassy) in the Amphictyonic council, when certain members proposed to inflict upon all adults the extreme punishment of sacrilege (Οἰταίων ἐγχειρούντων λέγειν ὡς δεῖ τοὺς ἡβῶντας ὠθεῖν κατὰ τοῦ κρημνοῦ). There appears to be a weakness in the arguments of Demosthenes. Why should he allude to any section of the Phocians who might be bribed to prosecute Aeschines? Surely this topic would be more appropriate in the mouth of an advocate than an adversary. If the old reading οἱ δὲ μηδ' ὁτιοῦν ἄνευ ἀργυρίου ποιήσοντες were retained, the argument would of course be less weak. SHILLETO.

366, 14. Φωκέων τῶν ἐκπεπτωκότων κ. τ. λ.] Sopater ad Hermogenem p. 133. τοὺς δὲ πολίτας πάλιν ἐξεταστέον (in aestimatione testium). ἢ γὰρ πένητές εἰσιν, ἢ πλούσιοι. τοὺς μὲν οὖν πένητας ἐκβαλοῦμεν, φάσκοντες ὡς ῥᾳδίως ἐπὶ τῷ λήμματι μαρτυροῦσιν· ὥσπερ καὶ Δημοσθένης. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου παρενεγκόντος μάρτυρας τοὺς Φωκεῖς, ὡς οὐκ αὐτὸς εἴη ὁ τὴν πόλιν αὐτῶν ἀπολωλεκώς, φησὶν ὅτι εἰσὶν ἐν αὐτοῖς τινες ἐπὶ χρήμασι πάντα ποιοῦντες. εἰ δὲ πλούσιοι, πάλιν οὗτοι ἢ πονηροὶ, ἢ ἐπιεικεῖς. Marcellinus ibidem: μέγιστον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ ἀντεξέτασις δύναται.—ὁ κατήγορος ἀποδείξει τὸν διὰ τῶν πραγμάτων ἔλεγχον ἀκριβέστερον τοῦ διὰ τῶν προσώπων. ὃ καὶ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· ἀπορίᾳ γὰρ μαρτύρων τεχνικῶς ἐπὶ τὰ πράγματα κατέφυγεν.—ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πεπονθότων μαρτυρίαν ζητοῦντα ποιεῖ τὸν Αἰσχίνην, διὰ τί μὴ καταμαρτυροῦσι· τῶν ἐκπεπτωκότων οἱ μὲν, οἶμαι, βέλτιστοι καὶ δικαιότατοι—. Sed omnium planissime locum hunc exposuit et artificium ejus oratorium enucleavit Maximus: quem locum, tametsi paulo longiorem, haud pigebit adscribere, qui promiserim, demonstrationum me rationem esse habiturum earum, quibus veteres technici oratorum vetustorum ansas veluti palaestricas nexusque atque conversiones tradidissent. Quamquam spissum id est negotium, juvit tamen insecuturis exemplum ejus rei proponere. Sunt igitur haec Maximi verba p. 581. §. 13. μὴ τιθεὶς δὲ τὴν ἀντίθεσιν, λήσεις προσρίπτων τὴν λύσιν καὶ σπουδὴν ἕξεις, ἵνα μὴ περὶ τοῦτο, ὡς κρινόμενον, ἵστηται ὁ δικαστής, ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου ὁ ῥήτωρ ἐποίησεν. οὐ δυνάμενος γὰρ ἐξαρνηθῆναι ὅτι οὐκ ἔδωκε χρήματα Ὀλυνθίοις καὶ Φωκεῦσι, ἵνα Αἰσχίνου καταμαρτυρήσωσιν· ἐλέγχει γὰρ ταῦτα Αἰσχίνης αὐτῶν Ὀλυνθίων παρεχόμενος

μαρτυρίας, οἷς περὶ τούτου διαλεχθεὶς ἐφαίνετο Δημοσθένης· μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν ταύτην προηγουμένως ὁ ῥήτωρ, πειρᾶται λύειν προσρίπτων τὴν λύσιν καὶ λέγων· Φωκέων τῶν ἐκπεπτωκότων οἱ μέν, οἶμαι, βέλτιστοι καὶ μετριώτατοι, φυγάδες γεγενημένοι καὶ τοιαῦτα πεπονθότες, ἡσυχίαν ἄγουσιν· οἱ δὲ μηδοτιοῦν ἄνευ ἀργυρίου ποιήσοντες τὸν δώσοντα οὐκ ἔχουσιν αὐτοῖς. οὐ γὰρ ἔγωγε ἔδωκα ἂν οὐδενὶ οὐδέν, ὥστε μοι παραστάντας ἐνταυθοῖ βοᾶν οἷα πεπόνθασιν· ἡ γὰρ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ βοᾷ. οὔτε γὰρ ἔθηκεν αὐτῷ τὴν ἀνθυποφοράν· αὐτὸς γὰρ ἦγε Φωκέων αὐτῶν καταμαρτυρούντων αὐτοῦ· καὶ δόξας παρέχεσθαι τὴν λύσιν, ἣν προσέρριψεν, οὐκ ἐποίησε περὶ αὐτὸ ἵστασθαι τὸν δικαστήν, εἰπὼν αὐτὸ ἐν ἀφηγήσεως τρόπῳ. REISK.

366, 14. Φωκέων τῶν ἐκπεπτωκότων] Opponitur ὁ δῆμος v. 22., plebs ob inopiam domi manere coacta, cum opulentiores exsulare quam servire mallent. SCHAEF.

366, 17. ἀργυρίου ποιήσαντες] τοὺς ἄλλο τι μισθοῦ πράττοντας p. 242, 23. τῷ μισθοῦ γράφοντι συνεῖπε p. 371, 7. χρημάτων ἅπαντ' εἶπεν ἐκεῖνα p. 374, 29. πονηρός ἐστιν ἀργυρίου p. 377, 23. δυεῖν ἢ τριῶν δραχμῶν πονηρὸν ὄντα p. 403, 21. Sic, opinor, intelligendum ὁ τῆς εἰρήνης χρήματα ἀναλώσας p. 382, 20., quod Reiskius alio modo interpretatur. V. ad p. 172, 8. SCHAEF.

366, 21. πεπόνθασιν] Ad πεπόνθασιν subaudi οὐδὲ γὰρ ἐχρῆν vel οὐδὲ γὰρ ἀνάγκη ὑπῆν. Nam ne oportebat quidem. Nam ne necesse quidem erat. Nil erat, quod eo me impelleret. REISK. Potest subaudiri: modo memineris non esse oratorum consectari dialecticam in ratiocinando subtilitatem. SCHAEF.

366, 24. ἑκάστῳ] Ad vocabulum ἑκάστῳ subaudi τῶν Φωκέων. Unicuique Phocensium non est oratio, hoc est, Phocensium nemo cogitat (in mentem sibi venire non patitur) accusatorem agere εἰς τὰς Ἀθήνησιν εὐθύνας, in judiciis peculatus aut repetundarum, quae Athenis habentur, sed hoc animum ejus (vel cujusque) sollicitat, quod serviendum sibi sit et prae formidine emoriendum. REISK. κατηγορεῖν τὰς Ἀθήνησιν εὐθύνας i. q. κατηγορεῖν Ἀθήνησι παραπρεσβείας. SCHAEF.

366, 25. ἀλλὰ δουλεύειν] ἀλλ' οὐ δουλεύειν S. aliique: unde ἀλλὰ τοῦ δουλεύειν Dobraeus.

366, 26. τεθνάναι τῷ φόβῳ Θηβαίους] De hac structura v. ad p. 53, 10.

366, 27. διῳκισμένοι κατὰ κώμας] Amphictyonum enim decreto Phocensium urbium moenia diruta fuere ipsique coacti per vicos habitare qui certo spatio invicem distarent, quo facto impedirentur quominus conjuncti novi quid molirentur. Cf. Diodor. 16, 60. GREVE.

367, 1. δεικνύναι] Scil. κελεύετε, quod ex praecedente μὴ ἐᾶτε supplendum.

ὑπέσχετο] Aeschines.

367, 6. τοῖς φίλοις] In quibus ego sum, quem suo juvarent testimonio, si adessent. SCHAEF.

367, 7. *τοὺς ἐχθροὺς*] In quibus tu es, quem suo affligerent testimonio, si adessent. SCHAEF.

χωρὶς τῆς ἄλλης αἰσχύνης καὶ ἀδοξίας] Cave ἄλλης abundare putes. V. mea in Jacobsii annotat. ad Anthol. Palat. p. 973. et Ind. Graec. ad Porsoni Medeam p. 126. s. ed. tert. Lips. Non absimilis usus adjectivi ἄλλος p. 372, 27. 373, 16. SCHAEF. *Not to mention the disgrace too* (as well as the dangers). ut vertit Shilleto.

367, 11. *κυρίους εἶναι Πυλῶν*] Maximi semper habita est possessio Thermopylarum, quas p. 397. cum Thracia *χρησιμώτατον τόπον τῆς οἰκουμένης* vocat. Cf. Herodot. 7, 176. Ex Thessalia enim nonnisi his superatis in reliquam Graeciam veniri poterat. GREVE.

τίς γὰρ οὐκ οἶδεν κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 324. *καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἐπιπλέξαι* (vocabula eadem mox repeti) *δοκεῖ μὲν τοῦ ἀφελοῦς εἶναι λόγου, ἐκλύει δὲ τὸν τόνον τοῦ πολιτικοῦ λόγου. ὡς καὶ ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας ὁ Δημοσθένης· τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι τῷ τῶν Φωκέων πολέμῳ καὶ τῷ κυρίους εἶναι Πυλῶν Φωκέας.* Hactenus simplicitas orationis tenuis. Jam redit contentio nervorum orationis civilis: *ταύτην μέντοι τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἀσφάλειαν.* Hic addit Aristides judicium suum: *ἐπιφορικῶς ὡς ἐν συμπληρώσει ἐπήνεγκε*, *quod posterius acriore quadam vi, velut in clausula sententiae, orator adjecit.* REISK.

ὑμῶν] Omittit Aristides. REISK.

Φωκέων] *τῶν Φωκέων* idem. REISK.

367, 12. *ἥ τε ἀπὸ Θηβαίων ἄδεια*] V. Meletem. Crit. p. 84. s. SCHAEF.

367, 15. *πραγμάτων αὐτῶν*] Vult auctor *negotium, difficultatem, molestiam*, quam Philippo exhibebant istae Pylarum angustiae. Ea est creberrima notio vocis *πραγμάτων*. Ita modo p. 369, 9. *ἡ τοῖς ἄλλοις ἀγαθῶν αἰτία τοσούτων πραγμάτων καὶ τηλικαύτης ταραχῆς ἡμῖν αἰτία γέγονε.* Et rursus p. 396. 22. *οἵοις κακοῖς καὶ πράγμασι—συνεσχόμην, ἑωράκατε.* Denique p. 384. pen. *τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἐν οἷς ἦν τότε.* Add. de Cor. p. 232, 3, 240, 4. TAYLOR. Malim intelligere bellum a Phocensibus continuo gestum, quod praeter Pylarum angustias Atticam adversus Philippum Thebanosque tutabatur. Conf. v. 11. et 20. SCHAEF.

367, 17. *τετειχισμένην*] *ἀσφάλεια τετειχισμένη ὅπλοις*—et *ἀναστᾳθεῖσα* metaphorice dictum est, sed ea metaphora, quae hujus loci gravitatem deceat: tantum abest ut cum Wolfio dicam duriuscule dictum esse. Atque amat orator hujusmodi tropos. Sic metaphorice usurpatur *τειχισμὸς* p. 325, 25. et *τεῖχος* p. 559. 25. SCHAEF.

367, 21. *ἡ πρότερον βοήθεια ἡ εἰς Πύλας*] Athenienses, quum Philippus Phocenses duce Onomarcho vicisset, hunc prohibuerunt quominus ad Thermopylas accederet. Cf. p. 443, 27. GREVE. Olymp. 106, 4. (A. C. 352.) V. Clinton. F. H. ad Olymp. 107, 1.

367, 22. ἢ διακοσίων] Est attractio: ne putes particulam redundare. V. not. ad p. 329, 16. SCHAEF.

367, 25. κατὰ Θηβαίων] De Thebanis. REISK. Scilic. fore ut poenas darent. SCHAEF.

367, 28. τοῦτ' ἀκούσατέ μου] En expletam constructionem, quae aliis elliptica locis fuit cum Reizium falleret. V. libellum de Accent. Inclin. p. 97. ss. ad eumque annotationem Fr. A. Wolfii p. 100. SCHAEF.

368, 3. πρὸς Θηβαίους] V. not. ad p. 66, 10. SCHAEF.

368, 5. ψήφισμα—τὸ τοῦ Διοφάντου] Diophantus memoratur p. 403, 11. 436, 13. 498, 26.

368, 6. Καλλισθένους] Hoc psephisma recitari jusserat Demosth. in orat. de cor. p. 237. extr. cujus in locum nunc illic aliud suffectum est similis argumenti psephisma. V. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 415.

368, 10. κατεκομίζεσθε] Scilicet traducebantur in loca inferiora s. mari viciniora. SCHAEF. Aeschines taxes Demosthenes with it: διὰ τὴν σὴν ἀνανδρίαν καὶ ἅμα φθόνον (p. 306.), and many years afterwards he describes the alarm of the Athenians, φοβηθέντες ἐσκευαγωγήσατε (p. 471.) SHILLETO.

368, 11. Ἡράκλεια] Harpocration s. h. v. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. πολλῶν ὄντων τῶν κατὰ τὴν Ἀττικὴν Ἡρακλείων, νῦν ἂν ὁ Δημοσθένης μνημονεύοι ἤτοι τῶν ἐν Μαραθῶνι, ἢ τῶν ἐν Κυνοσάργει· ταῦτα γὰρ μάλιστα διὰ τιμῆς εἶχον Ἀθηναῖοι. Corsinus Fast. Att. vol. 2. p. 335. e Demosthenis loco p. 379, 28. collegit Heraclea ultimis Scirophorionis diebus celebrata esse. Fr. Vatero notitiam debeo, e qua perspicuum fit Heraclea sequenti demum mense Hecatombaeone, et quidem tempore Panathenaeorum acta esse. Steph. Byz. v. Ἐχελίδαι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἐχέλου ἥρωος. οὗτος δ' ἀπὸ Ἕλους τόπου, μεταξὺ ὄντος τοῦ Πειραιέως καὶ τοῦ τετρακώμου Ἡρακλείου, ἐν ᾧ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν τοῖς Παναθηναίοις. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 655.

368, 12. ὃ καὶ θαυμάζω, εἰ—] Similia haec. Euripides Phoeniss. 270. s. ὃ καὶ δέδοικα, μή με δικτύων ἔσω λαβόντες οὐ μεθῶσ' ἀναίμακτον χρόα. Aristophanes Ecclesiaz. 338. ὃ καὶ δέδοικα, μή τι δρᾷ νεώτερον. Brunckius: "id est δι' ὅ." Non puto. Est vulgaris constructio verbi activi, quaeque sequitur enuntiatio, εἰ—, μή—, exegesis est rei, quam quis miratur aut metuit. SCHAEF.

368, 15—18. Prius psephisma est laetum illud atque gloriosum urbi, Diophanteum: alterum est Callisthenicum, triste, luctuosum et ignominiosum. REISK.

368, 24. Πορθμῷ] Conf. Phil. 3. p. 119. Misit enim Philippus Hipponicum cum mille conductitiis ad Porthmum Euboeae civitatem occupandum. GREVE. Adde Phil. 4. p. 133. de cor. p. 248.

369, 3. Οἶδα τοίνυν ὅτι κ. τ. λ.] Locum hunc citat et explicat Maximus sophista de Insolubilibus p. 576. REISK.

369, 8. ἔστι δὲ—τούτου] ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα κατηγορήματα τούτου Maximus.

369, 10. ἀγαθῶν—πραγμάτων] Eadem oppositio in Aristophan. Plut. 651. ubi v. schol. et Hemsterhus. SCHAEF.

369, 11. εἶναι] Dicere, indicare, significare, prodere. REISK.

369, 14. τριήρεις τριακόσιαι] V. ad p. 181, 18.

369, 20. μεγάλαι] Post hanc vocem sequitur in Maximo sophista: τὰ δὲ ἐκείνου οὐδεὶς ἀπέδοτο, ὡς οὗτοι τὰ ἡμέτερα. οὐ δὴ δίκαιον etc. deinceps, uti in v. 25. Intermedia desiderantur. TAYLOR.

369, 21. πραγμάτων] πραγμάτων κατασκευή, apparatus, copiae rerum ad principatum obtinendum idonearum. Nam πράγματα sunt Demostheni facultates, potentia, principatus, imperium. REISK. Intelligendum quidquid pertinet ad internas regni aut reip. vires, quae censentur ὅπλοις, χώρᾳ et προσόδοις. Opponuntur οἱ σύμμαχοι. SCHAEF.

αὐτοῖς] *Sibimet ipsis*, scilicet in libera civitate. SCHAEF.

369, 22. τοῖς κρείττοσι] *Potentioribus*, ubi aut unus regnat aut oligarchis civitas subjecta est. SCHAEF.

369, 23. ἀπόλωλε καὶ γέγονεν ἀσθενής] Gravius praecedit, sequitur levius. Sic passim orator. ἀπώλλυε καὶ ἐλυμαίνετο p. 119, 2. ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν p. 121, 7. ἀπόλωλε καὶ διέφθαρται pag. 372, 23. SCHAEF.

369, 25. ἀμφότερα—ὑπῆρχεν] Maximus ita: ἀμφότερα ηὐξῆσθαι, καὶ τὰ τῆς χώρας, καὶ τὰ τῶν συμμάχων· ἃ δὲ ἡμῖν δικαίως ἂν ὑπῆρχεν κ. τ. λ. TAYLOR.

369, 27. ὑμῖν δὲ—λογίζεσθαι] Hic est ordo verborum: οὐ δίκαιον ταῦτα, ἃ ὑπῆρχεν ἂν ἡμῖν δικαίως ἐκ τῆς εἰρήνης, λογίζεσθαι ἀντὶ τούτων, ἃ οὗτοι ἀπέδοντο. τί δὲ ἀπέδοντο; τὴν τῶν πραγμάτων κατασκευὴν καὶ τῶν συμμάχων. WOLF.

370, 1. ταῦτ'] Vectigalia, prosperitatem negotiationis per mare, affluentiam rerum in foro venalium. REISK.

ἀνθ' ὧν] Pro iis, quae hi Philippo vendiderunt, scilic. sociis nostris. REISK. Non soli socii intelligendi. SCHAEF.

λογίζεσθαι] Passive intelligendum. SCHAEF.

ταῦτ'] Copiae annonariae et similes opes atque fortunae, item accessio Chersonesi. REISK.

370, 2. ἀντ' ἐκείνων] Pro istis, sociis puta, quibus multati sumus atque denudati. REISK. Vid. not. ad ἀνθ' ὧν v. 1. SCHAEF.

οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] V. ad p. 100, 10.

370, 3. εἰ μὴ διὰ τούτους] εἰ μὴ οὗτοι ἐμποδὼν ἐγένοντο. Isocrates in Panegyrico: καὶ γὰρ τούτους περιγενέσθαι τῆς βασιλέως δυναμέως ὁμολογοῦσιν, εἰ μὴ διὰ Κῦρον. τουτέστιν, εἰ μὴ ὁ Κῦρος τῆς νίκης ἀπεστέρησεν. WOLF. *If it had not been for Cyrus.* TAYLOR. Scilicet ἐκωλύθη προσεῖναι. Vid. p. 364, 10. REISK.

370, 8. σῶσαι τουτονί] Subaudi αἴτιον ὄντα. REISK. Aptius subaudias ὡς πεπραγμένον δι' αὐτόν. SCHAEF.

370, 10. χάριν—ὀργὴν—ποιεῖσθε] Herodotus 3, 25. ὁ Καμβύσης

ὀργὴν ποιησάμενος ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. ubi v. Valckenarius. Alterius locutionis, *χάριν ποιεῖσθαι,* exemplum aliud praeter hoc Demosthenicum non habeo in promtu. Sed etiamsi hoc solum reperiatur, satis tamen superque tuetur et analogia tot similium locutionum et vero schema syntacticum, de quo omnium fusissime scripsit Dorvillius ad Chariton. p. 440. ss. ed. Lips. Videntur tamen jam olim fuisse qui ad hasce phrases offenderent. Nam in S. Q. adscriptum ad v. *ποιεῖσθε* legitur *γρ. ἀπονείματε αὐτῷ.* Quod nisi interpretantis est, est temere interpolantis vulgatam. SCHAEF.

370, 21. *τὰ ὁμολογούμενα ἀπολογούμενον*] This might be rendered "bringing forward in his defence admitted points," "resting his defence on admitted points:" and as far as idiom is concerned, this is the ordinary meaning of *ἀπολογεῖσθαι* with the *accusative:* but the context seems to require the other translation, and we find in Macart. p. 1052. §. 9. *οὐδ' ἀπολογήσασθαί μοι ἐγένετο οὐδὲ πολλοστὸν μέρος ὧν κατεψεύδοντο ἡμῶν,* where *περὶ* or *ὑπὲρ* with a *genitive*, would have been more usual: *excusare, with an accusative*, has the double meaning. SHILLETO.

370, 23. *μετὰ ταῦτα εἰρήνην κ. τ. λ.*] Citat h. l. Aristides p. 424. in exemplum orationis simplicis. REISK.

370, 27. *Αἰσχίνην*] De constructione verbi *μέμφεσθαι* v. Anecd. Bekk. p. 156. et Georgii Lecapeni Excerpta p. 71. SCHAEF.

371, 4. *ὅθεν*] Id est *ἐντεῦθεν, ὅπου—. Illinc, ubi—.* REISK.

ὅθεν—] Subaudi *φαίην ἄν.* SCHAEF.

371, 8. *ἐπὶ τοὺς ὅρκους*] Id est *ἐπὶ τὴν πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους.* REISK.

371, 10. *ἐπὶ τοῦ πολέμου*] *ἐπί, in,* ut p. 387, 22. *ἐπὶ τῆς εἰρήνης, in pace.* p. 307, 9. *ἐπὶ τῆς ἀποδημίας.* MARKLAND. Gravissime hoc additur: nam est invidiosissimum *τοὺς ἐπὶ τοῦ πολέμου διασωθέντας ἀπολλύναι ἐπὶ τῆς εἰρήνης.* SCHAEF.

371, 11. *τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα*] Malim, si opus sit correctione, *τηλικαῦτα καὶ τοσαῦτα,* quae saepissime quidem conjunguntur: uti infra p. 378, 19. *τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀδικημάτων αἴτιος.* et p. 379, 13. *ἐπὶ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀγαθά.* Ita infra p. 448, 25. *τούτων οὐδὲν, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὄντων.* et alibi passim. Sed et conjunguntur quoque *τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα,* ut exempli caussa p. 355, 2. TAYLOR.

371, 14. *λόγου τυχεῖν*] "*Was* allowed to speak," i. e. by his ambassadors, or any of the Macedonian party in Athens. The spirit of hostility against Philip had been so rancorous, that the extreme party had threatened to impeach any one who should propose to open a negotiation for peace, and when Philocrates first ventured to take this step he actually was impeached by one Lycinus, and defended by Demosthenes, and acquitted. See Aeschin. p. 29, 30. St. (196—203. R.) SHILLETO.

371, 15. *Κτησιφῶν καὶ Ἀριστόδημος*] V. ad p. 344, 21.

τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην] *τὴν ἀρχὴν* omittunt libri nonnulli.

τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην est bona et usu contrita dictio, similis alteri contrariae, τὸ ἔσχατον τέλος. *Primum exordium* et *extremus finis* quis neget latinum esse? Et aliae quoque nullae non linguae talia ferunt. REISK. Nihil miri hac in locutione. Sed insolentior videtur illa, τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην φέρειν τοῖς φενακισμοῖς, ubi Reiskius Ind. Graecit. φέρειν interpretatur *ferre culpam criminis, auferre*. Non probo. Quid Demosthenes voluerit non obscure indicant sequentia, παρέδωκαν, ἐκδεξάμενοι. Significatur igitur curatio suscepti negotii, quod deinde alii tradas porro curandum. SCHAEF.

371, 17. τὰ πράγμαθ'] Nominativus est cum ἧκεν conjungendus.

371, 21. ὢν οἶμαι πανοῦργος κ. τ. λ.] "The defendant, being, I take it, a scoundrel and a detestable villain, and—an assembly-clerk." This instance of παρὰ προσδοκίαν, which I have no doubt would *tell* with an Athenian audience, is strangely lost sight of by such as would omit καὶ before γραμματεύς. Aeschines is certainly called ὄλεθρος γραμματεύς de Coron. p. 269. §. 162. (but γραμματεὺς is there opposed to Aeacus, Rhadamanthus and Minos, and even there is not without its sting). Here there is no opposition whatever, or indeed any force in saying "as he is a detestable assembly-clerk:" but granting that there was something opprobrious in the name (which Schaefer denies) the climax, introduced as it is so unexpectedly, is in the true style of oratorical wit. For the opprobrious sense attached to this word see particularly p. 442. §. 360, 361. εἶτα γεωργεῖς (*you are a country gentleman*)......πρὸ μὲν τοῦ.. ...ὡμολόγει γεγραμματευκέναι......ἐπειδὴ δέ......κἂν ὁ γεγραμματευκὼς Αἰσχίνης (*Mr. Ex-clerk Aeschines*) εἴπῃ τις, ἐχθρὸς εὐθέως καὶ κακῶς φησὶν ἀκηκοέναι. See also, in the finest extant specimen of λοιδορία, de Coron. p. 314. §. 32. τὸ κάλλιστον ἐξελέξω τῶν ἔργων γραμματεύειν καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἀρχιδίοις, whereafter immediately follows the insinuation that Aeschines actually rose in caste, when he emerged from this menial office and became a *third-rate actor*. SHILLETO.

371, 28. τοὔνομα γοῦν φιλάνθρωπον] Recte interpretatur Shilleto, *its name at least* (the idea attached to it) *is humane and merciful*, and therefore popular. Cf. p. 748. τὴν τοῦ ὀνόματος (τῆς σωτηρίας) φιλανθρωπίαν ὅτι ταύτην ἂν μάλιστα προσεῖσθε κατεῖδε.

ἣν δέδοικα—ἄγοντες] Disputatur utrum ita distingui oporteat: ἣν (εἰρήνην scilicet)—δέδοικα, μὴ λελήθαμεν ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ἐπὶ πολλῷ, ἄγοντες, an ita: ἣν—δέδοικα μὴ λελήθαμεν, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι, ἐπὶ πολλῷ ἄγοντες. Priorem distinctionem amplectitur Marklandus, posteriorem, uti ex versione liquet, Wolfius. Quam ego quoque amplector. TAYLOR. ἐπὶ πολλῷ, scilicet τόκῳ. Veteres scholiastae ad h. l. admonebant oportere κακῷ subaudiri: ad sententiam non male. In Augustani primi margine adscriptum legitur λείπει κακῷ: id quod falsum est. Non id posuit orator, et ne voluit quidem quemquam id subaudire. Hodie tamen nemini vetitum est in mente sua pro meta-

phorica voce τόκῳ hanc simpliciorem et planiorem, κακῷ, subjicere. REISK. Marklandi distinctionem commendat similis locus p. 13, 20. δέδοικα—μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν. Neque ego dubito praeferendam esse alteri, quam Wolfium secuti editores adsciverunt. Scilicet orator Athenienses conditionibus tam iniquis pacem pactos, ut quae careat τῷ ἀσφαλεῖ καὶ τῷ βεβαίῳ, comparat cum hominibus, non qui omnino pecuniam fenore sumant, (id quod licet facias fructuosissime,) sed qui grandi sumant, quos metuendum sit ne fenoris gravitas mox oppressos bonis omnibus exuat. SCHAEF. ἐπὶ πολλῷ ita positum est ut ad utrumque verbum, et δανειζόμενοι et ἄγοντες, pertineat: ut recte monuit Shilleto. Ceterum conf. ad p. 13, 22.

372, 3. οὐ μὴν—] Sensus: Etsi pax mihi videtur infida, tamen, cuicuimodi est, nego auctorem ejus habendum esse Aeschinem. SCHAEF.

372, 5. τοῦτόν] F. τούτους, ut v. 11. MARKLAND. Aliquanto aptior h. l. singularis: occurritur enim Aeschini pacis factae laudem sibi vindicaturo. SCHAEF.

372, 12. εἴργετ'—λόγων] Aristides de D. C. p. 268. καὶ σχῆμα δὲ οὕτω γίνεται σφοδρότης, ὅταν τις ἐπιφορικοῖς χρῆται τοῖς σχήμασιν. οἷον· εἴργετε οὖν, εἴργετε αὐτὸν τῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης λόγων. REISK.

372, 14. οὐ γὰρ—διαβέβληται] Citat Tiberius p. 43. SCHAEF.

ὑπὲρ τῆς εἰρήνης] δι' αὐτὴν εἰρήνην Tiberius. Scripserat Technicus διὰ τὴν εἰρήνην. SCHAEF.

οὐ] οὐκ Tiberius, quo non opus, cum vox post hanc particulam paullulum inhibeatur. De hac iteratione negativae v. Elmsleius ad Sophoclis Ajac. 970. (post Marklandi Iphigenias p. 318. ed. Lips.) SCHAEF.

372, 26. ὑμᾶς ἀξιοῦν] Scil. προσάγειν vel τοῦτο ποιεῖν. REISK.

372, 27. δι' ἄλλην ἄγνοιαν] Recurrit p. 373, 16. Vid. not. ad p. 367, 7. SCHAEF.

373, 1. σκήψεων] *Caussationum.* Infra v. 10. redundantia oratoria σκήψεις καὶ προφάσεις. SCHAEF.

373, 2. πολιτικὴ] Recte interpretatur Shilleto *one which you would take from a statesman, from one who enters upon the arena of politics.* Sic p. 229. οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιον. p. 584. οὐ γὰρ ἐκ πολιτικῆς αἰτίας—κρίνεται, i. e. the trial arising from the προβολὴ laid before the people touching Midias does not involve any charge against his conduct as a public man.

373, 5. προσέλθῃ] Subaudi πρὸς τὰ κοινά, ut p. 312, 28., s. simplicius ὑμῖν, quemadmodum p. 229, 13. dicitur προσελθεῖν τῷ δήμῳ. SCHAEF.

373, 10. σκήψεις καὶ προφάσεις] Eadem conjuncta p. 527. SHILLETO.

373, 17. *λελυμασμένος*] *δούλου λελυμασμένου τὰ τῶν δεσποτῶν* p. 1109, 27. Dinarchus p. 94, 3. *τῶν τὴν πατρίδα λελυμασμένων.* Sed in Midiana p. 570, 20. legas: *ἵππαρχος δὲ χειροτονηθεὶς λελύμανται τὸ ἱππικὸν ὑμῶν.* Cujus diversitatis non aliam caussam excogito quam delicatum aurium sensum. qui aliam alibi formam praeoptaret: velut *λελυμασμένος* quod displiceret videtur habuisse. SCHAEF.

373, 23. *ἀνάγκη δήπου τοὺς λόγους κ. τ. λ.*] Sensus: Necesse est Aeschines, si fraudis insons est, illa de Phocensibus, Thespiis Euboeaque vobis nuntiaverit. aut quod revera audivisset Philippum talia polliceri, aut quod Macedonis humanitatem speciosam quo non debebat sensu interpretans deceptus vanaque spe laetatus esset. SCHAEF.

373, 26. *καὶ τῆς Εὐβοίας*] Pro istis verbis reponit Lambinus *καὶ τῶν Θηβαίων.* Nimirum opus est Thebanis, verum fortasse, non ut excluderentur Euboeenses. Vide supra ad p. 352, 20. TAYLOR. Talibus locis non texitur plenus catalogus. sed satis est partem commemorari. Alioqui dicas etiam Plataeis hic opus esse. V. p. 347, 20. 375, 6. 11. SCHAEF.

373, 27. *δυοῖν θάτερον*] Id est *δι' ἕτερον ἐκ δυοῖν.* REISK. Sed v. not. ad p. 113, 12. SCHAEF.

διαρρήδην] Junge cum *ὑποσχομένου.* SCHAEF. The collocation is for the sake of emphasis, as Thucyd. 6, 49. *Λάμαχος δὲ ἄντικρυς ἔφη χρῆναι πλεῖν* where some have joined *ἄντικρυς* with *ἔφη*, which is unquestionably correct in point of the language, but certainly not of the sense. The advice of Lamachus was not simply "to sail to Syracuse" (Alcibiades had expressed the same opinion, only he wished to try his talents for intrigue and negotiation first), but "to sail *directly*," while they were yet unprepared, and to strike at once a decisive blow. So in Leptin. p. 488. §. 116. *πάνυ τοίνυν σπουδῇ τις ἀπήγγειλέ μοι...τοιοῦτόν τι λέγειν αὐτοὺς παρεσκευάσθαι*, where F. A. Wolf. *quidam nuntiavit mihi serio*, I should prefer to join *πάνυ σπουδῇ* with *παρεσκευάσθαι.* The serious ad important air of the narrator appears to me less necessary for the orator to mention than the earnest manner of Leptines and his party and the great stress they would lay on this their grand argument. SHILLETO.

373, 28. *ταῦτα πράξει—*] Citat hunc locum Dionysius p. 197. Sed locus ille vehementer est corruptus. REISK.

πράξει καὶ ποιήσει] V. ad p. 245, 27. SCHAEF.

374, 2. *οὐκ—χωρίς*] Subaudi *εἰπεῖν.* *Non licet Aeschini horum unum*, utrumvis, *seorsim affirmare.* Ante *οὐκ ἔνεστι* deesse suspicor *ἀλλὰ*, ut: *ἀλλ' οὐκ ἔνεστι τούτων—.* Sed ratiocinium oratoris mihi non satis est perspicuum. Philippus si aperto mendacio Aeschini imposuit, gravissima utique huic erat caussa illum acerbissimo odio prosequendi. Sin autem Philippus tale quicquam ad Aeschinem praedicavit, odium debebat in Aeschinem solum recedere. Hunc decebat simplicitatem atque tarditatem suam odisse atque incusare, non Philippum culpa hac quidem in

caussa vacantem. REISK. Etiam in Ind. Graecit.: "χωρὶς. seorsum sumtum." Mire impedivit quod, nisi aliud egisset, vidisset esse longe expeditissimum. Genitivus τούτων regitur a praepositione χωρίς. Sic χωρὶς τούτων p. 388, 15. *Praeter haec duo ne unum quidem aliud hic locum habet. Ausser diesen zwey Fällen gibt es hierbey schlechterdings keinen dritten.* Apparet oratoris ratiocinium esse tam perspicuum, ut luculentius veriusque cogitari non possit. SCHAEF.

374, 10. εὐήθειαν καὶ πραότητα] Thomas M. p. 382. s. v. Εὐηθες:—παρὰ δὲ Δημοσθένει εἰς χρηστότητος τάξιν κεῖται· τὴν ἡμετέραν εὐήθειαν καὶ φιλανθρωπίαν. ubi codd. ὑμετέραν. τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν πραότητα τὴν ὑμετέραν p. 716, 26. Qui locus Grammatici memoriae fortasse simul obversabatur. SCHAEF.

374, 12. τοῦτον] Aeschinem.

374, 13. πρότερον] ἢ Αἰσχίνης scilicet. Quivis in accusandum Philippum pronior est quam Aeschines. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 225.

374, 16. ἰδίᾳ] Ut Aeschines foret, si a Philippo fraude circumventus esset. SCHAEF.

374, 18. ἐξηπατήθην] Scholiastae Hermogenis p. 148, 8. ὁ μέντοι Δημοσθένης καὶ τὰ ἐν λόγοις κατὰ τὰς ἀντιθετικὰς ἔλυσεν, ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου λέγων, ὅτι Φωκεῖς αἴτιοι τοῦ ἀπολέσθαι· ὅπερ ἐστὶν ἀντεγκληματικόν. καὶ Λακεδαιμόνιοι· ὅπερ ἐστὶ μεταστατικόν. καὶ Χερρόνησος σώζεται· ὅπερ ἐστὶν ἀντιστατικόν. καὶ ἐξηπατήθην· ὅπερ ἐστὶ συγγνωμονικόν. et p. 163, 11. Porphyrius: Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας, λέγοντος Αἰσχίνου περὶ Φωκέων ὅτι ἠπατήθην, ὅρα πῶς ἐκβολὴν ἐποιήσατο τοῦ χρώματος. ἔδει τοίνυν μισεῖν τὸν ἀπατήσαντα. ἀλλὰ μὴν οὐ μισεῖς. οὐκ ἄρα ἠπατήθης.—καὶ ὁ Δημοσθένης ἐξ ἀναιρέσεως· τούτων οὐδένα ἀκούω τῶν λόγων, οὐδὲ ὑμεῖς. REISK.

375, 2. Φίλιππον Ἀμφικτύονα εἶναι] Philippus finito bello adversus Phocenses Amphictyon in horum locum creatus legatos Athenas quoque misit, ut populus Atheniensis hoc decretum confirmaret. V. argum. orationis de pace ipsaque oratio. GREVE.

375, 7. οὗτος—ὁ δὲ] Aeschines—Philippus.

375, 11. Θεσπιὰς καὶ Πλαταιάς] V. ad p. 59, 12.

τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν] Has enim urbes occuparant Phocenses, unde Boeotos diu infestaverunt. V. p. 387. et Diodor. 16, 58. GREVE.

375, 13. ἀντεῖπεν—διῆρε τὸ στόμα] Junguntur etiam p. 405, 26. διάρας τὰ χείλη e Demosthene citat grammaticus Hermanni p. 358. SCHAEF.

375, 15. καὶ οὐχὶ—τηλικοῦτον ὂν] V. ad p. 125, 2.

375, 16. συνεῖπε μόνος] Ipse tamen Demosthenes in oratione de pace Atheniensibus suasit ut pacis conservandae caussa hoc decretum confirmarent, quare auctori argumenti illius orationis scripta quidem, non tamen dicta fuisse videtur; non enim ausus esset Aeschini illud objicere quod ipse fecisset. GREVE.

375, 18. θορυβούντων] Mox v. 22. τοὺς θορυβοῦντας. Quod

Reiskius Ind. Graecit. perperam interpretatur de assentientibus: quippe hic significat contrarium. V. not. ad p. 167, 4. SCHAEF.

375, 21. *ἐνδεικνύμενος*] V. Reisk. Ind. Graecit. et H. Stephani Thesaur. SCHAEF.

375, 24. *αὐτὸς ὢν—στρατιώτης*] Respondet ad haec Aeschines p. 50, 51. (329.—334. R.) ab Dobraeo citatus.

375, 26. *μηδ' ἦν ὥστ' ἰδεῖν ἅπαντας*] Ambigas nonnihil quomodo *ἦν* interpreteris. Si impersonale est (*liceret*), apparet *ὥστε* abundanter esse additum. Sic Sophocles Philoct. 656. *ἆρ' ἔστιν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν;* Euripides Hippol. 702. *ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον.* Haec interpretandi ratio num aliis probetur ignoro: mihi, ut poeticae orationis, nisi fallor, propria, parum placet. Igitur ad *ἦν* ex antecedentibus repetam *ὁ ἔχων*. *neque esset* (inter nos versaretur). *at cum nemo non oculis cernat.* Sophocles Electr. 1454. *πάρεστ' ἆρ' ἡμῖν ὥστε κἀμφανῆ μαθεῖν;* SCHAEF. Simplicior prior ratio, quae nihil caussae est cur aliena judicetur ab oratione prosa.

375, 28. *ὡμολόγει*] Se aurum Macedonicum habere. REISK.

375, 29. *ἀλλὰ καὶ—τραπέζαις*] Citat Suidas s. v. *ἀντικαταλλαττόμενος.*

376, 1. *ἐδείκνυεν*] Hoc aurum ostentavit. REISK.

πυροπωλῶν, οἰκοδομῶν κ. τ. λ.] Minucianus p. 164. *εἰ Φιλοκράτης πέφηνε πυρπολῶν, ξυλλέγων* (sic), *τὸ χρυσίον ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καταλλαττόμενος, καὶ τούτων κοινωνῶν τῶν πραγμάτων Αἰσχίνης, εὔδηλον ὅτι καὶ οὗτος δεδωροδόκηκεν. ἀπὸ τοῦ μέρους ἐπὶ τὸ ὅλον.* Constat Technicum e memoria recitantem rem referre, non verba. REISK.

πυροπωλῶν] Nempe Philocrates quaestum faciebat vendendo tritico, quod a Philippo acceperat. V. p. 386, 3. SCHAEF.

376, 2. *ξυληγῶν*] Vid. Pollux 7, 29. Conjunge nostrum inferius p. 386, 3. et 426, 1. TAYLOR. Conf. Xenophont. Hellen. 6, 1, 11. ibique annotat. Schneideri. SCHAEF.

376, 3. *καταλλαττόμενος*] The charge against Philocrates is proved not from his suddenly becoming a rich man, but from the peculiar species of money which he displayed. See Polycl. p. 1216. §. 40. *ἡ τιμὴ τίς ἦν καὶ νόμισμα ποδαπὸν καὶ ὁπόσου ἡ καταλλαγὴ ἦν τῷ ἀργυρίῳ* (*the agio, the exchange between different countries*). Comp. Diphil. in *Πολυπράγμονι* ap. Athen. 6. p. 225 B. *ἔπειτ' ἐὰν τἀργύριον αὐτῷ καταβάλῃς. | ἐπράξατ' Αἰγιναῖον· ἂν δ' αὐτὸν δέῃ | κέρματ' ἀποδοῦναι, προσαπέδωκεν Ἀττικά. | κατ' ἀμφότερα δὲ τὴν καταλλαγὴν ἔχει.* (The *Aeginetan drachma* was equivalent to *ten Attic obols*) Euphron in *Ἀποδιδούσῃ*. ap. Athen. 11. p. 503 A. *ὥσπερ χρυσίου | φωνῆς ἀπότισον, Πυργόθεμι, καταλλαγήν.* Poll. 7. 170. mentions, among other expressions relating to *banking*, *καὶ τὸ καταλλάττειν νόμισμα.* SHILLETO.

376, 4. *τοῦτον*] Philocratem. REISK.

376, 5. *τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦντα*] Qu. de diastole, *τὸν, αὐτὸν ὁ.* V. p. 410, 4. 459, 22. 714, 10. 1088, 3. 1281, 26. DOBR.

Non opus diastole, quum sententia verborum per se sit manifesta.

376, 6. ὅστις] Quod in libris plerisque omnibus est ὥσθ' librarii error esse videtur, etsi aliquo modo defendi potest, quod fecit Bernhardyus in Syntaxi p. 388.

376, 21. οὐδαμοῦ γὰρ ἂν φανῆναι] *Futurum fuisse ut ille per se solus nihili fieret.* Plato Gorg. p. 456 C. οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρόν. V. Heindorfius ad h. l. et Wyttenbachius ad Platon. Phaedon. p. 182. in Additam. (Miscellan. Crit. 2. 1. p. 77.) nostrum locum secus intelligens, nisi forte satis habuit sensum ejus utcunque reddidisse. SCHAEF.

376, 22. τοὺς συναγωνιζομένους] Sensus, *nisi collusores ejus ex horum numero fuissent.* SCHAEF.

376, 26. ἀναστὰς—πεπραγμένα] Citant Anecd. Bekk. p. 125, 9. SCHAEF.

377, 5. ὁ μὲν οὐχ ὑπεύθυνος] Forte quia jam praeterierattempus, intra quod id fieri oportebat. GREVE.

377, 6. ἐκεῖνος] Philocrates. MARKLAND. Ego ἐκεῖνος aliter intelligo. Scilicet: τῷ δὲ (Phrynoni) κηδεστὴς ἦν ἐκεῖνος (Philippus). Consule Ulpianum ad hunc locum iterumque Demosthenem p. 412, 24. et p. 413, 22. denique ad p. 402, 25. et Suidam v. Φρύνων. TAYLOR. ἐκεῖ (ut alii libri), *ibi*, in Macedonia puta. ἐκεῖνος, quod certatim probant, ego nullo modo probo. At recte Taylorus de Phrynone, socero Philippi, interpretatur. Virulentum hoc est in ambos scomma. REISK. Marklando assentior. κηδεστὴς sic usurpatum, ut Taylorus et Reiskius intellexerunt, comicum deceat, non oratorem graviter loquentem. SCHAEF. De Phrynone intellexit etiam Dobraeus, qui addit, "Ex scholiastae collatione cum Tzetza Chil. 6, 37. liquet haec de Demade male intellexisse rhetorem antiquum, quem sequuntur tum Tzetzes tum Suidas et schol. Hermogenis apud Ruhnk. Hist. Or. p. 73."

377, 10. μηδὲ ῥῆμα] Idem est ac si dixisset μηδὲ μέχρι ῥήματος. REISK.

377, 11. οὐδ' ἀφιέντων ἀφίησιν] Ludit in duplici significatione verbi ἀφίημι. *ut, neque si vos illum absolvatis, vos ille missos faciat. that, if you would even acquit him, he would not let you alone.* Similiter in Midiana p. 580, 19. οὗτος δὲ οὐδ' ἀφιέντα ἀφίησιν. MARKLAND. ἀφίεται recte libri meliores. Mavult Aeschines esse in crimine quam facere quod Philippus aegre ferat, quantumvis cupias, tam aequa conditione proposita, culpae insontem declarare. SCHAEF.

377, 18. ὁμολογεῖ, quod Reiskius ex conjectura posuit, in t. esse perhibetur: de quo dubito. "I think ὡμολόγει is to be retained, because Philocrates had gone into exile before this speech was delivered. See §. 124. ὡμολόγει, ἐδείκνυεν." SHILLETO.

377, 25. οὐδ' ἀποτυγχάνων] Nec quia quae bona fide suscepit

eventus frustratur. V. p. 373, 10., ubi opponitur *κατορθοῦν*. SCHAEF.

377. 26. *τοῦτ' ἔστι τὸ λαμπρόν*] Hoc est illud nobile argumentum quo fidit, se effert et jactat. Conf. p. 430, 27. REISK. Leptin. p. 471. §. 53. *ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὸ δεινόν ἐστιν* (*the very quintessence of disgraceful conduct*: as it is subsequently expressed *πῶς οὐχ ὑπερφυὲς ἢ ποιήσομεν*;) Aristocr. p. 690. §. 255. *ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἔστι τὸ δεινόν*, I. Aphob. p. 825. §. 45. Plato Gorg. p. 511 B. *οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγανακτητόν*; SHILLETO.

τὰ πράγματ'—] A similar reasoning we find in Aristot. 1. Rhetor. 15, 17. where he is shewing how advocates should argue if they have no witnesses, but only *probable arguments*. *καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐξαπατῆσαι τὰ εἰκότα* (*that probable arguments cannot impose upon a jury*: see on §. 105) *ἐπ' ἀργυρίῳ. καὶ ὅτι οὐχ ἁλίσκεται τὰ εἰκότα ψευδομαρτυριῶν*. The opposite party who has witnesses is to reply: *ὅτι οὐχ ὑπόδικα* (i. e. *ψευδομαρτυριῶν*) *τὰ εἰκότα*. SHILLETO.

377. 28. *ὡς ἢ πεπεισμένα—ἐξεταζόμενα φαίνεται*] Statum Graeciae talem esse, qualis nunc est, sive ideo, quod populorum Graecorum aliis oratione blanda aut idoneis argumentis esset persuasum ut vetustam sententiam suam mutarent et pro libertate Philippi susciperent imperium, sive quod alii hoc gratuito nescio cujus ducti gratia fecissent, sed eo sunt in loco, in quem tua proditio ea perduxit. REISK.

378, 1. *χαριζόμενα*] Cave intelligas passive fortasse inductus opposito *πεπεισμένα*. Activam vim habere docebit haec paraphrasis: *ὡς ἢ πεπεισμένοι ἢ χαριζόμενοί τῳ πράττομεν τοιαῦτα*. SCHAEF.

378, 4. *ἀπόκριναι γὰρ δεῦρ' κ. τ. λ.*] Huc spectat fortasse comma istud Suidae: *Ἀποκρίθητι. Δημοσθένης· ἀπόκριναι δεῦρό μοι παρελθών.—ἀλλὰ καὶ Δημοσθένης λέγει ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, ὡς προείρηται*. Adde Harpocrationem v. *Ἀπόκρισις*. Disertius aliquando idem Suidas v. *Δεῦρο*. Certe spectat Hermogenes verbis disertissimis: *ἀπόκριναι γὰρ δεῦρο ἀναστάς μοι· οὐ γὰρ δὴ δι' ἀπειρίαν γε οὐ φήσεις ἔχειν ὅ τι εἴποις*. p. 179. ed. Fr. Porti. TAYLOR. Harpocration. *Ἀπόκρισις, ἡ ἀπολογία.—Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου· ἀπόκριναι γὰρ δεῦρο παρελθών μοι*. Similiter Anecdota Bekkeri p. 429, 18. *Ἀπόκρισις· ἡ ἀπολογία.—ἀλλὰ καὶ Δημοσθένης ὁμοίως λέγει ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, ἀπόκριναι λέγων δεῦρό μοι παρελθών*. Eadem, non citato nominatim Demosthene, p. 208, 29. *Ἀπόκριναι γάρ μοι δεῦρο ἀναστάς· οὐ γὰρ δι' ἀπειρίαν ἀγνοήσεις ὅ τι εἴπῃς· οἱ μὲν τὸ ἀπόκριναί φασιν αὐτὸν εἰρηκέναι οὐκ ἐπὶ τῶν ἑξῆς πραγμάτων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἤδη εἰρημένων, ἵνα μὴ ζητῆται ἡ ἐρώτησις, οἱ δὲ τὸ ἀπόκριναί φασιν εἶναι ἀντὶ τοῦ ἀπολόγησαι*. Posteriores non male: quanquam non video quid nos cogat vocem alia quam propria significatione intelligere. Pessime priores *ἀπόκριναι* retulerunt ad ea, quae ante dicta sunt. Quod autem non sequitur *ἐρώτησις*, nemo mirabitur, qui meminerit oratorum morem verba ab alio ad alium abrupte subitoque convertendi. Adde quod conversionis

caussa hoc loco satis justa fuit. Cum enim, voce orantis post illa, δῆλον ὅτι πάνδεινος εἶ τις, paullum interquiescente, Aeschines dicto tam parum audiens esset, ut sedem non relinqueret propius accessurus ad suggestum, Demosthenes ad coronam conversus persequitur quae adversarium fuerat interrogaturus. SCHAEF.

378, 4. ἀπειρίαν] Infantiam, infacundiam, imperitiam in foro dicendi et agendi. REISK.

378, 5. οὐ φήσεις ἔχειν] Atticum est pro φήσεις οὐκ ἔχειν. *Negabis tibi esse quae dicas.* REISK.

ὃς γὰρ ἀγῶνας καινοὺς κ. τ. λ.] Alludit ad accusationem Timarchi, quae aeque est ἀμάρτυρος atque haec Demosthenica. WOLF. Alludit ad multa: ad pristinam artem quaestumque Aeschinis; ad novam et insolitam criminationem Timarchi jam senis et cui per anteactam vitam inusta non erat ea suspicio; ad rudimenta fortasse et tirocinium Aeschinis, qui nemini unquam ante hunc Timarchum diem dixerat; ad accusandi denique licentiam, cum non ex testibus, sed vulgi rumoribus et incerta fama nitebatur. Nonnulla hic scholiastes, qui est consulendus. Neque tamen vel eo magistro totam fabulam edisces aut hujus scommatis leporem omnem plene exhauries. Non enim omnia, quae ab antiquis allusorie et vellicatim jaciuntur, posteritati datum est ut probe intelligerent. Vid. Aeschinem π. παραπρεσβ. p. 45, 2. Brodaeum ad loc. Harpocrat. v. Διαμεμετρημένη, Maussacum, Victorium Var. Lect. 9, 20. alios. TAYLOR.

378, 6. δράματα] Subaudi καινά. SCHAEF.

καὶ τούτους ἀμαρτύρους] Argumentum certum τῆς δεινότητος accusatoris. SCHAEF.

πρὸς—ἡμέραν] Aliud ejusdem argumentum. Nam τὸ ὕδωρ non patiebatur orantem quantum vellet exspatiari. SCHAEF.

378, 7. διαμεμετρημένην τὴν ἡμέραν] This expression is found Nicostr. p. 1252. §. 25. ἡμέραις δ' οὐ πολλαῖς ὕστερον εἰσελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον πρὸς ἡμέραν διαμεμετρημένην. Aeschin. p. 45. St. =296 R. πρὸς ἕνδεκα γὰρ ἀμφορέας ἐν διαμεμετρημένῃ τῇ ἡμέρᾳ κρίνομαι. Harpocration, διαμεμετρημένη ἡμέρα· μέτρον τι ὕδατός ἐστι πρὸς μεμετρημένον ἡμέρας διάστημα ῥέον· ἐμετρεῖτο δὲ τῷ Ποσειδεῶνι μηνί. πρὸς δὴ τοῦτο ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες. διενέμετο δὲ εἰς τρία μέρη τὸ ὕδωρ, τὸ μὲν τῷ διώκοντι, τὸ δὲ τῷ φεύγοντι, τὸ τρίτον τοῖς δικάζουσι. ταῦτα δὲ σαφέστατα αὐτοὶ οἱ ῥήτορες δεδηλώκασιν, ὥσπερ καὶ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. (p. 82 St.=587 R.) σκεπτέον τὸ παρ' Ἰσαίῳ ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους, πῶς μεμετρημένης τῆς ἡμέρας, ὁτὲ μέν φασι χωρὶς ὕδατος γίνεσθαι τοὺς ἀγῶνας, ὁτὲ δὲ πρὸς ὕδωρ. (Valesius gives an example of this from Xenoph. Hellen. 1, 7, 23.) The same is found in Suidas in διαμ. ἡμ. and in Ποσειδεών. The expression is understood to signify πρὸς κλεψύδραν, or πρὸς ὕδωρ. The only trial ἄνευ ὕδατος which we know of was the γραφὴ κακώσεως, Harpocr. in κακώσεως. Why the great causes were particularly tried in Ποσειδεών, as we are led to infer from Harpocration's words, I do not see. Was the present action brought in

that month? Boehnecke Quaest. vol. 1. p. 735. appears to place it in August (Βοηδρομιών). SHILLETO.

378, 7. *αἱρεῖς διώκων*] Sic Aristoph. Vesp. 1207. *εἷλον διώκων*. DOBR.

378, 8. *πάνδεινος εἶ τις*] Plane assentior Marklando post haec verba deesse aliquid: forsan enthymema de Philocrate, quod refert Aeschines p. 29, 1—7. DOBR. Vana opinatio, nata illa, opinor, hinc, quod etiam Marklando post illud *ἀπόκριναι* videretur *ἐρώτησις ζητητέα*. V. not. ad v. 4. SCHAEF.

378, 9.—380, 15. Conf. Aeschin. p. 40, 30.—44. 46, 29. DOBR.

378, 18. *ἐξωμοσάμην*] V. Etymolog. M. p. 349. 40. et Zonaras p. 762. et 783. SCHAEF. Sc. *τὴν πρεσβείαν*. SHILLETO.

378, 20. *ἐκεχειροτόνητο*] Delectus jam fuerat, vel passus fuerat se deligi, nil recusaverat quominus deligeretur. Senior enim Aeschines erat oratore nostro. REISK. I am not sure that I understand this note. Translate *remained elected*. SHILLETO.

378, 23. *μετεώρων*] V. Dorvillius ad Chariton. p. 407. ed. Lips. SCHAEF.

σύλλογοι—παντοδαποὶ] *σύλλογοι πολλοὶ καὶ λόγοι* citat Alexander Rhetor p. 82. Quae verborum structura meis quidem auribus accidit suavior. Sed bene tenendum ita legi in Aldina, non in Upsaliensi, quam Norrmannus ad vulgatam composuit. Citat autem Alexander hunc locum in exemplum *παρονομασίας*, ob alliterationem eamque tam in vicino positam inter *σύλλογοι* et *λόγοι*. REISK. Ut ejusdem figurae exemplum Tiberius p. 47. ex hoc loco citat *σύλλογοι καὶ λόγοι παντοδαποί*. SCHAEF.

378, 26. *σύγκλητος ἐκκλησία*] Harpocration, *σύγκλητος ἐκκλησία· τῶν ἐκκλησιῶν αἱ μὲν ἐξ ἔθους καὶ κατὰ μῆνα ἐγίνοντο, εἰ δέ τι ἐξαίφνης κατεπείξειεν, ὥστε γενέσθαι ἐκκλησίαν, αὕτη ἐκαλεῖτο σύγκλητος ἐκκλησία. Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου.* De utroque genere v. Schoemann. de comit. p. 28.

379, 6. *ἐκεῖ*] Circa Macedoniam et Thraciam, aut in sinu Pylaico. REISK.

379, 7. *μὴ οὐ χρόνῳ*] *ἀντὶ τοῦ εἰ μὴ χρόνῳ*. WOLF. Non beneficio temporis, h. e. alia quadam via conanti, non diuturnitate temporis neque obsidione. REISK. Rectius: nisi diuturnitate et obsidione. Formulae vim pulcre perspexit Wolfius. Citans hunc locum Matthiae Grammat. Gr. §. 601. b. p. 887. subaudit *ληφθεῖσαι*. Malim, si quid subaudiendum, quod non puto, *λαμβανόμεναι*. Quae hujus formulae exempla dedi Melet. Crit. p. 108., eorum plerisque nostrum ad amussim congrueret, si orator pro *χαλεπαὶ λαβεῖν* scripsisset quod idem valet *οὐκ εὐάλωτοι*. Sed ad amussim congruit ibidem citato Sophoclis loco Oed. T. 12. s., ubi non fuit cur Elmsleius *μὴ οὐ* suspectaret. *δυσάλγητος* enim illic est *qui difficulter ad misericordiam movetur*, ut hic *χαλεπὸς λαβεῖν* *qui difficulter capitur*. Simul apparet *μὴ οὐ* recte sequi enuntiationem aientem. SCHAEF.

379, 11. μὴ μετ' αἰτίας τινὸς] *Nisi fieret cum caussatione.* Attende vim negativae, qua conditio indicatur. SCHAEF.

379, 12. τί λέγεις;—πρεσβεύεις;] Nempe haec nemo non dicturus erat Æschini, εἰ μὴ μετ' αἰτίας τινὸς ἐξωμόσατο. SCHAEF.

379, 14. ἔδει δὲ μένειν] "But it was for their advantage that he should stay behind:" "*what they wanted was*, &c." Comp. §. 47. and below p. 444. §. 370. p. 445. §. 372. Two brothers of Aeschines, Philochares and Aphobetus, are mentioned below §. 262. and in Aeschin. p. 48. St. = 314 R. The author of the second Argument p. 337, 338, calls this brother Eunomus, who probably was the nephew of Æschines. (Æschines mentions his nephew p. 40. St. = 271 R.) Which brother was elected in Aeschines' stead is uncertain. Boehnecke Quaest. vol. 1. p. 412. n. 1. thinks Aphobetus. SHILLETO.

379, 15. πῶς οὖν;] Solennis formula quaerentis quomodo agi oporteat. *Quomodo igitur agam, agas, agat?* etc. V. exempla collecta a Valckenario ad Euripidis Hippol. 598. et 1261. SCHAEF.

379, 17. ἐξώμοσεν] Alii libri ἐξωμόσατο. ἐξομνύναι *ejurare pro alio*, ἐξόμνυσθαι *ejurare pro se.* Sed ubi hoc verbum dicitur de testimonio, nihil interest activum an medium usurpetur. V. p. 396, 20. SCHAEF.

379, 20. τέλος εἶχε τὸ μίσθωμα] Ea res perfecta jam erat, ob quam Aeschines operam suam Philippo mercede addixerat. REISK.

ὥσπερ ἂν ἄλλο τι] Quasi operam locasset ad aliud quid curandum, non ad salutem Graeciae prodendam. SCHAEF. which I do not understand. Surely the words simply mean "just as any thing else might have done." Conf. p. 997. ὥσπερ ἄλλῳ τινί. Thucyd. 6, 18. ὥσπερ καὶ ἄλλο τι. SHILLETO.

379, 28. τὰ Ἡράκλεια] V. ad p. 368, 11.

380, 1. τηνικαῦτα —] V. Aeschines p. 49, 42. sq. DOBR.

380, 13. ἅπαντα ταῦτα ἀνελὼν] *Omnibus his*, quae itineri obstare debuerant, *sublatis.* SCHAEF.

380, 19. ὥστε μήτε—πέμψαι] Has legationes ad ludos Pythios tunc non missas fuisse magni periculi metum indicat, quum ejusmodi legatos violare nefas haberetur. GREVE. Ex verbis τοὺς ἐκ τῆς βουλῆς colligi potest senatorii ordinis fuisse qui ad ludos solemnes Athenis mitterentur. V. Maetzner. ad Dinarch. p. 139.

380, 22. οὗτος εἰς τὰ ἐπινίκια κ. τ. λ.] Scholiastes Hermogenis p. 144. οὕτω καὶ Δημοσθένης ἐχρήσατο ἐν τῷ παραπρεσβείας. τίς ὁ ἀδικήσας; Αἰσχίνης. πρεσβευτὴς ὢν τὰ πράγματα προδέδωκεν. εἶτα ὁ τόπος. ποῦ; ἐν Μακεδονίᾳ. ὁ τρόπος, ὅπως[1]; ἀπαγγείλας τὰ ψευδῆ. εἶτα ὁ χρόνος. πότε; ὅτε ἐστράτευσεν (Philippus puta) ἐπὶ Φωκέας. ὥστε ἅμα ἀκούειν ἐκεῖνον πλησίον ὄντα Πυλῶν καὶ μηδ' ἔχειν ὑμᾶς τί δεῖ πρᾶξαι. καὶ πάλιν ἀπὸ χρόνου τὸ εἱστιᾶτο ἐλθών. οὐ γὰρ ἄτοπον πρεσβευτὴν ὄντα ἑστιᾶσθαι παρ' ᾧ πρεσβεύει, ἀλλ' ἡ

[1] F. πῶς. SCHAEF.

προσθήκη πεποίηκεν ἔγκλημα, ὅτι μετὰ Φωκέων ἅλωσιν συνειστιᾶτο τῷ ταῦτα ποιήσαντι. ἔχει δὲ καὶ τὸν τρόπον (f. deest[m] ἐγκαλεῖν), ὅτι καὶ συνηύχετο καὶ συνεπαιώνιζε Φιλίππῳ. REISK.

380, 22. Junge ἐλθὼν εἰς τὰ ἐπινίκια. SCHAEF.

380, 26. ηὔχετο] συνηύχετο scholiastes Hermogenis l. c. ad v. 22. SCHAEF.

380, 27. καὶ φιλοτησίας προὔπινε] Athenaeus 11. p. 502 B. sic scripta citat: καὶ φιλοτησίαν προὔπινεν. SCHAEF.

381, 1. τοῖς κοινοῖς τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν] Sophocles Oed. T. 1481. τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας. SCHAEF.

381, 2. ἐν τῷ μητρῴῳ] Ubi tabulae publicae servabantur.

ὁ δημόσιος] S. οἰκέτης ἢ δοῦλος. WOLF. Recte sane Wolfius. οἰκέτης subintelligitur, pro quo scholion Ulpiani perperam habet οἶκος. V. Dorvill. ad Chariton. p. 292. (p. 376. ed. Lips.) TAYLOR. Orator addidit ἐφ' οἷς—τέτακται, quo minus dubitaretur Aeschinem legationem vere ejurasse: quippe major est fides tabularum, quas publicus custodit tabularius. SCHAEF.

381, 3. ψήφισμα] This recorded the fact that Aeschines was unable to go on the embassy, and the substitution of his brother's name. Aeschines charges Demosthenes with having read only part of this psephism p. 40. St. = 270 R. καὶ ψήφισμα τὸ μὲν ἀνέγνως, τὸ δὲ ὑπερέβης. SHILLETO. V. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 411.

ἄντικρυς] H. l. significat sigillatim, peculiariter hoc uno de titulo, scilicet ejurationis, de probabilitate ejurationum, quae sint legitimae, quae reprobandae, et de poenis in delinquentes. Et hoc plebiscitum rursus versu 8. designatur. REISK. Multum fallitur. Intelligitur psephisma de Aeschinis nomine delendo in catalogo legatorum legatique munere transferendo in illius fratrem. V. p. 379, 17. Recte intellexit Wolfius. V. not. sq. SCHAEF.

περὶ τούτου τοῦ ὀνόματος] S. τοῦ Αἰσχίνου ἐξομόσαντος τὴν πρεσβείαν. WOLF.

381, 8. τὰ γράμματα] Intellige protocollum, quo res enarrata est, scilicet Aeschinem propter morbum legationem obire non potuisse et fratrem hujusque filium et medicum ad senatum misisse, qui hoc indicarent. BOEHNECK. Quaest. vol. 1. p. 411.

381, 11. κράτος—νίκην] Altius surgens oratio, ut solet esse in formulis precum. SCHAEF.

381, 17. τούτων] Est neutrius generis. SCHAEF.

381, 21. ὑπὲρ τούτων] τῶν νῦν γεγενημένων ἐν Φωκεῦσι ἢ Φιλίππου καὶ Θηβαίων. WOLF. Dubium est ad quos referatur, Philippumne et Thebanos, *pro his*, an ad Athenienses, *horum nomine*. REISK. Posterius malim. SCHAEF. Hic quoque τούτων generis neutrius esse recte monet Shilleto, qui vertit *touching these matters*.

[m] Non deest. SCHAEF.

381, 21. ἀποκτείνειεν ἂν αὐτὸν] θάνατον ζημίαν ἐπίθοιτο ἂν αὐτῷ. SCHAEF.

381, 23. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν κ. τ. λ.] Aristides p. 216. in exemplis τῆς ἐπεμβολῆς hunc locum citans sic recitat omittens nonnulla: πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, δημοσίᾳ μὲν πάντας ὑμᾶς—, εἰς δὲ τὸ δικαστήριον συνελθόντας. νῦν πρόσεχε τοῖς ἐπεμβεβλημένοις· τὰς ὑπὲρ τούτων εὐθύνας δικάσοντας. ἄλλο νόημα· ὅρκον ὑπὲρ τῆς πόλεως ὀμωμοκότας. ὃν εἰλήφατε ἐπ' αὐτοφώρῳ τοιαῦτα πεποιηκότα. νῦν τὸ συμπληροῦν· τοῦτον ἀφεῖναι. REISK.

381, 25. ἅπαντας] πάντας Aristides. SCHAEF.

382, 3. εἰσελθόντας] συνελθόντας Aristides. SCHAEF.

382, 4. [καὶ τὸν]—[τὸν]] Uncis inclusa absunt ab August. primo. REISK. Neque Aristides suo in libro legit: delevitque Bekker. Certe copula delenda: quam qui addidit, rationem hujus periodi parum perspectam habuit. Est enim illustre exemplum structurae participialis ad notionem compositam, sed quae una sit, e pluribus simplicibus construendam, cujus compagem intersertae copulae male prorsusque ἀλόγως divellerent. Sensus: *in tribunal ingressos ad judicandum jurato.* Delendae igitur subdistinctiones post εἰσελθόντας, δικάσοντας et ὀμωμοκότας: nam haec omnia orator continuo spiritu pronuntiavit. Vulgo talia habentur pro ἀσυνδέτοις: sed tantum abest ut sint ἀσύνδετα, ut συνδεδεμένα sint aptissime. SCHAEF.

382, 5. καὶ] Non videtur habuisse liber Aristidis. SCHAEF.

382, 8. Φιλίππῳ μὲν ὑμᾶς κ. τ. λ.] Citat hunc locum Minucianus p. 154. REISK.

382, 10. τῶν πωλούντων τὰς πράξεις] Hac locutione utitur iterum p. 437, 20.

382, 11. ἐωνεῖτο] Sc. τὴν εἰρηνήν.

382, 15. τάχα τοίνυν ἴσως κ. τ. λ.] Tractat hunc locum Hermogenes p. 151. REISK.

382, 16. ὡς ἀρχὴ γενήσεται κ. τ. λ.] Ad hunc locum alludit verbis aliquantulum consentientibus Hermogenes de Invent. p. 151. ἀλλ' ἀγανακτήσει Φίλιππος, ἐὰν τῶν πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην καταψηφίσησθε. Aut alios reperit codices Rhetor ille, aut, quod nonnunquam fit, memoriter laudavit de figura et sententia quam de verbis sollicitior. TAYLOR.

382, 17. πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην] π. τὴν εἰρήνην est obeunda legatione pacem conficere, conciliare, hic et p. 428 extr. REISK.

382, 21. τυχεῖν] Post τυχεῖν addunt quidam αὐτῆς. Quod ut non improbo, ita necessarium haud duco addi. Constructio sibi vel sic bene constat, quae haec est: ὁ χρήματα ἀναλώσας, ὥστε τυχεῖν τῆς εἰρήνης. REISK. Aliter intelligendum mihi videri dixi ad p. 366, 17. Eodemque, nisi fallor, modo intellexerunt qui post τυχεῖν addiderunt αὐτῆς, quo opus esse Reiskius vere negavit. SCHAEF.

382, 26. ἐκ τῶν εἰκότων] I. q. εἰκότως. Plato Charmid. p. 157 E. ἐκ τῶν εἰκότων καλλίω ἂν καὶ ἀμείνω γεννήσειαν. qui locus nota-

bilis ob usum comparativi paullo rarioris adjectivi καλὸς κἀγαθός. SCHAEF.

382, 27. εὖ γὰρ εἰδέναι—τῆς ὑμετέρας] Citant Anecd. Bekk. p. 151. in. SCHAEF.

τοῦθ'] τοῦτο Anecd. Bekk. SCHAEF.

382, 28. ὑμετέρας] ἡμετέρας codd. nonnulli et Anecd. Bekk. SCHAEF.

383, 2. ταῦτ' ἤκουσεν, ἅπερ κ. τ. λ.] Non hoc vult Demosthenes, Aeschinem Philippum, se Athenienses eadem docuisse, eandem opinionem de mobilitate populi Aeschinem Philippo, sese Atheniensibus professum esse: sed sese verba Aeschinis hac de re ad populum Atheniensem detulisse, Aeschinem vero sociosque ejus illis se verbis usos fuisse non potuisse negare. Verba erant: ὡς ὁ μὲν δῆμός ἐστιν ὄχλος, κ. τ. λ. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 225.

383, 5. ὡς ὁ μὲν δῆμός ἐστιν κ. τ. λ.] Scholiastes Hermogenes p. 5. σκοπήσας δὲ (Corax puta, inventor artis oratoriae) ὡς ὁ δῆμος ἀστάθμητον καὶ ἄτακτον πέφυκε πρᾶγμα, καὶ ἐννοήσας ὅτι λόγος ἐστὶν ᾧ ῥυθμίζεται ἀνθρώπου βίος, ἐσκόπησε διὰ λόγου τὸν δῆμον ἐπὶ τὰ πρόσφορα καὶ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν. REISK.

ἀσταθμητότατον] Harpocration, 'A. περὶ οὗ οὐδεὶς ἂν δύναιτο τεκμήρασθαι, οὐδὲ σταθμήσασθαι τί ποτε διανοεῖται, ἢ τί πράξει. Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας.

383, 6. ἀσυνθετώτατον] Harpocration, 'A. Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας ἐπ' ὄχλου ἔταξε τοὔνομα, ἤτοι ἀντὶ τοῦ ἀπιστότατον καὶ ἀβεβαιότατον, καὶ πίστεις οὐ τιθέμενον διὰ τὸ ἀβέβαιον, ἢ ἀνομόλογον καὶ ἀσύμφωνον· ὁμολογίαι γὰρ αἱ συνθῆκαι. ἢ ἀντὶ τοῦ ἀσυνετώτατον, ὅ πέρ ἐστιν ἀνοητότατον. ἢ ἀντὶ τοῦ ὃν μάλιστα οὐκ ἂν δύναιτό τις συνιέναι τί ποτε φρονεῖ. Ὅμηρος, "σὺ δὲ σύνθεο καί μευ ἄκουσον." Respondet Latino *incompositus* (moribus), quod comparavit Shilleto.

383, 7. πνεῦμα] κῦμα, quod apud Appianum legitur, probat Schweighaeuserus ad Appiani vol. 3. p. 804. Mihi quoque Demosthenes videtur sic aut scripsisse aut debuisse scribere. Nec placet additum ἀκατάστατον, quod vide ne fuerit interpretamentum vocis ἀσυνθετώτατον. Sed vellem haec similitudo in codice sic scripta reperiretur: ὥσπερ ἐν θαλάττῃ κῦμα πνεύματι ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον. Populum enim aptissime comparari cum fluctu, demagogum cum vento quis non intelligit? SCHAEF. Conjectura non improbabilis. Certe πνεῦμα in κῦμα mutandum cum Appiano. Infra p. 442, 17. τῶν—κλύδωνα—τὰ καθεστηκότα πράγματα ἡγουμένων. "Fons comparationis Solon fr. 18. (ap. Diog. L. 1, 50.) Certe hinc Herodot. 7, 16." DOBR.

383, 8. ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται] Locum hunc citans Alexander p. 72. observat hic deesse οὐδεὶς, quod sit subaudiendum. REISK.

383, 11. οἷον αὐτὸς δὴ] Hoc sic intelligo, τοιοῦτον οἷος αὐτὸς δὴ (ὁ Φίλιππον διδάσκων). "Your majesty," say these persons, "wants able managers" (each of them of course meaning such an one as himself). DOBR. Hoc sensu οἷος αὐτὸς δὴ scribendum

erit. Nam οἷον αὐτὸς δή significaret non *qualis ipse sit*, sed *qualem ipse habeat*. Sed videndum ne vera sit aliorum librorum scriptura ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκῇ.

383, 18. Τιμαγόρου] V. ad p. 350, 26.

383, 20. τεθνεῶτα] *Necatum*, rariori significatione. Conf. p. 398, 1. Sic τέθνηκεν p. 431, 26. SCHAEF.

οὐδὲ τοῦ ζῆν ὄντα κύριον αὐτῷ βεβαιῶσαι] τοῦ referendum ad βεβαιῶσαι: ζῆν autem perinde ut πρᾶξαι v. sq. pendet a verbo βεβαιῶσαι. SCHAEF. Simplicior Dobraei ratio τοῦ cum κύριον construentis, infinitivo per se posito, ut p. 642 extr. ἐκείνου οἱ νόμοι κύριοι κολάσαι. p. 689 extr. τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ.

383, 21. μή τί γ'—πρᾶξαι] Citant Anecd. Bekk. p. 177, 12. Plene: μή τί γε τοῦ βεβαιῶσαι ἃ—πρᾶξαι. Xenophon Anab. 7, 6, 17. ἐὰν μὴ βεβαιῶ τὴν πρᾶξιν. SCHAEF.

383, 23. πόλιν (in annot. crit. g. pro "pr. A." corr. "pr. S.")] Tiberius p. 47. ut paronomasiae exemplum ex hoc loco citat πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν πόλιν ὑμετέραν. Quod juste aestimanti non contemnendum videbitur testimonium integritatis vulgatae scripturae. Deinde permirum mihi accidit regem Persarum dici Amphipolin, urbem Graecam, Graecorum δούλην καταστῆσαι, et quidem ab Atheniense dici verba faciente ad Athenienses nomen servitutis adeo exosos, ut etiam quos interdum inhumanius quam servos tractarent nomine specioso sociorum insignirent. Quae cum ita sint, et πόλιν unice probandum censeo neque improbo Marklandum arbitrantem relativum alio loco poni oportere. Scribam igitur: ἣν δούλην κατέστησε, *quam sibi subjiecerat*. Duo commemorantur quae doceant barbarum errorem suum agnovisse: primum, quod Atheniensium vindictam metuens Amphipolin liberaverit jugo servitutis; alterum, quod postea neminem Atheniensium donis corruperit. SCHAEF. Translate "He again restored Amphipolis to be your vassal, which before (τότε) he had written down as an allied and friendly state of his own." Demosthenes uses the word δούλην (see §. 73.) not speaking in his own person, but selecting the word which the Persian despot would have adopted, and partly perhaps to make the contrast more forcible. The king of Persia had asserted the freedom of Amphipolis and taken it under his protection: he now restored it to you with all your sovereign rights over it. We must not forget also the soreness which the Athenians felt on the subject of Amphipolis, so long a bone of contention between themselves and Philip, which would in some degree extenuate the word otherwise so invidious to the national ear. I take this view of the passage after much careful consideration. Some have altered the text: others (amongst them Schaefer) translate: "He had reduced Amphipolis your city (πόλιν) into vassalage, which then (i. e. after the punishment of Timagoras) he wrote down as his friend and ally." But is it natural that the king of Persia should *in these terms* acknowledge the Athenian claim over the

city? Besides there is something to my mind very forced and harsh in this construction. I wish either δούλην could be removed or some probable alteration suggested. For the circumstance comp. below p. 420. §. 283. οὗτος δ' ἦν βασιλεὺς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες ὑμετέραν ἔγνωσαν, Ἀμφίπολιν, ταύτην ἐξέδωκε κ. τ. λ. Auct. Halonnes. p. 84. §. 30. τὴν χώραν ἣν οἱ Ἕλληνες καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἐψηφίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν ὑμετέραν εἶναι... which words by the way indirectly defend πάλιν. SHILLETO. Qui πάλιν ὑμετέραν κατέστησεν edidit. Et πάλιν mihi quoque nunc verum videtur, sed δούλην confidentius, ut opinor, delere debebat Shilleto. Cum κατέπεμψεν (i. e. *literis missis declararit*) Sauppius comparavit similem verbi usum apud Xenoph. Hell. 7, 1, 30. ἣν βασιλεὺς εἰρήνην καταπέμποι.

384, 5. εὖ] De hac sede adverbii εὖ v. not. ad Dionysium Halic. de C. V. p. 112. SCHAEF.

384, 9. ἐδέξαντο—ἔλαβον] Quod discrimen sit inter δέχεσθαι et λαμβάνειν, haud dixerim. REISK. Nec quisquam dixerit alius. Quod si haec deinceps posita Reiskium offenderunt, non meminerat Demosthenis orationem hujusmodi pleonasmis exuberare, velut mox v. 20. legimus ἥδεσαι καὶ χαίρειν. SCHAEF.

384, 12. αἰχμάλωτα] αἰχμάλωτα σώματα p. 480. SHILLETO. ὅμηρα de obsidibus dictum (v. Sylb. ad Dionys. A. R. 2, 55.) comparat Schaeferus.

384, 13. ἐκπώματα] ἐκπώματα—αὐτοῖς citant Anecd. Bekk. p. 162, 32. SCHAEF.

384, 15. οὐδαμῇ προΐεντο ἑαυτούς] Verte: *neque se usquam prostituebant.* TAYLOR. Vertam: *neque ulla ratione sui copiam faciebant.* SCHAEF.

384, 20. αὐτοὶ] Quod, finito hoc periodi membro, insequentis constructio membri a singulari transit ad pluralem, αὐτοὶ μὲν οὖν κ. τ. λ., nihil habet offensionis. SCHAEF.

ἥδεσθαι καὶ χαίρειν] V. not. ad v. 9. Abundantius etiam Aristophanes Pac. v. 291. ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι. Ridicule ob Datismum, non ob pleonasmum. SCHAEF.

384, 21. τὰ τῆς πόλεως—ἦν τότε] Non multum differunt quae collegi Ind. ad Homeri Odyss. p. 176. SCHAEF.

384, 25. σφεῖς] Sic S.: vulgo σφᾶς. Utrumque probum: sed probabilior nominativus ut magis obnoxius mutationi. V. not. ad Sophocl. Oed. T. 958. SCHAEF.

385, 12. εἰς—λόγον] *Si rationem habeas—, quod attinet ad—.* V. Wyttenbachii Julianea p. 170. s. ed. Lips., ubi etiam hic locus citatur. SCHAEF.

ἀρετῆς—καὶ δόξης] Pleonasmus oratorius: nam ἀρετὴ h. l. idem quod δόξα. Eadem redundantia Homerus Odyss. 14. 402. οὕτω γάρ κέν μοι ἐϋκλείη τ' ἀρετή τε εἴη ἐπ' ἀνθρώπους. V. mea in H. Stephani Thesauro s. v. ἀρετή. SCHAEF.

ἀπέδοντο] Aeschines puta cum sodalibus. REISK. Vere. τοῦτο δὲ—καὶ δόξης est sententia generalis, qua Demosthenes

h. l. utitur, non ut laudet Thebanorum legatos jam satis laudatos, sed ut proditores patriae identidem laceret. SCHAEF.

385, 20. ἐχθρὸν—καὶ πολέμιον] Usurpavit orator ut idem significantia: ne putes eum cogitasse de discrimine, quod grammatici inter haec vocabula esse statuunt. SCHAEF.

385, 21. ἃ συνεῖπε κ. τ. λ.] Eodem modo p. 434, 27. Diversa constructione p. 387, 27. ἡ μὲν εἰρήνη—, ᾗ συνεῖπεν οὗτος. SCHAEF.

385, 25. καὶ καλέσαι] Cum vobis persuasissem ut jam velletis Philippi quoque legatos in concionem invitare, quo ipsis declararetis vos decrevisse socios quoque vestros hac pacis formula complecti, neque passuros esse ut ab ea arceantur. REISK.

386, 3. ὅσα ἑοράκατε ὑμεῖς] Scilicet ἐνταῦθα, παρ' ὑμῖν, αὐτοῖς προσγενόμενα. Hic, in urbe. REISK.

οἰκίας, ξύλα, πυρούς] V. p. 376. in. SCHAEF.

ὅσα ἑοράκαθ' ὑμεῖς] E. g. Philocrates displaying his Macedonian gold and charging it openly at the banks. See §. 124. SHILLETO.

386, 5. γεωργίαι παμπληθεῖς] Subaud. ἐγένοντο. WOLF. γεωργίαι, *agri*. Pausanias 4, 7, 1. ἐλήστευον δὲ καὶ οἱ Μεσσήνιοι τά τε ἐπιθαλάσσια τῆς Λακωνικῆς καὶ ὅσαι γεωργίαι περὶ τὸ Ταΰγετον ἦσαν. SCHAEF.

386, 10. τὴν αὐτὴν εἰρήνην κ. τ. λ.] Observe τῇ μὲν...τῶν μὲν... τῶν δὲ...τῶν δὲ: where the intermediate words τῶν μὲν...τῶν δὲ correspond, as also the extreme words τῇ μὲν...τῶν δέ. This sentence might rather come under Aristotle's censure μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου (Rhet. 3, 5, 2.) than Thucyd. 1, 32. especially as there πρῶτον, μάλιστα μὲν contain nothing offensive to the ear, and μάλιστα μὲν, εἰ δὲ μὴ so naturally correspond. I think μὲν can hardly be omitted before συμμάχων without the omission also of δὲ...δὲ (in which case the former part of the clause would exactly balance with the latter; but for that reason would naturally be avoided by a Greek author) and I am sure it ought not to be admitted on the authority of one MS. SHILLETO.

386, 12. γεγενῆσθαι] Vellem abesset: quippe parum apte respondet exadversum posito εἰργάσθαι. SCHAEF.

386, 17. τοὺς Ὀλυνθίους] Critics have wondered why the Olynthians particularly are summoned as witnesses, and not the Phocians. Schaefer answers: "Phocensium quidem, *qui abessent*, testimonio uti non potuit." I am not sure that I understand his meaning: numerous bodies of the Phocians were present at Athens, as is evident from §. 91. foll. Some Olynthians, whose road to Athens lay through Phocis, might have recently passed through the country. SHILLETO.

386, 20. ὡς οὐκ ἦν καλὴν οὐδ' οἵαν ἠξίουν ἐγὼ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι] Pro καλὴν in S. aliisque scriptum καλή, quod Bernhard. in Syntaxi p. 361. comparavit cum θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν ap. Aeschyl. Pers. 117. et simili nominativi usu ap. Demosth. p. 853.

13. ταῦτα μὲν γὰρ ἦν πᾶσιν ἰδεῖν, οἱ νόμοι καὶ τὸ πλῆθος ὧν οὗτοι διηρπάκεισαν χρημάτων· ubi nominativi sic sunt adjecti quasi praecesserit ταῦτα ἦν φανερά.

386, 22. ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ κ. τ. λ.] Maximus sophista de Insolubilibus c. 1. p. 572. ἐν μὲν οὖν προσχήματι τοῦ δοκεῖν λύειν ἄλυτον οὖσαν τὴν ἀντίθεσιν ἀντικατηγορεῖ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐχρῶντο τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ τοῦτο εἰρήνην ἐπράξαμεν. οὐ δυνάμενος λύειν ταύτην ὁ ῥήτωρ ἀντικατηγορῶν φάσκει· ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς θεῶν, ἀντερωτήσατε αὐτὸν—ἐπὶ τούτοις οὗτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται; ἀδυνατῶν γὰρ δεῖξαι ὡς οὐ κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐπολέμησαν, διὰ τοῦτο οὖν, φησὶν ἀντικατηγορῶν, δῶρα εἴληφας. REISK.

386, 23. μεμνημένοι] De hoc usu participii μεμνημένος juncti imperativo v. Ind. ad Poët. Gnom. p. 363. SCHAEF.

386, 27. εἰκότως χρήματ' εἴληφεν] "With good and sufficient reason he has received Philip's money." Had Philip been conquered, he would naturally have purchased the protection of an orator who would have the opportunity of interposing between him and his fellow-citizens. Markland's conjecture εἰλήφει ἂν not only involves a solecism, but a wrong sense. For "he would have received the money" (εἰλήφει ἂν) implies "but he has not received the money." But Demosthenes states broadly that Aeschines *has* received it. SHILLETO.

386, 28. τίνος ἕνεκα—δῶρα προσλαβὼν φαίνεται;] Facilis responsio: Non ut Philippus pacem aequam illis donis redimeret; quippe bellum prospere gesserat: sed ut civitas per Aeschinis fraudem pacem cum Philippo faceret iniquioribus etiam conditionibus quam ob ducum culpam oportuerat. SCHAEF.

387, 9. Τιλφωσσαῖον] Harpocration, Τιλφώσσαιον· Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου· ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἀπέχον τῆς λίμνης τῆς Κωπαΐδος, ὡς Θεόπομπος ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Τιλφωσσαῖον apud Hesych. Steph. Byz. et Aristid. vol. 1. p. 479, 12. 494, 15. Τιλφώσσιον ap. Strabon. 9. p. 411. 413. Plut. V. Sullae c. 20. Τιλφούσιον Pausan. 9, 33, 1. Apollod. 3, 7, 3. quod urbis nomen est ap. Strab. l. c. p. 410., ubi tamen alii libri Τιλφώσιον.

Νέωσιν] Harpocratio v. Νεῶσι hunc locum citat: apud quem Androtio in plurali habet Νεῶνας: licet Herodotus, ut discimus ex Harpocr. et Stephano Byz. in singulari Νεῶνα. TAYLOR.

ἀπειλήφεσαν] Sententia haec est: Phocenses partem copiarum Thebanarum (ut αὐτῶν ad Thebanos redeat) apud Neonas interceperant, absciderant, circumvallaverant. REISK.

387, 11. Ἡδυλείῳ] Harpocration. Ἡδύλειον· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· ὄρος ἐστὶν ἐν Βοιωτίᾳ τὸ Ἡ., ὡς καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ κέ φησίν. Conf. schol. Bav. ad h. l.

387, 12. κακῶν Ἰλιὰς] Miror cur Genethlio, antiquo scriptori in Demosthenem, displicuerit hoc proverbium. Ulpianus: φησὶ δὲ Γενέθλιος ὅτι ἐνήλλακται (ita lege) ἡ πτῶσις. ἔδει γὰρ εἰπεῖν Ἰλιάδος κακά. TAYLOR. Absurde ille. V. de hoc proverbio,

cujus non est antiquior Demosthene testis, Zenob. Prov. 4, 43. cum annot. interpretum.

387, 12. ὑμῖν δὲ—τοῦ λοιποῦ] Citant Anecd. Bekk. p. 148, 18. SCHAEF.

387, 13. μήτε] Perperam μηδὲ Anecd. Bekk. l. c. SCHAEF.

387, 21. τῷ πολέμῳ] F. ἐν τῷ πολέμῳ. Pag. 371, 10. ἐπὶ τοῦ πολέμου διασωθέντας. MARKLAND. Vulgata non habet quod displiceat. *Bello, per* s. *propter bellum.* SCHAEF.

387, 23. [ἀλλὰ—πολέμῳ]] Aut haec objectio abundare, aut refutatio ejus abesse videtur. Praestiterit enim positam non fuisse quam non eversam. Neque enim facile bellum est sine sociorum auxiliis. Ulpianus εἰρωνείαν esse putat, quae κατ' ἀποδίωξιν refutatione indigna esse putetur. WOLF. Haec aliena esse arbitror neque hujus loci. Ita connectendum et legendum existimo: ὅτι τὰ ἐκείνων μὲν οὐκ ἀπέδοντο οἱ πρέσβεις, τὰ δὲ ὑμέτερα οὗτοι πεπράκασιν. ὅτι γὰρ ταῦτα οὕτω πέπραται, καὶ ἐκ τῶν etc. πέπραται inquam, non πέπρακται. Nam caussale γὰρ et narratio, quae sequitur, clare evincunt Demosthenem jam in eo esse ut probet venditam fuisse rempublicam. MARKLAND. Mire aestuat Ulpianus in sordibus hujus κακοῦ κόμματος expurgandis. Et simile aliquid ei contigisse video ad eam, quae est De corona. Adnotarunt hic librarii in suis exemplaribus: δοκεῖ λείπειν ἐνταῦθα πολλά. Nemo autem ante Marklandum vidit id incisum [ἀλλὰ νὴ Δία—τῷ πολέμῳ.] potius esse eliminandum. Veruntamen, ut meam exponam de ea re sententiam, vero est omnino simillimum, et talem objectionem (vel potius talem defensionem pacis male conciliatae), scil. *socios belli diuturnitate fractos esse et defessos*, factam fuisse ab Aeschine, et a Demosthene alicubi animadversam: qua tamen in parte Orationis, neque liquet, neque fortasse unquam liquebit. Per totam enim mirum in modum omnia sunt conturbata, ut in aditu Orationis admonui, et ut ea progrediente planius apparebit. TAYLOR. Delevi verba illa.

387, 27. ἐπειδὴ—τοὺς ὅρκους] Negotium condendae pacis Athenis cum legatis Philippi illuc missis et conscribendarum conditionum et, brevis ut sim, quaecunque Athenis condici et peragi hoc in negotio poterant, omnia peracta et finita cum essent, ut nihil restaret praeter ipsius Philippi testificationem sui assensus seu ratihabitionem, et legati Philippi cum ab urbe jam profecti essent cum exemplo formulae pacis a nobis juratis fide atque religione nostra confirmato. Τοὺς ὅρκους λαβόντες, scilicet παρ' ἡμῶν. REISK.

388, 12. ἐγκαταλειφθέντων] I. e. προεθέντων. Bonorum quae quis ipse neglexit damnum patientius fert, ut nolit propterea descendere ad novas inimicitias. SCHAEF.

388, 18. ἀποδώσειν] Subaudi αὐτὸν, Philippum. REISK.

388, 23. προήσεσθαι] H. l. accipi debet pro ἀμελήσειν. Subauditur aut τοὺς καιροὺς aut τὰ ὑμέτερα συμφέροντα. REISK.

388, 27. *εἰ γὰρ ἦσαν*] Malim *εἰ γὰρ νῦν ἦσαν.* Nam oppositum adverbium insequens *τότε* postulat. REISK. Non postulat: quippe *νῦν* latet in verbo *ἦσαν.* *Nam si essent, ut tunc erant,*—. SCHAEF.

389, 1. *ἀνατείνασθαι*] Vid. not. ad p. 302, 12. SCHAEF.

389, 3. *ὑμεῖς δ'—κλείσειν*] Scilicet *ἐμέλλετε*, repetendum ex praecedente *ἔμελλεν.* MARKLAND.

389, 6. *ἐν πολιορκίᾳ*] Mirifica dictio et nescio an alii nemini usurpata, veruntamen nil ideo minus elegantiae, ni fallor, exquisitae. Dicitur ille in obsidionem rerum suarum adductus eaque septus esse, cui neque foras prodire neque emittere quicquam neque ad se admittere licet, ut e. c. imperator ab hoste ita circumsessus, ut neque progredi neque se in priorem sedem tutam recipere, neque novas contrahere copias, neque submissa auxilia castris recipere, neque paratas copias suas explicare, neque hostiles perrumpere et dissipare possit, sed necesse habeat deses et mortuus jacere repentinumque fortunae cujusdam insperatae interventum, quae se angustiis illis extrahat, opperiri: quae sors eadem est civitatis obsidione cinctae. REISK. Recte vertit Shilleto, *and would again reduce him to a dearth of money, and touching all other points to a perfect blockade.*

389, 12. *ἐπειδὴ γὰρ ἐκκλησία κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 283. *ἐφέλκεται νοήματα καὶ τὸ ἐπιτρέχον σχῆμα ἐκ τοῦ προσυναπτικοῦ. οἷον· ἐπειδὴ γὰρ ἐκκλησία μὲν οὐκέτ' ἦν ὑπόλοιπος οὐδεμίᾳ*—. REISK.

389, 13. *προκατακεχρῆσθαι*] Bene si habet, (neutram enim in partem decernam, re non liquida,) significabit: propterea quod omnia huc facientia peracta et absoluta essent. Quae si est verbi sententia et si scriptura menda caret, tantundem valebit atque *προκατακεχρηματίσθαι.* REISK. Aliter idem in Ind. Graecit. Neutra interpretatio placet. Vertam: propterea quod omne tempus concionibus habendis destinatum abierat. SCHAEF.

389, 15. *τὴν βουλὴν—κυρίαν*] Senatus proprie decernere quid non poterat, nisi populus ejus decretum confirmasset: interdum tamen populus senatum *αὐτοκράτορα* faciebat. Cf. Schoemann. de comit. Athen. p. 95. GREVE.

389, 22. ΨΗΦΙΣΜΑ] Hujus psephismatis mentionem facit Aeschines p. 40, 16. recitarique jussit Demosthenes in orat. de cor. p. 235, 1. ubi ab interpolatore aliud illatum legitur psephisma ab loco illo plane alienum.

οὕτως] Hoc pacto, hoc agendi modo, per hoc decretum invitos illos hinc, ex urbe, extraxi, coëgi exire. Quod autem invitissimi se in iter dederint, id perspicue ex iis, quae postmodum instituerunt, intelligetis. Haec est sententia loci planissimi. REISK.

389, 25. *καθαρῶς*] *Plane.* V. Ind. Graecit. et H. Stephani Thesaurus. SCHAEF.

390, 3. *Θρᾴκην, τὰ ἐπὶ τῶν τειχῶν*] *Θρᾴκης τὰ ἐπὶ τειχῶν* legen-

dum arbitratur Palmerius ad Scylacem p. 280. Exercitat. TAYLOR. Suspicari si licet in re perobscura et nobis ignorata, malim legi Θρᾴκης τὰ ἐπὶ τῶν τειχῶν (in genitivo et commate sublato), Thraciae partem eam, quae *τὰ ἐπὶ τῶν τειχῶν*, regio versus castella, appellatur. Fuisse tractum Thraciae *τὰ τείχη* dictum, ut in Belgio sunt *les barrières*, e p. 397. pen. constat. REISK. Sed ille ipse locus vulgatam satis tuetur: legitur enim illic *τὸ Θρᾴκην καὶ τὰ τείχη προέσθαι*. SCHAEF.

390, 3. Ἱερὸν ὄρος] Ἱερὸν ὄρος captum 6. *φθίνοντος* Ἐλαφηβολιῶνος, Legati profecti post 3. *ἱσταμένου* Μουνυχιῶνος proximi mensis. Aeschin. p. 40, 10.—14. DOBR.

390, 5. *θρυλοῦντος*] Indicat hoc vocabulum Demosthenem de re identidem fabulatum esse. SCHAEF.

390, 6. *τὸ μὲν πρῶτον—ἀποφαινομένου*] Initio quidem, ut si quis locum communem sic projiciat, in medium proferat, ut qui velit eum arripiat, sibi accommodet, sibi dictum putet, si cui ad se pertinere videatur. REISK.

390, 7. *ὡς ἀγνοοῦντας*] F. *ὡς ἂν ἀγνοοῦντας*, ut ante et mox. MARKLAND. Non assentior. Neque eadem ratio est horum trium membrorum. Primum enim Demosthenes simulabat se *εἰς κοινὸν γνώμην ἀποφαίνεσθαι*, quamvis probe nosset collegarum fraudem: quapropter recte ponitur *ὡς ἂν—ἀποφαινομένου*. Postea, cum nihil proficeret, serio *ὡς ἀγνοοῦντας ἐδίδασκεν*: ut inepte addatur *ἄν*. Postremo increpabat ut proditores: ut in hoc membro, libris non nolentibus, deleri oporteat *ἄν*. SCHAEF. But one can hardly conceive that Demosthenes really thought his colleagues were acting from ignorance: and however that may be, that *ἂν* is not added *inepte* in any one of these clauses is clearly shewn from Mid. p. 519. §. 20. *καὶ θόρυβον καὶ κρότον τοιοῦτον ὡς ἂν ἐπαινοῦντές τε καὶ συνησθέντες ἐποιήσατε*. See Buttm. Ind. in *ὡς*. SHILLETO.

390, 13. *εἰ δὲ καὶ—αὐτίκα εἴσεσθε*] Quibus enim placuerint, ii Aeschini aderunt, patrocinabuntur. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 226.

390, 15. *οὐδ' ἀναγκασθέντ'—τῶν ἀδικημάτων*] Sententia est: nos hodie stare coram eo judicio, quod eorum neminem bonum et honestum habeat ideo, quod coactus probum se gesserit, sed eum, qui ultro, ab animo suo impulsus honeste se gesserit et flagitiorum atque nequitiarum exsortem se conservarit. REISK. Sensus est: Neminem hodie praeterquam Aeschinem accuso. Nemo igitur coactus, nolens volens, innocentiam suam demonstrabit, sed ultro, sponte sua, Aeschinem non defendendo: non defendet enim nisi facinorum particeps. Caecutit hic Reiskius. SEAGER. l. c. Vere Seagerus: estque haec animadversione digna oratoris ars adversarii consortes fraudisque socios ita territandi, nullus eorum ut facile audeat rei caussam tueri. SCHAEF.

390, 20. *αὐτὸ* ex S. restitutum pro *αὐτά*. Recte. Nusquam enim, quod meminerim, nisi in locis corruptis dicitur *αὐτὰ δηλώ-*

σει: ubique *αὐτὸ δηλώσει*. Quod sicubi pluralem reperis, additum leges *τὰ πράγματα* aut simile quid. Sic *τὰ ἔργα καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ δηλώσει* p. 393, 21. SCHAEF.

390, 22. *τρεῖς μῆνας ὅλους*] Cf. p. 359, 8.

390, 23. *χιλίας δραχμὰς λαβόντες ἐφόδιον*] Merces legatorum (quibus Aristophanis aetate pro viatico binas aut trinas diurnas drachmas numerari solitus esse ex Acharn. v. 66. discimus) ab Theophrasto quoque Char. 11, 3. *ἐφόδιον* vocatur, *πορεῖον* ab Etym. M. Ceterum e loco Demosthenis apparet legatis pecuniam ad rationem temporis, quod in legatione consumendum fore videretur, praenumerari solitam, ea haud dubie condicione ut, si diutius abesse cogerentur, acciperent post reditum quantum deesset. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 310. Conf. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 397.

390, 26. *ἀλλ' ἐν τῷ πανδοκείῳ κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Hermogenes p. 276. et Theodoretus Curat. Graec. Affect. p. 115, 10. ed. Sylb. REISK.

390, 28. *ὅτε δεῦρ'—ἀναξίως ὑμῶν*] Scholiastes Hermogenis p. 384. *ποιότητα δὲ πράγματος, ὡς ἐπ' ἐκείνῳ* (p. 131, 1.)· *καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει, περὶ ὧν βουλεύεσθε. ἢ ὡς ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας· ὅτε δεῦρο ἤδη τὸ στράτευμα ἄγων ἐβάδιζεν ὁ Φίλιππος. εἶτα ἡ ποιότης· αἰσχρῶς, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἀναξίως ὑμῶν.* REISK.

391, 3. *τήν τε γὰρ εἰρήνην*] I. e. *καὶ γὰρ τὴν εἰρήνην*. V. ad Aristoph. Pac. 402.

391, 6. *γράψαι δ' ἄντικρυς*] "To write down in express terms Athenians and Athenian allies," not "to write down in express terms *the words* 'for Athenians and their allies.'" Among other instances quoted by Dobree, is the very striking passage from Timocrat. p. 726. §. 94. *γράψας ἀντὶ μὲν τοῦ τιμήματος τὸ ἀργύριον, ἀντὶ δὲ τοῦ "τὸ γιγνόμενον" ὃ ὦφλεν*" where had the orator not been led by the love of change of construction so sought after in Greek authors, he would have written *ἀντὶ μὲν τοῦ "τὸ τίμημα."* SHILLETO. Apparet ex his non opus esse deteriorum librorum scriptura *Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίων συμμάχοις*, quod probat Schaeferus collata p. 358, 26. 368, 22. 440, 25.

391, 9. *οὐ γὰρ αὐτῷ συστρατεύσειν*] I. e. noluit Philippus ut ipsius socii foederi iciendo praesentes essent ipsique juramenta praestarent, ne postea haec juramenta praetexentes adversus Atheniensium socios expeditionem facere recusarent. GREVE.

391, 18. *οὗτοι—ἐκεῖνον*] Citant Anecd. Bekk. p. 177, 15. SCHAEF.

ἐνδεικνύμενοι] Ostentantes sese jactantesque Philippo, venditantes ei, ut Tullius loquitur, sua studia, h. e. vernili quadam atque adulatoria sedulitate non solum gratificantes ei, sed etiam officia haec sua ipsi velut imputantes et ingerentes, ut qui in oculos eorum, a quibus spectari et quibus placere volunt, sese ingerunt. REISK. Conf. Aeschin. p. 84, 42. 85, 15. et *ἔνδειξις* p. 85, 12. DOBR.

391, 22. *ὧν συμφέρον ἦν*] I. e. *τούτων, ἃ ποιεῖν συμφέρον ἦν.* SCHAEF.

391, 27. *τὸ Φιλοκράτους ψήφισμα*] In quo legebatur formula *πλὴν Ἁλέων καὶ Φωκέων.* V. supra v. 4. REISK.

391, 29. *τὸ τοῦ δήμου*] In quo correctum sic erat, *Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίων συμμάχοις.* V. v. 7. REISK.

392, 3. *κατελάβομεν ἂν*] Demosthenes tells us elsewhere that the voyage across from Oreus would have occupied only three or four days. De Coron. p. 235. §. 38. SHILLETO.

392, 5. *τοὺς ἐκεῖ παρόντας*] Homines de comitatu nostro, qui nobiscum illuc ierunt atque redierunt, vel etiam mercatores, qui tum temporis in Macedonia agebant. REISK. Posterius probabilius. SHILLETO.

392, 12. *τὸ—πράττειν*] Est accusativus pendens a nomine *ἄρνησις.* SCHAEF.

392, 16. *ἡμῖν*] Qui nobis, legatis vestris, ad Philippum proficiscentibus itineris securitatem adeundique veniam ab eo depecisceretur. REISK.

392, 17. *ἐποίησαν χρόνον*] Ergo non contemnenda neque tam novi commatis est dictio *ποιεῖν χρόνον, commorari, conterere tempus*, tametsi in N. T. et scriptoribus sequioris Graecitatis occurrit. REISK. Demosthenes non dubitandum quin *ἐνεποίησαν* scripserit, quod conjecit Maetznerus ad Dinarch. p. 120. Quo verbo similiter utitur p. 129, 14. 651, 26. 944, 9. 1432, 25.

392, 18. *εἰς τοῦτον*] Scilicet *τὸν Ἅλον.* Ergo patebat urbs a Parmenione obsessa a parte maris. REISK.

392, 28. *τὸν μεταξὺ χρόνον... τοῦ*] "That the intermediate time consumed between (*their setting out and*) their exacting the oaths might be as long as possible." Comp. de Cor. p. 233. §. 32. *Φιλίππῳ μὲν ἦν συμφέρον ὡς πλεῖστον τὸν μεταξὺ χρόνον γενέσθαι τῶν ὅρκων.* SHILLETO.

393, 5. *Ἔστιν οὖν—*] "Is there a way in which *men* (*ἄνθρωποι*, not *ἄνθρωποι*) can be more clearly convicted of doing every thing on Philip's behalf, than *on the same road*, at the time when it was their duty to hasten over it for your interests, loitering, but when they ought not to have gone by land at all till the herald had come, hastening." Schaefer joins *ὁδὸν* with *καθήμενοι* and adds: "Notabilis locutio:" but surely it is *grammatically* governed of *σπεύδειν* and *βαδίζειν*, though in sense equally appertaining to *καθήμενοι* and *ἐπειγόμενοι.* SHILLETO.

393, 8. *βαδίζειν* nihil aliud quam *iter pedestre facere.* V. p. 392, 26. 398, 15. Subaudias *μή τί γε πλεῖν.* SCHAEF.

393, 10. *καθήμεθ'*] Hic locus, credo, designatur a Polluce 3, 13. cum ait, apud Demosthenem reperiri *καθήμεθα* pro *ἐκαθήμεθα.* TAYLOR. Aut p. 390, 1. Hic rursus erat superscriptum in Bavarico idem scholium, quod supra: *ἢ ἐκαθήμεθα.* REISK. Utiliter monitum: ne forte putes praesentis historici esse. SCHAEF.

ἕκαστος] I. e. *ἑκάτερος*, ut ap. Herodot. 4, 36. ab Shilletone cit.

393, 11. ἐγὼ μὲν τοίνυν] Scilic. προειλόμην. SCHAEF.

393, 12. ζητεῖν] ἀναζητεῖν Aristides de D. C. p. 280., quod equidem praeferam. REISK. V. ad p. 394, 27. Sed Rhetor Demosthenica citans non inhaeret vestigiis Oratoris. SCHAEF.

393, 13. ξενίων] Citat h. l. Pollux 3. 59. ob voc. ξένια. REISK. Sed Pollux etiam v. 25. respicere potuit. SCHAEF.

λύσασθαι] Sensus: ut his xeniis redimeret captivos, pecunia, quam nobis obtulerat, data illorum dominis. Conf. v. 27. et v. not. ad p. 353, 18. SCHAEF.

393, 15. διδόναι] Pone διδόναι videtur ἐσπούδαζε vel ἠξίου vel tale quid deesse. Quidnam vero id erat, quod Aeschines agere non desiit? Scilicet contendebat vel rogabat Philippum ut xenia non viritim, sed universo collegio nostro in una massa, ut vulgo usurpant, daret. REISK. Nihil deest. τὸ—διδόναι est nominativus, non accusativus, pro quo Reiskius habuit. SCHAEF.

393, 17. διεκωδώνισε] Harpocration s. h. v. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας, ἀντὶ τοῦ διεπείρασε καὶ ἐξήτασεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἤτοι ἀπὸ τῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι νυκτὸς τὰς φυλακὰς, Εὐριπίδης Παλαμήδει· ἢ ἀπὸ τῶν δοκιμαζόντων τὰς μαχίμους ὄρτυγας τῷ ἤχῳ τοῦ κώδωνος, ὡς Ἀρίσταρχος.

393, 18. προσπέμπων] Mittens homines, qui cum singulis negotium transigerent. SCHAEF.

393, 20. ὁτουδήποτε] Intellexit ἐμοῦ. Quod ne diceret, (nam jactantius erat dicturus,) vide quo schemate caverit. SCHAEF.

οὐ γὰρ—δεῖ] Τὸ ἑξῆς· οὐ γὰρ δεῖ ἐμαυτὸν εἰπεῖν ἐμέ. SCHAEF.

393, 23. εἰ καὶ—μετάσχοιμεν] Huc, ut arbitror, respexit Priscianus p. 1142., cum ex Demosthene citat τῶν ξενίων εἰ μετάσχοιεν. TAYLOR.

393, 26. προσδιενείμαντο] Sensus: praeter pecuniam singulis datam hanc quoque in commune oblatam inter se partiti sunt. SCHAEF.

394, 1. ἔχουσιν] Scilicet τὸ σὸν μέρος. REISK. Immo omnem pecuniam in commune oblatam, qua Orator poscebat ut Philippus uteretur ad redimendos captivos. SCHAEF.

394, 8. ὅσοι—ἐξηγγυημένοι] *Qui sponsores dederant.* WOLF. *Datis pro se fidejussoribus dimissi* Reisk. Ind. Graecit. Citant h. l. Anecd. Bekk. p. 38, 9. SCHAEF.

394, 27. Τί δήποτε κ. τ. λ.] Referam huc locum Aristidis, ubi totius hujus loci Demosthenici artificium oratorium velut enucleat, p. 280. et seqq. δεινότης δ' ἐστὶ καὶ τὸ πρὶν θεῖναι ἀνελεῖν τι πόρρωθεν ἀντιπῖπτον αὐτῷ. πῶς οὖν ἐκ τοῦ συνειπεῖν Φιλοκράτει ᾐσθημένος με δῶρα εἰληφότα, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πρεσβείαν κεχειροτονημένος, σὺν ἡμῖν ὑπέμεινας πρεσβεύειν καὶ οὐκ ἐξωμόσω; πρὸς τοῦτο ἀντιθεὶς ἄνευ προτάσεως τὴν ἀντίθεσιν ταύτην τότε τὴν λύσιν ἐπήνεγκεν· ὡμολογήκειν γὰρ τοῖς αἰχμαλώτοις λύτρα κομιεῖν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ δεύτερον ἐπρέσβευσα, ἵνα αὐτοὺς λύσωμαι καὶ σώσω εἰς δύναμιν. δεινὸν οὖν ψεύσασθαι καὶ προέσθαι ἀτυχοῦντας ἀνθρώπους

πολίτας. πρόφασις ἂν ἔδοξεν εἶναι καὶ πλάττεσθαι πρὸς τὸ συμβὰν μετατεθειμένος. νῦν δὲ, πρὶν θεῖναι τὴν πρότασιν, προλαβὼν ἔθηκε τὸ κατὰ τοὺς αἰχμαλώτους τῇ ἀντεξετάσει τῶν χρόνων· "ἐν ᾧ διετρίβομεν ἐν Μακεδονίᾳ, τί ἑκάτερος προείλετο πράττειν; ἐγὼ μὲν τοίνυν τοὺς αἰχμαλώτους ἀνασώζειν καὶ ἀναζητεῖν καὶ παρ' ἐμοῦ χρήματα ἀναλίσκειν· οὗτος δὲ αὐτίκα ἀκούσεσθε τί ποιῶν διετέλεσε." τοῦτον τὸν τρόπον προδιοικησάμενος τὰ περὶ τοὺς αἰχμαλώτους, νῦν προάγει καὶ αὐτὴν τὴν πρότασιν ἐπὶ προδιῳκημένῃ τῇ λύσει· "ὅταν δὲ οὗτος αὐτίκα δὴ λέγῃ πρὸς ὑμᾶς, τί δήποτε, ὡς φῄς, ὦ Δημόσθενες, ἀπὸ τοῦ συνειπεῖν με Φιλοκράτει γνοὺς οὐδὲν ὑγιὲς πράττοντας ἡμᾶς, τὴν μετὰ ταῦτα πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους συνεπρέσβευσας πάλιν καὶ οὐκ ἐξωμόσω; ταῦτα μέμνησθε, ὅτι τούτοις ὡμολογήκειν, οὓς αὐτὸς ἐλυσάμην, ἥξειν καὶ κομιεῖν λύτρα καὶ σώσειν εἰς δύναμιν. δεινὸν οὖν ἦν ψεύσασθαι καὶ προέσθαι δυστυχοῦντας ἀνθρώπους πολίτας." REISK.

394, 27. ἀπὸ τοῦ—Φιλοκράτει] Inter primam scilicet et secundam legationem. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 226.

395, 1. ταῦτα μέμνησθε—εἰς δύναμιν] Legatione prima promissum dederat Demosthenes, quod secunda absolvit. SEAGER. l. c.

395, 2. ἥξειν, οὓς ἐλυσάμην] οὓς αὐτοὺς ἐλυσάμην ἥξειν Aristides p. 282., ubi Norrmannus corrigit αὐτός. REISK.

395, 5. ἰδίᾳ—πλανᾶσθαι] Sic ordina: πλανᾶσθαι ἐκεῖσε ἰδίᾳ ἐξομοσάμενον (s. τὴν πρεσβείαν) οὐ πάνυ καλὸν οὐδ' ἀσφαλὲς ἦν. WOLF. ἰδίᾳ non cohaeret cum ἐξομοσάμενον, sed cum ἐκεῖσε πλανᾶσθαι. Illuc evagari ad incertum exitum, velut homo privatus, nulla dignitate publica munitus. REISK.

395, 6. εἰ μὴ] Subaudi ἐπείσθην μετὰ τούτων πρεσβεύειν. Nisi hoc me impulisset ut legationem una cum his collegis meis obirem, quod vellem hos miseros captivos, de quibus praedico, redimere, nunquam id fecissem. Citat hunc locum Hermogenes p. 345. REISK.

395, 7. προώλης] Dorvillius ad Chariton. p. 277. ed. Lips.: "Apud Ulpianum ad Demosthen. περὶ παραπρ. [h. l.] προώλης exponitur: ὁ πρὸς εἱμαρμένης τελευτῶν. Legendum πρό." SCHAEF.

εἰ...ἂν...ἐπρέσβευσα] ἂν does not belong to προσλαβὼν, as some might think, misled by Matth. Gr. §. 598. 1. *b.* extr. but to the verb. εἰ ἐπρέσβευσα would have signified: "if I *went* on the embassy" (implying, *but I did not:* in other words, it would have only denied ἐπρέσβευσα) but εἰ ἂν ἐπρέσβευσα signifies: "if *I would have gone* (i. e. *on the condition* of receiving a very large sum of money, προσλαβὼν being resolvable into εἰ προσέλαβον) on the embassy (implying *I would not else have gone*, or in other words, it would have denied ἐπρέσβευσα ἄν)." Comp. Polycl. p. 1227. §. 79. ἆρ' οὐκ ἂν ὠργίζεσθέ μοι (i. e. εἰ μὴ ἐπετριηράρχησα, *if I had not continued at my post as trierarch till my successor arrived*) καὶ ἡγεῖσθε ἂν ἀδικεῖν με; εἰ τοίνυν ἂν ἐμοὶ τότε ὠργίζεσθε κ. τ. λ. SHILLETO.

395, 11. παρὰ ταύτην τὴν ἀποδημίαν] Significat eam, quae suscepta fuit secundae legationis ergo obeundae, qua Philippus ad pacem jurejurando sanciendam adactus est. REISK.

395, 16. τούτοις] Scilicet οἷς ἐγὼ ἔλεγον καὶ ἔπραττον. REISK.

395, 21. καὶ σφόδρα γε] Intelligendum ἐπέπρακτο ἄν. SHILLETO.

395, 23. παρὰ ταῦτα] Cohaeret cum θεάσασθε. Spectate atque comparate meis hisce cum moribus Aeschinis atque Philocratis. REISK. Comp. παρ' ἄλληλα which immediately follows. Not however that παρὰ ταῦτα belongs to θεάσασθε, which the collocation does not allow, but rather to the sentence: "Come now, what has been done by Aeschines *in comparison with this*, and what by Philocrates, consider that: for placed in comparison with one another, they will be more evident." SHILLETO.

395, 25. Φωκεῖς] Grammaticorum canon poscit Φωκέας. Φωκέας legitur p. 360, 28. 387, 6. 397, 21. 404, 25. 409, 13. 419, 15. 443, 7. 13. 25. 444, 13. 17. 445, 6. 448, 18. SCHAEF.

ἐκσπόνδους] Conf. p. 355, 5.

Ἀλεῖς] Ἀλέας ex hac oratione citat Harpocration sive hunc locum spectans sive p. 352, 18. ubi v. annot. crit.

395, 26. τὸ ψήφισμα] Significatur illud, quo P. A. sciverat hac pace socios quoque suos omnes, nullo excepto, esse complectendos. V. initium p. 391. REISK.

τὰ πρὸς ὑμᾶς εἰρημένα] Subauditur παρὰ τῶν τοῦ Φιλίππου πρέσβεων. Ea contra, quae legati Philippi, cum penes vos Athenis essent, nomine regis receperant praestanda, vobis auctores cum fierent, etiam socios vestros pacem esse participaturos, nemine excluso. REISK. Aperte falsum quod Reiskius subaudit παρὰ τῶν τοῦ Φ. πρέσβεων. V. p. 355, 9. 444, 14. DOBR.

395, 29. Καρδιανοὺς] Cardia (and Sestus) had not been ceded to Athens when the rest of the Chersonese was restored to them (see §. 89.), and on the ratification of the peace, their independence seems to have been declared: de Pace p. 63. §. 25. καὶ Καρδιανοὺς ἐῶμεν ἔξω Χερρονησιτῶν τῶν ἄλλων τετάχθαι. Philip subsequently seems to have offered to refer to arbitration his disputes with the Athenians respecting this and the Thracian towns. See Auct. Or. de Halonnes. p. 86, 87. §. 40. *foll.* Thirlwall's H. of Gr. 6. p. 21. and 24. SHILLETO.

396, 6. συμπαραπόλωμαι] Ne ego quoque velut obiter et ut accessio quaedam cladis communis una cum his perirem. REISK.

396, 7. αὐτὸς—Φιλίππῳ] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 8. SCHAEF.

396, 8, οὐδ' ὁτιοῦν] Scilicet μέρος τοῦ χρόνου. Est h. l. adverbiale. *nunquam non cum Philippo erat.* REISK.

Δερκύλος] The charge, brought by this *too quick-sighted* colleague, appears to be satisfactorily refuted by Aeschines: who offers his domestics for torture on the point, and brings

forward the evidence of the envoy of the allies Aglaocreon of Tenedos, and of his co-ambassador Iatrocles [by the way another of Demosthenes' witnesses: see §. 218.] with whom he messed, and from whom he was never absent one night: and asks triumphantly, in a strain of indignant irony beyond his usual powers, whether Leosthenes, or the Byzantian Pytho, (both at Philip's court) or Philip himself, could not have indited the letter (for which purpose Demosthenes §. 40. insinuates that he staid behind) or, in fine, whether the letter needed a learned clerk to sit up all night to compose. p. 44, 31 seqq. SHILLETO.

396, 12. *αὐτὸν μεμνῆσθαι*] *αὐτὸν* redit ad *τὸν παῖδα*. mandabat puero meo, non solum ut nunc mihi factum hoc referret, sed ipse quoque (puer) meminisset, quo testari de eo posset, si fiat aliquando ut testimonium ipsi hac de re dicendum sit. REISK.

396, 16. *συγγραψάμενος—μαρτυρήσω*] Haec intelligenda sunt de testimonio, quod actor ipse magno suo periculo perhibet in sua caussa. *Ὁ κατὰ συγγραφὴν μαρτυρῶν,* inquit Ulpianus ad locum, *ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατηγορίᾳ καθίστησιν.* Et rursus: *ὁ μαρτυρίαν συγγραψάμενος ἐδίδου ἑαυτὸν ὑπεύθυνον τῷ καταμαρτυρηθέντι.* Bene est, et addit: *ἐπεὶ ἄτοπον ἦν τὸν αὐτὸν κατηγορεῖν καὶ μαρτυρεῖν, ἔδωκεν ὑμῖν μεθόδους, προσθεὶς, καὶ εἰπὼν καὶ συγγραψάμενος.* Ejusmodi testimonium videtur in scripta referri et obsignari, (ideoque fieri dicitur *κατὰ συγγραφὴν,*) ut adversarius, quandocunque vellet, litem falsi testimonii intendere posset adversario: et idcirco bene addit scholiastes noster—*ὑπεύθυνον καὶ εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον.* Singularis haec jurisprudentiae Atticae formula non adeo silente pede praeteriri debuit ab iis, qui jurisprudentiam Atticam illustrare voluerunt. TAYLOR.

396, 21. Legatorum dissidia fatetur Aeschines p. 41, 1.—5. DOBR.

396, 23. *Οἵοις μὲν τοίνυν κ. τ. λ.*] Apparet legatos aspere Demostheni respondisse. WOLF. Immo intelligendum quidquid molestiae in illo itinere Demostheni collegae exhibuerunt. Conf. p. 400, 8. SCHAEF.

396, 26. *συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι κ. τ. λ.*] Citant h. l. Hermogenes p. 68. et 417. Syrianus ad Hermogenem p. 169, 13. *παράδειγμα δὲ τοῦ προτέρου* (scil. *τὴν δευτερολογίαν* interdum esse brevem ante dictorum recapitulationem) *Δημοσθένης ἐν τῷ π. παραπρ. ἐν ᾧ φησί· συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι τὰ κατηγορημένα ἐξ ἀρχῆς. ἐπέδειξα οὐδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα, ἀλλὰ φενακίσαντα ὑμᾶς. —οὐκοῦν ταῦτα ὑπεσχόμην ἐν ἀρχῇ* (p. 397, 12.), *ταῦτα ἀπέδειξα.* Marcellinus p. 174. *διάφοροι δὲ αἱ τῶν ἀνακεφαλαιώσεων μέθοδοι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. καὶ γὰρ ἢ ἀπὸ πλάσματος κέχρηνται, ὡς Ὑπερίδης—ἢ ἀπὸ τῆς αἰτίας, ὡς παρὰ Πλάτωνι ἐν Φαίδρῳ—ἢ ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας, ὡς πρότερον ἐπαγγειλάμενοι ἐν κεφαλαίῳ τὰ ἐπαγγελθέντα πληροῦν ἐθέλομεν, ὡς ἔχομεν ἐν τῷ παραπρεσβείας· συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι τὰ κατηγορηθέντα ἐξ ἀρχῆς, ἵνα, ὅσα ὑπεσχόμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκώς.* etc. Scholiastes ad Aristotelis Rhetorica p. 3. a versu 32. Apsines p. 706. fine: *ζητεῖται*

δὲ εἰ ἐπὶ τέλους τῇ ἀνακεφαλαιώσει δεῖ χρῆσθαι τῶν λόγων, ἢ χώραν οὐκ ἔχει μίαν, ἀλλὰ πολλαχῶς ἡ χρῆσις αὐτῆς γίνεται. ἔνιοι μὲν οὖν εἰσιν ἐπὶ τέλους αὐτῇ κεχρημένοι, ὡς καὶ ἐν τῇ κατηγορίᾳ τῇ Δημάδου Ὑπερείδης, καὶ Δημοσθένης, ὡς ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους καὶ Τιμοκράτους. ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ μέσον που τοῦ λόγου ἐχρήσαντο τῇ ἐπαναμνήσει, τουτέστι τῇ ἐπανακεφαλαιώσει, ὡς ἀμέλει καὶ αὐτὸς Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρ. etc. REISK. ἀπ' ἀρχῆς cum συλλογίσασθαι jungendum.

397, 3. ὑποσχέσεσι—ἐπαγγέλμασι] V. ad p. 44, 14.

397, 5. τῇ—τῶν συμμάχων—εἰρήνῃ] Paci quam socii facere cupiebant. SHILLETO.

397, 14. ὀμωμόκατε] V. jurisjurandi formulam in or. in Timocr. p. 746. 747.

397, 15. τὰ ex S. additum non legitur p. 746.

397, 28. τὰ τείχη] The chain of forts. Called τὰ ἐπὶ τειχῶν §. 172. SHILLETO.

397. 29. ἀπολώλασι] Locus ad dialecticam subtilitatem exactus completusque sic habet: ὅσοι διὰ ταῦτα οἱ μὲν ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν, οἱ δὲ χρήματα πάμπολλ' ὠφλήκασιν. De qua constructione v. quae annotavi ad Porsoni Hecub. ed. tert. p. 84. sq. SCHAEF. Demosth. p. 816. μαχαιροποιοὺς—ἀνὰ πέντε μνᾶς καὶ ἕξ, τοὺς δ' οὐκ ἐλάττονος ἢ τριῶν μνῶν ἀξίους· ubi in duobus codd. τοὺς μὲν insertum ante ἀνά. SHILLETO.

398, 1. ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν] παρ' ὑμῖν τεθνεῶτα p. 383, 18. SCHAEF.

398, 2. Ἐργόφιλος] Of Ergophilus Harpocration records that he was στρατηγὸς Ἀθηναίων. A man of this name is mentioned Aristocrat. p. 635. §. 122. as commander in Thrace at the time of the revolt of Miltocythes from Cotys (see on §. 89.) superseded by Autocles. Aristot. Rhet. 2. 3. 13. also speaks of one Ergophilus, who was acquitted because the fury of the people had been appeased by a victim condemned on the former day. Callisthenes. Κηφισόδοτος· Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. [p. 60. St.=440 R.] Ἀνδροτίων ἐν πέμπτῃ Ἀτθίδος ἱστορεῖ ὡς Ἀλωπεκόννησον [so it is written in Demosth. Aristocrat.] πολιορκῶν ἀπεχειροτονήθη καὶ κριθεὶς ἑάλω καὶ ἀπέτισε πέντε τάλαντα. Harpocr. See Dem. Aristocr. p. 670. §. 180. p. 674. §. 194. *foll.* Whether he is the same with Cephisodotus of Ceramicus, the orator mentioned in Leptin. p. 501. §. 163. and p. 502. §. 167, as inferior to none in eloquence, is not ascertained. Timomachus appears also to have served in Thrace. See Aristocr. p. 658. §. 137. See also Polycl. p. 1210. §. 19. *foll.* He was accused by Apollodorus, the son of Pasion. Pro Phorm. p. 960. §. 65. Ergocles mentioned by Harpocr. as στρατηγὸς Ἀθηναίων. Valesius [to whom I am indebted for some of the above references] says: "Is videtur esse Ergocles contra quem Lysias orationem scripsit [Orat. 28.] quemque ob peculatum ab Atheniensibus damnatum esse dicit in orat. c. Philocratem [Orat. 29.]" Of Dionysius I can give no account. SHILLETO. Conf. ad p. 676, 10.

398, 11. *ἐπανορθώσασθαι τὴν εἰρήνην*] Eadem locutio De Halonn. p. 81, 1. DOBR.

398, 13. *νῦν δ'—ψευδόμενος*] Hermogenes p. 180. *γίνεται δὲ (ἡ περίοδος) καὶ ἐκ συμπλοκῆς δύο ἀδικημάτων. οἷον· νῦν δὲ, ἃ μὲν πλεύσασιν ἦν σώζειν, βαδίζειν κελεύων ἀπολώλεκεν οὗτος, ἃ δ' εἰποῦσι τἀληθῆ, ψευδόμενος.* REISK.

398, 15. *πλεύσασι—βαδίζειν*] V. ad p. 393, 8.

398, 16. *ἀγανακτήσει τοίνυν—εὐθύνας ὑφέξει*] Hermogenes p. 139. *λείπει δὲ πολλάκις ἡ πρότασις οὐδὲν βλάπτουσα τὴν ὑποφοράν. κόσμος γάρ ἐστι τοῦ λόγου καὶ πλέον οὐδὲν πολλάκις. ἔσθ' ὅτε γὰρ καὶ θεωρίας ἐνδείγματα καλλίστης ἐμφανίζουσιν ἥ τε πρότασις καὶ ἡ ἀντιπρότασις, εἰ τῆς ἑρμηνείας τοῖς ὀνόμασι προσέχοιμεν, ἐξ ὧν τὸ εἶδος τῆς ὑποφορᾶς ὅπως διασύρεται καὶ δείκνυται θεωροῦμεν. οἷον· ἀγανακτήσει τοίνυν αὐτίκα δὴ μάλα, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων* (in Aldina legitur *τῶν ἐνταῦθα πολιτευομένων*) *λόγων εὐθύνας ὑφέξει. εἰ μὲν γὰρ ἔλεγε· πυνθάνομαι τοίνυν αὐτὸν, περιάγοντα κατὰ τὴν ἀγορὰν, λέγειν ἃ καὶ νῦν ἴσως πρὸς ὑμᾶς ἐρεῖ ἀγανακτῶν, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει· μετὰ προτάσεως ἔκειτο. ἐν οἷς γὰρ λόγοις ἐλπίζεται ἡ ὑποφορὰ, τοῦτό ἐστιν ἡ πρότασις. τὸ δὲ λέγειν ὅτι ἀγανακτήσει νῦν, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει, τοῦτό ἐστιν ἡ ὑποφορά.* REISK.

398, 17. *λόγων εὐθύνας*] Conf. Aeschin. p. 52, 9. DOBR.

398, 18. *ἐγὼ δ'—παραλείψω*] Scholiastes Hermogenis p. 154, 39. *τεχνικὸν δὲ τὸ συμπλέκειν καὶ συνεισάγειν τὸ ἔγκλημα τῇ μεταλήψει, ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας πεποίηκε. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου λέγοντος· ἔξεστι λέγειν ἃ βούλεταί τις, καὶ ὡς οὐ δεῖ λόγων εὐθύνας ὑπέχειν· ἐπάγει τὴν μετάληψιν ὁ ῥήτωρ· ἐγὼ δὲ, ὅτι πάντες ἂν εἰκότως ὧν λέγουσιν ὑπέχοιεν εὐθύνας, εἴπερ ἐπ' ἀργυρίῳ τι λέγοιεν, ἐάσω.* REISK.

398, 24. *ἀνάσχησθε ὡς—*] I. e. *ἀνάσχησθε λέγοντος ὡς—*. Conf. Bosii Ellips. p. 246 s. SCHAEF. Demosth. p. 990, 26. *ὅτι τοίνυν οὐδ' ἀνάσχοισθ' ἂν αὐτῶν εἰκότως οὐδὲν περὶ τῆς ἐπιτροπῆς.* DOBR.

399, 6. *οἷς γάρ ἐστιν κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 144. *καὶ γὰρ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας, ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ πρεσβευτὴς, φησὶν,* (recitavi verba, ut emendanda mihi videntur,) *ἐπὶ λόγοις, ἀλλ' οὐκ ἀνεύθυνος. καὶ πρῶτον* (scilicet *ἐγχείρημα*, argumentum) *ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ πράγματος· οὐδὲν γὰρ πρᾶγμα ἀνεύθυνον, ᾧ πρόσεστιν ἀδίκημα. εἶτα ἀπὸ τοῦ προσώπου· ὅτι καὶ ῥήτωρ ἀνεύθυνος ἐπὶ λόγοις οὐκ ἂν εἴη. ἕκαστος γὰρ, ὧν ἐστι κύριος, τούτων τὰς εὐθύνας δίδωσιν. εἶτα ἀπὸ τοῦ τόπου· ὅτι καὶ ἐν δημοκρατίᾳ οὐδεὶς ἀνεύθυνος ἐν λόγοις. οἷς γάρ ἐστιν ἐν λόγοις ἡ πολιτεία, πῶς, ἂν οὗτοι μὴ ὦσιν ἀληθεῖς, ἀσφαλῶς ἐστι πολιτεύεσθαι; καὶ καθάπαξ, ὡς ἔφημεν, πάντα τὰ κεφάλαια οὕτω καὶ ἀνασκευασθήσεται καὶ κατασκευασθήσεται.* REISK.

399, 11. *πολιτείαις*] *πολιτεία* which generally signifies "*a free state*," is here used in its fullest sense "*constitution*" or "*form of government*." Leptin. p. 461. §. 16. *ᾧ μόνῳ μείζους εἰσὶν αἱ παρὰ*

τῶν δήμων (*democracies*) *δωρεαὶ τῶν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτειῶν διδομένων.* p. 462. §. 18. *τῶν ἁπασῶν ἡστάντινος πολιτείας.* See also Aristotle *passim*, e. g. Rhetor. 1, 8. 2, 3. *κυρία μέν ἐστιν ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφασις· τὰ δὲ κύρια* (see §. 294) *διῄρηται κατὰ τὰς πολιτείας· ὅσαι γὰρ αἱ πολιτεῖαι, τοσαῦτα καὶ τὰ κύριά ἐστιν. εἰσὶ δὲ πολιτεῖαι τέτταρες, δημοκρατία, ὀλιγαρχία, ἀριστοκρατία, μοναρχία.* For *προγράφειν* (*proscribere*) see Hemsterh. Lucian. vol. 1. p. 482. Schoemann. de Comit. book 1. c. 4. SHILLETO.

399, 11. *ἐξ ἐπιτάγματος*] V. Wyttenbachii Julianea p. 179. ed. Lips. SCHAEF.

399, 17. *εἶτα κρατῆσαι*] Conf. Pro Rhod. p. 199. extr. DOBR.

399, 26. *οἱ ταράττοντες—τὴν πόλιν*] Wolfius non recte cepit. Haec non sunt verba ipsius Demosthenis, sed adversariorum, ab eo *μιμητικῶς* vel *τεχνικῶς* prolata. Ut in Midiana p. 564, 8. *ἡμεῖς οἱ λειτουργοῦντες, ἡμεῖς οἱ προεισφέροντες ὑμῖν, ἡμεῖς οἱ πλούσιοι.* MARKLAND. Auctor Philipp. IV. p. 140, 11. "*ὁ δὴ βάρβαρος καὶ ὁ κοινὸς ἅπασιν ἐχθρός.*" DOBR.

399, 28. *τὰς ἐπιστολὰς—τὰς τοῦ Φιλίππου*] It were much to be wished that Philip's letters had been preserved. He appears to have boasted that he would render such services to the Athenians as to justly entitle him to the honourable name of *Εὐεργέτης* [respecting which cons. F. A. Wolf. on Leptin. p. 475, 10]. This seems tolerably clear from *εὖ ποιῆσαι τὴν πόλιν.* See also §. 45. 46. Accordingly *τὸ ψυχρὸν τοῦτο ὄνομα* may refer to this title. So Reiske understands it. There is however some uncertainty about the meaning of *παρελήλυθ'*. I think the translation of Reiske Ind. p. 386. is upon the whole least objectionable: *excidit merito honorificae hujus appellationis, culpa sua titulum illum Euergetae amisit.* Translate: "This frigid title, this title used usque ad nauseam, Philip has overshot [has passed by, and thereby lost it] in his trying to cajole you." Dobree however understands *τὸ ψυχρὸν....κόρον* as parenthetical: *ut frigido et ad nauseam inculcato verbo utar.* Ulpian, *τὸ ψ. τοῦτο ὄνομα: ἢ τὸ ἀλαζονείας γέμον. ψυχροὺς, γὰρ τοὺς ἀλαζόνας λέγουσιν· ἐν οἷς ἄνω καὶ κάτω βοᾷ εὐεργετῆσαι τοὺς Ἀθηναίους.* SHILLETO.

400, 1. *ἵν' εἰδῆθ'—φενακίζων ὑμᾶς*] Citant Anecd. Bekk. p. 28, 18. SCHAEF.

400, 2. *ἐκεῖνος*] Philippus.

ἐκεῖνος] Omittunt Anecd. Bekk. SCHAEF.

φενακίζων ὑμᾶς] *ἡμᾶς φενακίζων* Anecd. Bekk. SCHAEF.

400, 5. *Οὕτω*—] Conf. Aeschin. p. 31, 14. DOBR.

Οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ κ. τ. λ.] Citat h. l. Apsines p. 700. ad finem: *ἐνίοτε καὶ συνεισάγονται ταῖς ἀντιθέσεσιν αἱ λύσεις. οἷον ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· Οὕτω τοίνυν πολλὰ καὶ δεινὰ* (nota ordinem verborum) *καὶ πάντα καθ' ὑμῶν πεπρεσβευκὼς περιιὼν λέγει· Τί δ' ἂν εἴποις περὶ Δημοσθένους, ὃς τῶν συμπρέσβεων* [*κατηγορεῖ: ἔξεστι γάρ σοι ἀποστρέψαι τὴν εἰσαγωγὴν καὶ λύσιν ποιῆσαι* addunt codd. ap. Walzium vol. 9. p. 516.] *κατηγορεῖς τῶν συμπρέσβεων. ναί. πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ ἐπρέσβευσαν.* REISK.

400, 5. Οὕτω—πεπρεσβευκὼς] Quid hoc? καὶ πολλὰ καὶ πάντα. Necesse est ut sit aliquid hujusmodi: Οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ καὶ δεινὰ πάντα καθ' ὑμῶν πεπρεσβευκώς. TAYLOR. Sententia loci haec est: Quamquam itaque Aeschines legatione sua res peregit 1) turpes easque tam turpes atque demonstravi, 2) numero permultas, 3) earumque nullam, quae e re vestra esset, sed cunctas in fraudem vestram, tamen dictitat etc. REISK. αἰσχρὰ καὶ πολλὰ ne confundas cum pervulgatissimo illo, πολλὰ καὶ αἰσχρά. *tam turpia eaque et multa et omnia*—. SCHAEF.

400, 7. νὴ Δία—εἴτε μὴ] *Hercle accuso, velim, nolim.* SCHAEF.

400, 11. ἐγὼ δ'—τὰ βέλτιστα] Hermogenes: καὶ πάλιν, ὃ δὴ καὶ βίαιόν ἐστι διαφερόντως, ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας, οἷον· ἐγὼ δὲ οὐδὲ συμπεπρεσβευκέναι φημί σοι· πρεσβεύειν μέντοι σὲ μὲν πολλὰ καὶ δεινὰ, ἐμαυτὸν δὲ ὑπὲρ τούτων βέλτιστα. Quod si par censebimus esse, ut cola inter se paria sint et sententiae utrinque plenae atque secum congruentes, post πολλὰ καὶ δεινὰ inseri debent aut ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν aut κατὰ τούτων, *contra hos Athenienses.* REISK.

400, 17. τράπεζα] Alii libri τράπεζαι. Singularis in tali argumento solennis est. Nemo non meminerit Homerici versus passim lecti in Odyssea: ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ξενίη τε τράπεζα. Euripides Hec. 787. κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί. SCHAEF.

τραγῳδεῖ] V. not ad p. 229, 18. SCHAEF.

400, 18. τούτων] Salis puta communis mensaeque convivalis, h. e. jurium convictus mutui. REISK.

400, 23. ἀλλ' ἐὰν—δηλοῦσι] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 16. SCHAEF.

αὑτῶν] αὐτῶν Anecd. Bekk. SCHAEF.

400, 24. τὰ αὐτὰ ταῦτα] Subaudi εἴωθε ποιεῖν. REISK. ταὐτὰ ταῦτα Bekker. Ab aliis haec formula expletur subaudiendo praepositionem κατά. Frustra: reliquae enim orationi, ut alia ejusdemmodi neutra, sic interseritur, nihil ut subaudiri oporteat. Valet autem idem quod ὡσαύτως οὕτως. Ceterum post ταῦτα non interpungendum: quippe haec formula cum sequentibus coalescit. SCHAEF.

εἰσιτήρια] Mid. p. 552. §. 147. εἴασε μέν με εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι καὶ θῦσαι καὶ κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως· where Ulpian: εἰσιτήρια ἐγίγνετο, μελλούσης εἰσιέναι τῆς βουλῆς εἰς τὸ βουλευτήριον, ὥστε κατὰ γνώμην ἀπαντῆσαι τῶν πραγμάτων τὴν σκέψιν. He says on this passage: προηγεῖται εἰσιούσης τῆς βουλῆς ὁ τὰς θυσίας ποιούμενος. Respecting this and the similarly formed word κατιτήριον, see Pierson. on Moeris p. 222, 223. Suidas speaks of the εἰσιτήρια as a holy day: and adds ταύτην τὴν ἡμέραν πρώτην τοῦ ἔτους 'Αθηναῖοι νενομίκασι. This account is received by Schoemann. de Comit. p. 306. (=291. Transl.) who rejects that of Ulpian. The sacrifice was offered in the temple of Ζεὺς βουλαῖος and 'Αθηνᾶ βουλαία. See Antiph. de Choreut. p. 146. St.=789 R. SHILLETO.

400, 26. οἱ στρατηγοὶ—πᾶσαι] Ad hos nominativos subaudienda

sunt praemissa omnia: *συνθύουσι, συνδειπνοῦσι, συνεστιῶνται, κοινωνοῦσι σπονδῶν καὶ ἱερῶν.* REISK.

400, 28. *Λέων Τιμαγόρου*] V. ad p. 350, 26.

401, 1. *Εὔβουλος Θάρρηκος καὶ Σμικύθου*] De his nihil aliunde constat. Falli videtur Grevius, qui Eubulum nobilem esse putat oratorem Anaphlystium, de quo in Prolegomenis ad orationem de falsa legatione et alibi dictum est.

Κόνων—Ἀδειμάντου] Xenoph. Hell. 1. 7. 1. speaks of Adimantus who (together with Philocles) was chosen as colleague to Conon upon the deposition of the other unfortunate generals who fought at Arginusae. After the defeat at Aegospotami and the flight of Conon to Cyprus, Philocles and Adimantus fell into Lysander's hands: the former was put to death on account of his having instigated the Athenians to cut off the right hand (or probably the thumb of the right hand: see Schneider's note) of certain captives: but Adimantus was spared, partly because he alone had opposed the barbarous proposal of his colleague, and partly because (as was suspected) he had betrayed the ships to Lysander. Xenoph. 2, 1, 30.—32. It was probably on this charge that he was brought to trial at a subsequent period by Conon. SHILLETO. Conf. Sievers. Hist. Gr. p. 112.

401, 6. *τὰς...τῆς πατρίδος σπονδάς*] See Aeschin. p. 31. St.=208 R. *τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δή φησι ποιεῖσθαι, οὐκ ὢν ἐπιχώριος. εἰρήσεται γὰρ, οὐδ' ἐγγενὴς ἡμῖν* (alluding to our orator's Scythian origin on his mother's side). See also (on a different occasion) Aeschin. de Coron. p. 85. St.=616 R. *ἔφησθα γὰρ τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῆς ξενικῆς τραπέζης.* SHILLETO.

σπονδὰς] Subaudi *παραβαίνουσι*. migrant sacra, h. e. vim et validitatem eorum frangunt, eorum communione semet ipsi excludunt, jure fructum eorum percipiendi se defraudant. V. p. 400, 2. *παρεληλύθεν*. REISK. Subaudiendum *παρέβαινον*. SCHAEF.

401, 11. *ἔξω τι τῆς πρεσβείας*] V. p. 407, 15. SCHAEF.

401, 12. *ἐπειδὴ γὰρ—οὐδὲν ἐπαγγέλλεται*] Citat Rufus p. 82. SCHAEF.

ἐπειδὴ] *ἐπεὶ* Rufus. SCHAEF.

401, 15. *ἑστιῶν δ' αὐτοὺς κ. τ. λ.*] Pulcherrima sane historia et digna, quae Demosthenis oratione posteritati consecraretur. Attigit etiam Libanius Declam. 14. *ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ποιῆσαί τι παραπλήσιον· ἀφεῖναι γὰρ αὐτὰς Σατύρῳ τῷ τῆς κωμῳδίας ὑποκριτῇ.* Geminam plane adjungo ex scriptore incerto apud Suidam v. *Ἐπαγγέλλει. Ὁ δὲ βασιλεὺς φιλοφρόνως δέχεται αὐτὸν, καὶ κελεύει θαρρεῖν, καὶ εἴ τι θέλει ἐπαγγέλλειν* (id erat *αἰτεῖσθαι*, *aliquid postulare*, ut hic). *ὁ δὲ δεῖται ὑπὲρ Μονάτου τοῦ Πραάτου, ὃς ἦν λ ἔτη ἐν σκότῳ καθειργμένος.* Adi Harpocrat. et Suid. v. *Ὅτι ξένους κ. τ. λ.* Apud hunc in v. *Φωκίων* legitur ex Arcana Historia, quod sequitur: *Ὁ δὲ περὶ Σατύρου φησὶν ὁ Δημοσθένης ἕνεκα τῶν Ἀπολλοφάνους θυγατέ-*

ρων, τοῦτο εἰς Ἀθήνας ἤγαγε καὶ ἐξέδωκε. Postremo adjungam Hermogenem in aureo libello περὶ μεθόδου δεινότητος cap. περὶ ἀντιθέτου. Τοῦτο δὲ τὸ ἀντίθετον ὁ Δημοσθένης ἐποίησε κακόηθες, τὸ μὲν πρᾶγμα ἀληθὲς λαμβάνων, τὸ δὲ ἀντικείμενον ψευδὲς ὄν· ὡς ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας εἰσάγει συμπόσιον Φιλίππου καὶ τῶν Ὀλύμπια νενικηκότων, καὶ διάλογον Σατύρου τοῦ κωμικοῦ ὑποκριτοῦ. οὕτω δὲ ψυχαγωγεῖ τοὺς ἀκούοντας, ὥστε οἴεσθαι ἐν συμποσίῳ εἶναι. εἶτα ἀντιτίθησι συμπόσιον ἕτερον ὡς γενόμενον Αἰσχίνῃ, ψευδόμενος, μηδέποτε γενόμενον, ἵνα ἐψυχαγωγημένοι διὰ τῶν προτέρων λόγων οἱ δικασταὶ πιστεύωσι καὶ τοῖς ἐπιφερομένοις ὡς ὁμοίως ἀληθέσι. Philippus sc. ob partam victoriam laetabundus et res Olynthi prospere gestas convivio excepit, ut narrat iste scriptor, eos, qui nuper Olympia vicerunt. Et percommode sane accidit ut Olympia celebrarentur eodem anno, quo Philippus Olynthum obsidione cepit, scilicet Olymp. 108. 1. TAYLOR. Utitur hoc loco etiam Tiberius cap. de Antitheto p. 35. SCHAEF. Narrationem de Satyro habet Diodor. 16, 55. ubi v. quae Wessel. attulit de Olympiis, quae in Macedonia ab Archelao instituta esse refert Ulpianus ad h. l., et Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 138.

401, 15. στεφανῶν τοὺς νενικηκότας] Locum hunc explicat Harpocrat. in v. Στεφανῶν τοὺς νενικηκότας. TAYLOR.

401, 16. ἤρετο—ἐπαγγέλλεται] Rufus l. c. memoriter sic scripta citat: Σάτυρον τουτονὶ τὸν κωμικὸν εἶδεν ὑποκριτὴν, ὃς οὐδὲν ἐπαγγέλλεται. SCHAEF.

Σάτυρον τουτονὶ] Ob pronomen ἀναφορικῶς, non δεικτικῶς, usurpatum citat haec verba Apollonius Dyscolus de Pronom. p. 75. Conf. Harpocratio s. v. προπύλαια, ex hoc loco citans ἤρετο—ὑποκριτήν. SCHAEF.

401, 17. ἐπαγγέλλεται] Harpocrat. v. Ἐπαγγελία consulatur, item Ulpianus ad hanc vocem. Cod. Aug. scholion conservavit. scilicet: ἐπαγγέλλεται] αἰτεῖ. TAYLOR.

401, 18. ἀηδίαν] V. Reisk. in Ind. Graecit. ἀηδὲς ἐμοὶ καὶ τούτῳ γέγονεν—οὐδέν p. 411, 11. SCHAEF.

401, 21. ῥᾷστα—πάντων] Satis longa intercapedo disjungit quae syntactice cohaerent. ῥᾷστα πάντων δοῦναι propterea dicuntur, quia puellae erant ipsius Philippi mancipia ideoque non redimendae a domino solutis λύτροις. V. p. 402, 1. SCHAEF.

401, 23. νεανιευσαμένου] Anecd. Bekk. p. 52, 17. Νεανιεύσασθαι· ὑψηλόν τι καὶ ἐλευθέριον φρονῆσαι. Dicitur h. l. de pollicitatione magnifica. Similiter p. 536, 26. οὐδ᾽ ἐνεανιεύσατο τοιοῦτον οὐδέν. SCHAEF.

401, 28. ὄντα ex S. restitutum pro οὔσας schemate syntactico satis pervulgato, quod interpretantes in vulgarem formam converterunt. V. not. ad p. 348, 22. SCHAEF.

402, 2. ταύτας—δός μοι] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 6. SCHAEF.

402, 3. οἵαν μοι δώσεις δωρεὰν] Sensus: cujusmodi donum, quam parum ad rem augendam profuturum mihi daturus sis, ut

quod opes meas non modo non augeat, sed adeo minuat. SCHAEF.

402, 5. *προῖκα προσθείς*] Conf. ad p. 1016, 11.

402, 8. *θόρυβον καὶ ἔπαινον*] *ἔπαινον καὶ θόρυβον* F. Q. O. t. u. v. Sed vulgatus ordo praestat: nam *κρότος* et *θόρυβος* ut affinia melius junguntur. *θόρυβον καὶ κρότον τοιοῦτον, ὡς ἂν ἐπαινοῦντές τε καὶ συνησθέντες, ἐποιήσατε* p. 519, 10. SCHAEF.

402, 11. *Ἀλέξανδρον*] Plures erant eo nomine. Harpocrat. v. *Ἀλέξανδρος*: *Ἕτερος Ἀλέξανδρος καὶ αὐτὸς Μακεδόνων βασιλεὺς, ἀδελφὸς Φιλίππου πρεσβύτερος, περὶ οὗ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας φησί· καίτοι τῶν ἀποκτεινάντων Ἀλέξανδρον ἦν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Φιλίππου οὗτος Ἀπολλοφάνης.* TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 375, 21. SCHAEF.

402, 13. *τούτων*] Malim *τούτῳ*, huic Aeschini, aut *τούτοις*, his, Aeschini et ejus fraterculis. REISK. Praestat *τούτων*: quippe opponitur ei *τοῦ Σατύρου*. SCHAEF.

402, 15. *εἰ—ὅμοιον*] Subaud. *ἐστί*. Vid. Bosii Ellips. p. 605. SCHAEF.

παραπλήσιον—καὶ ὅμοιον] *ὁμοίως καὶ παραπλησίως* p. 36, 1. SCHAEF.

κληθέντες γὰρ οὗτοι] This story Aeschines indignantly denies at the outset of his reply, and appeals to his audience whether the whole past course of his life did not give the lie to his rival's statement. He refers to it also p. 48, 49. St. = 319, 320 R. and says that Demosthenes had attempted to bribe Aristophanes of Olynthus to swear to the statement, who though a poor man had rejected the offer. SHILLETO.

402, 16. *κληθέντες—Φαιδίμου*] Citat h. l. Pollux 6, 8. REISK.

402, 17. *Φαιδίμου*] Xenophon Hell. 2, 3, 2. in recensione 30 Tyrannorum *Φαιδρίαν*, non *Φαίδιμον*, ponit. PALMER.

ἐπειδὴ δὲ ἦκον εἰς τὸ πίνειν κ. τ. λ.] Locum hunc confert cum simili Ciceronis in Verrinis Victorius 14. Var. Lect. 14. TAYLOR.

402, 18. *Ὀλυνθίαν γυναῖκα*] Uxorem Aristophanis Olynthii. V. Aeschin. p. 48, 40. seqq.

402, 20. *ἐλευθέραν*] Atqui fuit mancipium. Malim igitur *ἐλευθέριον*, nisi. quae lenior etiam mutatio est. praeferas *ἐλευθερίαν*. V. Dorvillius ad Chariton. p. 281. ed. Lips. SCHAEF.

402, 21. *ἠνάγκαζον*] *Cogebant, opinor, hi*: nam nisi coacta fuisset. ne tetigisset quidem nec vinum nec tragemata. SCHAEF.

τρώγειν] *Tragematis vesci*: nam coena jam finita erat. V. Anecd. Bekk. p. 114, 14. SCHAEF.

402, 24. *ἀδημονούσης*] Harpocration s. h. v. et Anecd. Bekk. p. 341, 25.

402, 28. *κάλει παῖδα,—Ἱμάντα τις φερέτω*] Scilicet hae voces tum resonabant. *Voca tu tortorem*, clamabat alius: alius, *Scuticam afferto quis*. *μιμητικῶς* haec pronunciantur. REISK.

403, 1. *ῥυτῆρα*] V. Anecd. Bekk. p. 299, 28. SCHAEF.

403, 2. εἰπούσης—πολλάς] Locum hunc citat schol. Aristophan. Acharn. 319. TAYLOR.

403, 3. περιρρήξας—πολλάς] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 7. SCHAEF.

χιτωνίσκον] χιτῶνα scholiastes Aristophanis.

403, 4. πολλάς] πληγὰς scilicet. Ellipsis est singularis, sed non infrequens. Hinc pendet joculare istud Phrynes, scorti non incelebris: Μαστιγίου δέ τινος μειρακιευομένου πρὸς αὐτὴν καὶ φαμένου πολλαῖς συμπεπλέχθαι, καθ' ὑπόκρισιν ἐσκυθρώπασεν· ἐπερωτήσαντος δὲ τὴν αἰτίαν, Ὀργίζομαί σοι, εἶπεν, ὅτι πολλὰς ἔχεις. Athenaeus 13. p. 585 F. Caeterum de hoc loco vide Suidam v. Φοινικίδα et Thomam M. v. Ξαίνω (p. 638.), ubi dedit immemor orationis: Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου· ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς. TAYLOR. Add. Thomas M. p. 359. SCHAEF.

403, 8. παροινουμένη] "The victim of his drunken frolic." Respecting this story Ulpian tells us: ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ ἀνέστησαν οἱ δικασταὶ καὶ εἴασαν τὸν ῥήτορα λέγοντα, τοῦ Εὐβούλου συμπράττοντος τῷ Αἰσχίνῃ. μισοῦντος δὲ τὸν ῥήτορα εἰπόντος αὐτοῖς, τοιούτων αἰσχρῶν ἀνέχεσθε λέγοντος Δημοσθένους; and we learn from Aeschines that the audience arose and hissed Demosthenes, p. 28. St.=190 R. p. 48. St.=319 R. SHILLETO. εἴασαν in verbis Ulpiani corruptum esse ex ἔπαυσαν in Prolegomenis diximus.

403, 10. ἐν τοῖς μυρίοις] De hoc synedrio dictum ad p. 344, 11.

403, 11. καὶ Διόφαντος—ἀναγκάσω] Citant Anecd. Bekk. p. 156. SCHAEF.

403, 13. καὶ τοιαῦτα συνειδὼς κ. τ. λ.] Citat hunc locum Hermogenes p. 346. REISK.

403, 16. λαμπρᾷ] μακρᾷ Hermogenes p. 245, 24. REISK.

403, 17. οὐκ ἴσασιν οὗτοι κ. τ. λ.] Citat Minucianus p. 162. REISK. Dionis Cassii (46, 4.) imitationem hujus loci indicavit Dobraeus ad Aristophan. Plut. 1062. SCHAEF.

τὰς βίβλους] In quibus formulae perscriptae essent initiationum, incantationum, exorcismorum, quibus valetudines e corporibus aegrorum expellerentur. REISK. V. p. 313, 15. Sola intelliguntur carmina initiationum. SCHAEF.

403, 18. θιάσοις] Harpocrat. in v. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. θίασός ἐστι τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τελετῇ καὶ τιμῇ θεῶν. TAYLOR. V. not. ad p. 313, 23., ubi Orator acerbo sarcasmo τοὺς καλοὺς θιάσους dicit. Nec lenius hic: ἐν θιάσοις καὶ μεθύουσιν ἀνθρώποις καλινδούμενον. SCHAEF.

403, 23. ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον] Respexit Pollux 3, 111. ἄνθρωπος ἀγαπητῶς—διατρεφόμενος Dio Cassius. V. Dobraeus l. c. ad v. 17. παρατρεφόμενον positum significanter. V. Reisk. Ind. Graecit. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1040. s. et Wyttenbachii Animadvers. in Plutarchi Mor. p. 13 C. ἀγαπητῶς παρατρεφόμενος perperam vertentis *qui libenter alieno se cibo alit.* Nam ἀγαπητῶς est *vix, aegre,* ut recte interpretatur Reiskius Ind. Grae-

cit. Addito μόλις, eadem significatione dicitur ἀγαπητῶς καὶ μόλις, de quo v. Bastius ad Gregor. Corinth. p. 169. SCHAEF.

403, 26. ἀλλὰ δὴ τὰ τῆς ἐξουσίας] Subauditur ὁρᾶτε. Et τὰ τῆς ἐξουσίας (scilicet ἔργα) idem est atque τὴν ἐξουσίαν. Idem est atque si dixisset: ἀλλὰ γὰρ ὁρᾶτε καὶ θαυμάζετε τὴν ἐξουσίαν τἀνθρώπου. Sed spectate atque miramini mecum arrogantiam et confidentiam hominis Timarchum pro impuro et flagitioso accusantis, quasi fiduciam hanc conscientia vitae honeste sancteque actae meruisset. *Seht mir einmal an, was er sich für Dinge heraus nimmt.* REISK.

404, 3. ἔνι;—δωροδόκος] Nimis abrupta et hiulca haec mihi videtur oratio. Num sic legendum est: ἔνι, εἰ δωροδόκος—. *a quibus ecquod unum malum vel probrum inest, si insunt istaec, munerum helluo, adulator* etc. REISK. Sane abrupta est oratio: nimis abruptam et hiulcam quaeque laboret defectu non dixerim. δωροδόκος—δεινότατα inclusi lineolis, ne quem fugeret τὸ ἑξῆς. SCHAEF.

404, 6. ἐν οὐδ' ὁτιοῦν] ἐν γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν ἔνι τούτων—p. 643, 15. Ad verbum *nihil ne quidlibet quidem*, h. e. *plane nihil.* Nam vis negativae non tantum ad sequentem vocem pertinet, sed etiam ad antecedentem reflectitur. SCHAEF.

404, 13. ἔστι—κατηγορία] Sententia est: Aequa et legitima defensio ista non est; veruntamen est artificium judices aliquantisper ludendi atque morandi, cum reus actoris personam sibi induit, h. e. crimina in se intorta in accusatorem retorquet. REISK.

404, 18. τὰ δὲ πράγματα] Scilicet τὰ ὑπὸ τούτου διεφθαρμένα. Nisi malis legere τὰ δὲ τούτου πράγματα, aut τὰ σὰ δὲ πράγματα. *Tua vero caussa nil eo fit melior.* REISK. τὰ πράγματα i. q. τὰ πεπραγμένα v. 15. nihilque nec subaudiendum neque addendum. SCHAEF.

404, 21. τὴν δικαίαν ἥτις ἐστὶν ἀπολογία] Notabilis constructio pro vulgari τὴν δικαίαν ἀπολογίαν ἥτις ἐστίν. SCHAEF. Eur. Ion. 1307. τὴν σὴν ὅπου σοι μητέρ' ἐστὶ νουθέτει and Soph. Trach. 97. καρύξει τὸν Ἀλκμήνας, πόθι μοι πόθι παῖς ναίει ποτ', which is very similar to our passage. SHILLETO.

404, 28. ἀνώμοτον εἶναι τὴν εἰρήνην] Intelligi puto tempus, quo Philippi ἡ ὅρκωσις per fraudem τῶν παραπρεσβευόντων tantisper differebatur, dum summa rerum pessum iret. SCHAEF. Dobree says: "Quomodo ἀνώμοτος? An quod Aeschines et legati non ὥρκωσαν Philippi socios? Atqui loquitur nunc de iis, quae acciderunt post legationem obitam et renunciatam." There is great weight in the last words. Perhaps in addition to the non-swearing of many of Philip's allies, allusion may be made to the hollow nature of the peace, which the more violent of the anti-Macedonic party were so desirous of evading altogether. See §. 201. SHILLETO. Ad ἐπανόρθωσιν εἰρήνης factam Olymp. 109, 1. referunt Weiskius de hyperbole 2. p. 42. et Boehneckius Quaest. vol. 1. p. 297., quo tempore Hegesippus cum col-

legis quibusdam ad Philippum legatus missus, sed parum amice exceptus ab eo erat (v. ad p. 447, 9.).

405, 13. οὐδ'—ἁμαρτὼν] V. Ind. Graecit. s. v. ἁμαρτάνω. Est superlatio rem gravissime significans. *Ne aberrante quidem lingua.* Philocratis foeditas et impudentia adeo est in ore vulgi, ut, si quaeras quis sit omnium foedissimus et impudentissimus, lingua, vel si titubet, nomen ejus edere cogatur. SCHAEF.

ὑμῶν] Arcte cohaeret cum ἄλλον. Idem est ac si dixisset: οὐδένα ἄλλον ἐκ τοῦ ὑμετέρου πλήθους. Nemo alium quempiam vestrum, id est e vestro numero, appellet quam Philocratem, ne si erret quidem, aliud agens, aliud cogitans, lingua mentem praecurrente hunc appellet, volens alium appellare, h. e. nemo unquam alium praeter Philocratem edet neque volet edere. REISK. Ego vero jungo οὐδεὶς ὑμῶν, ita volente adeoque poscente Demosthene. Qui si junxisset ὑμῶν ἄλλον, quid aliud quam dixisset in corona esse βδελυροὺς καὶ ἀναιδεῖς, quorum βδελυρώτατος καὶ ἀναιδέστατος sit Philocrates? Quae futura erat permira captatio aurae popularis. SCHAEF.

405, 15. τίνα δὲ] Repete φήσαιτ' ἄν. SCHAEF.

405, 16. ἂν] Junge cum infinitivo εἰπεῖν. SCHAEF.

τῇ φωνῇ] Libri multi λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, quod illatum ex p. 403, 15. "Ex multis locis hic est unus, in quibus *Demosthenes dicit, voce dulci et clara fuisse Aeschinem:* verbis utor Ciceronis in Oratore §. 18. Sic in sequentibus pag. 408, 17. μηδέ γε εἰ καλὸν καὶ μέγα οὗτος φθέγγεται, μηδ' εἰ φαῦλον ἐγώ. Vide orationem hanc exeuntem p. 449, 20. p. 380, 1. p. 415, 15. Iis, quae ex Cicerone attulimus, adde Ulpianum in schol. ad p. 449, 26. ἔστι γὰρ εὐφωνότατος Αἰσχίνης, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ πολλάκις ὁ Δημοσθένης. Similia pene habet Plinius Epist. 2, 3." TAYLOR.

405, 18. ὄχλους invidiosius dictum. Nec Demosthenes hoc vocabulo usurus erat, si e sua ipsius persona nunc loqueretur: sed refert vocem adversariorum. SCHAEF.

405, 20. ἠνώχλησα—βεβίασμαι] Sic p. 575, 24. ἄχρι τοῦ μηδὲν ὑμῖν ἐνοχλεῖν μηδὲ βιάζεσθαι. DOBR.

405, 21. περὶ τούτων] Sive *his de rebus*, sive potius *his de hominibus.* REISK.

406, 5. τοῦτο—ποιεῖ] Plutarchus Mor. p. 88 C. ταῦτα ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ὡς ὁ Δημοσθένης φησὶν, ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ. Eundem hunc locum, ut videtur, respiciens p. 164 F. τοῦτο τὸ ψεῦδος—ἄγχει, τὴν παρρησίαν ἀφαιρεῖται. SCHAEF.

406, 6. τὸ—τελευταῖον—πρώην] τὰ τελευταῖα πρώην p. 308, 13. τὰ τελευταῖα—ἔναγχος p. 403, 22. SCHAEF.

406, 7. ἴστε—ὅτ'] V. not. ad Porsoni Hecub. p. 13. et Ind. p. 119. s. ed. tert. Lips. SCHAEF.

οὐκ εἰᾶτε πρεσβεύειν] This embassy is probably the same with that spoken of more fully de coron. p. 271. 272. §. 168—171. Antiphon, who had been rejected on a scrutiny from the Lexiarchic register (ἀποψηφισθεὶς) was found lurking in the Piraeus, and was charged with the design of setting fire to the arsenal.

Aeschines came forward (*βοῶν καὶ κεκραγώς*) and obtained his acquittal. The matter was however brought before the Areopagus, Antiphon was tortured and put to death. And to mark their disapprobation of the conduct of Aeschines, the Areopagus deprived him of the office of ambassador on a point connected with the temple at Delos, and appointed Hyperides in his stead. See Thirlw. 6. 27. and note 2. SHILLETO. Adde Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 293.

406, 8. *ἰοὺ ἰού*] Conf. p. 784, 19. SCHAEF.

406, 10. *καίτοι ταῦτα μέν*] Sensus loci: Atqui haec, quae mihi tunc minatus est, scilic. *ἡ εἰσαγγελία καὶ ἡ γραφή*, sunt longi temporis multaeque operae; poteratque me, nisi culpae sibi conscius esset, continuo vel tribus verbis prosternere. SCHAEF.

μακρῶν] *οἱ μακροὶ καὶ πολλοὶ ἀγῶνες καὶ λόγοι* respiciunt ad oppositum ei atque contrarium, tria verba, quae heri emtum de catasta mancipium Thracium, Graece loqui nondum doctum, facile pronunciet. REISK.

406, 12. *ἠδυνήθη*] Alii libri *δυνηθείη*. Male: nam orator quod in Piraeeo accidit spectat, non universe loquitur. SCHAEF.

406, 15. *εἰληφὼς ἢ μετειληφώς*] "Having received bribes or (if he has not done that, at any rate) having received presents jointly with the rest of us." We have already seen (§. 184.) that Philip's first idea was to bribe the ambassadors separately: *ἑκάστῳ προσπέμπων ἰδίᾳ*. Demosthenes alone would not be tampered with. Philip then imagined they would receive *τὰ κοινῇ δοθέντα*. This too Demosthenes says he refused, though he might have fallen into the trap on the ground that the gifts offered were *ξένια*. What was more natural then than for Aeschines, who had both been bribed *ἰδίᾳ* and received his share of the presents given *κοινῇ*, than to have said? "Here Demosthenes charges me with having received money after having received it by himself (*ἰδίᾳ*) or jointly received it (*κοινῇ*) with others." SHILLETO.

406, 18. *δοῦλος—τούτων*] Servus erat horum verborum vel probrorum et criminum: *Χρήματα εἴληφας. Προδότης εἶ.* Haec verba ei velut dominus imperitabant saevus et immitis, cui obloqui non licet. His verbis occurrere, audacter responsare, confutare conscius sui flagitii Aeschines reformidabat, ut servus asperum herum devitat, quem a se laesum novit. REISK. Immo: in haec ei verba non magis quidquam quam mancipio in dominum licebat, h. e. haec in me jactare reformidabat ut *δοῦλος ἀπαρρησίαστος*, cui *ἡ γλῶττα δέδεται*: nam si in me jactaret, suo se gladio jugulaturus erat. E contrario *κἂν ἐχθὲς ἐωνημένος ἄνθρωπος* foret *δεσπότης τῶν ῥημάτων τούτων*. V. v. 11. s. SCHAEF.

406, 20. *ἐπελαμβάνετο—συνειδέναι*] Citant Anecd. Bekk. p. 141, 12., ubi pro *τὸ* perperam *τῷ*. SCHAEF.

407, 13. ΜΑΡΤΥΡΕΣ] Subaudi non *εἰσέρχονται*, neque *μαρτυροῦσι*, quod paulo post fiet p. 408. in., sed solummodo *εἰσκαλοῦν-*

ται, *citantur.* Interea dum arcessuntur et conveniunt, orator pro more suo quaedam interfatur a re non aliena. Solebant enim illi oratores interea, dum lex recitanda quaereretur testesve citarentur, ne oratio insisteret neque ipse conticesceret et nil ageret, pauca quaedam interfari, quae viderentur a re praesente non aliena esse, quamquam interdum deprehenduntur cum reliquis non optime cohaerere. REISK. Alia exempla talium interlocutionum commemoravi ad p. 288, 12. Quid quod orator passim sic interfatus est, ubi non metuendum fuit ne conticesceret? V. p. 421, 16. ss. SCHAEF. V. ad p. 482, 21.

407, 15. In annot. crit. q. pro altero ἂν scribe ἐάν.

407, 17. *μετὰ ταῦθ'*] Posteaquam Aeschines caussam suam dixerit. REISK. Ut iniquum sit audire calumnias, quibus retundendis tempus mihi non detur. SCHAEF.

407, 25. *ἐκείνῳ—ἐκείνου*] Adverte pronominis iterationem. SCHAEF.

407, 27. *ὑπὲρ—περὶ*] Significatione non differunt. V. not. ad p. 10, 17. et Aeschines p. 55, 18. SCHAEF.

407, 28. *λέγε μοι τὴν μαρτυρίαν*] Cujusnam rei testimonium? Haec aut loco suo mota videntur, aut aliquid forte ante ea excidit. Nisi haec *μαρτυρία* referenda sit ad modo citatos (hac pagina v. 13.) *μάρτυρας*. Quod tamen non puto. MARKLAND. Sane referenda est ad illos testes. V. not. ad v. 13. SCHAEF.

408, 9. *οὐδεὶς πώποθ'... ἑάλω*] "No one ever was convicted admitting his guilt." For persons who confessed their crime were at once punished. See Aeschin. Timarch. p. 13. St. = 113 R. It is singular to observe that some have translated the words: "no one, when he admitted his guilt, was ever condemned." SHILLETO. Sopater ad Hermogenem p. 91. f. *ἐπιπλήξειέ τις ἂν τῷ Ἑρμογένει, ὅτι τὸν ἠδικηκότα ὁμολογεῖν λέγει ἀδικεῖν.* (Refert locum Hermogenis, qui p. 57, 2. edit. Crisp. legitur.) *οὐδεὶς γὰρ πώποτε, ὥς φησὶ Δημοσθένης, ὁμολογῶν ἀδικεῖν ἑάλω, ἀλλ' ἀναισχυντοῦσιν, ἀρνοῦνται—. δῆλον γὰρ ὡς, ἐὰν ὁμολογῇ ὁ φεύγων ἠδικηκέναι, λέγεται* [*λύεται* ex cod. restituit Walz. vol. 4. p. 232.] *ἡ ἀμφισβήτησις καὶ ἕπεται τῇ ὁμολογίᾳ ἡ τιμωρία.* REISK.

408, 19. *οὐ γὰρ ῥητόρων—*] Compare the well-known passage of Thucydides (3. 38.) where the feelings of an Athenian audience who went to the assembly merely in quest of intellectual excitement are so graphically delineated: *αἴτιοι δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων κ. τ. λ.* SHILLETO.

408, 21. *ὑπὲρ*] *ὑπὲρ* h. l. accipio pro *ἀπό*. Nam constructio haec est: *ἀπώσασθαι τὴν αἰσχύνην τὴν ὑπάρχουσαν ὑπὲρ* (*propter*, id est *ἀπὸ*) *τῶν πραγμάτων.* REISK. Immo *ὑπὲρ* est i. q. *περί*. *De rebus turpiter foedeque proditis dedecus, quod nunc est civitati, transferre in culpae auctores.* SCHAEF.

408, 25. *εἰ μὲν γὰρ ἅπανθ' κ. τ. λ.*] Absurda hypothesis, sed quae sola possit judices cogere ut Aeschinem absolvant. Sen-

sus: Nam si praedixerunt illi quaecunque pacem mala secuta sunt Atheniensesque nihilo secius, nulla necessitate adacti, sed sola ignavia moti, pacem cum Philippo fecerunt, reus est culpae insons accusatorque delirat. ὑπέσχοντο sarcastice dicit pro προεῖπον acerbe subsannans τὰς τῶν μακεδονιζόντων ὑποσχέσεις: facile enim intelligitur talia serio non posse dici pollicitationes. SCHAEF.

409, 5. ἐν Εὐβοίᾳ] In the spring of 343. B. C. not many months before this speech was delivered. SHILLETO.

409, 7. ἐποιήσασθε ἀγαπητῶς] I. q. ποιησάμενοι ἠγαπήσατε. *Ut —pacem facere satis habueritis.* SCHAEF.

409, 10. ἐπιορκίαν προσκτήσησθε] Damnando insonte, quem vos servaturos esse jurato promisistis. SCHAEF.

409, 11. τετύφωμαι] Citat h. l. Harpocration v. τετύφωμαι. REISK. Est i. q. μαίνομαι, ut explicat Photius. SCHAEF.

409, 12. εἰπόντες Φίλιππον] I. e. εἰπόντες περὶ Φιλίππου. V. Matthiae Grammat. Gr. §. 410. b. p. 558. SCHAEF.

409, 22. τὴν ἀρὰν—ἀπενέγκησθε] Absolvendo sonte, quem vos damnaturos esse jurato promisistis diras vobismet ipsis imprecati, nisi faceretis. SCHAEF.

409, 27. Ista, τί οὖν ἐφοβοῦ usque ad σωτηρίαν, sunt assimulata Aeschinis ad Demosthenem increpatio. *Cur itaque, o Demosthene, metuebas eoque metu impulsus ad hanc velut aram salutis confugiebas, ut alios accusares? cum nihil subesset formidabile, quamquam tu quidem, Aeschine, id ais.* Obscuritatis nonnihil offundit mixtura personarum loquentium, modo Aeschinis, modo Demosthenis. REISK. Non jungenda τί οὖν ἐφοβοῦ—. Atque ipse Reiskius τί οὖν a sequentibus sejunxit interrogationis signo. Orator pergit interrogare: *Quid igitur aliud me moverit?* Ficta Aeschinis responsio: *Metuebas tibi et ob formidinem me accusasti, ut hac accusatione saluti tuae prospiceres.* Excipit Orator: *Atqui tute ipse dicis nihil peccatum, nihil metuendum esse.* SCHAEF.

410, 1. ὡς σὺ φῄς] Scilicet εἶναι δεινὸν καὶ ἀδίκημα. REISK. Sed vide ad p. 409, 27. SCHAEF.

410, 2. σκοπεῖτ'—εἰ—τί τούτους προσήκει παθεῖν] Similiter post ἐνθυμήθητε ὅτι sequitur mutata structura πότερον ap. Lysiam p. 95. HSt. (43. Reisk.) quem locum comparavit Shilleto, qui Demosthenicum recte vertit. "And yet when there was at least no ground for apprehension nor any crime, as you assert yourself, Aeschines, *why should I have been afraid and tried to shelter myself under this prosecution?* For if again he shall say this, consider, jurors, *whether* for those crimes for which I though guilty of no wrong whatever, yet was fearful lest owing to this party I should be ruined, (they ought to suffer and) *what* they ought to suffer who have themselves committed the wrong."

410, 5. ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα. ἀλλὰ κ. τ. λ.] I. e. *Verum esto, ut non propter haec te accusem. Ob quid igitur te accuso? Dices: Per calumniam* etc. MARKLAND. Assentior Reiskio ἀλλ' οὐ

διὰ ταῦτα ut e persona ipsius oratoris ἀποφατικῶς dictum intelligenti. V. not. seq. SCHAEF.

410, 5. οὐ διὰ ταῦτα] Scilic. accuso ego te tuosque consortes, Aeschine. REISK. Conf. οὐκ ἔστι ταῦτα v. 16. SCHAEF.

410, 6. ταῦτα] φόβον καὶ δειλίαν. At extrema hac pagina ipse fatetur se metuere ne sibi idem quod Aeschini ab irato populo olim accidat. Nempe talis metus caussam habet justam, utpote ortus e προνοίᾳ τοῦ μέλλοντος (v. 26.): sed hic amolitur crimen ignaviae et timiditatis. SCHAEF.

410, 7. καὶ] Orditur amolitionem novi criminis τοῦ συκοφαντεῖν. V. Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 1373. SCHAEF.

410, 8. ἔλαττον] Non pendet a διδόντος, sed a λαβεῖν. *Tantundem quantum horum quisque.* SCHAEF.

410, 10. τῶν αὐτῶν κεκοινωνηκότι] εἰ τῶν αὐτῶν κεκοινωνήκειν. SCHAEF.

410, 13. ἐκ τῶν ἰδίων] Subaudi κτημάτων. *Ex ipsius meis propriis bonis.* REISK.

τοσούτων χρημάτων] *Pro tanta aeris summa.* REISK.

410, 21. καὶ οὐκ—οὐδενὸς κέρδους] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 10. SCHAEF.

410, 22. φιλοτιμίαν] *Laudem, gloriam.* τῶν ἰδίων φιλοτιμιῶν v. 24. V. not. ad p. 22, 21. 220, 12. τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς p. 411, 25. SCHAEF.

410, 24. τῶν ἰδίων φιλοτιμιῶν] ἐπαίνου καὶ κλήσεως εἰς τὸ πρυτανεῖον. V. p. 351, 2. 10. SCHAEF.

410, 25. ὅλην—τὴν πρεσβείαν] *Omnes legatos.* SCHAEF.

411, 2. τότε] Sc. ὅταν τὸ μέλλον, ὃ προορῶμαι, γένηται, τοῦτ' ἔστιν, ὅταν πάθητε τὰ δεινά. SCHAEF.

411, 3. ἀναπεπτωκότες] V. Anecd. Bekk. p. 215, 11. SCHAEF.

411, 5. ἐκλελύσθαι μοι δοκεῖτε κ. τ. λ.] Laudat Hermogenes p. 250, iterumque p. 252. TAYLOR. Tiberius p. 20. sic scripta citat: ὑμεῖς δ' ἐκλελύσθαι μοι δοκεῖτε καὶ παθεῖν ἀναμένειν τὰ δεινὰ, πόρρωθεν δ' ὁρῶντες οὐ φυλάττεσθαι. Ubi editor: "Cod. δὲ ἐκλελ.—Gal. et P. ἀναμεῖναι—ἐπεὶ ante πόρρωθεν—φυλάττεσθε." SCHAEF.

παθεῖν ἀναμένειν τὰ δεινὰ] Id est ἀναμένειν τὸ παθεῖν vel τὴν τοῦ τὰ δεινὰ παθεῖν ἀνάγκην. *Opperiri tolerationem malorum ipsam* vel *necessitatem mala tolerandi.* REISK.

411, 8. δεινὸν—καὶ ὑπερφυὲς] Haec junguntur etiam p. 543, 2. SCHAEF.

411, 10. Πυθοκλέα] De hoc Pythocle v. disputationem Buttmanni in Friedem. Miscellan. Critic. 2. 1. p. 49. ss. SCHAEF.

τούτῳ πάνυ φιλανθρώπως κ. τ. λ.] Scholiastes ad Euripid. Hecub. 554. p. 127. ed. Matth. καὶ παρὰ Δημοσθένει· τούτῳ φιλανθρώπως ἐχρώμην εἰς τήνδε τὴν ἡμέραν, ἀντὶ τοῦ, μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας. SCHAEF.

411, 11. φιλανθρώπως] Est i. q. οἰκείως, quocum jungit Plutarchus Mor. p. 162 E. etsi nihil impedit φιλανθρώπως illic proprie intelligi. SCHAEF.

411, 11. *ἀηδὲς*] V. not. ad p. 401, 18. SCHAEF.

411, 18. *οὕτως—ὑπάρχειν*] Subobscurior dictio, *τούτοις ὑπάρχει οὕτως ἀκριβὴς παρ' ἐκείνου αἴσθησις πρὸς ἑκάτερα*, *illis*, amicis Philippi puta, *inest sensus ab eo*, Philippo, *tam acer et subtilis ad utramque*, odium et amicitiam. videtur hoc significare: injecit illis (ut e. c. Aeschini) sensum tam acrem affectuum cujusque civium Atheniensium, ut e. c. Pythoclis, ut statim a coccis quibusdam notis, quas in fronte quasi cujusque scriptas legunt, dignoscant, qui Philippo infestus, qui ejus studiosus sit, quo aut illum vitent, aut hunc consectentur. Aut hoc: ita reverentur Philippum, ut persuasum sibi habeant eum, absentem quamvis, perinde atque in urbe praesentem coram cernere, si quis sibi clam malevolus, sive bona fide sibi deditus sit, animorumque cujusque sensus veluti rimari. REISK. Posterius ad verum accedit aliquanto propius. Sensus: tam acriter ab illo invigilari utramque in partem, h. e. ut nihil omittant quod rationibus Macedonicis prosit, neu quid committant quod obsit. Opponitur socordia, qua Athenienses negligunt probos suorumque unice commodorum studioses cives; quamobrem dicuntur surdi caecique v. 26. SCHAEF.

411, 20. *ὥσπερ ἂν*] Recte, ut videtur, libri multi *ὥσπερ ἂν εἰ*, quocum comparari potest locus similis p. 325, 13. V. Bernhard. in Syntaxi p. 456.

411, 26. *κωφότητα καὶ—σκότος*] V. ad v. 18. SCHAEF.

412, 2. *οἶμαι*] Tantundem valet quod Latinum *quippe*, *utpote*. SCHAEF.

412, 17. *Ἀθήνηθεν ἐπρέσβευσάν τινες κ. τ. λ.*] Est faceta colloquii inter par peregrinorum assimulatio. Quorum alter, quem Chremetem appellare juvat, hinc infit: *Ἀθήνηθεν—*. Alter, Simon is esto: *Τί οὖν*; v. 20. Chremes v. 20. *Ὁ μὲν—* respondet. Simon p. 413, 5. interrogat: *Τί οὖν μετὰ ταῦτα*; scilicet *γέγονε*. Chremes respondet v. 6: *Ἀθηναῖοι λαβόντες—ᾔδεσαν μὲν γὰρ πάλαι—*. Interpellat Simon v. 7: *Τί δαί*; cui Chremes satisfacit eodem versu: *Τοὺς μὲν χρήματα εἰληφότας—*. Rursus interrogat Simon v. 10: *Τὸν δὲ κατηγοροῦντα τί*; cui Chremes stomachans occurrit v. 11: *Ἐμβεβροντῆσθαι—*. Quomodo Latine reddendum sit docere hujus loci non est. Res per se haud ardua. Hunc locum adumbravit Sopater ad Hermogenem p. 170: *τῷ δ' ἐνδόξῳ* (argumento a fama et gloria et opinione publica desumto utitur Demosthenes) *οὕτως, ὡς ἐν τῷ παραπρεσβείας εἰσῆξεν ἠθοποιίαν, ἐν ᾗ πεποίηκε λογιζομένους τοὺς Ἕλληνας, Φιλοκράτην, Αἰσχίνην καὶ ἑαυτόν. τί μὲν Αἰσχίνης καὶ Φιλοκράτης; ἐπρέσβευσαν. τί δὲ Δημοσθένης; καὶ τὴν πόλιν τὴν Ἀθηναίων ἐπὶ τούτοις κρίνουσαν.* REISK. Sopater non excerpsisse videtur locum Demosthenicum, sed modo argumentum ejus commemorasse. Verba enim Technici sic interpuncta legam: —*καὶ ἑαυτὸν, τί μὲν Αἰσχίνης καὶ Φιλοκράτης ἐπρέσβευσαν, τί δὲ Δημοσθένης, καὶ τὴν πόλιν—*. SCHAEF.

412, 21. ὁ δὲ — ἠγόραζε] Citant Anecd. Bekk. p. 120. 18. SCHAEF.

412, 22. ἀπέδοτο] Philocrates nempe. Plutarchus de Fortuna init. ἐκ τύχης δὲ καὶ διὰ τύχην Φιλοκράτης λαβὼν χρυσίον παρὰ Φιλίππῳ πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζε, καὶ Λασθένης καὶ Εὐθυκράτης ἀπώλεσαν Ὄλυνθον, τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις εὐδαιμονίαν. TAYLOR. Alibi etiam Plutarchus hujus loci meminit. Mor. p. 668 A. καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν Φιλοκράτην φησὶν ἐκ τοῦ προδοτικοῦ χρυσίου πόρνας καὶ ἰχθῦς ἀγοράζειν, ἐπ' ὀψοφαγίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ τὸν ἄνδρα λοιδορῶν. Athenaeus Plutarchum, quod vix dubites, secutus p. 343 E. Δημοσθένης δὲ ὁ ῥήτωρ Φιλοκράτην, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ προδοτικοῦ χρυσίου πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζεν, εἰς ἀσέλγειαν καὶ ὀψοφαγίαν λοιδορεῖ. SCHAEF.

412, 23. ἔπεμψε] Scil. ἐπ' αἰσχύνῃ, ad foedam libidinem explendam. V. p. 413, 25. SCHAEF.

412, 24. τὸν υἱὸν] V. ad p. 23, 20.

412, 27. ταῦτ'] Designat ista, quae statim nominat, λύεσθαι et περιορᾶν. REISK. Item ἐθελοντὴς ἀναλίσκειν: ut post δεῖν ponenda sit subdistinctio. SCHAEF.

413, 1. τῶν ὑπαρχόντων] οἱ ὑπάρχοντες αἰχ. and those whom Aeschines was labouring ὅπως γένωνται αἰχ. are placed in vivid antithetic contrast. SHILLETO.

413, 3. ὑπαρχόντων] Delet Dobraeus.

413, 10. τὸν δὲ κατηγοροῦντα τί;] Subaudi λέγουσιν. τὸν κατηγοροῦντα, scilicet τούτων. *De istorum accusatore vero* (Demosthene Athenienses) *quid praedicant?* Respondet: ἐμβεβροντῆσθαι—(scilicet λέγουσιν αὐτόν). *Coelitus objecta menti coecitate obstupefactum, dementatum esse, non nosse mores civium degeneres, inimicos suos ornantium, bene de se meritos abjicientium.* REISK. τὴν πόλιν ἀγνοεῖν vereor ut Reiskius recte interpretatus sit. Sensus, nisi fallor: *ignorare quam prosperae sint res civitatis.* Nam puto hoc referri ad antegressum τὴν πόλιν εὐθηνεῖσθαι. SCHAEFER. Reiske supplies λέγουσιν it appears far simpler to understand ἡγοῦνται from ἡγοῦντο. Of course it cannot refer to τίς ἔσται λόγος περὶ ὑμῶν, but Ἀθηναῖοι is the *subject* on account of the preceding μὲν (τοὺς μὲν χρ. εἰλ.) SHILLETO.

413, 16. οὐ—οὐ] Citat Tiberius p. 44. ut exemplum τῆς ἐπαναλήψεως. Ubi editor: "Potuisset ex hac ipsa oratione illustrius afferre exemplum: οὐ λέγειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα, Αἰσχίνη, δεῖ, οὔ· ἀλλὰ πρεσβεύειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα." Locus est p. 421, 16. SCHAEF.

413, 18. πότερον] Subaudi: qua definiatur, *utrum*—. SCHAEF.

413, 25. ἔκρινεν] ἔκρινεν hoc loco est κατηγόρησεν, *accusavit, reum detulit*, ut alibi etiam in eo significatu reperitur. PALMER. Nos uberrime ad Lycurgum p. 148, 9. TAYLOR. Sic κέκρικε p. 414, 1. Diversa significatione v. 16. κρίνετε, *condemnate*. Vid. Anecd. Bekk. p. 150, 10. 153, 12. SCHAEF.

413, 26. *ἐπ' αἰσχύνῃ*] Idem est quod *ἐφ' ὕβρει* p. 44?, 7. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 227.

ἐφ' ἡλικίας] Vid. scholiastes ad Philostrati Her. p. 48?. Boiss. SCHAEF.

414, 1. *περὶ—ψηφίσματος*] De illo argumento, quo Aeschines me oppugnabit clamans, se una cum Philocrate legatisque Philippi publicis epulis in Prytaneo esse acceptum, item in decreto, quod de legatorum Philippi hospitio scripsissem, se (Aeschinem) sodalesque laudatos esse. REISK. Upon the return of the *first* embassy, Demosthenes in the Boule expressed his approbation of his colleagues in very strong terms, and, as a member of the Boule, proposed the usual vote of a crown, and the invitation to the banquet in the Prytaneum. See Aeschin. p. 34. St. = 227—229 R. SHILLETO.

414, 2. *μικροῦ γε—παρῆλθον*] Schema Technicis dictum *αὐτοσχέδιον*. V. Tiberius p. 34. ibique Boissonadus. SCHAEF. Aristides de D. C. p. 258. *ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ὡς ἀναμνησθέντα τι εἰπεῖν. οἷον· μικροῦ γε, ὃ μάλιστα μέλλει* (l. *μ' ἔδει*) *πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, παρῆλθον*. SCHAEF.

414, 3. *τῆς πρώτης ἐκείνης πρεσβείας*] *De prima illa legatione.* SCHAEF.

414, 7. *λόγον*] Scilicet qualia post dixerunt, ut cives in fraudem inducerent. SCHAEF.

414, 8. *τὸ νόμιμον ἔθος*] *τὸ τοῦ νομίμου ἔθους* Dobraeus, qui comparat p. 898, 15. *τὸ τῆς ἐπιτροπῆς*. "Locum hunc alumne Demosthenis in mente habuerit scholiastes Hermogenis p. 28, 22., haud liquet, his verbis utens: *πολλάκις οἱ ῥήτορες τὸ ἔθος ἀντὶ νομίμου παραλαμβάνουσιν, ὡς Δημοσθένης*." REISK.

414, 9. *καὶ νὴ Δί' ἔγωγε*—] See Aeschin. p. 42. St. = 282 R. who sarcastically describes the *κολακεία* of Demosthenes: and reverts to it, de Coron. p. 64. St. = 466, 467 R. See Demosth. answer de Coron. p. 234. §. 35. SHILLETO.

414, 16. *ἡμᾶς*] Nos sodales, me (Aeschinem) et Philocratem caeterosque. REISK.

414, 28. *Φιλοχάρης καὶ Ἀφόβητος*] De his v. Aeschin. p. 48, 4—7. GREVE.

415, 5. *σὲ—τούτους*] *σὲ* redit ad Philocharem, *τούτους* ad Aeschinem et Aphobetum. REISK.

415, 6. *τούτους*] Scilicet fratres tuos, Aeschinem et Aphobetum. MARKLAND.

415, 7. *οὐδεμιᾶς κακίας ταῦτα*] Hoc est: non ideo meretur improbitatis nota inuri; tanti non est, ut ideo quis *κακὸς* appelletur aut habeatur. REISK. Sensus: Etiam honestorum est talia facere aut in tali sorte versari. SCHAEF.

415, 8. *τῶν μεγίστων τιμῶν*] Additum *ἐπεξηγήσεως χάριν*. *qui maximi sunt honores.* SCHAEF. I rather think they are added by way of climax. One of the brothers was elected ambassador in the stead of Aeschines. See §. 136. Aphobetus had gone as envoy to the court of Persia, Aeschin. p. 48. St. = 315 R. and

had been appointed president of finance (ἐπὶ τὴν κοινὴν διοίκησιν). The *generalships* of Philochares are spoken of in the same passage, p. 314 R. SHILLETO.

415, 12. εἰ δὲ δὴ—οἶμαι πολλῷ] Hermogenes de Ideis Orat. vol. 2. bis hunc locum laudat. p. 353. εἰ δὲ δὴ καὶ ἐν αὐτοῖς, οἷς ἐτιμᾶσθε, ἠδίκηκέ τις ὑμῶν, καὶ ταῦτα τοιαῦτα, πόσῳ μᾶλλον μισοῖσθ' ἂν διὰ ταῦτα δικαίως ἢ σώζοισθε; εἶτά ἐστιν ὁ ἀπόλυτος μερισμὸς, οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἐπίκρισις ὤν, οἷον· ἐγὼ μὲν οἶμαι πολλῷ. Rursus p. 358. εἰ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς, οἷς ἐτιμᾶσθε, ἠδίκηκέ τις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον μισοῖσθ' ἂν ἢ σώζοισθε δικαίως; εἶτα ἡ ἐνδοίασις μετ' ἐπικρίσεως· ἐγὼ μὲν οἶμαι πολλῷ. TAYLOR.

415, 13. καὶ ταῦτα τοιαῦτα] F. καὶ ταῦτα τὰ τοιαῦτα, *praesertim in talibus* et tantis *rebus*. MARKLAND. Quod ad sententiam quidem recte: articulus autem in hunc locum admitti non potest. καὶ ταῦτα τοιαῦτα, *and that so flagrantly too.* καὶ ταῦτα τ. exaggerat. τοιαῦτα regitur ab ἠδίκηκε. SEAGER. Diar. Classic. 54. p. 227. Bene monuit. *et quidem talia.* SCHAEF.

415, 16. συγγνώμη] Subaud. ἐστίν. SCHAEF.

415, 21. παρὰ πάντα] *Prae omnibus, magis quam omnia.* SCHAEF.

415, 22. τινῶν] Subaudi τοῦ ὑμετέρου τέλους, *ordinis vestri.* REISK.

δεδέηνται] Statim recurrit v. 25. Rarior usus hujus perfecti: ut Glossographis notatu dignum visum sit. Hesychius vol. 1. p. 897. Δεδέηται· ἐν χρείᾳ καὶ ἐν ἐνδείᾳ γεγένηται. Δεδέημαι· δέομαι. ἐδεήθην. In Platone Apol. p. 34 D. cum olim legeretur δεδέηται, Bekkerus dedit ἐδεήθη, glossemate, opinor, illato, expulsa glossa. SCHAEF.

πότερ'] Subaudi δεδέηνται ὑμῶν σώζειν αὐτόν. REISK.

415, 25. οὐδὲ γὰρ—ἡ ψῆφος] Citat h. l. Thomas M. v. κρύφα (p. 555.) REISK.

κρύβδην ἐστὶν] I. q. κρυφαία ἐστίν. SCHAEF.

415, 26. ἀλλὰ τοῦτο] Sed hoc hominum omnium vel optime novit is, qui legem tabellariam tulit. Sed ecquid is novit? hoc nempe, judices in ferenda per tabellas sententia mala fraude abutentes ad absolvendum sontes deprehensos et confessos haud fallere deos. REISK.

415, 27. τούτων] Quos, tametsi sontes, praeter jus et fas, saucia conscientia, scientes absolveritis. Ad hos eosdem nequiter absolutos etiam τούτοις p. 416, 5. redit. REISK.

415, 28. οἱ θεοὶ—καὶ τὸ δαιμόνιον] V. Lennepius ad Phalar. p. 339. SCHAEF.

416, 2. ἑκάστῳ] Subaudi ὑμῶν aut τῶν δικαστῶν. REISK.

416, 5. τούτοις] V. not. ad τούτων p. 415, 27. SCHAEF.

416, 8. τὸν φανερόν τι] Timarchum, qui Aeschinem παραπρεσβείας accusare voluerat. GREVE.

416, 10. τῶν σοι πεπρεσβευμένων] *Rerum a te in legatione gestarum.* Mox v. 12. τὰ πεπραγμένα σοι. SCHAEF.

416, 11. συμφορᾷ] Timarcho enim Aeschines, antequam ipse

accusatus fuit, δοκιμασίαν ἐπήγγειλε et condemnandum curavit. GREVE.

416, 12. ἤλπιζες] *Metuebas.*

416, 13. τοῦτο] Accusatio Timarchi. SCHAEF.

416, 18. δίκαια] Scilicet κατὰ Τιμάρχου. REISK.

416, 21. ἔλεγε τοίνυν—] V. Aeschin. p. 24, 36.—25, 7. DOBR.

416, 26. μὴ σύ γε] Pergit Demosthenes telum contra se in Timarchea jactatum retorquens in Aeschinem his verbis: μὴ σύ γε, κ. τ. λ. Quorum hic sensus: Quod tunc, cum Timarchum accusabas, monuisti judices ut diligenter caverent, id tute nunc noli committere, scilicet ἀπάγων τοὺς δικαστὰς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως τὸ πρᾶγμα αὐτῶν ὑφαιρεῖσθαι. SCHAEF.

μὴ σύ γε] Scilicet ὑφελοῦ τῶν δικαστῶν τὸ πρᾶγμα, eripe et extorque judicibus occoecatis verum. REISK.

416, 28. ἐπὶ τοῖς δικασταῖς] *Coram judicibus.* Frequentior usus genitivi: ἐπὶ τῶν δικαστῶν. V. Meletem. Crit. p. 105. SCHAEF.

416, 29.—417, 7. V. Aeschin. p. 47, 13. DOBR.

417, 2. φήμη] Aeschines dilates on this subject. Timarch. p. 18. St. = 140—142 R. and in his reply tries to distinguish between φήμη, and διαβολή, or συκοφαντία. SHILLETO.

417, 3. φήμη—αὐτή] V. Wyttenbachii Julianea p. 151 ed. Lips. SCHAEF.

417, 18. ὅστις—] Hos versus cum sex aliis praecedentibus affert Aeschines p. 21. 34. Sunt autem ex Phoenice Euripidis fr. 4.

417, 21. εἰς τοὺς ὄρνεις εἰσιὼν] "Ad avium pugnas spectandas, ut gallinaceorum et coturnicum." H. Steph. Thes. 2. p. 1454. d. "In forum pullarium, aviarium." Reisk. in Indice Graec. Reiskii interpretationem commendat analogia similium locutionum, de quibus v. Taylori Lect. Lysiac. p. 329. ss. R. Adde quod gravius videtur fuisse convicium frequentare dici forum aviarium quam spectare avium pugnas. SCHAEF. I have translated εἰς τοὺς ὄρνεις with Reiske and Schaefer: though the words may bear the other rendering "into the pit where the game-cocks fight." Comp. Aeschin. Timarch. p. 8. 9. St. = 78—88 R. See particularly, οὐ...τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλουσι p. 79 R. and καὶ τοὺς ὄρτυγας καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας, οὓς ἠγάπα ὁ τρισκακοδαίμων ἄνθρωπος (Pittalacus), ἀπέκτειναν. The words τὸν....... περιιόντα are governed equally of εἰπὼν and of ἡγεῖσθαι. SHILLETO.

417, 26. Ὅστις δ' ὁμιλῶν κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes in exemplum parodiae p. 434. REISK.

417, 28. λογογράφους] Properly "persons who wrote speeches either *forensic* (see Aeschin. Tim. p. 13. St. = 114 R. to which Demosthenes here refers, p. 52 = 343. δέομαι.......μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ....παραδοῦναι. de Coron. p. 78 = 563. ἐκ τριηράρχου λογογράφος ἀνεφάνη. Dinarch. c. Demosth. p. 104. St. = 74 R. λογογράφου καὶ μισθοῦ τὰς δίκας λέγοντος) or *epideictic*," i. e. which turn on praise or censure, such as those of Isocrates. (See

Aristot. Rhet. 2, 11, 7. 3, 7, 7. 3, 12, 2.) Such persons would probably introduce into their written speeches many far-fetched allusions, and passages from the old poets who were generally neglected in those stirring and active, and therefore unreading times. Hence the word would nearly get the meaning of our *pedant*. (See below §. 280.) That it was used in an *opprobrious sense*, is stated by Thom. Mag. p. 580. who quotes from memory this passage as from de Corona, and is attested by Plato Phaedr. p. 257 C. *καὶ γάρ τις αὐτόν* (Lysias)....*ἔναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτὸ λοιδορῶν ὠνείδιζε καὶ διὰ πάσης τῆς λοιδορίας ἐκάλει λογογράφον*, and D. *δόξαν φοβούμενοι...μὴ σοφισταὶ καλῶνται*, which shews that *λογογράφος* and *σοφιστὴς* were used to convey the same idea. Comp. also Alexis ap. Athen. 9. p. 383 E. *πολλῷ γ' ἀμείνων, ὡς ἔοικας, ἦσθ' ἄρα | λογογράφος ἢ μάγειρος.* SHILLETO.

417, 29. *ἀποκαλῶν*] *Contemtim vocans*, conjunctum cum *ὡς ἐν ὀνείδει* ap. Platon. Gorg. p. 512 C. SHILLETO.

418, 2. *τούτοις*] Scilicet *τοῖς σκώμμασι* vel *ὀνείδεσι*, *his ipsis probris*, scilic. *τῷ εἶναι λογογράφος καὶ σοφιστής*. Colligit sic. Solet Aeschines alios subsannare, si qui oratores, id quod ego facio, locos auctorum lectiores salesque ex antiquitate erudita, inprimis poetica, suis orationibus adspergant, ludimagistros eos appellitans jejunosque atque famelicos, mercedula victitantes ex orationibus collecta, quas alienis in caussis a se conscriptas rogantibus vendunt, immemor nempe, culpae hujus, si qua est, ipsummet se consortem esse. Ludimagistrorum enim si est auctorum classicorum, quos pueris interpretantur, locos suis commentationibus intexere, ludimagister est ipse quoque Aeschines, qui ex Euripidis Phoenice locum judicibus recitarit, fabula ita parum populari, ut vix doctissimo cuique nomine tenus nota sit: quem locum cum e scenica quadam auditione non hauserit, necesse est ut e lectione fabulae illius vetustate obsoletae et ex hominum memoria sublatae venatus sit. V. p. 420, 2. ss. REISK. Simul intelligas quam parum honoris actuosa illorum temporum vita litteris doctrinaeque habuerit. SCHAEF.

418, 5. *τὰ τρίτα λέγων*] Egregie explicat Valesius, dum commentatur ad p. 197. Notarum Maussaci ad Harpocr. Similiter H. Stephanus Thes. L. Gr. vol. 1. col. 104., qui etiam anticipavit conjecturam Valesii in hoc loco Plutarchi de Rep. bene gerenda, scil. *ἄτοπον γάρ ἐστι τὸν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα μισθωτῷ τῷ τὰ τρίτα* (non *τρία*) *λέγοντι πολλάκις ἕπεσθαι καὶ προσδιαλέγεσθαι ταπεινῶς, ἂν ἐκεῖνος ἔχῃ τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον.* Adjungere liceat Ulpianum ad Orat. de Pace, ut optime emendatur a Lambino: *Οἱ ἀρχαῖοι ὑποκριτὰς ἐκάλουν τοὺς νῦν κωμῳδοὺς καὶ τραγῳδοὺς λεγομένους· οὗτοι δὲ ἦσαν τρεῖς, ὁ μὲν πρωταγωνιστής, ὁ δὲ δευτεραγωνιστής, ὁ δὲ τριταγωνιστής.* Et tamen, licet tertianus ille actor infimae esset conditionis, Aeschines noster, qui istas partes egit, Creontem in tragoedia fingitur repraesentasse. Id enucleabit scriptor vetustissimus,

ὁ τὰς θεατρικὰς ἱστορίας συγγράψας (Asclepiades in Τραγῳδουμένοις, ut conjicit Valcken. Diatr. Eurip. p. 182., citatus ab Athen. 10. p. 456 B. Plut. V. dec. orat. p. 837 C. et grammaticis), ab Ulpiano in hoc loco conservatus: διὰ τοῦτο τοῖς τριταγωνισταῖς τὰς ὑποκρίσεις τῶν δυναστευόντων παρέχεσθαι, ἐπειδὴ ἧττόν ἐστι παθητικὰ τὰ ὑπέρογκα. Ita corrigerem, non, uti edi solet, ἧττόν ἐστι παθητικὰ καὶ ὑπέρογκα. Nam Longinus §. 8: Ἐγκώμια καὶ τὰ πομπικὰ καὶ ἐπιδεικτικὰ τὸν μὲν ὄγκον καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐξ ἅπαντος περιέχει, πάθους δὲ χηρεύει κατὰ τὸ πλεῖστον. TAYLOR. Adde quod saepe personae mutae essent. Plut. V. Lysandri c. 23. ἐν τραγῳδίαις ἐπιεικῶς συμβαίνει περὶ τοὺς ὑποκριτὰς τὸν μὲν ἀγγέλου τινὸς ἢ θεράποντος ἐπικείμενον πρόσωπον εὐδοκιμεῖν καὶ πρωταγωνιστεῖν, τὸν δὲ διάδημα καὶ σκῆπτρον φοροῦντα μηδὲ ἀκούεσθαι φθεγγόμενον. SHILLETO.

418, 14. εἰσιέναι] Dictio scenica εἰσιέναι τύραννον, ἔμπορον, μαστροπὸν etc. pro in scenam prodire gerentem personam tyranni, mercatoris, lenonis. Sit futura, ut ferri nequeat, sed ut necesse sit ad ἔχοντας addi ὑποκρινομένους, ut constructio haec sit: τὸ εἰσιέναι ὑποκρινομένους τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας. Sic Libanius aliquoties, ut in oratione pro templis p. 18, 7. ed. Gothofr. et in Or. pro saltatoribus adversus Aristidem vol. 2. p. 497, 30. ed. Morell. REISK. Thomas M. p. 273. Εἰσῄει τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ ὑπέδυ κάλλιον ἂν εἴποις ἢ ὑπεκρίθη. SCHAEF.

418, 14. ταῦτα] Sunt iambi Sophoclei mox recitandi. Idem est ac si dixisset: σκέψασθε τοίνυν οἷα ἐστὶ ταῦτα, cogitate quae sit haec sententia, quae a poeta Creontem repraesentanti Aeschini in os inditur. REISK.

419, 1. τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω] Respiciunt Anecd. Bekk. p. 54, 5. SCHAEF.

419, 11. ἀντὶ—τῆς πόλεως] Rarior constructio, qua Demosthenes vix usurus erat, nisi Sophoclis verba, ubi eadem est structura, in adversarium verteret. SCHAEF.

419, 12. ἐρρῶσθαι—Σοφοκλεῖ] *Valedicens Sophocli.* V. Anecd. Bekk. p. 243, 29. et Lennepius ad Phalar. p. 321. SCHAEF.

419, 13. τῷ σοφῷ Σοφοκλεῖ] Hermogenes p. 418. pen. hunc locum citat ad exemplum τῶν παρίσων, (sunt enim πάρισα ista, σοφῷ et Σοφοκλεῖ,) addens: Ὅμηρος δὲ καὶ Δημοσθένης καὶ τὰ τοιαῦτα ἐποίησαν ἀγωνιστικά. REISK.

ὁμοῦ est i. q. ἐγγὺς, jungique oportet στείχουσαν ὁμοῦ, *appropinquantem.* V. Buttmannus ad Sophoclis Philoctet. 1218. SCHAEF.

419, 15. προεξήγγειλεν] προεξαγγέλλειν dicitur is, qui sive missu alieno sive sponte sua e castris nuntium in urbem perfert, de adventu hostis e. c., priusquam hostis veniat, ut civitas sibi cavere possit. SCHAEF.

419, 16. εἰπεῖν] Referendum ad βουλομένους, ad διεκώλυσεν subaudiendum. SCHAEF.

419, 20. χρωμένων] Intellige de consuetudine cum meretrice. SCHAEF.

419, 20. οἰκίας] *Facultates.* SCHAEF. According to Valcken. on Herodot. 7, 224. οἶκος is frequently so used, but οἰκία never. I am inclined to think Markland's emendation οὐσίας necessary. See Phaenipp. p. 1045. §. 28. δι' οὐσίας καρπούμενος. For the passage cited by Markl. from St. Luke 20, 47. οἱ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν proves nothing for this usage in Classical Greek. οἰκία invariably means "the dwelling-house," or the "house" in the sense in which we say "*House* of Stuart," "*House* of Brunswick." SHILLETO.

τοσούτους] Quo major est liberorum numerus, hoc difficilius atque aegrius a parentibus pauperibus aluntur. Quatuor mares cum filiabus aliquot necesse erat ut gravarent parentes quaestus genere tam vili, tam parum lucroso victitantes, atque Atrometus cum uxore, praesertim ad aetatem adultam nutriendi et docendi et elocandi. REISK.

διδάσκων ὁ πατὴρ γράμματα] V. ad p. 313, 20.

419, 22. τοῦ ἥρω τοῦ ἰατροῦ] V. ad p. 270, 10.

419, 23. ταύτῃ] Scilicet τῇ πόλει vel τῇ πατρίδι. REISK.

419, 26. θόλῳ] Laudat Harpocrat. s. h. v. et occurrit infra p. 442, 20. De hac voce fere nihil habeo quod adjiciam exquisitae doctrinae H. Stephani Thes. Gr. L. vol. 1. col. 1573., qui omnia, quae ad hanc vocem spectant, congessit ex Lexicis antiquis, ex Servio et Ulpiano nostro aliisque scriptoribus. Videtur camera fuisse fornicata, ea fere figura, qua effigiebantur in saeculis sequentibus aedes capitulares in ecclesiis et monasteriis. Apud antiquos hic congregabantur, alebantur et fortasse erudiebantur quoque aedium sacrarum ministri famulique. Et, ut apparet, unumquodque templum suam tholon habebat, in qua pueruli literis operam darent. Ἐν δὲ τῇ θόλῳ τοῦ Πτῴου Ἀπόλλωνος μαθών τις ὑμῶν ἐνέγραψεν, Ἀχιλλεὺς καλός. Ita in schedis meis adnotatum reperi ex auctore, cujus nomen elapsum est, sive Synesius fuerit, ut arbitror fuisse, sive quispiam alius. De tholo plurima etiam collegit I. Meursius Ceramici c. 7., ut alios praeteream. TAYLOR. V. Meier. Comment. de vita Lycurgi p. 99 sq.

419, 29. ἀνέτρεψε καὶ κατέδυσε] His verbis utitur Demosthenes, quia patriam Sophocles navi comparat, ταύτης ἔπι πλέοντες ὀρθῆς. GREVE.

420, 8. ἔφη] V. Aeschinem p. 4, 28.

420, 11. ἀναβεβλημένον] Id est ἠμφιεσμένον τῇ ἀναβολῇ, qui est amictus corporis exterior, qui reliquis vestimentis superinjicitur. Est igitur haec sententia: Amictus hoc habitu manus intus habet sub pallio. REISK.

420, 12. καίτοι—τετταράκοντα] Citant scholia ad Platon. p. 10. Ruhnk. 380. Bekk., sed posteriora vitiosa interpunctione sic depravata :—Σαλαμίνιοι ἀπὸ Σόλωνος· ὁ [ὃ Ruhnk.] δ' ἐστιν ὁμοῦ σ' ἔτη καὶ μ'. Vitiosius etiam grammaticus Hermanni p. 467: ταῦτα δὲ ὁμοῦ σχεδὸν ἔτι ἀπὸ Σόλωνος. SCHAEF.

420, 13. ἀπὸ Σόλωνος] Utrum a nato, an mortuo, an florente?

In quo genere loquendi saepe haud injuria majorem scriptorum diligentiam requiras. WOLF. Recte. Meursius non animadvertit hanc inconstantiam veterum scriptorum, adeoque retro computando ad Olymp. 46, 3. (quo tempore Solo rempublicam istam latis legibus ordinavit) deprehendit annos excurrisse CCLII: ad quem fere computum auctoris nostri textum conformari voluit. Vide ejus Solonem cap. extr. Sed melius cum Wolfio cogites Demosthenem rem liberius supputasse et more rotundiore. Anni scilicet sunt CCXL praeterpropter. Atque ea est vis τοῦ ὁμοῦ, ut adnotavimus ad Aristogit. 1. p. 785, 23. TAYLOR. Scripturam vulgatam διακόσια καὶ τετταράκοντα, in qua consentit scholiasta Platonis p. 10., etiam Clintonus defendit Fast. Hell. vol. 2. p. 299.

420, 15. τετταράκοντα] Corsinius (Fast. Att. vol. 3. p. 101.) 14 malit. Verum diligentissimi in tradenda numerorum veritate non sunt veteres, sed rotundos edere numeros, tametsi paulo largius atque liberalius, amant, praetereaque oratores tam arcti atque pusilli animi non sunt, quo minus religioni sibi ducant, si quid expediat exaggerari, id scientes dataque opera exaggerare. REISK.

420, 18. τοῦτο—ἐμιμήσατο] Hoc itaque, forsitan ignotum judicibus, de statua Solonis enarravit et habitum manus sub pallio absconditae gestu demonstravit. REISK.

420, 22. ἀφεστηκυίας Σαλαμῖνος] Idem fere refert Plut. in V. Solon. c. 8. GREVE.

420, 25. ὑποθεὶς] "Having pawned, mortgaged, staked." Such I conceive to be the metaphor. SHILLETO.

420, 28. Ἀμφίπολιν] V. ad p. 383, 23.

420, 29. ἐξέδωκεν] Sic ἐκδεδωκώς p. 423, 15.

421, 2. ἄξιόν γε (οὐ γάρ;) ἦν Σόλωνος—] Sic contra Androt. p. 616, 16. ὅμοιόν γε (οὐ γάρ;) τοῦτο etc. Distingui quoque potest: ἄξιόν γε (οὐ γὰρ ἦν;) Σόλωνος—. Respondet nostrati locutioni: *Was it not?* Contra Aristocr. p. 673, 19. καλά γε (οὐ γάρ;) ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι etc., ubi vide Taylorum, qui et ibi hujus loci meminit. Vid. et de Cor. p. 272, 14. MARKLAND. For the ironical use of γε, see II. Aphob. p. 837. §. 7. ἄξιόν γε πιστεύειν αὐτοῖς κ. τ. λ. Phaenipp. p. 1046. §. 32. ἄξιόν γε ἀφεῖναι νῦν αὐτόν ἐστιν. (both pointed out by Dobr.) Timocr. p. 733. §. 120. ὅμοιός γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης. SHILLETO.

421, 4. Longam narrationem de oratione sua ad Philippum de reddenda Amphipoli habet Aeschines p. 31—32. quam vide p. 34, 24. et 42. collato Demosth. p. 421. Aeschine p. 33, 40—42 DOBR.

421, 8. παρελθὼν] Progressus ad concionem hanc vestram, a legatione domum redissemus. REISK.

421, 16. οὐ λέγειν εἴσω κ. τ. λ.] Tangit hunc locum Eustathius ad Iliad. p. 216. χειρῶν κινήσει—ἣν Δημοσθένης μὲν ἐποιεῖτο, Αἰσχίνης δὲ ἀπέστεργεν, ὃ καὶ ἀκούσας ἐκ Δημοσθένους χρῆναι τοὺς

ῥήτορας πρεσβεύοντας ἔσω τὰς χεῖρας ἔχειν, οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης δημηγοροῦντας. Et Hermogenes quoque p. 165. edit. Porti. TAYLOR.

421, 18. προτείνας καὶ ὑποσχὼν] προτεῖναι τὴν χεῖρα dicitur is, qui manum suam planam et explosam versus largitorem porrigit eoque gestu munus quasi provocat atque proritat: ὑποσχεῖν autem dicitur qui manui datoris sibi occurrenti suam manum supponit, quo dandum munus excipiat. REISK.

421, 22. πιλίδιον] Plut. V. Solon. c. 8. ἐλεγεῖα δὲ κρύφα συνθεὶς [Solo] καὶ μελετήσας, ὥστε λέγειν ἀπὸ στόματος, ἐξεπήδησεν εἰς τὴν ἀγορὰν ἄφνω πιλίον περιθέμενος. ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον, ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν, ἧς ἐστιν ἀρχή·

Αὐτὸς κῆρυξ ἦλθον ἀφ' ἱμερτῆς Σαλαμῖνος,
κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.

ad quem l. Coraës vol. 1. p. 411. πιλίον περιθέμενος· ὡς νοσῶν δηλονότι. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἔοικεν ἡ τοῦ πιλίου περίθεσις ἐπιτετηδεῦσθαι, ἵνα δόξῃ μαινόμενος ἐκπηδῆσαι τῆς οἰκίας βίᾳ τῶν νοσηλευόντων αὐτὸν οἰκείων. Ἄλλως γὰρ ἐξηγήσασθαι τὸ προκείμενον (ὃ καὶ τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἀνεξήγητον παραλέλειπται) οὐκ ἔχω, ἢ τὸ τοῦ Πλάτωνος (Πολιτ. Γ, σελ. 406) παραθέμενος χωρίον τουτὶ, "Ἐὰν δέ τις [ἰατρὸς] αὐτῷ [τῷ νοσοῦντι] μακρὰν δίαιταν προστάττῃ, πιλίδιά τε περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθεὶς, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, ταχὺ εἶπεν, ὅτι οὐ σχολὴ κάμνειν κ. τ. λ." Ἔστι δὲ τὸ πιλίον ἢ πιλίδιον ἐρεοῦν κεφαλῆς περίθεμα κ. τ. λ. Verissima haec etiam Demosthenis loco, qui totus pendet ab illa de Solone narratiuncula, lucem accendunt. Scilicet quemadmodum Solon σκηψάμενος ἔκστασιν τῶν λογισμῶν πιλίον περιθέμενος ἐξεπήδησεν εἰς τὴν ἀγορὰν, ut cives accenderet ad Salaminem recuperandam, ita Aeschines προφασισάμενος ἀρρωστεῖν (p. 379. 15.) πιλίδιον λαβὼν περιενόστει, ut Demostheni conviciaretur. SCHAEF.

421, 27. 28. τοίη—ἔχει] Haec παρῳδεῖ Aristoph. Eq. 1173.—1176.

Ἀλ. ὦ δῆμ' ἐναργῶς ἡ θεός σ' ἐπισκοπεῖ,
καὶ νῦν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμοῦ πλέαν.
Δη. οἴει γὰρ οἰκεῖσθ' ἂν ἔτι τήνδε τὴν πόλιν,
εἰ μὴ φανερῶς ἡμῶν ὑπερεῖχε τὴν χύτραν;

V. Hemst. ad Lucian. vol. 1. p. 119. TAYLOR.

421, 27. τοίη γὰρ μεγάθυμος κ. τ. λ.] Iliadis 5, 828. ipsa Minerva ad Diomedem: τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάρροθός εἰμι. SCHAEF.

422, 18. ἐν συνόδοις verto *in conflictu*: τοῖς ἀδικοῦσι autem est dativus quem dicas incommodi. SCHAEF. "Wastes away in conflicts with those who wrong their kindred and friends." I conceive the dative τοῖς ἀδ. is appropriately governed of the verbal σύνοδος. As πότμον κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν, Soph. Antig. 860. SHILLETO.

423, 17. ὑπακούσαντά τιν' αὐτοῦ] Aliquem, qui aure ad seras

admota auscultasset ignoratus, quid Aeschines cum legatis Philippi clam ageret. REISK. Non probanda Reiskii interpretatio hujus participii, cujus sensum pulchre intellexit Marklandus citans p. 434, 16. Sic dudum intellexerat Joach. Camerarius Comment. utr. L. p. 231, 25., quem secutus est H. Stephanus Thes. Orator dicit Timarchum non sponte sua, non *ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου*, non ut petulantem sycophantam, sed rogatum ab amicis invitatumque a bonis civibus ad accusandum Aeschinem prodiisse. SCHAEF.

423, 18. *διὰ τί;*] "With what view? what end was to follow?" διὰ with *accusative* not only signifies the *cause or motive* (*owing to*), but *the end*, either *the consequence*, or *the purpose*. So Thucyd. 4, 40. *ἐρομένου......δι' ἀχθηδόνα·* "for the purpose of annoying." 102. *διὰ τὸ περιέχειν αὐτήν·* "with a view to surround it." 5, 53. *διὰ τοῦ θύματος τὴν ἔσπραξιν·* "for the sake of exacting the sacrifice." So perhaps 3. 82. *ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν.* SHILLETO. Non improbabilis Schaeferi conjectura *ἵνα τί;* quae permutata sunt in libris etiam paullo post v. 22.

423, 21. *γραφὰς ἀποίσειν*] "To carry the bill of indictment and lodge it in the hands of the preliminary magistrate" (*deferre ad magistratum*). The full expression *ἀποφέρειν πρὸς τὸν ἄρχοντα* occurs Theocrin. p. 1332. §. 42. SHILLETO.

423, 25. *παρηκολουθηκὼς ἅπασι*] Frigide Wolfius interpretari videtur: *omnia comperta habeo.* Neque multo felicius caeteri. H. Stephanus Thes. L. Gr. exquisitius de eo, qui rerum cognitionem studiose persecutus est, ita ut eam sit consecutus. Ita de Cor. p. 285, 22. *παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς καὶ συλλελογισμένον ὀρθῶς.* TAYLOR.

423, 28. *αἰεὶ μὲν γὰρ—ἐπιμελείας δεόμενον*] Citat Dionysius Halicarn. vol. 6. p. 996. SCHAEF.

424, 3. *νόσημα γὰρ κ. τ. λ.*] *Jam quid audentius illo pulcherrimo ac longissimo excessu?* Νόσημα γὰρ—. Plinius 9. Epist. 26. TAYLOR. Celeberrimus et a multis citatus locus, ut a Demetrio Phalereo p. 161. §. 296. Hermogene cap. *περὶ ἀκμῆς* p. 263. Aristide de D. C. p. 192. et 274., ubi sic e memoria recitat: *νόσημα δεινὸν καὶ χαλεπὸν καὶ φυλακῆς πολλῆς καὶ τῆς παρ' ὑμῶν ἐπανορθώσεως δεόμενον.* REISK. Conf. not. ad p. 361, 18. SCHAEF.

424, 5. *εὐτυχίας*] Arridere potest *εὐλαβείας*, ut modo de eadem re scribitur p. 425, 4. *ταῦτα, νὴ τὴν Δήμητρα—εὐλαβείας οὐ μικρᾶς δεῖται.* Sed Hermogenes *περὶ ἀκμῆς*, ubi hunc locum laudat, diserte habet *εὐτυχίας*. Dionysius Halicarn., qui pariter citat de admir. vi dicendi in Demosth. §. 14., habet *συντυχίας*. Stet igitur vulgata lectio. *ad remp. servandam opus est cum fortunae auxilio tum providentia vestra.* TAYLOR.

424, 8. *οἱ δυστυχεῖς*] Sic positum *οἱ δείλαιοι* p. 425, 13. SCHAEF.

424, 10. *ὑποκοριζόμενοι*] *τουτέστιν, ἀντὶ προδοσίας ξενίαν εὐφημοτέρως ὀνομάζοντες.* WOLF. Suidas: Ὑποκοριζόμενοι—. *ὁ δὲ Δη-*

μοσθένης ἐχρήσατο τῇ λέξει ἐπὶ τοῦ εὐφημοῦντες καὶ τὸ αἰσχρὸν εὐφήμως ὀνομάζοντες. λέγει γὰρ ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας· αὐθαίρετον αὐτοῖς ἐπάγονται δουλείαν, Φιλίππου ξενίαν καὶ ἑταιρείαν καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποκοριζόμενοι. ὑποκρινόμενοι Harl. Sed perperam. Nemo ex interpretibus haec probe intellexit. *Quam serviunt* servitutem *illiberalem, blando nomine dissimulant: vocant enim* amicitiam *cum Philippo initam.* Ea est vis *τοῦ ὑποκορίζεσθαι* atque ea mens hujus commatis. TAYLOR. Non *ἀντὶ προδοσίας*, ut Wolfius, sed *ἀντὶ δουλείας*. V. Etymol. M. p. 782, 35. scholiastes Platonis p. 156. Ruhnk. p. 401. Bekk. et Zonaras p. 1784., qui omnes hunc locum vel citant vel respiciunt. Simul discas e scholiasta Platonico Zonaraque, quam habeat originem perversa codicis Harleiani scriptura *ὑποκρινόμενοι*. SCHAEF.

424, 11. *τὰ κύρια*] Ad *τὰ κύρια* subaudi *τέλη*, *ordines, penes quos summa rerum est.* REISK. Idem Ind. Graecit.: "scilicet *μέρη τῆς πολιτείας*." Nihil subaudiendum: nam *τὰ κύρια* ipsum per se est i. q. *τὰ τέλη*. Bene H. Stephanus Thes.: "Capita civitatis, Qui summam reip. in manibus habent." Nec *λοιποὶ* cum Tayloro in *πολλοὶ* mutandum est. *reliqui cives*, scilicet praeter *τοὺς γνωριμωτάτους καὶ προεστάναι τῶν κοινῶν ἀξιουμένους*. SCHAEF.

424, 12. *οὓς—κολάζειν*] *Quos* (reliquos cives et magistratus) *oportebat in hos* (proditores patriae) *animadvertere.* REISK.

424, 17. *Θετταλῶν*] Philippus enim prius horum tyrannos expulit et Nicaeam et Magnesiam iis reddidit, postea vero corruptis principibus tetrarchias in civitatibus constituit. Cf. Philipp. II. p. 71. et praesidia in iis posuit: v. Philipp. III. p. 117. Corrupti Thessalorum principes nominantur de coron. p. 241. GREVE.

424, 18. *μέχρι—παραιρεῖται*] Sententia est: Hactenus quidem principatu solummodo privati fuerant Thessali, libertate tamen adhuedum gaudebant; jam vero etiam hac spoliati sunt. REISK.

424, 22. *τὰς ἐν Ἤλιδι σφαγάς*] Cf. Philipp. IV. p. 133. et Philipp. III. p. 118. GREVE.

424, 23. *καὶ τοσαύτης—ἀλλήλων ἄρχωσιν*] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 8. SCHAEF.

παρανοίας] *παροινίας* Anecd. Bekk.

424, 28. *καὶ νῦν Ἀρκάδων πολλοὶ κ. τ. λ.*] V. Valckenarius Diatr. de Phil. Maced. p. 277. SCHAEF.

424, 29. *ὑμεῖς αὐτόχθονές ἐστε κἀκεῖνοι*] Communis locus in laudem Atticorum et Arcadum. Cf. Herodot. 8, 73. Thucyd. 1, 2. 2, 36. Isocr. Paneg. GREVE.

425, 5. *ὡς*] Tantumdem valet h. l. atque *γὰρ* vel *ὅτι*, *nam* vel *quoniam*. REISK.

425, 11. *οὐχ ὁρᾶτε κ.τ.λ.*] Citat h.l. Hermogenes p. 253. REISK.

425, 12. *οἱ ταλαίπωροι Ὀλύνθιοι*] The Olynthic war with Sparta, which arose in consequence of an embassy from certain Chalcidian cities praying for aid against the growing power of Olynthus, began in 382 B. C. not long after the Peace of Antalcidas, and

ended 379 B. C. the Olynthians having sued for peace, which was granted on the condition that they should become members of the Spartan confederacy. Xenoph. Hellen. 5, 2. and 3. Thirlw. 5. chap. 37. SHILLETO. Add. Sievers. Hist. Gr. p. 155.

425, 17. πεντακισχιλίων] The MSS. of Xenoph. 5, 2, 14. give ὀκτακοσίων as the number, which all agree in altering into ὀκτακισχιλίων. SHILLETO. V. Thirlwall. l. c. vol. 5. p. 12.

425, 20. πεζῇ] V. Thomas M. p. 697. SCHAEF.

425, 24. τρεῖς τῶν πολεμάρχων ἀπέκτειναν] Hemonidam, Teleutiam, v. Xenoph. Hell. 5, 3, 5. Agesipolin, ib. 18. et Diodor. 15 21. GREVE.

425, 26. ὅπως ἠβούλοντο κ. τ. λ.] Must be taken with some limitation. The Olynthians did not, though it would so appear from the orator's words, dictate the terms of the peace. See on §. 298. SHILLETO.

426, 1. Λασθένης μὲν ἤρεψε κ. τ. λ.] Plutarchus de Garrulitate: Εὐθυκράτης μὲν οὖν ἤρεψε τὴν οἰκίαν τοῖς ἐκ Μακεδονίας ξύλοις, ὥς φησι Δημοσθένης, Φιλοκράτης δὲ χρυσίον πολὺ λαβὼν πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζεν, Εὐφόρβῳ δὲ καὶ Φιλάγρῳ τοῖς Ἐρετρίαν προδοῦσι χώραν ὁ βασιλεὺς ἔδωκε. TAYLOR. V. Diodor. 16, 38. GREVE. The fall of Olynthus was at the close of 348 B. C. We learn from §. 303. that the traitors were outlawed at Athens, as Arthmius of Zelea (see §. 308.) had been on a former occasion. Comp. de Cherson. p. 99. §. 40. (from the strong language of which, πάντων κάκιστ' ἀπολώλασιν, it has been inferred that they were put to death by Philip: but see above on §. 118.) with de Coron. §. 58—60. See Thirlw. 5. 316. SHILLETO.

426, 1. τοῖς ἐκ Μακεδονίας δοθεῖσι ξύλοις] P. 1192, 1. ἐπειδὰν ἀφίκηται ἐκ Μακεδονίας Φιλώνδας—ἄγων ξύλα τὰ δοθέντα τούτῳ ὑπὸ Ἀμύντου. DOBR.

426, 6. ἀπέβλεπον] I. q. ἐθαύμαζον. V. Anecd. Bekk. p. 425, 28. SCHAEF.

426, 8. ἐπειδὴ] Repetitur post longam parenthesin ex p. 425. 27. DOBR. This statement of the condition of Olynthus at the commencement of her war with Philip is perhaps as exaggerated as the description of the close of her struggle with Sparta, above §. 299. See Thirlw. 5. 308. SHILLETO.

χιλίους μὲν ἱππέας κεκτημένοι κ. τ. λ.] Observes ἀνακολουθίαν hujus sententiae: χιλίους μὲν ἱππέας κεκτημένοι, πλείους δὲ ὄντες ἢ μύριοι—οὐδὲν οὔτους τούτων ἠδυνήθη σῶσαι. Vis et spiritus oratoris grammaticam prostravit. TAYLOR. Longe diversa ratio multorum in scriptoribus cadentis Graecitatis anacoluthorum, quae non vis et spiritus, sed absurda classicorum imitatio peperit. SCHAEF.

426, 11. τῶν πολιτῶν] Subaudi τῶν ἡμετέρων, civium nostrorum Atheniensium. REISK. Nulla hic ellipsis: cum enim solenniter inter se opponantur οἱ ξένοι et αἱ πολιτικαὶ δυνάμεις, nihil in hujusmodi locutionibus est ambiguitatis. SCHAEF. De auxiliis quae Athenienses Olynthiis Olymp. 107, 4. miserant insignis est Philochori locus apud Dionys. Hal. vol. 6. p. 734. cujus nu-

meri nonnihil discrepant ab Demosthenicis, de quo diximus in Prolegomenis ad orationes Olynthiacas.

426, 15. οἱ προδιδόντες] F. glossa. MARKLAND. Id ego quoque credo. Hoc non potuit a Demosthene proficisci, τὰς πόλεις ἀπολωλέκεσαν—οἱ προδιδόντες, καὶ Φίλιππος οὐκ ἔτ' εἶχεν ὑπακούειν τοῖς προδιδοῦσιν. Et glossam esse puto istorum verborum, οἱ ταῦτα ποιοῦντες, quae occurrunt infra v. 20. Neque me magnopere afficit, quod haec duo adeo locis essent disjuncta. Solet hoc fieri. TAYLOR. Non assentior. Tales repetitiones tantum abest ut onerent orationem, ut ejus vim augeant. Orator toto hoc loco de pernicie Olynthiis per proditionem allata loquens nomen proditorum aptissime ingeminat, quo magis persuadeat auditoribus omnia facienda esse, ne in eandem ipsi perniciem incidant. SCHAEF.

426, 15. Φίλιππος—λάβῃ] Sententia est: non jam sufficiebat Philippus proditoribus tam dense crebriterque sese ingerentibus atque eum ad se vocantibus, ut, cui primo satisfaceret, nesciret, neque tam cito accurrere atque occupare oblata posset atque illi offerrent. REISK.

The various reading οὐχ ὑπεῖχεν ὑπακούων is to be rendered: "Philip could not *present himself* in hearkening to the call of the traitors," as in Plat. Gorg. 497 B. ὑπόσχες Σωκράτει ἐξελέγξαι· where παράσχες would be more natural. SHILLETO.

426, 17. πεντακοσίους ἱππέας] Conf. p. 125, 11.

426, 18. ὁ Φίλιππος] Iterum glossam sapit. Ecce enim in una periodo: Φίλιππος οὐκ ἔτ' εἶχεν—πεντακοσίους δ' ἱππέας—ἔλαβεν αὐτοῖς ὅπλοις ὁ Φίλιππος. An potuit inhonestius scribi? An ab omni, non dicam elegantia, verum a castitate sermonis alienius? TAYLOR. Hic quoque rigidus censor paratragoediat. Jam sane non mirum Tayloro hanc orationem scholiis quisquiliisque scatere visam esse. SCHAEF.

ὅσους—ἀνθρώπων] Hoc ne quis miretur, meminerit Graecorum copias illis temporibus valuisse peditatu, non item equitatu. SCHAEF.

426, 25. μὴ ἐπιτρέπειν] "Not to overlook, not to put up with." Comp. Thucyd. 6. 40. where the word is used still more absolutely, ὡς πρὸς αἰσθομένους καὶ μὴ ἐπιτρέποντας. SHILLETO.

426, 26. εἰ—ἐψηφίσασθε—φαίνοισθε] "If when you voted many vindictive resolutions...yet you should be found......" The change of mood is as necessary in Greek as in our own language. Dobr. refers to Porson. on Phoeniss. 91. Schaefer to Melet. Critic. p. 111. where he cites Plat. Apol. 28 E. SHILLETO.

427, 8. εἰ δὲ ὁ μὲν καιροὺς] Sensus: ut res diversae sint, quas proditores perdunt, aliae majoris, minoris aliae momenti, tamen omnes isti proditores eodem sunt odio prosequendi. SCHAEF.

427, 10. Ad ταῦτα διαφθείρει subaudi μόνα. nihil quidem aliud corrumpit, h. e. hosti prodit, praeter illam copiarum et opum particulam, cui praefectus est, verumtamen nil ideo minus odio et abominatione dignus est, quam si totam remp. prodidisset:

nam quem prodere partem haud pudet, is totum certo certius prodet, si possit. REISK. V. ad v. 8. SCHAEF.

427, 16. *συμβαίνει καιρὸς*] Sc. *μιμεῖσθαι.* Hunc locum videtur imitatus Cicero I. de Offic. c. 33. ubi de imitatione parentum agit. *Si,* inquit, *non poterit sive caussas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere, illa tamen praestabit, quae erunt in ipsius potestate, justitiam, liberalitatem, fidem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod desit, requiratur.* WOLF. Non hunc locum imitatur Cicero, sed potius Leptin. p. 494. 2—5. vel forsan utrumque. DOBR.

427, 21. *ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ*] Quo quis temporis spatio male consulendo remp. perdat, eodem recte suadendo servet. bonis et salutaribus inveniendis consiliis nihilo plus temporis operaeve opus est quam pestiferis excogitandis. REISK.

428. 3. *Ἄρθμιον*] Arthmius of Zelea (a town in the Troad, mentioned by Homer Il. 2. 824.) was branded with infamy (*στηλίτης*) at the proposal of Themistocles, as we learn from Plut. V. Themist. c. 9. Demosthenes alludes to this also III. Philipp. p. 121. §. 52. In §. 53. he calls him *δοῦλον βασιλέως*, to which Harpocration refers in *Ἄρθμιος: ὄνομα κύριον. δοῦλός [τινος] βασιλέως.* SHILLETO.

428, 8. *ἄλλος*] Id est, qui civis vester, qui Graecus non sit. REISK. Graecus quidem, sed non civis vester. SCHAEF. From its opposition to *τῶν πολιτῶν*, means: "an inhabitant of another country." See §. 351. SHILLETO.

428, 12. *νὴ Δί', ἀλλ' ὅπως κ. τ. λ.*] Citant hunc locum Hermogenes p. 272. et Minucianus p. 150. REISK.

428, 13. *νὴ Δί'—ἕστηκεν* est ficta oppositio, quam orator statim diluit. SCHAEF.

428, 14. *τὴν—τὴν—*] Adverte iteratum articulum. SCHAEF.

428, 15. *τὴν χαλκῆν τὴν μεγάλην Ἀθηνᾶν*] I. e. Minervae statuam a Phidia factam: v. Thucyd. 2, 13. quam *χαλκῆν* recte vocat, quia quamvis multo auro ornata tamen aenea tantum esset. Hanc statuam fecerunt auctore Pericle ex pecuniis quas socii Atheniensibus dederant. GREVE. V. Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 295. SCHAEF.

428, 16. *τὰ χρήματα ταῦτα*] Aes, quanti vaenibant aes, unde statua Minervae facta, aurum, argentum, ebur, gemmae, reliquus mundus, opera artificis. REISK.

428, 17. *τοίνυν*] Mox recurrit v. 23. et 26: ut tres deinceps periodi (nam post *τιμωρίαι* v. 21. cum Bekkero melius pones signum coli) eadem conjunctione vinciantur. V. not. ad p. 317. 21. SCHAEF.

428, 20. *αἱ—τιμωρίαι*] Id est tabula tenens literis consignatas minas poenarumque denuntiationes adversus sceleratorum hoc genus. REISK.

428, 21. *νῦν δὲ—*] *Nunc vero talia facinora ridentur, impune perpetrantur, dedecore afficiunt civitatem.* SCHAEF.

428, 22. *σχήσετε*] *Coërcebitis.* Hic solennis usus hujus futuri.

V. Hesychius vol. 2. p. 1331. *τούτους τῆς ἄγαν κολακείας ἐπισχήσετε* p. 1128, 16. SCHAEF.

428, 26. *ἐκεῖνοι τοίνυν κ. τ. λ.*] V. Meierus de Bonis Damnator. p. 116. SCHAEF.

428, 27. *Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου*] De hoc v. Wessel. ad Diodor. 12, 4. GREVE.

428, 28. *ταύτην τὴν—εἰρήνην*] "After having on his embassy negotiated (see §. 147.) that peace which is in the mouth of all, 'that the king of Persia should not come down to the sea coast within a day's journey for a horse, nor sail with a ship of war within the Chelidoneae and Cyaneae,' because he was adjudged, etc." This peace was negotiated 470 B. C. [466. Clint.] after the two-fold victory on the river Eurymedon in Pamphylia (briefly alluded to by Thucyd. 1, 100.) as we learn from Plutarch. V. Cimon. c. 13. p. 486 E. *τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως, ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάττης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηὶ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλεῖν. καίτοι Καλλισθένης οὔ φησι ταῦτα συνθέσθαι τὸν βάρβαρον, ἔργῳ δὲ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης, καὶ μακρὰν οὕτως ἀποστῆναι τῆς Ἑλλάδος, ὥστε πεντήκοντα ναυσὶ Περικλέα, καὶ τριάκοντα μόναις Ἐφιάλτην ἐπέκεινα πλεῦσαι Χελιδονίων, καὶ μηδὲν αὐτοῖς ναυτικὸν ἀπαντῆσαι παρὰ τῶν βαρβάρων. ἐν δὲ τοῖς ψηφίσμασιν ἃ συνήγαγε Κρατερὸς, ἀντίγραφα συνθηκῶν ὡς γενομένων ἀντικατατέτακται. φασὶ δὲ καὶ βωμὸν εἰρήνης διὰ ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ἱδρύσασθαι, καὶ Καλλίαν τὸν πρεσβεύσαντα τιμῆσαι διαφερόντως.* The last words are strangely at variance with the tradition of Demosthenes. The Chelidoniae Insulae (or *πέτραι* as Steph. Byz. calls them) lie off the Sacrum Promontorium in Lycia; the Cyaneae (or Symplegades, so well known from the mythic narrative of the Argonauts) are situate in the Euxine, at the North entrance of the Thracian Bosporus, or channel of Constantinople. SHILLETO. De dissensu Plutarchi cum Demosthene Palmer. "At in Cimonis vita Plutarchus contra asserit et Calliam, de quo hic sermo, dicit multum honoris et reverentiae adeptum fuisse ex hac legatione apud Athenienses. Cui credendum? Utrique, ut credo. Callias accusatus vitae periculum adiit; at crimine *δωροδοκίας* absolutus multum honoris adeptus est."

ἵππου—δρόμον ἡμέρας] I. q. *ἵππου δρόμον ἡμερήσιον.* Alia exempla duorum genitivorum ab eodem pendentium nomine collegit Matthiae Grammat. Gr. §. 314. 1. p. 431. SCHAEF.

429, 2. *Κυανεῶν*] Vulgo *Κυανέων.* Idem accentus vitium correxi ap. Josephum p. 708, 31. ed. Huds. in editione nupera Parisina.

429, 17. V. ad p. 36, 19.

429, 20. *κτησαμένην*] Idem est ac si dixisset:—*ἤλπισαν κτήσασθαι διδοῦσαν, παρασκευάζουσαν.* REISK.

αὐτοὶ] *Vestrapte sponte.* SCHAEF.

430, 4. *Ἐπικράτης*] Harpocration s. h. v. *Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τῶν*

ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων. οὗτός ἐστιν ὁ τῶν Ἀθηναίων δημαγωγὸς ὁ σακεσφόρος (*the man with the beard*: see Aristoph. Ecclesiaz. 71. κἄγωγ' Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα (πώγωνα) and the scholiast who quotes from Plato Com. ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακέσφορε. See more in Maussac. on Harpocrat.) οὗ μνημονεύει καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. He was sent as ambassador to the court of Persia, and was so pleased with his reception that he declared upon his trial that a proposal ought to be made to elect yearly not nine archons, but nine ambassadors to the great king. Plut. V. Pelop. c. 30. Athen. 6. p. 251 B. (who, in contradiction to our orator, tells us that the Athenians τοῦτον ἄκριτον εἴασαν). His embassy is alluded to by Plato Com. in Πρέσβεσι ap. Athen. p. 229 F:

κατέλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμίσιος
παρὰ τοῦ βασιλέως πλεῖστα δωροδοκήματα,
ὀξύβαφα χρυσᾶ καὶ πινακίσκους ἀργυροῦς.

Cf. Meinek. Fragm. Com. vol. 1. p. 182. 183. Another Epicrates is mentioned below under the nickname Κυρηβίων §. 329. SHILLETO.

430, 15. ἐπειδὴ παρὰ τὰ γράμματα κ. τ. λ.] Marcellinus ad Hermogenem p. 175, 34. εὗρε δὲ καὶ ἄλλην καινοτέραν Δημοσθένης ἀνακεφαλαίωσιν τοῖς πρέσβεσιν (illis vetustissimis) ἀντιτάξας τοὺς πρέσβεις (hos novissimos) καὶ γράμμασι γράμματα (formulam Calliae cum formula pacis ab Aeschine et Philocrate Philippo mercede condonatae). ἐπειδὴ παρὰ τὰ γράμματα, φησὶν, ἐπρέσβευσαν. οὗτοι δὲ οὐ παρὰ τὰ γράμματα (scilicet πεπρεσβεύκασι); REISK. Fallitur Reiskius. ἐκεῖνοι non sunt illi vetustissimi, quorum fuit Callias, sed hi recentiorum temporum, quorum fuit Epicrates: nec γράμματα intelligenda de formulis pacis cum barbaro Philippoque factae, sed de decretis, quae ἐκεῖνοι et οὗτοι παραπρεσβεύσαντες violarunt. Hoc Technicus voluit, cum oratorem diceret τοῖς πρέσβεσιν ἀντιτάξαι τοὺς πρέσβεις καὶ γράμμασι γράμματα. SCHAEF.

430, 16. φησὶν] Formula condemnationis adversus Epicratem et complices pronuntiatae, quam ad formulam etiam φησὶ p. 431, 1. redit. REISK.

τὸ ψήφισμα etsi ferri potest si cum φησὶν conjungatur, a quo interpositis verbis ἐπρέσβευσαν ἐκεῖνοι dijunctum est, probabilius tamen videtur glossema esse ad φησὶν olim adscriptum, ut αὐτὸ τὸ σύγγραμμα irrepsit in Plat. Phaedr. p. 258 A. ab Shilletone citatum. Recte igitur jam Reiskius καὶ τὸ ψήφισμα (nam sic vulgo legebatur), omissa in A. k. s. deleri voluit egoque ipse delevi in editione mea priore.

430, 18. τὸ μὲν ψήφισμα] Scil. φησίν.

430, 25. καὶ—ἀπαγγέλλοντες] Haec verba materialiter sunt intelligenda ut sumta e formula illa, qua mortis sententia dicta fuit in Epicratem ejusque consortes. REISK.

431, 6. ὑπέρ γε τοῦ —] There is some degree of exaggeration in this: Philocrates I conceive alone admitted the charge,

(§. 129) though Demosthenes chooses to extend his confession to the rest of the ambassadors. *προσῆκεν* (not *προσήκει*) is probably used to qualify the exaggeration. SHILLETO.

431, 7. *ἀπάγειν*] Ad *ἀπάγειν* videtur referendum, quod in Bavarici margine circa hanc regionem sine nota, quo pertineret, sic erat exaratum: *ἐφηγεῖσθαι, γράφεσθαι, δικάζεσθαι.* REISK. Ind. Graecit.: *ad supplicium rapere.* V. ibid. v. *ἀπαγωγή.* Bavarici scholium quid sibi velit docent Anecd. Bekk. p. 414, 8. Conf. Orat. c. Androt. p. 601, 20. SCHAEF.

431, 8. *ὑμεῖς—ὄντες*] Plene *ὑμεῖς οἱ μὲν—ὄντες.* V. Bosii Ellips. p. 329. s. coll. Ind. ad Porsoni Hecub. p. 111. b. ed. tert. Lips. SCHAEF.

431, 9. *ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὄντες*] Scilicet *υἱοί.* Filii qui estis illorum virorum, qui Epicratem, a quo e Piraeo rursus in urbem essent reducti, condemnarunt. REISK. Malim *ἐξ ἐκείνων*, ut p. 441, 25. Aeschin. p. 60, 17. Vulgata, opinor, vertenda est, *qui ex eorum numero estis.* DOBR. Qui haec alio tempore retractavit "Sed Demosth. p. 1224. init. *Πασίωνος εἶναι.* Cf. p. 1252, 20. V. Porson. ad Athen. 10. p. 424 F. Aristoph. Ran. 534. 590. (582.) *Ἀλκμήνης ἔσει*, nisi legendum *ἁλκμήνης.* Av. 704."

431, 10. *τὸν μὲν εὐεργέτην*] Respondet *τὸν δὲ Ἀτρομήτου* v. 24.

καὶ τῶν] Ad vulgatam scripturam *καὶ τὸν* Schaeferus annotavit. "Subaudi *καταγαγόντα τὸν δῆμον.* V. p. 430, 6. Elliptica locutio, sed usus, ut probabile est, tam frequentis, ut ejus significatio neminem fugeret."

431, 11. *τοῦ δημοτικοῦ τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντος τὸν δῆμον*] Delevi praeeunte Dobraeo *καὶ* post *δημοτικοῦ* in libris lectum, non quod ignorarem quae in annotatione ad p. 664, 4. exposita sunt, sed quod particulam minus aptam judicarem huic loco ubi verba *τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντος τὸν δῆμον* rationem reddunt praecedentis epitheti *τοῦ δημοτικοῦ.* Saepe autem sic a librariis peccatum est addenda *καὶ* particula, velut p. 940, 20. *ἀδελφὸς καὶ κληρονόμος ἑνὸς τῶν ἐμπόρων τοῦ λαβόντος παρ' ἡμῶν τὰ ἐμπορικὰ χρήματα*, ubi *καὶ* ante *τοῦ* vulgo lectum ejeci auctoribus A. S.

431, 15. *τὸν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος*] *καὶ Ἀριστογείτονος* omittunt aliquot libri, de quo dictum in annotatione critica. "The names of these miscalled patriots and worthless men were so intimately associated in the minds of an Athenian audience, that they could hardly be disunited even in such a passage as the present. (The reader will probably recollect that the heiress of a partner in a noted firm rejoiced in the name *Miss A. and B.*) See Leptines passim. (Dinarchus however c. Demosth. p. 98. St. = 46 R. *ἐδέθη τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου γεγονότων εἷς κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα*, which passage is referred to by the Zurich editors.) According to Ulpian, this was Proxenus, the admiral already mentioned §. 56. §. 58. See Boehnecke Quaestion. vol. 1. p. 654. SHILLETO.

431, 17. ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς] *Quae priores in vos contulerunt.* V. H. Stephani Thesaur. SCHAEF.

431, 18. καὶ κρατήρων] κρατῆρες fortasse additi sunt, quod unicuique deo sui peculiares crateres fuerunt. WOLF. Oratoria abundantia junxit σπονδῶν et κρατήρων, poteratque alterutrum omittere: nam ἀπὸ κρατήρων ἐσπένδετο. V. Anecd. Bekk. p. 274, 4. SCHAEF.

431, 22. ἔλεον] Post ἔλεον videtur εὑρέσθαι (*invenisse*) deesse: nam μήτε συγγνώμην μήτ' ἔλεον αὐτοὺς ὠφεληκέναι videtur durum et inconcinnum et paene sententia vacuum esse. REISK. Non puto. Adde quod pluribus nominibus saepe unum additur verbum, cujus significatio non omnibus ex aequo congruit. SCHAEF.

431, 23. ὁμώνυμα τῶν εὐεργετῶν] V. not. ad schol. Apollon. Rhod. p. 168. SCHAEF. He probably had a son named Harmodius. See Ulpian and Boehnecke l. c. SHILLETO.

431, 26. τέθνηκεν] V. not. ad p. 383, 20. SCHAEF.

ἱέρεια] V. Hemsterhusii Append. Animadvers. in Lucian. p. 6. Facile suspiceris, in illis θιάσοις, ob quos mulier poenam capitalem passa est, τοὺς θιασώτας usos ipsa sacerdote προξενητρίᾳ perpetrasse quae flagitiosa essent. SCHAEF. According to Ulpian the priestess Ninus, whose conviction upon the prosecution of the sycophant Menecles is alluded to p. 995. §. 2. SHILLETO.

τοῦτον ὑμεῖς λαβόντες] Sensus: cum in eum ut convictum animadvertere possitis. SCHAEF.

432, 2. τίς εὔνοια;] Cum opponantur ei λειτουργία et εἰσφορὰ, quas cives praestabant coacti, significat *donum gratuito datum.* V. p. 96, 10. SCHAEF.

432, 5. δικαίως ex S. Vulgo τὸ δικαίως. V. ad p. 116, 27.

432, 8. ἔλεγε] These passages are not found in the published speech of Aeschines. Similarly many topics are adverted to in his reply to this oration as having been touched upon by Demosthenes which are now not extant. SHILLETO.

432, 11. παραγγελία] Advocatio, h. e. multitudo advocatorum undique corrogatorum, qui in judicium adducti precibus et gratia judices flectant, potentia minisque terreant, reum quibuscunque modis eripiant. REISK. V. not. ad p. 341, 2. SCHAEF.

οὐδ' ἐλεεῖν ὑμᾶς κ. τ. λ.] Haec cum non sint in Aeschinis oratione, satis apparet eum, ut et caeteros oratores, aliter dixisse, aliter scripsisse, ipsoque eventu edoctos et detraxisse et addidisse et mutasse complura. Nisi forte et hoc sit Demosthenicae licentiae mendacium. WOLF. Non puto. De oratorum more aliter orandi aliterque scribendi v. Wolfius ad Argument. Timarcheae p. 20. R. SCHAEF.

432, 16. ὁ μὲν ἄθλιος ἄνθρωπος ἠτίμωται καὶ ὕβρισται citat Hermog. p. 347. 5. REISK.

ἠτιμώσεται] Vulgo ἠτίμωται. Illud congruentius futuro quod

sequitur, δώσετε. Sensus: *sinetis manere ἄτιμον? non reddetis ei τὴν ἐπιτιμίαν?* SCHAEF.

432, 17. ἀδικοῦντα] Miserat enim Aeschines arma ad Philippum, idque deprehenderat Timarchus. V. p. 433, 5. REISK. ἀδικοῦντα i. q. παραπρεσβεύοντα. De armis ab Aeschine Philippo summissis orator οὐδὲ γρύ. SCHAEF.

432, 23. καὶ δικάζοντας] Tolle hoc inutile καὶ, ut sententia sit, quae esse debet: qui non prius quam dicto jurejurando ad ferendam sententiam proceditis. REISK. Assentior. SCHAEF.

νὴ Δί'—βελτίους] Est hypophora. SCHAEF.

432, 27. ἵνα τοίνυν—] Apodosis sententiae est in istis p. 433, 11. λέγε δή—. REISK. Periodum interrumpunt interserta σημεῖον δέ·—ἐμίσθωσε Φιλίππῳ. Quod ut statim appareat, adhibui lineolas, quarum loco post ζημίαν et Φιλίππῳ puncta vulgo posita. SCHAEF.

432, 28. οὐ μὰ Δί' οὐχὶ κ. τ. λ.] "Not caring for your children, certainly not, that they become moral." Dobr. quotes several instances of this construction, to which add Plat. Gorg. 474 A. πείρασαι τοῦ ἐλέγχου οἷον ἐγὼ οἶμαι δεῖν εἶναι. He remarks: "Singulare est illud Thucyd. 2, 42. πενίας ἐλπίδι ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν αὐτὴν πλουτήσειεν." Translate: "*hope touching poverty*, that one may yet escape it and become rich:" comparing 1, 138. τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐλπίδα (*hope respecting Greece*) ἣν ὑπετίθει αὐτῷ δουλώσειν. The two passages are so like, both involving in addition to other points of similarity the rarer attraction of the *object* to the preceding clause, that I wonder they have not been compared by others. SHILLETO.

433, 1. μὴ γὰρ] "For God forbid that such misfortune befal (literally: *that it should turn out so bad for*) our country, that her younger members should require an Aphobetus and an Aeschines as Censors of Morals." Herod. 1, 8. χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, where see Wesseling. The same insinuation is ventured upon below, §. 329. See note on §. 222. "Hinc Auct. c. Aristog. 1. p. 779, 15." DOBR. The passage is: μὴ γὰρ, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, τοσαύτη σπάνις ἀνδρῶν γένοιτο τῇ πόλει, ὥστε παρὰ Ἀριστογείτονος τῶν καλῶν τι ποιήσασθαι.—This measure of Timarchus was brought forward Olymp. 108, 2. 347—6 B. C. according to Boehnecke Quaestion. vol. 1. p. 377, 378. not. 2. The length of time of his *public life* may in some degree be fixed from Aeschin. p. 15. St. = 127 R. βουλευτὴς ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Νικοφήμου Olymp. 104, 4. 361—0. about the time when Philip came to the throne. He had therefore been a public man at least *fourteen* years before Aeschines sold himself to Philip. SHILLETO.

καὶ νῦν] Subaudi ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ ἦσαν. REISK.

433, 2. Ἀφοβήτου] Aphobeti mores impuri notantur v. 23. SCHAEF.

433, 3. σωφρονιστῶν] *Moderatoribus.* Sed simul respicitur ad τοὺς σωφρονιστὰς τῶν ἐφήβων publice constitutos, de quibus v.

Anecd. Bekk. p. 321. 7. et Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1 p. 256. SCHAEF.

433, 5. *ἔγραψεν*] Timarchus puta. REISK.

433, 19. *μὲν*] Non sequitur quod ei respondeat *δέ*, sed hujus vice funguntur *καὶ τί ταῦτα; ἀλλὰ—*. SCHAEF.

433, 20. *Νικίου*] Aeschines, who adverts to this passage p. 48. St. = 315, 316 R. instead of Nicias (which cannot, like *Κυρηβίων*, have been a nickname) speaks of a brother-in-law, by name Philon, and in words which evidently shew that he had shared in our orator's abuse. *ἐκπέπληγμαι δὲ, εἰ σὺ λοιδορεῖν Φίλωνα τολμᾷς καὶ ταῦτα ἐν τοῖς ἐπιεικεστάτοις Ἀθηναίων κ. τ. λ.* Demosthenes also mentions Philon, de Coron. p. 329. §. 385. whose property Aeschines inherited. The name of the other brother-in-law was Epicrates: Harpocration. *Ἐπικράτης—ἄλλος δ᾽ ἐστὶν Ἐπικράτης, Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστὴς, ὡς δηλοῦται ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ περὶ τῆς παραπρεσβείας ἀπολογίᾳ* (p. 316 R.). *οὗτος μέντοι ἐπώνυμον εἶχε Κυρηβίων.* See also in *Κυρηβίων*. The soubriquet is derived from *κυρήβια* (*furfures, bran*) Arist. Eq. 254. denoting, according to Ulpian, something *vile and worthless*. *λέγει δὲ τὸ κάθαρμα καὶ εὐτελές· κυρήβια γὰρ τὰ ἀποκαθάρματα τοῦ σίτου λέγουσιν.* From Cratin. Fragm. Incert. 27. The father of these, and father-in-law of Aeschines, was Philodemus, whose kind offices had been serviceable in getting our orator's name enrolled in the *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον*, if we are to credit his rival. SHILLETO.

433, 21. *Κυρηβίωνος*] Citant h. l. Hermogenes p. 317. Athenaeus 6. p. 242 D. REISK.

433, 23. *ἄνευ τοῦ προσώπου*] Discas hinc *τὸ κωμάζειν ἄνευ προσώπου* fuisse hominum frontis perfrictae. SCHAEF.

καὶ τί ταῦτα; ἀλλὰ—] *ἀποδίωξις καὶ ἀποσιώπησις*, quasi prae indignatione flagitia Aphobeti commemorare non possit. WOLF. *τί ταῦτα;* Scilicet *λέγω*. Quid ego haec minuta commemoro, cui ad graviora properandum sit? REISK.

ἀλλὰ—Ἀφόβητον] Referenda haec sunt et conjungenda cum superioribus: *περὶ πορνείας ἔλεγεν—δυοῖν μὲν κηδεσταῖν παρεστηκότοιν—ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν ὁρῶν Ἀφόβητον*, cum indignatione. *Accusavit*, inquit, *Aeschines Timarchum impudicitiae coram duobus suis affinibus, Nicia et Cyrebione, multo impurioribus. Sed hoc parum est. Accusavit eum etiam coram suo fratre Aphobeto.* Amare! MARKLAND. Scilicet *κατηγόρει Τιμάρχου Αἰσχίνης καὶ ἔλεγε ταῦτα.* At enimvero fidenter poterat Aeschines Timarchum accusare ad fratrem suum Aphobetum, hominem castissimum atque sanctissimum, respiciens. Est peramara subsannatio fratrum. Tune Timarchum audebas accusare impuritatis immemor fratris tanta famosi impuritate, ut prae Aphobeti flagitiis Timarchea evanescant? REISK.

433, 23. *ἄνω ποταμῶν*] Paroemiaca locutio Graecis ururpata, ut puto, jam ante Aeschylum, a quo vulgo repetunt. V. Bois-

sonadus ad Nicet. Eugen. p. 233. s. SCHAEF. V. interpretes Hesychii s. v. ἄνω ποταμῶν, et Euripidis Med. 410.

433, 25. ἐρρύησαν] Poterat scribere ἐλέχθησαν. Sed paroemiacum illud spectans usus est tropo locutioni ἄνω ποταμῶν aliquanto magis congruente. SCHAEF.

433, 28. ὃ] Alii libri ἅ. Praestat ὅ. Constructio enim verborum haec est, καὶ μὴν (ἵνα εἰδῆτ᾽) εἰς ὅσην—ἔχει, πάντα τὰ ἄλλα ἀφεὶς ἐρῶ ὃ πάντες ὑμεῖς ἴστε. *Ut vero intelligatis, quantum dedecus civitati—attulerit, cetera omnia tacens dicam quod nemo vestrum ignorat.* SCHAEF.

433, 29. τί παρ᾽ ὑμῖν ἐψήφισται, τοῦτ᾽] Quod enim solenni ratione demonstrativi πλεοναστικῶς usurpandi subjicitur τοῦτ᾽, non referendum est ad solum τί, sed ad totum hoc, τί παρ᾽ ὑμῖν ἐψήφισται. Conf. quod statim sequitur: τί δέδοκται τοῖς ἄλλοις σκοποῦντες. SCHAEF.

434, 5. ἐγὼ δὲ οὐ δέδοικα κ. τ. λ.] Locum hunc aliquanto plenius laudat Hermogenes περὶ δριμύτητος, scilicet: ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτο δέδοικα εἰ Φίλιππος ζῇ ἢ τέθνηκεν, ἀλλ᾽ εἰ—. vol. 2. p. 334. TAYLOR.

434, 6. εἰ τῆς πόλεως τέθνηκε τὸ μισεῖν—] Dobraeus comparat p. 976, 22. οὐ γὰρ τὸ γιγνώσκειν καὶ συνιέναι τὰ δίκαια ὑμῶν ἐξαλεῖψαι δυνήσεται.

434, 13. ἀναβήσονται] Scilicet ὑπὲρ Αἰσχίνου, quod additur v. 20. SCHAEF.

τί γὰρ δή ποτε—] This passage and Mid. p. 580, 581. §. 259—263. are well worth comparing with each other. The reluctance of Eubulus to get up to speak in behalf of Midias, though importunately entreated, §. 261. his readiness to bring men to trial, §. 263. are points which particularly bear upon this passage. Hegesileos (the Attic name corresponding to the Spartan Agesilaus) was general in Euboea when the Athenians sent aid to Plutarch, tyrant of Eretria. So Ulpian. Thrasybulus and Niceratus were probably connections of Eubulus. SHILLETO.

434, 15. ἐπὶ τῆς πρώτης ψήφου] Before the verdict was given, during the trial)(εἰς τὸ τίμημα· after the verdict was pronounced and the parties were called upon to speak on the question of the assessment of the penalty. See Aeschin. de Coron. p. 82. St. = 587 R. ἐπειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει κ. τ. λ. In Plat. Apolog. chap. 1—24. are supposed to have been spoken ἐπὶ τῆς πρώτης ψήφου, and 25—28. ἐν τῇ τιμήσει. SHILLETO.

434, 18. συγγνώμην ἔχειν σοι] Queat dicere Eubulus, eo se haec facere, quod habeat religioni nocentem et nefarium impiumque defendere. Caussam autem aliam esse Aeschinis, quem Demosthenes innocentem in judicium capitis arcessierit, et eloquentiam a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam ad boni viri pestem perniciemque convertat. WOLF.

434, 18. σοι] Post h. v. punctum posuit typotheta pro signo interrogandi.

434, 20. ἀναβαίνεις] Defensurus, o Eubule. SEAGER. Diar. Classic. 56. p. 254.

434, 21. ἡνίκ' ἔκρινεν—] *Cum Aristopho Philonicum in judicium adduxit et per illum tua quoque, Eubule, crimina attigit, iste Aeschines una cum Aristophonte te accusabat et inter inimicos tuos numerabatur. Cur igitur istum Aeschinem nunc adjuvas? cur defendis?* TAYLOR. Aristophon utrum intelligendus sit Azeniensis an Collytensis (de quo v. ad p. 248, 8.) dubitat Clintonus Fast. Hell. vol. 2. p. 121. et hoc loco et in Timocr. p. 703, 10. et c. Eubulid. p. 1308, 12. Azeniensem his locis omnibus intelligendum esse patet ex iis quae ad p. 248, 8. dicta sunt. Ejus adversarium fuisse Eubulum ex hoc loco et p. 281, 18. discimus.

434, 24. τουτουσὶ] Athenienses.

δεδιξάμενος] This measure of Eubulus is only mentioned here. It is worthy of notice that Eubulus was the author of that infamous bill, whereby it was rendered a capital offence even to propose the alienation of the theatrical fund to any state purposes. Thirlw. 5. 300, 301. Demosthenes had not sufficient influence to repeal this till Olymp. 110. 2. 339. B.C. a year before the battle of Chaeronea. SHILLETO. Crudelem illam legem fictam ab scholiastis videri dictum est ad p. 14, 20.

434, 27. ἃ συνεῖπε] V. ad p. 385, 21. SCHAEF.

434, 28. Cum scriptura vulgata ἐξ ὧν ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν συνέβη γενέσθαι τὴν εἰρήνην, simile constructionis ἀνανταποδότου exemplum, de quo v. ad p. 1010, 26., comparavit Shilleto et ante eum Bernhardyus in Syntaxi p. 471: quo ego quoque eram usurus, nisi codicis S. scriptura fecisset ut ego aliique de veritate lectionis vulgatae dubitaremus. Quanquam fieri potest ut nimium tribuerimus unius codicis auctoritati. Cum ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν comparetur p. 460, 4. ταύτην (τὴν δόξαν) ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν τῇ πόλει περιπάτει.

434, 29. οὗτοι δὲ] Male alii libri οὗτοι δ' ἐπειδή. Neque enim, quod visum est Reiskio, filum orationis sepositum, ut fit post parenthesin, resumitur, sed duo diversa inter se opponuntur, σὺ μὲν— et οὗτοι δὲ—, ambo illa pendentia ab uno ἐπειδὴ p. 434, 23. SCHAEF.

435, 7. ἑωνημένων] ὠνεῖσθαι, *conducere*. Verbum hoc de negotio proprium. SCHAEF. For the tenure of the mines which were held in *fee-farm* of the state and were not *freehold property* (though πρίασθαι, ὠνεῖσθαι, πωλεῖν appears to have been the language always used in these leases, see Boeckh in *A Dissertation on the Silver Mines of Laurion*, appended to the transl. of his Publ. Oecon. For this and the following charge, comp. Aristot. Rhetor. 1, 14, 1. οἷον ὁ Μελανώπου Καλλίστρατος κατηγόρει ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ τοὺς ναοποιούς. The charge against Cephisophon was either that he was a defaulter

in payment of the rent for τεμένη of some god or goddess (see Law in Macart. p. 1069. §. 76.) or that he was a collector, and could not make up his accounts on the right day: though it would appear not from any design of embezzlement, as the money was paid into the bank only three days too late. SHILLETO.

435, 7. ἐξέλεξε] Verbum item proprium. V. Hesychius vol. 1. p. 910. s. v. Δεκατευταί. Hinc ἐκλογεύς. V. Pollux 9, 29. Videtur autem h. l. ἐκλέγειν idem esse quod v. 21. aliquanto significantius dicitur παρεκλέγειν. SCHAEF.

435, 8. γραφὴν—ἐδίωκες] Fortassis pecuniae sacrae quaestor aliquid inde mutuatus fuit. WOLF. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 176. SCHAEF.

τρισὶν ὕστερον ἡμέραις] Triduo post illum diem, quo persolvere ex scripto vel condicto debuerat. Non diutius triduo procrastinaverat perluitionem, sed tertio die post diem peremtorium deposuerat in mensa argentaria, h. e. dependerat. REISK.

435, 10. τοὺς δὲ ἔχοντας—ἐξελεγχομένους] Idem est ac si dixisset: τοὺς δ' ἔχοντας τὸν μισθὸν τῆς προδοσίας, καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς ὁμολογοῦντας ἔχειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτῳ ἐξελεγχομένους. REISK.

435, 12. τούτους—κελεύεις;] Idem est ac si dixisset: τούτους οὐ μόνον οὐ κρίνεις, ἀλλὰ καὶ σώζειν κελεύεις; REISK. οὐ μόνον οὐ γρ. S. Est interpretantis, ut talia vulgo interpretantur: nec male, dum ne elliptice dicta habeant. SCHAEF.

435, 16. Ἤλιδι] V. ad p. 424, 22.

435, 22. τίς οὖν—πραγμάτων;] Post τούτων distingendum, ut referatur ad κλέπτας. τίς τούτων αἴτιος τῶν νῦν αὐτόθι συμβεβηκότων πραγμάτων; WOLF. Bene Wolfius τούτων retulit ad τίς. Docet αὐτόθι νῦν τούτων v. 17., ubi τούτων regitur ab antegresso ὅστις. Arguunt, opinor, quae annotavit et ad τῶν v. 22. et ad οὐδὲ εἷς v. 23. SCHAEF.

435, 25. ἀδικοῦντες] Subaudi οἷα νῦν ἐκεῖ ἀδικεῖται. REISK.

435, 26. ξένοι καὶ φίλοι] Hic quoque, ut aliis locis innumerabilibus, attractionis vis perimit syntacticam rationem. Alioqui orator scripsisset sic: οἱ νομίζοντες ἑαυτοὺς ἀξιόχρεως εἶναι τοῦ Φιλίππου ξένους καὶ φίλους προσαγορεύεσθαι. Sed poterat etiam sic: οἱ νομίζοντες ἀξιόχρεῳ εἶναι τοῦ Φιλίππου ξένοι καὶ φίλοι προσαγορεύεσθαι. Utraque constructio canoni syntactico accuratissime congruit. Quam ex ambabus h. l. conflatam legimus, ut videatur σολοικοφανὴς, tamen bene Graeca est. SCHAEF.

435, 28. ἐν Μεγάροις] "Megara was at this time, as it had probably never ceased to be, divided between rival factions, which however seem not to have been so turbulent as to prevent it from enjoying a high degree of prosperity, (Isocrat. de Pace §. 143. [p. 183 a.] Μεγαρεῖς ..... μεγίστους οἴκους τῶν Ἑλλήνων κέκτηνται κ. τ. λ. Cf. Demosthenes Aristocr. [p. 691.] §. 256.) and there are indications that its form of government was not unhappily tempered." Thirlw. 6. 15. who in his note adds: "There was a council of Three Hundred, which possessed judicial au-

thority." Perilaus is mentioned amongst the traitors who, after Philip had gained what he wanted, were cast off and became universally contemptible: de Coron. p. 242. §. 69. SHILLETO.

436, 2. Πτοιόδωρος] Conf. ad p. 324, 14.

436, 5. ἐτύρευε] Ulpianus exp. κατεσκεύαζε, ἐμηχανᾶτο. Caeterum notatu dignum est, quod legitur in Polluce 6, 32. εἰ δὲ καὶ Δημοσθένης φησὶν, ὁ δὲ ἔνδον ἐτύρευεν, ἀλλ' οὐκ ἔγωγε ἀποδέχομαι τὸ τυρεύειν. TAYLOR.

ὁ δ' ἔνδον ἐτύρευε] Ptoeodorus intus in urbe clam, tecte conturbatis in negotiis rerum suarum satagebat. ad lubitum suum omnia conformabat. veluti si quis lac pinsendo butyrum inde efficiat. Est utique comica et trivialis locutio. foro tamen non ideo indigna. REISK.

436, 6. τοιαῦτα] Et quae sunt alia talia exempla complura. REISK. V. not. ad p. 96, 10. SCHAEF.

436, 8. μή μοι σωζέσθω κ. τ. λ.] Laudatur ita ab Hermogene p. 264. μή μοι σωζέσθω, μηδ' ἀπολλύσθω μηδεὶς, ὃν ἂν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα βούληται. TAYLOR.

436, 10. τοὐναντίον, τούτῳ] τούτῳ non redit ad Aeschinem, sed ad illum infinite adumbratum in ὃν versu 10. *quicunque is est —, hunc afficite poena convenienti*. REISK. Recte junxit ὃν ἂν—, τούτῳ. Sic autem post τοὐναντίον non plene interpungendum erat. ponenda subdistinctio. quam posuit Bekker. Neque ἡ προσήκουσα ψῆφος cum Reiskio tantum de poena intelligenda. sed etiam de absolutione. SCHAEF.

436. 13. Καλλίστρατος—Ἀριστοφῶν, Διόφαντος] Comp. de Coron. p. 301. §. 278. Καίτοι πολλοὶ παρ' ὑμῖν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, γεγόνασι ῥήτορες ἔνδοξοι καὶ μεγάλοι πρὸ ἐμοῦ, Καλλίστρατος ἐκεῖνος, Ἀριστοφῶν, Κέφαλος, Θρασύβουλος, ἕτεροι μυρίοι κ. τ. λ. Callistratus was a frequent name amongst the Greeks: "The most celebrated of the persons of this name is Callistratus, the son of Callicrates of Aphidna. the near relation of Agyrrhius, a famous orator and general in the 100th and 101st Olympiads. censured for his private life by Theopompos, but praised for his zeal in the public service: he is said to have excited Demosthenes to the study of eloquence by the famous law-suit concerning Oropus, and having been at first acquitted was afterwards condemned to death. in Olymp. 104. 3." Boeckh. Publ. Oecon. book 2. 14. Diophantus is mentioned p. 498. §. 152. The name occurs twice in this Oration, §. 97. §. 220. but in neither passage probably is the same person signified. SHILLETO. De Callistrato dictum ad p. 301, 18., de Aristophonte Azeniensi ad p. 434, 21. Diophantus idem, ut videtur, memoratur ab Aeschine p. 22, 33.

436, 18. τοῦτον] Malim τούτους. Verecundius enim cum Eubulo agit quam ut cum tam aperte designet. DOBR.

ἐάσητε] Scilicet praepollere legibus et sanctitati atque severitati et majestati judiciorum et religioni jurisjurandi. REISK.

436, 20. οἵπερ ἀεὶ σῴζουσι τὴν πόλιν] Conf. Aeschin. p. 61, 37. 72, 10. Demosth. Olynth. II. init. DOBR.

436, 21. πολλῷ—μᾶλλον] Vid. ad p. 327, 12. SCHAEF.

436, 25. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κ. τ. λ.] Scholiastes Hermogenis p. 110, 12. τούτοις δὲ παραπλήσιον καὶ τὸ παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας, ἐν οἷς, τοῦ θεοῦ χρήσαντος τοὺς ἡγεμόνας φυλάττεσθαι, κατασκευάζει ὁ ῥήτωρ ἀπὸ τοῦ καιροῦ, ὅτι τοὺς ῥήτορας λέγει· ἐν εἰρήνῃ γὰρ ἔχρησεν, οὐκ ἐν καιρῷ πολέμου. REISK. Jovis Dodonaei oraculum, ὃ πάλαι προείρηκε φυλάττεσθαι τοὺς ἡγεμόνας καὶ τοὺς συμβούλους, memorat Dinarchus Demosthenem perstringens p. 160, 18.

436, 29. οὗτοι γὰρ—παρακρουσθῆτε] Hermogenes p. 299. κατὰ μέντοι κόμμα εἰ γένοιτο, πλέον ἔχει τὸ γοργὸν, οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἀπήλλακται τοῦ κάλλους. οἷον· οὗτοι γὰρ ἡγοῦνται, τούτοις πείθεσθε, ὑπὸ τούτων δέος ἐστὶ μὴ παρακρουσθῆτε. Citat quoque Alexander Rhetor l. 2. cap. περὶ πολυπτώτου. REISK.

ἡγοῦνται] Pro ἡγοῦνται dat Alexander Rhetor p. 78. κατέχουσι. REISK.

437, 1. ὑμεῖς] Non habet Hermogenes.

437, 10. Διώνῃ] Dione in oraculis Jovi jungitur etiam p. 531, 20. et p. 1487, 2. SCHAEF.

437, 11. ἔξωθεν—συμπράττοντες] 2 Cor. 7, 5. ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. MARKLAND.

437, 13. ἐκσώζειν] E discriminibus judiciorum eripere. REISK.

437, 15. ἀπ' ἀνθρωπίνου λογισμοῦ] Vel mera meditatione atque contentione humanae rationis, etiamsi divinitus id haud docearis. REISK.

437, 16. ἐχθρότατον] "Superlativi forma parum probata Atticistis. V. Moeris p. 135." SCHAEFER. Cf. Oed. Tyr. 1346. ἐχθροτέρους Prooem. 40. p. 1448. ἐχθροτέρως de Pace p. 61. §. 18. Damnat Thomas M. p. 401. ἔχθιστος, οὐκ ἐχθρότατος. SHILLETO.

τὸν προεστηκότα] Scilicet τοῦ δήμου. MARKLAND.

437, 22. ἐν ταῖς πόλεσι] In liberis civitatibus et αὐτονόμοις, quae αἱ πόλεις frequenter appellantur. MARKLAND. Istud confirmavi pluribus in notis ad Aeschin. c. Ctesiphont. p. 392. TAYLOR.

ἐπαίρειν] Hic finitur prior sententia. Jam init nova, uno vocabulo τούτοις circumscripta. *His.* His, inquam, rebus Philippus dominatum adeptus est. REISK.

438, 2. καὶ καιροὺς] Voces dele, forsan natas ex p. 427, 9. Et confer p. 369, 22. DOBR.

438, 3. μεθ' ὧν—τὰ πάντα] Sensus: in quibus situm est, ut singuli res suas aut bene aut male gerant. SCHAEF.

438, 13. συσκευάζεσθαι] Marklandus vertit: *quis* captare *Graeciam et Peloponnesum* Philippum *clamitabat, vos autem dormitare?* Fortasse Wolfii interpretatio non est admodum improbanda. Euphemismus est in v. συσκευάζεσθαι: *non solum vasa colligere atque profectionem parare, verum etiam* vasa aliena, i. e. *praedari*

et diripere. Usi sunt in hoc sensu LXX interpretes. Exod. 3. 22. καὶ ἐπιθήσετε, καὶ συσκευάσετε τοὺς Αἰγυπτίους. Ubi alii σκυλεύσατε ex glossemate. Verum illa prior τοῦ συσκευάζεσθαι notio potius est Demosthenica, ut in init. Chersonesitanae: εἰ μὲν ἡσυχίαν Φίλιππος ἄγει—μήτε συσκευάζεται πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ὑμᾶς. TAYLOR. Convasare, compilare, in manticam infercire, tanquam fures solent furta raptim auferre festinantes. Sententia est: alia Peloponnesi oppida ex aliis sibi devincire et in servitutem pertrahere. REISK. Conf. p. 358, 14.

438, 15. τοὺς μακροὺς καὶ καλοὺς λόγους] Alii libri τοὺς καλοὺς καὶ μακροὺς λόγους, quo ordine libri optimi p. 344, 12.

438, 16. τὸ Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους] Ulpian.: ἐπιόντων τῶν Μήδων, ἐξαρχῆς καὶ ὁ Μιλτιάδης δραμεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὸν Μαραθῶνα ἐψηφίσατο καὶ μὴ ἀναμένειν ἕως συλλεγῶσιν οἱ συμμαχήσαντες. διὸ καὶ νενίκηκε μόνος. ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς κατὰ γῆν ἄπορα βλέπων τὰ πράγματα συνεβούλευσε μὲν ἀφεῖναι τὴν πόλιν, εἰς Σαλαμῖνα δὲ μετοικισθῆναι.

438, 17. τὸν.... ὅρκον] Lycurg. c. Leocrat. p. 157. St. = 189 R. ὑμῖν γάρ ἐστιν ὅρκος, ὃν ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσι καὶ ἔφηβοι γένωνται, μήτε τὰ ἱερὰ ὅπλα καταισχυνεῖν μήτε τὴν τάξιν λείψειν, ἀμυνεῖν δὲ τῇ πατρίδι καὶ ἀμείνω παραδώσειν. The oath is found in Pollux 8. 105, 106. See Clinton, F. H. vol. 2. p. 352. SHILLETO.

438, 19. ἐρυθρὰν θάλατταν] Significatur terra maxime remota, estque dictum ὑπερβολικῶς. SCHAEF.

438, 23. ὁ δὲ πρεσβεύων κ. τ. λ.] Hinc Philemon p. 32. citavit haec: ὁ δὲ πρεσβεύων Αἰσχίνης οὗτος ἐλθὼν πῶς μὲν καὶ ἅττα ποτὲ διελέχθη. Eadem citarunt scholia Platon. p. 35. Ruhnk. p. 371. Bekk. (qui dedit οὑτοσί). SCHAEF. De Aeschinis legatione v. §. 10. SHILLETO.

438, 27. βάρβαρον] That Philip was not a *barbarian*, or in other words was a Ἕλλην, is clear from Herodot. 5. 22. Demosthenes constantly gives him this name: but he "every where speaks, not of the man, but of the king, the chief of the nation, and attributes its character to him with perfect justice in respect of his subject." Thirlw. 5. 322. SHILLETO.

439, 2. ὃ δὲ—ἔφη· συντυχεῖν γὰρ—] Ut singularem formam schematis hujus syntactici adde Reizianis de Accent. Inclinat. p. 98. SCHAEF.

439, 3. Ἀτρεστίδας] Ἀτρεστίδας Μαντινεὺς λοχαγός memoratur in fr. Theophili comici ap. Athen. 10. p. 417 A. DOBR.

439, 7. ἐπειδὴ δὲ ἀκοῦσαι] De hac structura v. Dobr. ad Aristoph. Pl. 1112. (in Aristoph. p. 141.).

439, 16. καὶ μάλα—καλὰ] Adverte καὶ μάλα (*vel maxime*) ab adjectivo suo sejunctum. SCHAEF.

439, 20. ἆρά γε—τούτοις;] Scilicet ἐδημηγόρει, quod a communi e versu 17. tacite et hic est iterandum, et ad ἀλλὰ versu 21 REISK.

439, 26. εἶναι τὸν Φίλιππον—] Conf. Aeschin. p. 33, 33, etc. p. 34, 42. DOBR.

440, 1. ἔστιν οὖν—εἰπεῖν;] Idem est ac si dixisset: ἐγχωρεῖ τὸν ἐκεῖνα προειρηκότα νῦν, τὸν αὐτὸν τοῦτον, ταῦτα εἰπεῖν μὴ διεφθαρμένον; *Possitne fieri ut, qui ista superius relata dudum ante dixerit, nunc istaec, illis prorsus contraria, dicat, nisi corruptus largitionibus interim fuisset?* REISK.

440, 11. ὑμᾶς] Judices dicit: quod non animadverterat Schaeferus, qui proximum καὶ deleri volebat. Monuit Shilleto.

440, 16. ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ κλαήσει κ. τ. λ.] Fortasse hujus loci memor erat Thomas M., cum haec scriberet p. 536: Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας· καὶ τὰ παιδία κλαήσεται. Photius Κλαιήσει, ὃ ἡμεῖς κλαύσει λέγομεν. SCHAEF.

440, 17. παράξει] "Bring forward." The more usual word is παραστήσεται Mid. p. 546. §. 126. For the custom see Buttmann's note, and the most witty parody in Arist. Vesp. 976 foll. Comp. also 568 foll. Aeschines had two sons and one daughter p. 48. St.=316 R. SHILLETO.

440, 21. ἁλῶνται καὶ πτωχοὶ περιέρχονται] Poterat brevius πτωχοὶ ἁλῶνται. Sophocles Oed. Col. 444. πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ. Solennis autem conjunctio est harum notionum. Idem poëta ibid. p. 1363. s. ἀλώμενος ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον. Oed. Tyr. 1506. πτωχὰς ἀνάνδρους ἐγγενεῖς ἀλωμένας. SCHAEF.

440, 22. ὑμῖν ἄξιον] Ecquis tironum non meminerit Xenophontei Memor. in. ὡς ἄξιος εἴη θανάτου τῇ πόλει? V. ad h. l. nota Heindorfii in edit. Schneider. citantis Porsonum ad Euripid. Hecub. 313. Alia ego dedi in H. Stephani Thesauro. SCHAEF.

440, 26. τῶν ἐλπίδων] Scilic. recuperandae aliquando pristinae dignitatis et potentiae. SCHAEF.

440, 27. ὅτι νῦν ἔχετε κ. τ. λ.] Repete tacite e versu 18. ἐνθυμεῖσθε. REISK.

ἔχετε] Ad ἔχετε subaudi ὑποχείριον. Cogitate vos nunc in potestate vestra habere hominem impurum, consceleratum, sed versipellem, cujus orationi credere ab ejusque lacrimis, crocodilinis nempe illis, ad misericordiam flecti nefas sit. REISK.

441, 2. ἄχρι τοῦ βήματος] "Coming up hither as far as the platform." Are we to infer from this that the ψῆφοι were given there? Anecd. Bekk. 219, 28. βῆμα. πλείονα σημαίνει κοινότερον. ἔστι δὲ οὕτω πως καὶ τὸ λογεῖον (*pulpitum* in the Theatre) ὥσπερ καὶ τὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τὸ ἐν δικαστηρίοις. The βῆμα in the δικαστήριον is mentioned by Arist. Ecclesiaz. 677. where schol. Rav. ὁ λίθος ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Arist. Acharn. 683. τονθορύζοντες δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προσέσταμεν. SHILLETO.

441, 4. τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον] Alterum τὴν omittunt libri alii ut p. 587, 2. ubi duo tantum inferioris ordinis libri habent.

441, 8. ἐξαίφνης ὡς —] "As soon as he had trodden on Macedonian ground." Dobr. compares Aeschin. p. 48. St.=317 R.

οὐ γὰρ ἡ Μακεδονία κακοὺς ἢ χρηστοὺς ποιεῖ, ἀλλ' ἡ φύσις· οὐδ' ἐσμὲν ἕτεροί τινες ἥκοντες ἀπὸ τῆς πρεσβείας, ἀλλ' οἵους ἐξεπέμψατε. and 31 = 209. *Ἀθήνησι μὲν ἦμεν ἄξιοι τῆς ὑμετέρας πίστεως......ἐλθόντες δ' εἰς Μακεδονίαν ἐξαίφνης ἐγενόμεθα προδόται.* Aeschines had also probably this charge in his view in the concluding sentence of that very *histrionic* piece of oratory. de Cor. p. 65. St. (470 R.) *οὐδ' ὅστις ἐστὶν οἴκοι φαῦλος, οὐδέποτ' ἦν ἐν Μακεδονίᾳ κατὰ τὴν πρεσβείαν καλὸς κἀγαθός· οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξε.* SHILLETO.

441, 15. *ἀνήκοος*] "Unacquainted with traditional lore," i. e. as we should say: *so unacquainted with history.* SHILLETO.

441, 16. *ὅστις*] Orator exorsus ab *ἐρωτηματικῷ σχήματι.* cum *τὸ ἑξῆς* interpellasset conditionalis enuntiatio *εἴ τις ἔροιτο κ. τ. λ.*, ad juvandum intellectum periodi paulo impeditioris transiit in *σχῆμα* mere *ἀποφατικὸν, οὐδ' ἂν εἷς κ. τ. λ.* SCHAEF.

εἰπέ μοι] Formula ordientis interrogationem tam solemnis, ut etiam ad plures dicatur. SCHAEF.

441, 21. *οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι*] Est haec appositio: quippe *οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι* solum per se intelligi oportet. SCHAEF.

441, 22. *ἂν ἑαλωκέναι*] *Futurum fuisse ut caperentur.* Est infinitivus plusquamperfecti. SCHAEF.

441, 23. *οὓς*] Antecedens est *προγόνων*, subauditum cum *τούτων* l. 25. SEAGER. Diar. Classic. 56. p. 255.

441, 25. *ὑμᾶς—τοὺς ἐξ ἐκείνων*] Haec per appositionem connectuntur. SEAGER. l. c.

441, 27. *οὐδὲ γὰρ ὁ φθόνος*] Conf. Thucyd. 2, 45. *φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται.* SHILLETO.

442, 5. *συλήσας—ἀπώλεσας*] *τῷ λόγῳ* jungendum, non antecedentibus, sed sequentibus: *concione res perdidisti.* *συλήσας* autem cum idem sit quod *ἀποστερήσας τῶν ἐπαίνων*, interpretandi ergo additum est *διασύρας.* SCHAEF.

442, 6. *εἶτα*] Ideoque orator es: quare nil mirandum est te late arare. REISK.

442, 10. *χειροτονηθῆναι*] Scilicet *γραμματεὺς ἐν τῇ θόλῳ.* REISK.

442, 15. *θοἰμάτιον καθεὶς ἄχρι τῶν σφυρῶν*] Sappho ap. Athen. 1. p. 21 B. *οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα ἕλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν.* DOBR. Nihil huc facit quod idem comparat Eupolideum *ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν,* de quo v. Meinek. vol. 2. p. 465.

ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ] "Keeping pace with, walking in step with," to shew his consequence. Comp. Steph. 1. p. 1120. §. 77, where the same words are rather differently applied, truckling to, and adapting his pace to his companion's. One may conjecture from Athenae. 5. p. 215 E. that the words *ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ* either were or became proverbial. Harpocrat. *ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, ἀντὶ τοῦ συνὼν ἀεὶ καὶ μηδὲ βραχὺ ἀφιστάμενος· καὶ ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου πρώτῳ φησὶν, Ἀριστολόχῳ τῷ τραπεζίτῃ ἴσα βαίνων ἐβάδιζε. Μένανδρος, παρ' αὐ-*

τὸν ἴσα βαίνουσ' ἑταίρα πολυτελής. (Fragm. Inc. 228. Meineke). The wit of the passage is greatly increased if Aeschines was of *short stature*, as Ulpian says on de Coron. p. 270. §. 164. [p. 160. §. 234. ed. Lutet.] SHILLETO. Citat h. l. Minucianus p. 152. REISK. V. Harpocr. s. v. *ἴσα βαίνων*, Berglerus ad Alciphron. vol. 2. p. 172. inprimisque Buttmannus in Miscellan. Critic. 2. 1. p. 50. SCHAEF.

442, 18. *προσκυνῶν τὴν θόλον*] De tholo dictum ad p. 419, 26. Ad phrasin istam, *προσκυνῶν τὴν θόλον*, quod adtinet, notavit Hemsterhusius, conferri eam posse cum his verbis Luciani in Timone §. 23. *ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως ἐς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν πέδην πεφρικὼς, καὶ εἰ παριὼν ἄλλος μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς, καὶ τὸν μυλῶνα, ὥσπερ τὸ ἀνάκτορον, προσκυνῶν*—. TAYLOR. Non mores Aeschinis his verbis notantur, sed homo dicitur *προσκυνῶν τὴν θόλον*, quia *ἐν τῇ θόλῳ διετρέφετο* (p. 419, 26). Erat igitur hic locus esurienti persanctus adeoque *προσκυνητός*. SCHAEF.

443, 5. *ὥς*] Notanda constructio *συγγράφειν ἐπιστολὴν ὥς τινα*. SCHAEF.

443, 6. *ἦν δ' οὐδὲν*—] Constructio verborum haec est: *ἦν δ' οὐδ' οὕτως, οὐδὲν διὰ τοῦτο μᾶλλον, αὐτῷ δυνατὸν ἔργον τι μέγα καθ' ὑμῶν πρᾶξαι.* Erat autem ei (Philippo) ne sic quidem, etiam hoc effecto, et nil ideo magis, datum atque licitum contra vos magnum quid patrare, h. e. gravi et insigni clade vos debilitare. *οὐδ' οὕτω* post *οὐδὲν μᾶλλον* non est supervacaneum, nam idem est atque *διὰ τοῦτο*. Jam comminiscere, sine *οὐδ' οὕτω* sic scriptum esse: *οὐδὲν διὰ τοῦτο μᾶλλον, nil ideo magis:* et exsistet eadem prorsus sententia. REISK.

443, 13. *εἰ μὲν γὰρ προσδέξαιτο κ. τ. λ.*] Jusjurandum Thessalis et Thebanis datum servare non potuisset Philippus, Phocensibus in societatem assumtis ideoque salvis et opponere se semper paratis. SEAGER. Diar. Classic. 56. p. 255.

443, 18. *συγκαταστήσειν*] Communi et conjuncta cum Thessalis opera efficere ut his (Thessalis) locus inter Amphictyonas, quo adhuc caruerant, in locum exterminatorum Phocensium daretur. REISK.

443, 26. *ἡγούμενον καὶ στρατηγοῦντα*] Duo haec idem non significant: prius principem domi seu in rebus civilibus, posterius principem foris, hoc est in castris imperatorem rei bellicae praefectum. REISK. Onomarchus a Photio dicitur *Φωκέων τύραννος*. Sic Aeschines p. 299 R. *Φαλαίκου τοῦ Φωκέων τυράννου*. SCHAEF. *καὶ στρατηγοῦντα* delet Dobraeus.

444, 4. *Φεραῖοι πρῶτον*] I. e. *Pheraei exempli gratia*. De cor. p. 307, 6. *αὐτὸ γὰρ τὸ δημηγορεῖν πρῶτον*. DOBR. Comp. the Latin *continuo*, and the common phrase *ἀρξάμενος ἀπὸ σοῦ*. This refusal of Pherae ended in Philip's shortly taking possession of their city and placing therein a Macedonian garrison. Auct. Halonnes. p. 84. §. 33. Phil. III. p. 113. §. 17. Philip had first gained a footing in Thessaly upon the invitation of some of the

old noble families whom he had aided in driving out the tyrants from Pherae. SHILLETO.

444, 11. ταύτης—κληρονομῶ] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 24. SCHAEF.

444, 12. οὐκέτ' ἐγὼ] ἐγὼ οὐκέτι Anecd. Bekk. SCHAEF.

444, 24. ἔδει] "This was next wanted, that—." See §. 47. §. 372. SHILLETO.

444, 26. πεντήκοντα τριήρεις] The fifty triremes, according to Aeschines, had been voted indeed, but with no intention of dispatching them. ἡ μέγα φρονεῖς ἐπὶ ταῖς ἐψηφισμέναις μὲν πεντήκοντα ναυσὶν, οὐδέποτε δὲ πληρωθησομέναις p. 33. St. = 221 R. SHILLETO.

444, 27. πορεύοιτο] Subaudi περαιτέρω. REISK. Subaudiri non dicam. Intelligendum Philippi iter in Phocidem. SCHAEFER. Post πῶς οὖν excidit signum interrogandi.

444, 28. περὶ ταύτης] Scilicet τῆς βοηθείας. REISK.

444, 29. ἐπιστῆσαι τὰ πράγματα ἀγαγόντας (ἄγοντ' Dobraeus) ἄφνω] Resolve ἀγαγεῖν ἄφνω τὰ πράγματα καὶ ἐπιστῆσαι. SCHAEFER. Metaphora desumta ab iis qui diu clam aliquid adducunt, verbi gratia, longo circuitu, deinde vero repente illud admovent et palam ostendunt. GREVE.

445, 2. τοῦθ'—πράττοντες] *Id agentes.* Conf. Mid. p. 555. §. 158. Timocr. p. 749. §. 178. SHILLETO.

445, 3. προαπελθεῖν] E Macedonia, ut vos de fraude Philippi tempestive monerem. V. p. 357, 3. SCHAEF.

445, 8. ἐναντίον—ψήφισμα] V. p. 357. §. 57. SHILLETO.

οὐκοῦν—κινηθήσονται] Verba Philippi consilium secum ineuntis, qua ratione quae velit consequatur, neque tamen mendacii manifestus sit. SEAGER. Diar. Classic. 56. p. 256.

445, 10. ἀπαγγελθήσεται] Scilicet αὐτοῖς, Phocensibus. REISK.

445, 11. ὥστε—διαπιστεῖ] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 14. SCHAEF.

εἴ τις ἐμοὶ διαπιστεῖ] Verba Philippi sunt μιμητικῶς. WOLF.

445, 12. τοὺς δ' Ἀθηναίους αὐτοὺς] "*Themselves*" in opposition to their ambassadors. SHILLETO.

445, 15. οὗτοι] Aeschines legatique caeteri a Philippo corrupti. SEAGER. l. c.

445, 16. μηδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ] V. ad p. 128, 13.

κινηθήσονται] Scilicet Athenienses. REISK.

445, 18. τῶν κάκιστα ἀπολουμένων] Non perditissimos proprie significat, sed pessime perituros. Denunciat enim eis exitium. WOLF.

445, 21. ἠνδραποδισμένας] ἐξηνδραποδισμένας, Aristides de D. C. p. 238. Superlatio haec visa est Weiskio de Hyperb. 2. p. 30. Non assentior: nec, credo, assentietur qui cogitaverit haec tam recenti hominum memoria in tantaque vicinia accidisse ut, si orator calamitatem ultra modum exaggerasset, latus adversario praebuisse videatur. Adde quod veteribus fuit jus belli adeo ini-

quum, ut nemo mirari debeat victores victis non pepercisse. SCHAEF.

445, 22. *περιαιρεθῆναι*] Vox h. l. lectissima: quippe congener ejus est *κατεσκάπτετο* v. 25. *οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα* p. 361, 21. SCHAEF.

445, 26. *διοικισθέντες*] Hunc locum bene illustrat Ulpianus et vertit Wolfius. Promisit Aeschines Philippum Thebanis omne robur ademturum. Quod efficeret armis e manibus eripiendis, castellis atque urbibus diruendis, ipsis denique per pagos et vicos distribuendis. Simile aliquid occurrit superius de Phocensibus p. 366, 27. *διῳκισμένοι κατὰ κώμας καὶ παρῃρημένοι τὰ ὅπλα.* TAYLOR. Wolfius: *quorum urbem Aeschinis verba in pagos redegerunt scilicet.* *διαιρεθέντες ὥστε μὴ ὁμοῦ οἰκεῖν διοικισθέντες* O. interpretatione simul illata in textum. Conf. Harpocrat. s v. *διοικιεῖν.* SCHAEF.

446, 2. *Δρυμοῦ*] Harpocration, *Δρυμός· πόλις μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν τοῖς Δικαιώμασί φησιν οὕτως· Ἔπειτα Δρυμὸν ἓν* (scribendum *ἕνα*) *Ἀττικὸν καὶ ἕτερον Βοιώτιον.* Respecting this expedition, see Thirlw. 6. p. 16. n. 2. SHILLETO.

446, 3. *Πανάκτῳ*] Panactum Atticae castellum esse tradit Stephanus: cui fortasse *Δρύμος,* cujus non meminit, vicina fuit. WOLF. De hac expeditione v. quae in initio annotationum ad orat. LIV. dicentur.

446, 5. *ἐν τῷ ἱερῷ*] Apollinis Delphici puta: quod numen etiam versu 6. v. *τῷ θεῷ* designatur. REISK.

446, 6. *καταστaθῆναι*] Jura ritusque patrios in templo Apollinis Delphici recte peragi et conservari in suo statu atque conditione primigenia. Possit quoque eodem sensu *καταστῆναι* legi. REISK.

446, 11. *τῶν ἱερῶν χρημάτων*] Quae direpta a Phocensibus renumeranda erat a Thebanis, qui Phocidis pleraque loca occupabant. WOLF.

κατακρημνίζεται] De rupe Hyampea, idque *κατὰ τὸν Δελφικὸν νόμον,* ut ait Aelianus Var. Histor. 11, 5. Vide autem sarcasmum oratoris indignabundi. Poenam olim inflictam *τοῖς τὰ ἱερὰ χρήματα συλήσασι* dicit nunc infligi *τοῖς περὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων μνησθεῖσιν.* SCHAEF.

446, 12. *τὴν προμαντείαν*] V. ad p. 119, 16.

446, 13. *τῇ πόλει*] Quippe exclusae oraculo, quod trepidis in rebus consulat. SCHAEF.

446, 15. *ἅπερ εὔξαισθ᾽ ἂν ἐλπίσαντες*] *Cum sperassetis quanta maxima essent in votis.* SCHAEF.

446, 25. *ὅμως—μου*] Anecd. Bekk. p. 122, 12. citant sic scripta: *ὅμως δὲ ἔτι καὶ τόδε ἀκούσατε.* SCHAEF.

446, 27. *χαλκοῦν—ἀγορᾷ*] Summus honor: minores qui sequuntur. SCHAEF.

447, 6. *ὑμεῖς*] Hanc constructionem bene Graecam esse ostendi

ad Sophoclis Oed. T. 958. SCHAEF. Taylorus et Reiskius ὑμᾶς scripserant, quod non puto exstare in v., cui tribuit Bekkerus.

447, 7. τηλικαύτας καὶ τοσαύτας] V. ad p. 347. 10. SCHAEF.

447, 9. τὸν γὰρ Ἡγήσιππον] This embassy of Hegesippus (the names of his colleagues are unknown) took place Olymp. 109, 1. at the end of 344 B. C. or the beginning of 343., not long before this speech was delivered. The more violent of the anti-Macedonic party appear to have wished for a renewal of the war. The bone (or rather the bones) of contention were Amphipolis and Halonnesus, which places, according to the terms of the peace, based on the principle of *uti possidetis*, Philip retained. Hegesippus (probably a rude and illmannered specimen of the democrat genus) demanded that either party should *keep their own*, not *what they were in possession of*, i. e. to construe the words of the psephism ἑκατέρους ἔχειν ἃ ἔχουσιν, as though they were ἑκατέρους ἔχειν τὰ ἑαυτῶν, which he afterwards endeavoured to substitute in an amended form of the peace: de Halonn. p. 81. §. 18. This "grossly sophistical construction of the article in the treaty," this "argument which would sound much more plausible in the Pnyx than in the audience-chamber at Pella," naturally excited Philip's indignant feelings: though it is to be regretted that so great and wise a prince should have given vent to his displeasure "in a manner remarkably opposite to his usual mildness and moderation," and banished the poet Xenoclides from his dominions. See Thirlw. 6. 20. foll. Xenoclides is mentioned by Auct. Neaer. p. 1353. §. 33, 34. whence we learn that he had been convicted ἀστρατείας, and deprived of his franchise 371 B. C. SHILLETO. De legatione Hegesippi v. Proleg. ad orationem de Halonneso et annot. ad p. 81, 24.

447, 13. τοῦτον τὸν τρόπον] De Hegesippo ejusque comitibus intelligendum. SCHAEF.

447, 18. πρὸ τοῦ δικαστηρίου] Antequam tribunal ingrederer adversus Aeschinem oraturus. SCHAEF.

447, 21. ἐγὼ δ' ὅτι μὲν πάντα κ. τ. λ.] Marcellinus ad Hermogenem p. 175, 12. αὐτοὶ δὲ ὁριζόμεθα ἐφ' οἷς τὴν κατηγορίαν ποιούμεθα, ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου Δημοσθένης. Αἰσχίνου γὰρ ἄγοντος ἐπὶ τὸν Χάρητα τὴν αἰτίαν τῶν ἐγκλημάτων ὡς στρατηγὸν, περὶ μὲν τούτου οὐδὲν ἔφη (Demosthenes) ἰσχυρίζεσθαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λεληθότως ἀπολογεῖται ὑπὲρ Χάρητος ὡς πάντα ὑπὲρ τῆς πόλεως πράξαντος, ὡρίσατο δ' ἐφ' οἷς Αἰσχίνου κατηγορεῖ εἰπών· ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδὲν αἰτιῶμαι τούτων τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων, τούτων γάρ εἰσιν οἱ στρατηγοὶ ὑπεύθυνοι, οὐδ' ὑπὲρ τοῦ τὴν πόλιν ποιήσασθαι εἰρήνην, ἀλλ' ἄχρι τούτου πάντ' ἀφίημι. εἶτα διορισμός· τί οὖν λέγω, καὶ πόθεν ἄρχομαι κατηγορεῖν; καὶ τὰ ἑξῆς. REISK.

447, 22. κρινόμενος Χάρης εὕρηται] "Chares has been found *whenever brought to trial*." See Aeschin. p. 37. St. = 247. foll. particularly καὶ ταῦτα ὑμῖν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀεὶ τοῖς Χάρητος οἱ κατήγοροι δεικνύασι, which confirms the reading εὕρηται adopted by Bekker. For the character of this leader of *mercenary* troops.

which at this period were as necessary to Greece as in the Middle Ages, and even in later times, see Thirlw. 5. 213. SHILLETO. Aeschinis locum etiam Dobraeus comparavit. Sed εὕρηται minus convenit ei quod mox sequitur λέξειν.

447, 25. ὑπερβολὴν ποιήσομαι] "I will go so far." See §. 103. Comp. de Coron. p. 291. §. 242. ἐγὼ δὲ τοσαύτην ὑπερβολὴν ποιοῦμαι. Demosthenes is here treading upon eggs, for Chares (though of his own party) was too worthless a person to speak of with any degree of commendation. SHILLETO.

447, 26. πάντα τἀληθῆ] Variant libri inter πάντα et ἅπαντα, et τἀληθῆ et ἀληθῆ. Eodem modo p. 983, 12. 990, 25. Sed πάντα τἀληθῆ omnes p. 346, 19. Quos locos comparavit Dobraeus.

447, 27. καὶ οὕτω—τουτονί] "Even in that case then it is superlatively ridiculous that a charge should be brought against him by the defendant." Observe the admirable collocation of the words. SHILLETO.

448, 3. τοῦ —] Hic et ad insequentes versus signata erant capita rerum literis in Bavarico. Ad τοῦ v. 3. erat α: ad prius τοῦ v. 6 β: ad posterius γ: ad τοῦ v. 8. δ: denique ad τοῦ v. 10. ε. REISK.

448, 6. Servari poterat καὶ ante τοῦ δῶρα εἰληφέναι deletum a Marklando, defenditque Shilleto "τοῦ συνειπεῖν καὶ εἰληφέναι (*the voting for the measure of Philocrates, and so doing because he had been bribed*) corresponds with τοῦ τοὺς χρόνους κατατρῖψαι καὶ μηδὲν ποιῆσαι, and τοῦ φενακίσαι καὶ παραστήσαντα ἐλπίδας πάντ' ἀπολωλεκέναι." Adde p. 371, 5. τοῖς τὰ δίκαια λέγουσιν ἀντειπὼν τῷ μισθοῦ γράφοντι συνεῖπε δῶρα λαβὼν etc.

448, 11. ἠδικηκότα] Philippum. Re vera enim Aeschines Philippo συνηγορήκει, quum hic Athenas de cooptando sese in concilium Amphictyonum legatos misisset. Vid. de falsa legat. p. 375, 16. SEAGER. Diar. Classic. 56. p. 256.

448, 14. ἴσην] ἴσην πεποιημένους γρ. S. Quod etiam in marg. B. est annotatum. "Etiamsi non adsciscas πεποιημένους, tamen integra manet sententia nec quidquam hic deest. Sane non dicitur στεφανοῦν εἰρήνην, sed dicitur ἐπαινεῖν εἰρήνην: ut ne opus quidem sit confugere ad idioma syntacticum, de quo copiosissime disputavit Dorvillius ad Chariton. p. 440. ed. Lips." SCHAEF. To *crown a peace*, or even to *vote thanks to a peace* (though Schaefer does not object to the latter: I do in this position of words) is not sense, but according to a natural mode of expression the verbs are accommodated to the latter word ἀνθρώπους. SHILLETO.

448, 17. κοινωνεῖ ταῖς νῦν εὐθύναις] V. Anecd. Bekk. p. 150, 29. SCHAEF.

448, 20. τίς δὲ πεποίηκεν—εἶναι Φιλίππῳ;] Sensus: Quis effecit ut omnes inter Macedoniam Atticamque interjecti Macedonis sint socii et amici? SCHAEF.

448, 23. ὀλίγου] Sc. ἀλλότρια. "Philippus Μεγάροις ἐπιβουλεύων διατελεῖ p. 446, 1." SCHAEF.

449, 1. ἐκείνως] "*Hoc modo*, aut ut vulgus loqui solet, *modo sequenti.*" Fr. A. Wolfius ad Leptin. p. 475, 14. SCHAEF.

οὐ στρατηγῷ δικάζομεν] Citant Anecd. Bekker. p. 132, 20. SCHAEF.

449, 6. *ἀπολωλέναι*] Quidni enim fuerit res capitalis tacere de collegae fraudibus, quibus reipublicae salus in summum discrimen adduceretur? Nam de talibus qui tacet quo tempore loquendum est, jure putatur in facinoris societatem venisse. SCHAEF.

449, 12. *τὸν τὰ τοιαῦτα πεποιηκότα*] Philippum.

449, 13. *τὴν ἄλλως—ἔσται*] Verte: *sed incassum hic tollet vocem ad hoc ipsum prius exercitam.* SCHAEF.

449, 17. *καθυποκρινούμενον*] Se histrionica voce atque gesticulatione sua vos circumventurum et tanquam praestigiis quibusdam occoecaturum atque dementaturum. REISK.

449, 18. Τροίᾳ] Alii libri Τροίαν. *τῶν ἐπὶ* Τροίᾳ, scilicet *πολεμησάντων* aut *πεσόντων*. Alii dant *ἐπὶ* Τροίαν, ut *οἱ ἑπτὰ ἐπὶ* Θήβας, ubi *στρατευσάντων* vel simile quid subauditur. REISK.

449, 19. *ἐξεβάλλετε*] "Hissed him off the stage." As the exploded actor is said *ἐκπίπτειν*, Plat. Gorg. 517 A. *οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον*. Cons. Thirlw. 5. 314. n. 2. SHILLETO.

449, 20. *κατελεύετε*] "Stoned him to death." That certain actors received more of these *honoraria* than *crowns* is exemplified from Macho ap. Athenae. 245 D. E. *κακός τις, ὡς ἔοικε, κιθαρῳδὸς σφόδρα | τὴν οἰκίαν μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν φίλον | αὐτοῦ λίθους ᾔτησεν· ἀποδώσω δ' ἐγὼ | αὐτῶν πολὺ πλείους, φησὶν, ἐκ τῆς δείξεως* (*after my debut*). SHILLETO. V. ad p. 314, 18.

449, 23. *μυρί' εἴργασται κακά*] These words found also above § 361, are, according to a happy conjecture of Dobree, Aristophanic. App. p. (107.) quoted from a tragedy which had been murdered in the recitation by Aeschines. For to Schaefer's remarks that *πάντα κακὰ εἰργάσθαι* §. 360. militates against Dobree's opinion, it may be answered, that from having used these words, Demosthenes was reminded of his adversary's ill-success in repeating similar words from the Tragedy. Certainly *μυρί' εἴργασται κακὰ* have a decided Tragic cadence. SHILLETO.

449, 27. *εὔφωνον σκοπεῖν*] *Quaerere vocalem, curare ut vocalis eligatur.* De simili usu verborum *ἰδεῖν* et *ὁρᾶν* v. Addenda ad Sophocl. Ajac. 1165. SCHAEF.

450, 7. *συνασκεῖν*] *Occasiones dando una curare ut exerceatur magisque et magis excolatur.* Opponitur *ἀποκλείειν*, *excludere occasionibus se exercendi.* SCHAEF.

450, 11. *δυνάμεως*] I.q. *δεινότητος*, *eloquentiae.* V. not. ad Dionys. Halicarn. de C. V. p. 410. SCHAEF.

450, 25. *τὰ λοιπὰ ποιεῖν*] *ὑμῖν—βουλήσεται* i. q. *ὑμᾶς τοὺς πολλοὺς καὶ πάντων κυρίους ἐν τοῖς λοιποῖς θεραπεύειν βουλήσεται.* *Vos—futuris in rebus colere volet.* Conf. mox v. 26. SCHAEF.

450, 26. *ἐξουσίας*] *Arrogantia, licentia.* Interpretandi ergo additum est *καὶ ἀσελγείας*. SCHAEF.

450, 26. ποιήσοντας] ποιήσαντας A. k. r. s. Vere, ut puto. Resolve: οἳ ὁτιοῦν ἂν ἐκείνῳ ποιήσειαν, scilic. εἰ δεηθείη. Conf. p. 636, 17., ubi eadem est diversitas scripturae. SCHAEF. Scribendum ποιήσαντας.

450, 27. τούτους] Intelligitur tota factio τῶν φιλιππιζόντων. SCHAEF.

451, 1. ποῖον—προδότην;] ὑπερβαλεῖσθαι referendum ad τούτους. Sensus: Quidquid unquam fuit proditorum hi novi fraude et malitia multum praecellent. SCHAEF.

451, 5. ἀφορμὴν—περιοῦσαν] Titulum juris hospitalis cum Philippo contracti fundum quaestus esse, sortem lucrosam, matricam divitiarum. REISK.

451, 12. Subscriptus in B. S. versuum numerus 3280. intelligendus exclusis Sophoclis et Solonis versibus p. 418. 481: de quo dictum ad p. 130, 20.

Demosthenes
[Opera]